Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-19. C. 34

Digitized by Google

# SINGVLARES ET DECISIVAE VTRIVSQVE IVRIS CONCLVSIONES ALPHABETICA SERIE COLLECTAE

A B

## HORATIO VISCONTO I. C. GIFONENSE.

olim in Prouincia Calabriæ vltra Auditore.

IN QVIBVS VELVTI PROMPTVARIO QVODAM, Quæſtiones plures in forenſibus diſceptationibus frequentes, & plerumque Sacrorum Senatuum, præcipuè huius Regni Neapolitani Deciſionibus roboratæ facilè inueniuntur.

*OMNIBVS LEGALEM SCIENTIAM PROFITENTIBVS, & præſertim forum cùm Eccleſiaſticum, tùm Sæcularem agentibus apprimè vtiles, præ manibuſquè tenenda.*

ARGVMENTORVM EARVM OMNIVM Indice locupletiſſimo adiuncto.



*SVPERIORVM PERMISSV.*

NEAPOLI, Ex Typographia Ægidij Longhi. MDCXXIV.

EXPENSIS IO. DOMINICI BOVE.

Digitized by Google

Lælius Taſtius Deputatus vidit.

Magiſter Cornelius Tiroboſcus approbat.

*Imprimatur.*

Alexander Boſchius Epiſcopus Carinulæ.

---

## Ill.^mo & Eccell.^mo Signore

Gio. Domenico Boue ſupplicando fà intendere à V.E. come deſidera far ſtampare le Concluſioni del Dottor Horatio Viſconte, Per tanto la ſupplica reſti ſeruita commettere la reuiſione di eſſe, acciò poſſa ottenere il Regio imprimatur, & l'hauerà à gratia; vt Deus.

Magnificus V. I. D. Ioannes Baptiſta Thoro videat, & referat ſuæ Excellentiæ in ſcriptis.

Enriquez Regens.

Prouiſum per ſuam Excellentiam, Neapol. die 18. Nouembris 1623.

*Taglianna.*

## Ill.^me & Excell.^me Domine

Iuſſu V.E. perlegi, & vidi luculentiſſimas Concluſiones V. I. D. eruditi Horati Viſconti, in quibus cùm nil aduerſari videatur, quod afficere poſſit iuri publico, prò communi tamen omnium vtilitate imprimi poſſe exiſtimo, ſi tamen tuæ Excellentiæ dominationi videbitur, & placebit. Neapol. ex Aedibus noſtris, die 21. Nouembris 1623.

Veſtræ Ill.^mæ & Excell.^mæ Dominationi

*deditiſſimus ſeruulus*

*Io. Baptiſta de Thoro*
*I.C. Neapolitanus.*

*Imprimatur.*

Lopez Proregens.

ILL.mo ATQ. EXCELL.mo PRINCIPI DOMINO

# D. ANTONIO ALVAREZ DE TOLEDO, ET BEAMONT, DVCI ALBAE, ET HVESCHAE,

COMITI LERIN, ET SALBATIERRÆ, MARCHIONI CORIAE, &c.

Aurei velleris Equiti, & in præſenti Regno Proregi Iuſtiſſimo.

HORATIVS VISCONTVS I. C. GIFONENSIS, ſeruus humillimus. F. P.

CVM optimè ſaluberrimas ferendo leges, Excellẽtiſſime Princeps, Regnum hoc Catholicæ Maieſtatis vice, prudentia, maturitate, conſilio, ac omni, quæ optimo Duci conuenit, vigilantia adminiſtres, non ab re quicquid in ſacroſanctis legibus impenditur ſtudij, præſtantiſſimo nomini tuo militare debebit. Præſertim cum omnium ſcientiarum ſis pater, omnium liberalium artium Mœcenas, & inſita quadam generoſitate, beneuolentiaq; eos præcipuè amplectaris, & foueas, qui vaſtum ſcientiæ legalis oceanum amplas laturi merces ingeniorum nauiculis dimetiuntur. Nouit enim cel-

ſitudo

Digitized by Google

ſitudo tua, quam Reipublicæ conferat ſtudium id, quo dirimuntur lites, rixæ, diſcordiæq; ſedantur, fœdera componuntur, ſuum cuique tribuitur. Quare cum ego licet inter Iuris prudentes minimus, velut inter Gigantes Pigmæus quoquo modo potui publicis rebus prodeſſe tentaui, vel inſeruiendo Regi, dum fungerer Auditoris officio in Calabriæ vlterioris Prouincia, vel lucubrationes in reconditas legum diſciplinas in lucem edendo. Additiones promens ad quatuor Partes Deciſionum S.R.C. Præſidis Vincentij de Franchis viri clariſſimi, qui non minus vniuerſum hoc Regnum ſcriptis ſuis, quam vniuerſam legum facultatem illuſtrauit; & cum ad præſens ex omnigeno legum viridario ſelectas concluſiones deprompſerim ſub tuæ Excellentiæ ſplendore velut ſub albentis ſolis radijs in lucem prodire curaui. Accipe igitur Excellentiſſime Prorex hilari vultu has meorum in te ſeruitiorum primitias: nam ſi ingratos tibi non fuiſſe hos ingenij mei fœtus agnouerim maiora in dies ſub tuis feliciſſimis auſpicijs conabor emittere. Vale. Neap. Id. Iun. MDCXXIV.

# ARGVMENTA CONCLVSIONVM OMNIVM IN HOC VOLVMINE CONTENTARVM.

## A IO. DOMINICO BOVE NEAPOLITANO HAC SERIE DISPOSITA.

A

ABbas exemptus à iuriſdictione Epiſcopi, an bona ſuæ Eccleſiæ, quæ ſita ſunt in aliena diœceſi in caſibus à iure permiſſis poſſit alienare, & ſi cõſenſus illius Epiſcopi in alienatione requiratur, vel alterius ſuperioris, & multa de Abbate exempto, & ſi poteſt ordines minores conferre, aut dimiſſorias concedere. Abbas locans fructus ſuæ Abbatiæ, an includantur mortuaria, ſpolia, & ius ſepulturæ ibi fol. 1.

Abſolutio, ſiuè habilitatio à iuramento ad effectũ agendi ante periurium incurſum parte non citata poteſt concedi, & quid poſt periurium incurſum, & an Papa poſſit poſt periurium incurſum abſoluere, & quando poteſt dici obreptitiè, & ſubreptitiè obtenta, & quis Iudex cognoſcat & obtẽta ad finem agendi, an cẽſeatur etiam conceſſa ad finem reſcindendi contractum, & à quo Iudice poteſt concedi ibi, vbi multa in materia fol. 2.

Abſens cum licentia dicitur ſeruire, & an durante abſentia debeatur ſalarium, vbi ad Lectorem, Officialem, Militem, & alios infertur fol. 3.

Abſolutio ab excommunicatione ad cautelam poteſt fieri ab omnibus cenſuris, preterquam ab interdicto, vbi etiam ad abſolutionem cum reincidentia infertur fol. 3.

Actuarius, ſiuè actorum Magiſter, an veniat ſub nomine officialis, & an comprehendatur ſub ritu Magnæ Curiæ Vicariæ 49. an ſolo iuramento poſſit vti ſuſpectus allegari, & quæ acta poſſit actitare fol. 3.

Acta facta per Iudicem à quo poſt inhibitionem Iudicis ad quem intimatam ſunt nulla, & veniunt reuocanda, ſiuè inhibitio ſit iuſta, ſiuè iniuſta fol. 4.

Actus quando poteſt trahi ad bonum, & malum ſemper interpetratur in bonam, & meliorem partem, & de valido, & inualido debet interpetrari de valido, & præſumitur valere ex illa cauſa, quæ valere poteſt fol. 4.

Aduocatus, qui promiſit pro Titio per annum aduocare ſub certo ſalario ſoluendo ſingulis quatuor menſibus, ſi in eo anno Titius nullas cauſas habuit, tamen ſalarium debetur, vbi multa in materia, an poſſit Aduocatus reuelare ſecreta ſui clientis, & qua pœna teneatur, & ſi fuit Aduocatus pro actore in prima inſtantia, an poſſit pro reo in ſecunda inſtantia, & ſic in cauſa appellationis ibi, an poſſit eſſe Iudex pro ſuo cliente in cauſa, in qua pro eo conſuluit, & Aduocati ſunt vocandi in cauſarum deliberationibus, dummodo non ſint illi, qui in ea cauſa ſunt Aduocati fol. 4.

Agrimenſori ſalarium pro menſuratione debetur, & quid in arbitro, ſiuè arbitratore, & malè menſurando ad quid tenetur fol. 5.

Alimenta ſolui debent, atque præſtari de fructibus, & introitibus qui ex bonis hæreditariis percipiuntur, & quid ſi debentur in vino, oleo, frumento, & aliis rebus, quæ breui tempore non corrumpuntur, ſed in menſes ſeruari poſſunt, & ibi multa in materia, vbi etiam qualiter præſtatio alimentorum probari debet, ac etiam quomodo probabitur, quod ille, qui alimenta præſtitit habuit animum repetendi fol. 5.

Alimenta quæ Iudicis officio debentur ſi non ſunt petita pro tempore prædicto non debentur, etiam ſi alimentarius aliunde vixerit, niſi pro ſe alimentando contraxerit æs alienum ſecus quoad alimenta futura, vbi quę ſint alimenta, quæ Iudicis officio, & quæ iure

 actio-

Digitized by Google

actionis debentur fol. 6.

Alimenta, ſiuè expenſæ litis, quibus perſonis lite pendente debentur, & an debet pro illis cautio præſtari in caſu ſuccumbentiæ fol. 6.

Alimenta quomodo cum ſeruitijs, & operibus ſunt compenſanda fol. 6.

Animal ſi tempore venditionis venditur ſanum, illaque completa, & perfecta incontinenti ſuperuenit vitium, aut infirmitas, an venditor teneatur fol. 7.

Appellatio in cauſa reſtitutionis dotis an admictatur ad finem retardandi executionem, ac etiam in aliquibus alijs caſibus fol. 7.

Appellare an poſſit coniuncta perſona ſine mandato cum cautione tamen rati, & ſi ratificatio debet fieri infra terminum decem dierum, an pater pro filio appellare poteſt, & quid è contra, & an frater pro fratre fol. 7.

Appellatione pendente à diffinitiua non poteſt aliquid innouari etiam infra decem dies datos ad appellandum, quia iuriſdictio Iudicis à quo ſine alia inhibitione ſuſpenditur, & quid in appellatione ab interlocutoria declarato grauamine ibi, & an poſſint appellatione pendente à diffinitiua taxari expenſæ vide ibidem fol. 7.

Appellatio à ſententia lata in poſſeſſorio non retardat ipſius exequutionem cum cautione de reſtituendo in caſu retractationis, vbi multa, & an pro fructibus impediatur exequutio, vide ibi, & quid vigore cap. Regni ſubditorum ibi fol. 8.

Appellatio admictitur à ſententia, ſiuè decreto Iudicis, qui competentem ſe dicit, & an manus Iudicis ligantur ſi ad inſtantiam Baronis Iudex ſe competentem declarat, & quid ad inſtantiam rei fol. 8.

Appellatio ſuſpenſiua ab excommunicatione non conceditur, ſed ab ipſius declaratione fol. 9.

Appellatio ab vno ex condemnatis interpoſita, an alijs proſit quando eſt par omnium defenſio, & quid in acceſſorijs, & an rub. C. ſi vnus ex pluribus procedat, & habeat locum in criminalibus, vide ibidem fol. 9.

Appellatio indefinite facta ad Superiores ſi infra decem dies appellans non declarauit Iudicem, an efficiatur deſerta, & an procedat de iure ciuili, & an poſſit vltra bis appellari, & an tres ſententiæ latæ in Curijs Baronum reputentur pro tribus, vel pro vna, vide ibidem fol. 9.

Appellans non poteſt inuito appellato expreſsè, vel tacitè appellationi renunciare fol. 9.

Apocham aſſerenti ſcripſiſſe de mandato, & voluntate Titij, an credatur fol. 9.

Aquæ naſcentes in fundo priuato ſunt domini illius poſſuntque diuerti, & alienari etiam in præiudicium inferioris vbi multa in materia aquarum fol. 10.

Arbiter, & arbitrator laudando videtur in dubio laudare vt arbitrator, & quomodo cognoſcatur, & ſi fuit data poteſtas laudandi de iure ſi contra ius pronũciat laudum eſt nullum, & ſi data eſt poteſtas ſententiandi ſuper reſtitutione fundi, an poſſit laudare, ſiuè ſententiare ſuper fructibus illius, vide ibi fol. 10.

Archidiaconus, qui reperitur ſenex, cæcus, vel aliquo modo impeditus, an ſit dandus ei coadiutor durante impedimẽto, & an debeantur ei diſtributiones quotidianæ. & ſi præcedit in choro Vicariũ Epiſcopi f. 10.

Arma argunnt malum animum deferentis, & an poſſint cogi ſubditi non ſolum arma non deferre, ſed nec tenere in eorum domibus, & an ratione proprij exercitij poſſint deferri, & multa notatu digna fol. 11.

Aromatarius miſcens farinam fabarum in cera, & illam vẽdens qua pœna debet puniri, & à quo fol. 12.

Artifex non autem mercator dicitur, qui rem emit, vt in aliam formam ſuo opere, vel induſtria redactam vendat fol. 12.

Aſſaſſinus dicitur, qui pecunia recepta, aliove pretio aliquem occidit etiam ſi fuerit promiſſio generalis, aut incerta, & qua pœna puniatur etiam non ſequuta morte, & ſi ſufficiunt probabilia argumenta, vt poſſit ad condemnationem pœnæ ordinariæ deueniri, & ſi habet locum in mediatore, vbi multa reperies in materia fol. 12.

Aſſenſus Regius an requiratur in remiſſione iuris hypothecæ facta à creditore, quam habet ſuper feudo, & quomodo fuit deciſum, an inſtantia litis in feudo poſſit cedi ſine aſſenſu, aſſenſuſque Regius eſt ſtricti iuris, & non extenditur de vno caſu ad alium, nec de perſona ad perſonam, & an præſumatur ſpacio centum annorum, & quid in aſſenſu Sedis Apoſtolicæ ſi præſumitur ſpacio 30. annorum interueniſſe in alienatione rerum Eccleſiæ, & ibi infinita reperies in materia aſſenſus fol. 12. & 13.

Attentata lite pendente debent ante omnia reuocari in quacumque parte litis, atque appellatione pendente, & pariter dilatione pendente, & ibi multa in hac materia attentatorum fol. 15.

Auia, & alij aſcendentes ſuccedunt ab inteſtato nepoti non exiſtentibus fratribus ex vtroque parente coniunctis, & quid ſi extat frater, vel ſoror conſanguinea ex parte patris defuncto coniuncta fol. 15.

Authoritas Sacræ Scripturæ poteſt in deciſionibus cauſarum allegari, quia illa eſt domina ſcientiarum, & quid de authoritate Medici, Poetæ, & aliorum fo. 15.

Auxilium delicto præſtare non dicitur, nec de eo tenetur, qui caſu fortuito, non autem ex propoſito, vel conſulto, aut communicato colloquio in eo interuenit etiã ſi armatus ipſi delicto aſtiterit, & ibi multa in materia fol. 16.

## B

Bannitus capiens alium bannitum, an conſequitur præmium à ſtatuto permiſſum, & quid in vno latrone capiente alium latronem, & quando banniti viſi ſunt debent perſequi, ad quorum perſecutionem, an poſſint à Superiore cogi ſubditi fol. 16.

Bannitus ſi tenet poſſeſſionem ſuorum bonorum, & fructus percipit, an teneatur ad collectas fol. 16.

Bannũ commiſſarij, vel legati, aut Pretoris, eorũ officio finito expirat, & quia in bãno Proregis remiſſiuè f. 17.

Baiulus exercens iuriſdictionem baiulationis debet ſtare ſyndicatui, quarum cauſarum cognitionem habeat ſi in officio delinquat, à quo ſit puniẽdus, Iudices ciuiles, qui, quique militares, & alia non ſpernenda fol. 17

Baro licet ex delicto per eum commiſſo non priuetur feudo, tamen eius contumacia operatur ſuſpenſionem iuriſdictionis, nec debet eſſe banniti vaſſalli receptator, verum nec illos malè tractare, & ſi ſecus an feudo priuetur, qualiterq; ad feudi priuationem deueniatur, & quid ſi feudum eſt emptitium, & an ex nimia ſeueritate ad vaſſallorum venditionem cogatur fol. 17

Baro, an poſt ſententiam in cauſa criminali latam extra ſuam Curiam contra eius vaſſallum poſſit illius remiſſionem petere, & quid appellatione pendẽte. & an poſt ſentẽtiam foriudicationis; nũm in cauſa ciuili, an poſſit per Baronem præiudicari vaſſallo, & quid è cõtra, an poſt ſententiam appellatione pendente poſſit

gra:

gratiam vaſſallo facere; & an condemnato in exilium temporale, vel relegato præuia partis remiſſione hic riſolutiuè habes fol. 18.

Baro, an poſſit cogere ſuos vaſſallos, vt ad molendũ frumentũ in ſuo molendino accedant, vel in eius taberna hoſpitari, quid quando habet ius molendinorum, vel furnorum ex conſuetudine, vel priuilegio, & an poſſit eos prohibere ne Regia adeant Tribunalia per ſaltũ omiſſo Iudice ſecundarum cauſarum, quarum ipſe cognitionem habet, & alia ſimilia ſcitu digna fol. 19.

Baro poteſt in eius terra facere ſtatuta licita non tamen legibus Superiorum aduerſatiua, nec confirmatio generalis eorum ad illicita progreditur, poteſt inſuper cauſam committere decidendã ſummariè, ſimpliciter, & de plano, & an poſſit aſſiſiam imponere in eius terra in rebus, victualibus, & commeſtibilibus fol. 20.

Baro Neapolitanus vti talis contrahens, vel delinquens in ſua terra, an poſſit coram ordinario loci delicti, vel contractus conueniri non obſtante priuilegio Neapolitanis conceſſo fol. 20.

Baro non habet Fiſcum, an autem habeat iura fiſcalia, an bona ſecum contrahentis ſint ei tacitè hypothecata, & an bona ſui adminiſtratoris, ſeù Ærary ſignificatoria facta per Rationalem Baronis contra Perceptorem introituum Baronalium ſiuè Ærarium virum paratam habeat exequutionem, & alia fol. 20.

Baronibus in Regno taxa, quæ ſit hodie ad quam ſummam aſcendat, & qualiter exigatur fol. 20.

Beneficium ſimplex, an de iure requirat reſidentiam perſonalem, quid de generali conſuetudine, qualiter dicatur vacare, & plura ſimilia fol. 20.

Bigamus eſt irregularis, quis verè talis dicatur, quiqcu poſſit ſuper tali irregularitate diſpenſare quoad ordines maiores, vel minores ſuſcipiendos fol. 21.

Bona per hæredem grauatum poſt teſtatoris mortem acquiſita ex fructibus bonorum fideicommiſſo ſubiectorum acquiſita præſumuntur, adeo quod ad ſubſtitutos minime pertinent; quid autem ſi ex pretio bonorũ ſubiectorũ venditorũ ſit empta hic breuiter habes fol. 21.

Bona ſubiecta reſtitutioni, an ſicuti pro dote poſſunt alienari, ſic etiam pro dotis augumento, an pro reſtitutione dotis confeſſatæ, & quid ſi dos ſuit conſtituta poſt grauamen iniunctum, & an exiſtente ſpeciali pro dotis reſtitutione alienationis prohibitione, & quid in dote tranſuerſalium, & alia ad auth. res, quæ fol. 21.

Bona in alicuius domo reperta in dominio Domini domus eſſe præſumuntur, & contrarium aſſerenti probandi onus incumbit fol. 22.

Blaſfemia quid ſit, & quot eius ſpecies, & quæ verba tendant in blaſfemiam remiſſiuè hic habes, & an ob blaſfemię criminis deteſtabilitatem repulſa concedatur, & ex qua cauſa fol. 22.

Brachium ſæculare quando Iudici Eccleſiaſtico concedendum, quandoque denegandum ſit, & quid in Regno ſeruetur remiſſiuè hic habetur fol. 23.

Bucciariæ, vbi animalia interficiuntur extra Ciuitatem eſſe deberent ad euitandam aeris intemperiem, ſed male vbique ſeruatur fol. 23.

C

CAlculi, ſeù compoti redditio de pecunia mercatori data ad negotiandũ in fine anni peti debet, & quid ſi mercator allegauerit damnũ paſſũ fuiſſe, & quando calculatoris relatio retractari debeat fo. 23.

Cappellæ, an de iure vendi poſſint ob ſimoniæ labem, & quid de conſuetudine fol. 23.

Captura inquiſiti, an ex ſuperuenientia indiciorum confirmetur, & quid in captura debitoris, & an debitor poſſit die feriata in honorem Dei capi fol. 23.

Cauſa dotis, & ſic inſtantia, an triennio perimatur ſicut in alijs cauſis fol. 24.

Cautio prolata a lege intelligitur de nuda, & quid ſi dicatur idoneè, vel ſufficienter caueatur, & alia in hac materia pulchra fol. 24.

Caſum fortuitum in ſe ſuſcipiens, an teneatur de eo, qui culpa locatoris euenit hic breuiter notatur fol. 24.

Caſus multi ſunt, in quibus à principio multa prohibẽtur fieri ſi tamẽ aliquid fit parte tacitè, valet, & tenet f. 24.

Cedẽs nomina debitorum tenetur ea facere, atque eorum inſtrumenta oſtendere, ex quibus ceſſionis efficacia reſultet, quiduè importent illa verba non exactum, imo exigibile hic breuibus apertum habes fol. 24.

Cedens filius, vel filia omnia iura, quæ habet in bonis paternis, an videatur ceſſiſſe iura, quæ habet in bonis maternis ſi in paternis nullum ius reperiatur habere, & quæ poſſint, vel non cedi remiſſiuè fol. 24.

Cenſus ſolutio, an melius probetur per publica monumenta idest inſtrumenta quam per teſtes fol. 24.

Cenſu annuo legato, vel donato, an directum dominium legatum cenſeatur, & alia ſimilia fol. 24.

Ceſſionarius ſuccedit in ius cedentis, eademq; perſona cũ eo reputatur, ex quo corrolariè infertur ad Reg. Pragmat. odia litium & quando cedens non obſtante ceſſione per eum facta poſſit agere ad ornatum l. 3. C. de nouat. remiſſiuè fol. 24.

Charitas ordinata à ſe ipſo incipit, ex quo infertur ad materiã paſcuorum, & ad alia, vt in cõcluſione fo. 25.

Citatio ad inducẽdam præuentionem qualis debeat eſſe, an per citationẽ ad informandum inducatur, & quid per informationẽ, & alia in materia non inutilia f. 25.

Ciuilitatis patris priuilegium, an in filium tranſeat, & quomodo intelligatur, & quid in dignitate hic reſolutiuè habes fol. 25.

Ciuis nouelius quis dicatur, & an Ciuitatem deſerens priuilegia amittat, & quando dicatur quis illam deſerere fol. 25.

Clauſula codicillaris, an operetur trãsmiſſionẽ hæreditatis ſi eſt cõcepta per verba futuri tẽporis, & alia multa cõcluſiuè, & remiſſiuè de virtute clauſulæ huius f. 25.

Clauſula, iuribus alienis, & noſtræ Curiæ ſemper ſaluis circa quæ operetur, & an importet conditionem, & de clauſula, quorum tenores habeantur pro expreſſis, & de clauſula, reſeruantes ea, quæ competunt ratione ſupremi dominy, & de clauſula, in aſſenſu, quoad expræſſa tantum hic vide fol. 26.

Clauſulæ, vbique locorum virtus remiſſiuè fol. 26.

Clericus non poteſt conueniri, niſi in quantum facere poteſt, & an hoc beneficium faciat carceres euitare, & an procedat in clerico ſicut in Sacerdote, & de praxi cap. Odoardus remiſſiuè tamen fol. 26

Clericus num gaudeat beneficio ſtatuti fœminas propter maſculos excludẽtis, & quid in monacho capaci f. 27.

Clericus de crimine læſæ Maieſtatis delatus per quem Iudicem, Eccleſiaſticum nempè, vel ſecularem debet cognoſci, & an poſſit pro dicto crimine, vel alio capitali inquiſitus torqueri, quid circa hoc praxis obſeruet, an cum armis prohibitis inuentus per familiam ſecularem poſſit capi, illiſque expoliari & quis eum tunc puniet, & de clerico in fraganti delicto reperto, an poſſit per ſecularem capi, & nonnulla alia in hac materia fol. 27.

# Argumenta


Clericus, ſiuè clerici, an eogi poſſint ad deſenſionem Ciuitatis, illa exiſtente in periculo expugnationis, & ſic ad hoſpitandum milites, qui illius defenſioni incumbunt fol. 27.

Clericus ſi eſt debitor pro penſione ex cauſa locationis domorum, Iudex ſecularis an poſſit exequi facere in bonis mobilibus fol. 27.

Clericus, qui officium non recitat, neque horis diuinis incumbit, an priuandus ſit beneficio, & ad fructuum perceptorum reſtitutionem teneatur, & ex quibus cauſis excuſetur remiſſiuè fol. 27.

Clericis, an mercatura ſit licita, & in quibus caſibus, & qualiter ſunt puniendi contrafacientes fol. 28.

Clericus minor ſi coram Iudice ſæculari contra laicum litigat Iudex laicus an poſſit de curatore ei prouidere, & an poſſit tanquam alterius tutor, vel curator coram ſæculari conueniri, & an inſtantia cepta cum defuncto laico coram ſæculari tranſeat in clericum eius hæredem fol. 28.

Clericus quando litigat contra laicum coram ſæculari Iudice, expenſæ in quibus litigans fuit condemnatus per quem Iudicem ſunt taxandæ, & liquidandæ fol. 28.

Clerici ſe inuicem percutientes, an incidant in excommunicationem, & à quo poſſunt abſolui, & à quo debeat abſolui laicus excommunicatus ob violentam in clericum manuum iniectionem, & quid in monachis ſe inuicem in clauſtris, vel extra ſe percutientibus, & alia in hac materia neceſſario ſcitu digna fol. 28.

Clericus ſi de facto abſque ſui Superioris licentia examinatus in cauſa ciuili reperitur, an eius depoſitio valeat, & quid in monacho, & an in criminalibus ſanguinis pœnam ingerentibus cum eorum Superiorum licentia contra laicum coram ſæculari Iudice examinari valeant fol. 29.

Clericus, aut Prælatus qui multa in eius vita acquiſiuit an ex bonis Eccleſiæ, vel proprijs acquiſiuiſſe præſumatur, & de quibus poſſit teſtando diſponere, & de quibus non, & alia ad hæc conferentia fol. 29.

Clericus, ſiuè clerici, an teneantur ſoluere gabellam pro vino, oleo, vel alijs rebus, quas pro eorum neceſſitatibus extra eorum habitationem vendendas tranſmittunt fol. 30.

Curiæ coadiutor indebitè aliquem moleſtans, an debeat in expenſis condemnari, & quid in criminaliter aliquem indebitè querulantem. & moleſtantem fol. 30.

Collecta eſt munus patrimoniale, & ordinarium perſonis pro rebus impoſitum, & à quo tempore collectæ eſſe cœperunt remiſſiuè, cui incumbat onus illam ſoluendi domino locatori, an verò conductori, declaratur doctrina Bart. in l. 1. per illum text. cum gloſ. C. de anno. & tribut. libr. 10. & an colonus partiarius teneatur ad illius ſolutionem pro ea fructuum parte, quæ ei ſupereſt omni impenſa deducta fol. 30.

Colonus partiarius, an teneatur dare domino partem arborum ſiccarum, vel vi tempeſtatis euulſarum cum duabus declarationibus fol. 31.

Colonus partiarius Eccleſiæ, an teneatur ad ſolutionem collectæ pro parte fructuum ad eum peruenientium, & qualiter, quid in emptoribus redditum clericorum. & in emphyteuta Eccleſiæ fol. 31.

Colluſio quid ſit, an annullet actum in quo interuenit, & qualiter probetur remiſſiuè fol. 31.

Commiſſio facta officiali, an per mortem committentis re non integra expiret fol. 31.

Compenſatio, an ipſo iure debitum, & obligationem extinguat, Affl. decis. 121. in primo dubio declaratur qualiter fiat, & infra quod tempus poſſit opponi, & alia ad hanc materiam pertinentia fol. 31.

Compromiſſi tempus quando currere incipiat, & quid ſi in eo ſit dictum ab hodie fol 32.

Compromiſſum neceſſarium, quod fit à minoribus, vel eorum Tutoribus, vel Curatoribus, an in eo requiratur decretum Iudicis fol. 32.

Compromiſſum an poſſit fieri in Iudicem ordinarium loci, tamquam arbitrum, vel arbitratorem, & an exceptio impediens litis ingreſſum neceſſarium compromiſſum petenti obſtet, an poſſit fieri in duos, vt ipſi tertium incertum eligant, & num vno ex arbitris, in quem factum moriente expiret fol. 32.

Compromiſſum factum in arbitros, ſi ab eis prorogatur iuramentum in eo appoſitum, an cenſeatur prorogatum, ſi tempus ipſius compromiſſi per arbitros prorogetur, & quid data per compromittentes ſpeciali prorogandi poteſtate fol 33.

Compromiſſum lites præteritas non comprehendit, an in cauſa alimentorum poſſit compromitti remiſſiuè quid in cauſa feudali, & vita militia fol. 33.

Conceſſio rei ſtabilis Eccleſiæ, an vltra triennium fieri poſſit, & quæ ſint iuſtæ cauſæ illas vltra triennium concedendi remiſſiuè, & alia ad hanc concluſionem ſimilia fol. 33.

Conceſſio generalis, an extendatur ad ea, quæ ſpecialem exigunt conceſſionem, & quæ in priuilegium ſunt Principi reſeruata fol 34.

Concubina, vt verè talis dicatur, quæ requirantur, & an donatio, vel legatum ei factum valeat remiſſiuè fo. 34.

Concuſſio quid ſit, à quibus committatur, an ſit crimen publicum, vel priuatum, & quæ ſit eius pœna remiſſiuè fol. 34.

Conditio, ſi ingrediatur monaſterium, an ſit momentanea, vel ſucceſſiua fol. 34.

Conditio viduitatis in vidua, an reijciatur, quid in virgine, & an ſi legatum in defectum conditionis eſt collatum in piam cauſam fol. 34.

Conditio caſualis in contractibus, an retrotrahatur quoad hypothecam bonorum, & quid in poteſtatiua & an quoad dominium in preiudicium tertij, & num retrotrahatur in legatis remiſſiuè fol. 35.

Conductor, an ob non ſolutionem penſionis poſſit à re conducta per locatorem expelli, & quid ſi promiſit expreſſè non expellere, an poſſit expelli, maximè ſi cum iuramento promiſit penſionem ſoluere, & conuento tempore non ſoluit, quid per aliam cauſam, puta neceſſitatem, & indigentiam locatoris re locata, vel quia malè in re conducta verſetur ad ornatum l. ędem C. locat. fol. 35.

Conductor poteſt rem conductã, in qua vtiles, vel neceſſarias fecit meliorationes retinere donec illarũ pretiũ ſibi ſoluatur, ex quo ad plures infertur, qui ratione expenſarũ, vel laboris poſſunt rem retinere fol. 36.

Conductor equi ad vecturam. quam diligentiam debeat circa illum adhibere, vt non teneatur de morte, vel ipſius deterioratione, & qualiter ipſius mortem probabit fol. 36.

Conductor an teneatur ad purgationem foſſati, ſi impenſa perpetua reſpiciat vtilitatem, & quid ſi præſentis temporis tantum, & an expenſam cum penſione compenſabit locatori fol. 37.

Conductor dicitur ſpoliare locatorem re locata denegando ei illius reſtitutionem, & quid iuſta exiſtente cauſa fol. 37.


Confeſ-

Confeſſio extraiudicialis præſente parte facta, & per duos teſtes probata plenè probat in ciuilibus; in criminalibus verò non facit niſi indicium ad torturam, & quid ſi eſt facta abſente parte, an plenè, vel ſemi plenè probet, & quid ſi tendat ad liberandum, ad ornatum doctrinæ Bart in l. non ſolum §. liberationis ff. de liberatione lega. & latè de pluribus imperfectis probationibus iungendis in ciuilibus, vel criminalibus fol. 37.

Confeſſio facta per teſtatorem in teſtamento, vel alia vltima voluntate, an debitì probationem inducat, vel in vim legati ſubſtineatur, & quando poſſit per teſtatorem reuocari fol. 38.

Confeſſio cedentis, an, & quando ceſſionario noceat, & quando ceſſio facta dicatur ad commodum cedentis, vel ceſſionarij remiſſiuè fol. 39.

Confeſſio qualiter eſſe debeat, vt confitenti noceat folio 39.

Confeſſio delinquentis qualificata, an poſſit pro parte acceptari, & pro parte reuci, & quid in ciuilibus, & an qualitate non probata ſit pœna ordinaria, vel extraordinaria puniendus, & de pluribus ad hanc rem actinentibus fol. 39.

Confeſſio ſine cauſa facta, an, & quando ſit inefficax, & vti indiſcreta non probet fol. 39.

Confeſſio facta per ſocium in ciuilibus quando contra conſocium probet fol. 39.

Confeſſio per aliquem facta quando poſſit per ipſum reuocari probato, vel non errore, & qualiter, & infra quod tempus probetur error fol. 39.

Confeſſio facta coram Iudice non tamen in forma iudicij abſque expreſſione loci, & cauſæ, an ſit punienda, & qua pœna fol. 40.

Coniuncta perſona quando pro coniuncto cum rati cautione admittatur ad agendum, & an poſſit ſibi per debitorem coniuncti ſolui, & an poſſit illum cogere ad faciendum depoſitum, & alia ad l. exigendi C. de procurat fol. 40.

Confraternitæ, vel magiſtri, aut œconomi ipſarum, an coram Iudice laico conueniri poſſint, & ſi de precedentia inter eos eſt quæſtio quis erit competens iudex fol. 40.

Conſenſus quando conſentienti præiudicet, & operetur eius iurium amiſſionem fol. 41.

Conſeruatores quales eſſe debeant, & qualiter de cauſis cognoſcant, & an ab eorum ſententijs ad Metropolitanos appellatur fol. 41.

Conſuetudo eſt difficilis probationis, & ad eam probandam multa requiruntur remiſſiuè, tamen quando eſt notoria, & generalis probatione non indiget fol. 41.

Contractus nullus an ſicuti poteſt à principali impugnari, ita etiam ab eius hærede & an nullitas contractus alienationis bonorũ Eccleſiæ ob defectum ſollemnitatũ poſſit per contrahentem contra Eccleſiam allegari, & quid in contractu minoris, & an poſſit per tertium allegari fol. 41.

Contractus à carcerato factus, an valeat ad l. qui in carcerem ff. quod met. cauſa, & an factus à ſubdito in fauorem Domini, maximè quando enormiter læditur ſit validus fol. 42.

Contractus nominatus, an reſcindatur ob defectũ implementi, quando implementum eſt cauſa finalis ipſius contractus, & quid ſi eſt cauſa impulſiua fol. 42.

Contractus vnus, an poſſit in alium transfundi, & qualis tunc attendatur ſol 42.

Copula, &, æqualiter coniungit, & equè principaliter determinat, prout dictio, cum, & qualiter intelligatur, & quando requirat concurſum vtriuſque copulati, & quando ſecus, & alia pulchra de copulę natura ſo. 42.

Correlatiuorum idem eſt iudicium fol 43.

Creditor mutuans alicui pecuniam pro emendis mercibus, quas ex dicta pecunia emit, an præferatur alijs creditoribus anterioribus dicti ſui debitoris, & an habeat in eis tacitam hypothecam, & an mutuans in refectionem præferatur creditori anteriori, & quę concurrere debent, vt preferatur, & alia in materia vtilia ſol. 43.

Creditor infirmus non liquidat via ritus per acceſſum Iudicis ad eius domum, ſecus contra debitorem infirmum, quia liquidatur per acceſſum Iudicis, & de rationis diuerſitate fol. 43.

Creditor habens publicum inſtrumentum contra ſuum debitorem cum conſtituto, & præcario, & pacto de capiendo in forma, an poſſit petere familiæ aſſociationem pro capiendis bonis ſui debitoris per ipſum, vel alium tertium poſſeſſorem poſſeſſis, & quid quando in inſtrumento adeſt dominij reſeruatio latè hic habetur fol. 43.

Creditor, vt poſſit cogi accipere bona ſui debitoris inſolutum ad auth. hoc niſi C. de ſolut. quæ requiſita concurrere debeant fol. 44.

Culpa difficilis eſt probationis, debetque ab eo qui agẽdo, vel excipiendo in ea ſe fundat probari fol 44.

Curator ad litem quando pupillo validè detur, & an teneatur inuentarium conficere, vel ſatiſdare ſicut alij, fol. 44.

Curator ſi eſt datus hæreditati iacenti, datio, vt valeat, quæ requirãtur hic breuibus habes, & quando hæreditas dicatur iacens, & quando vacans fol. 45.

Cuſtos laicus animalium clericorum tenetur de damno dato per dicta animalia, non autem clerici, vel eorum animalia, ſed quid ſi reperiantur dicta animalia damnum dare in agris laicorum, an poſſint pro damni emenda capi, & coram quo Iudice ad damni emẽdam agatur, & alia valdè in materia hac vtilia ſol. 45.


D


Damnum datum in frumento, ſiue ordeo adhuc in herba exiſtente, vel in alijs victualibus, aut arboribus nondũ fructiferis qualiter extimabitur, quodq; tempus debet attendi, & an damnum dans in agro forum ſortiatur in loco, vbi damnum datum eſt & remiſſio ceſſet, & an prius debeat ſolui damnum quam pena. fol. 45.

Datio inſolutum, tàm voluntaria, quàm neceſſaria vim habet ſolutionis, continens plus vero debito in totum annullatur, teneturquè recipiens ad reſtitutionem fructuum perceptorum, & percipiendorum, & an donec pretium ſoluatur poſſit recipiens retinere, & an fructus debeant in ſortem computari ipſamque extenuare fol. 46.

Debitor, an poſſit opponere exceptionem compenſationis aduerſus inſtrumentum publicum, vel obligationem ſtipulatam penes acta, & iuramento vallatum, ſeù vallatam, & quid ſi creditum de cuius compenſatione agitur ipſi debitori poſt promiſſionem iuratam superueniſſet hic diffuſè habes fol 46.

Debitor, qui in mora ſoluendi ſuo creditori eſt conſtitutus tenetur ad expenſas per creditorem erogatas pro ſui crediti conſequutione, & quid veniat, & computandum ſit in dictis expenſis, & an aduerſus requiſitoriam admittatur ad comparendum de ſero fol. 47.

# Argumenta


*Debitor de fuga ſuſpectus ad hoc, vt capi poſſit, quæ ſint probanda per creditorem, qui eius capturam flagitat, & quid circa hoc M.C.V. praxis obſeruet, & quid ſi non eſt debitor vigore inſtrumēti publici, ſed priuatæ apochæ, an poſſit ſi de fuga eſt ſuſpectus capi, & an ſi dies ſolutioni præfixus nondum venit fol. 47.*

*Debitor vendens rem alteri obligatam aſſerens illam eſſe liberam an falſi pœnæ fiat obnoxius, & quid ſi non aſſerit, ſed diſſimulat eſſe alteri obligatam fol. 48.*

*Debitor quantitatis ne in mora conſtituatur tenetur accedere ad domum creditoris pro ſolutione facienda, et quid ſi debitor, & creditor diuerſi ſint fori, vel promiſſa ſit ſpecies, puta frumentum, vel ſimilia, nec locus certus eſt ſolutioni deſtinatus, & qualiter in mora conſtituatur debitor, qui certo loco ſoluere promiſit fol. 48.*

*Debitor, qui ſuum creditorem vult præuenire tenetur præſtare fideiuſſionem, aliaque adimplere, quæ Reg. Pragm. dictat, & an ſi omictatur fideiuſſio requiſita præuentio ſit nulla, adeo quod non impediat inſtrumenti liquidationem, & quid ſi debitor cum iuramento præuentioni renunciauit, an abſolutione à iuramento obtenta poſſit creditorem præuenire, & an præuentio legitime per debitorem facta fideiuſſoribus quoque in ipſa non nominatis proſit remiſſiuè fol. 49.*

*Debitor in diem poteſt conueniri ante diem, vt die adueniēte ſoluat, & an iterim teneatur cauere ſi dilatio eſt adiecta miſerationis gratia, & quid in debitore ex vltima volūtate, & ſic hærede, & in debitore annuorum redditoum, & an fideicommiſſarius cōditionalis poſſit agere contra grauatum, vt conditione eueniente bona fideicommiſſo ſubiecta reſtituat, & an debitor neceſſitate vrgente poſſit ad ſolutionem ante tempus cogi, & quid è contra in creditore, an teneatur ante tempus recipere remiſſiuè fol. 49.*

*Debitum annuum poteſt peti in principio, imò prima die cuiuslibet anni fol. 50.*

*Decretum Iudicis interpoſitum ſuper venditione bonorum pupilli, vel minoris, an trahatur ad ipſorum obligationem ad text. in l pupillorum § ſi Prætor ff. de reb. eor. fol. 50.*

*Defenſio qualiter vnicuique ſit permiſſa, & an agreſſus modum excedens in ſe defendendo teneatur pro toto, vel pro exceſſu tantum fol. 50.*

*Delegatio quando morte illius, cui facta eſt expiret, & quando non, & quæ verba delegationem inducant, & alia in materia delegationis fol. 51.*

*Delictum quando delinquentis morte extinguatur, & quando non, ita quod pœna ab eius hæredibus exigi valeat fol. 51.*

*Delicto nemo de iure communi obuiare tenetur, & quid ſi potuit prohibere, & non prohibuit remiſſiuè fol. 51.*

*Delicta difficilis probationis, quæ ſint, & an Iudex debeat eſſe in eis promptior ad torturam inferendam, & an poſſit ex præſumptionibus, & coniecturis ad condēnationem deuenire remiſſiuè fol. 51.*

*Denunciatio an ſit per conductorem locatori facienda poſt annum, vt mercedis remiſſionem habere valeat, fol 52.*

*Depoſitum per debitorem faciendum eſt non ſolum de toto principali debito, vt ei proſit, ſed etiam de intereſſe, & expenſis, & quid ſi intereſſe, vel expenſæ non ſunt liquida, decoctio depoſitarij, cuius periculo cedat, & alia in materia depoſiti pulchra, & vtilia, fol. 52.*

*Dictionis, prout, virtus quæ ſit remiſſiuè fol. 53.*

*Dictio, vt ſupra ad quæ referatur, et quorum ſit repetitiua fol. 53.*

*Dictio, ipſe hæres, adeò eſt perſonalis, vt prohibitio alienationis facta per verbum, ipſe hæres, non comprehendit hæredis hæredem fol. 53.*

*Dictionis, omnis, quilibet, ſinguli, & inſolidum virtus remiſſiuè fol. 53.*

*Dignior debet à deſtris ſedere fol. 53.*

*Diſpenſatio quatenus eſt gratia, qualiter interpetretur, & ad quæ extendatur fol. 53.*

*Diſpoſitio quælibet debet intelligi rebus ſic ſtantibus, & vt actus conueniat ſuper quo ſit, et qualiter reſtringatur fol. 53.*

*Diſſutiles, qui lautè viuunt, nec ſtabilia poſſident, ex quorum fructibus viuere poſſunt, nec in officio, aut artificio aliquo verſantur, an puniri aliqua pœna poſſint, & qualiter in Regno puniantur fol. 54.*

*Diſtributiones quotidianæ præſentibus, & horis canonicis interuenientibus dari debent, non autem abſentibus etiam cauſa ſtudij, vel pro Summi Pontificis, & Epiſcopi ſeruitio, nec excommunicatis, aut ſuſpenſis etiam iniuſtè, & an debeantur infirmis, vel alia corporali neceſſitate detentis, & alia in materia diſtributionum quotidianarum fol. 54.*

*Diuiſio eſt cōtractus innominatus, & quæ vtilitas exinde perueniat, qualiter inter fratres fieri debeat, & quando facta præſumatur, vel non, & qualiter ea facta retractetur, & an in feudalibus ſine aſſenſu fieri poſſit, & alia ad diuiſionis materiam pertinentia, fol. 55.*

*Diuortium hodie non fit, ſed ex iuſta cauſa fit Thori ſeparatio fol. 56.*

*Doctoris dictum debet ſecundum iura, quæ allegat intelligi, & eius authoritas, vbi lex deficit plurimum poteſt fol. 56*

*Domicilium habitationis eſt alijs potentius, ibique quis conueniri debet, & ſi alibi reperiatur, & qualiter illud conſtituatur remiſſiuè fol. 56.*

*Dominium ex poſſeſſione non præſumitur, & qualiter hoc procedat, & an ex partis confeſſione probetur fol. 56.*

*Dominium, & ſi regulariter abſque traditione non transferatur, tamen Princeps ex ſolo contractu abſque traditione illud transfert, & qualiter intelligatur, & procedat hoc, hic vide vbi ſatis notabiliter loquitur, fol. 56.*

*Dominus quando ex delicto famuli ſui teneatur, & quando ſecus fol. 57.*

*Donanti, an competat rei vendicatio pro recuperanda re donata ab ingrato donatario, & quid ſi res illa per tertium reperiatur poſſeſſa, an iuri reuocandi donationem propter ingratitudinem poſſit cum iuramēto renunciari, & qualiter ingratitudo probetur remiſſiuè, & alium ſingularem caſum hic vide fol. 57.*

*Donationis cauſa finali ceſſante, ceſſat quoque ipſa donatio fol. 57.*

*Donatio à muliere facta non præſumitur, & ſi facta reperiatur, decepta præſumitur ob generis auaritiam, fol. 57.*

*Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum non valet, niſi reſeruato vſufructu, vel aliqua quantitate, de qua poſſit donās teſtari, & quanta debeat eſſe illa quantitas, & qualiter reſeruata, hic plurium Doctorum opiniones recenſentur, & an valeat ſaltum quoad præſentia fol. 58.*

*Donatio ipſo iure per ſuperuenientiam liberorum reuocatur, an reuocetur ſi in ſpecie ſit renunciatum l. ſi*


vnquam

vnquam, & quid ſi pater natis filiis tacuit, & paſſus fuit donatarium per annum, & plus poſſidere bona donata & an donans, cum renunciatione predicta, qui tempore donationis habebat vxorem ſenem, & ſterilem, qua defuncta ſecundam duxit, ex qua liberos ſuſcepit poſſit donationē reuocare, & quid ſi poſt donationem ingreſſus eſt Monaſterium bonorum capax ad materiam d. l. ſi vnquam C. de reuocan. donat. fol. 59.

Donatio ſi eſt facta Titio de aliquo fundo, vel domo cum pacto, quod poſt mortem primi donatarij res donata ſit alicuius Eccleſiæ, vel priuati, an poſſit pactum prędictum in pręiudicium Eccleſiæ, vel priuati per donantem donatario remitti cum limitationibus pro ornatu opinionis Bart. in l. qui Romæ §. Flauius nu. 1. ff de verb. obligat. fol. 60.

Donatio alicui priuato, vel Eccleſiæ facta cum pacto expreſſo, vt ipſi donanti alimenta præſtentur, an poſſit reuocari ob non præſtationem ipſorum, & an Eccleſia in integrum reſtituatur ob Prælati alimenta non præſtantis culpam, & cui incumbat onus probādi alimenta fuiſſe, vel non præſtita, & an poſſit donatarius moram purgare, & an l. 1. C. de donat. quæ ſub modo locum habeat in hærede donatarij obligationem ignorante, & an onus extinguatur re perempta fol. 60.

Donatio per tutorem facta quando valeat, vel non, fol. 61.

Donatarius omnium bonorum, an ad ſolutionem æris alieni teneatur, & num ſit loco heredis, & an teneatur ad pręſtandum alimenta donatori, & qualiter conueniatur fol. 61.

Donatio iocalium, aut aliarum rerum facta per conſanguineos viri eius vxori, cui acquiratur, & qualiter in ea filij primi, vel ſecundi matrimonij ſuccedant, folio 61.

Dos debita à patre filiæ de paragio ſecundum conſtit. Regni in aliquibus an ſit loco legitimæ, & ibi multa de materia fol 62.

Dotandi onus, ad quem ſpectet, & dotans à quo repetat dotem fol. 62.

Duellum quando propriè dicatur, & quæ interuenire debeant, vt pęna Reg. Pragm. locum habeat fol. 63.

Duo, vel plures eiuſdem rei inſolidum poſſeſſores, vel Domini eſſe non poſſunt, & qualiter inter plures Dominos iuriſdictionis diuiſio fiat fol. 63.

E

Eccleſia. ſiuè Eccleſiaſticæ perſonæ, an teneantur ad ſolutionem Gabellæ pro communi omnium vtilitate impoſitæ, puta plauſtrorum, quæ viam deſtruunt, vel portæ, & quis Iudex erit competens, vt eas cogat, & vtrum Eccleſia teneatur ad ſolutionem collectarum pro bonis a laicis ad eam peruentis, folio 63.

Eccleſia hæres inſtituta non conficiens inuentarium, an teneatur vltra vires hæreditarias fol. 64.

Eccleſiæ bona regulariter alienari prohibentur, etiam ſi euidens eſſet Eccleſiæ vtilitas, & quid ſtante famis neceſſitate, vel pro captiuis redimendis, aut pauperibus alendis, & quid teneatur Epiſcopus, vel Rector in Eccleſia reparatione indigente impendere fol. 64.

Edificans in re communi debet ei in diuiſione aſſignari portio, vbi ædificauit, ne eius induſtria ſit ei nociua, & an plantans arbores in alieno ſolo videatur feciſſe animo donandi, & quando fol. 64.

Edificare cuique in ſuo ſolo in eius vtilitatem, & etiam vicini detrimentum licitum eſt, ſecus ſi ad vicini emulationem, quæ in dubio non præſumitur, & quando ad emulationem ædificium fieri dicatur, & an ſit licitum Baroni ædificare turrim, vel caſtrum, remiſſiuè fol. 64.

Eleemoſina magis danda eſt conſanguineo, quam extraneo, & magis iuſto, quam iniuſto fol. 65.

Elector, qui poteſtatem eligendi aliquem ad munus, vel officium Eccleſiaſticum, vel ſeculare habet, ſcienter eligens indignum facultate eligendi priuatur, ſecus ſi ignoranter, & idem in patrono præſentante indignum, & quando electione ſemel facta poſſit, vel nō variari remiſſiuè fol 65.

Emancipatio ius patriæ poteſtatis tollit licet adhuc reliquiæ quædam remaneant, nec poteſt fieri ad vnicum actum, ſed generaliter, an fieri debeat coram Iudice ordinario, vel ſufficiat coram Notario, & Iudice ad cōtractus fieri, quomodo probetur, & an præſumatur, & qualiter, & an vſusfructus bonorum per filium emancipatum acquiſitorum pro medietate patri acquiratur ad text. in l. ſi viua matre C. de bon. matern. & alia in materia emancipationis fol 65.

Emēs fundum de eius propria pecunia alterius nomine, an ei dominium acquirat, & qualiter, & an fructus ante ratificationem perceptos reſtituere teneatur, vel eos in ſortem computare fol. 66.

Emphyteota, vel vaſſallus ſi diuturno tempore canonem, vel vaſſallagium præſtauerunt, conceſſio in emphyteuſim, vel feudum, pręſumitur legitimè facta fol. 66.

Emphyteota, an re emphyteutica priuetur ob eius deteriorationem contingentem ex arborum inciſione, & quę concurrere debeant, & an procedat ſi in locum inciſarum alias ſubrogauit, vel inciſæ eſſent infructiferæ fol. 66.

Emphyteota, an incidat in commiſſum ob obligationem rei emphyteoticæ ſine Domini aſſenſu ſicut incidit ob eius alienationem, & an prohibitus alienare prohibeatur etiam hypothecare, & an ob locationem ad longum tempus fol. 66.

Emphyteota tenetur Dominum recognoſcere non ſolum quando directum dominium de vno in alium transfertur, verum etiam quando vtile, & volens illud alienare tenetur Domino denunciare, qui ſi vult alijs præfertur, & an Dominus ius prælationis habeat ſi alienatio eſt neceſſaria, & an ius prælationis competat Domino in fructibus per colonum venditis, & qualiter hoc procedere poteſt, & an primus conductor præferatur alijs pro oblata mercede, & an emphyteuta ius prædictum habeat in directo ſicuti Dominus in vtili fol. 67.

Emphyteota, an tota re priuetur propter alienationem partis ipſius, & quid in fideicommiſſario, & an ſi ceſſat à ſolutione canonis in partem incidat in totum res ipſa in fideicommiſſum, vel pro parte, quam non ſoluit fol. 67.

Emphyteoticus contractus probatur ex eo, quod contrahentes ita illum nominant, nam ille contractus geſtus præſumitur, quem partes nominant, à qua nominatione non eſt recedendum, & quando propriè emphyteoticus contractus dicatur, & qualiter à cenſuali cognoſcatur remiſſiuè fol. 68.

Emptor poteſt vti omnibus iuribus venditoris, & etiam retentione ratione hypothecæ venditori competenti, poteſtque cogere venditorem, vt ei exhibeat inſtrumenta

Digitized by Google

ta pro cognoſcendis finibus, & tenetur ei copiam facere, licet non teneatur illam tradere, & an emptor poſſit rem emptam ipſi venditori locare, vel in emphyteoſim dare ob ſimulationis timorem fol. 68.

Emptor cenſus poteſt ſuper aliqua re, quam liberam vẽditor aſſeruit, & nõ eſt, cogere eum ad reſtitutionem pretij, & quid ſi eſt venditus ſuper re expreſsè prohibita alienari, an ſit nullus, vel ſi eſt venditus ſuper re feudali abſque aſſenſu Regio remiſſiuè fol. 68.

Emptor, qui ex re empta fructus non percipit, nec quia ſterilis percipere poteſt non tenetur ad vſuras pretij non ſoluti, & quid ſi venditor illos percepiſſet ſi non tradidiſſet, tenetur tamen fructus ex re empta perceptos ſi pretium pænes ſe retinet reſtituere, verum illos de æquitate pro rata pretij ſoluti lucratur, prout etiam ſi fuiſſet habita fides de pretio, & an teneatur ad vſuras pretij non ſoluti ſi fructus percepit, eſto, quod fuerit venditor in mora aliquid adimplendi, & alia pulchra, & quotidiana ad l. curabit C. de actio. empt. fol. 69.

Emptor non poteſt agere de euictione contra venditorem ſi res fuit ſibi euicta per laudum ex compromiſſo voluntario ſecutum, ſecus ſi generalia verba omnem modum comprehendentia, ex quo ſequi poſſet euictio eſſent in inſtrumento adiecta, vel compromiſſum factum eſſet in ipſum venditorem, & quid ſi per imperitiam fuerit ſecuta euictio, & an vẽditor author laudatus ſi eſt coniunctus cum actore poſſit compromiſſum ex forma ſtatuti petere remiſſiuè fol. 69.

Emptor non agit de euictione contra venditorem ſi rem alienam ſcienter emit, & qualiter hoc intelligatur, & an procedat ſi ſibi ſpecialiter de euictione cauit, & an emens ſcienter rem fideicommiſſo ſubiectam, vel dotalem pretium recuperet remiſſiuè, & an emens rẽ minoris bona fide ex iuris errore nata abſque ſollemnitatibus teneatur ad fructus ſimiliter remiſſiuè fol. 69.

Emptor, prout ipſe venditor reuocat emptionem feudi ſine aſſenſu factam fol. 70.

Emptor, qui emit rem hæreditariam ab hærede cum beneficio legis, & inuentarij, & pretium creditoribus ſoluit, an poſſit, & an ſit ab alijs creditoribus tutus remiſſiuè fol. 70.

Emptor bonorum venditorum per exequutionem ſententiæ ſi poſtea ſententia ipſa retractatur non tenetur ad ipſorum reſtitutionem, ſed actio contra victum ad pretium competit fol. 70.

Emptio in dubio de ipſius emptoris pecunia facta præſumitur fol. 70.

Epiſcopus, an poſſit iuſpatronatus alicuius familiæ extinctæ in aliam familiam, vel perſonam transferre, & an poſſit populum benedicere, & mozzettam deferre in ſua Dioceſi præſente Legato de latere, & alia vtilia, & notabilia de Epiſcopi, & de Epiſcopali iuriſdictione, & dignitate fol. 70.

Epiſcopus poteſt contra laicum de iuribus ſibi debitis, puta decimis, vel mortuarijs cognoſcere, & quid in hoc Regno ſeruetur, & fuit iudicatum fol. 71.

Equum, vel canem, vel aliud animal ad eius defenſionem occidens in nihilo tenetur, & qualiter teneatur Dominus equi pro offenſione ab ipſo equo alicui facta, & quid ſi offenſus remanet deformatus remiſſiuè, & qua pœna puniatur retinens canem mordacem non ligatum, et à quo equus ſequeſtratus ſit alendus, folio 71.

Error calculi quando allegatur rationes ſemel calculatæ iterum, & pluries ſunt calculandæ, & qualiter in facto proprio præſumatur error, & an exceptio erroris calculi poſſit opponi non obſtante renunciatione ei facta fol. 72.

Euictio in limine contractus quando imminere dicatur, & an teneatur emptor ſoluere pretium imminente euictione non præſtita per venditorem fideiuſſione, & an dicta fideiuſſio ſit præſtanda non ſolum pro lite mota, ſed etiam generaliter pro omni alia mouenda, & quid ſi venditor, vel eius author ſit diues, & nùm poſſit procedi ad inſtrumenti liquidationem ſtante imminentia vt ſupra, & quæ poſſit venditor opponere emptori imminentiam allegantí ad ornatum l ſi poſt perfectam C. de euiction. Euinci autem res quando propriè dicatur, & qualiter emptor agat contra ſuum authorem rè ſibi per hypothecariam euicta, & ad quid emptor agat re ſibi euicta, cuius temporis valor ſit attendendus, euictioque debetur etiam ex diuiſionis contractu inter fratres celebrato, item inter cohæredes, item in donatione remuneratoria, & qualia debent eſſe ſeruitia, & an regulariter in contractu dotis debeatur fol. 72.

Euictio, quæ ab inimicis venditoris, vel locatoris cauſatur, operatur, vt venditor, vel locator ad omnia damna, & intereſſe teneatur maximè inimicitia, ante venditionem orta fol. 73.

Exceptio non numeratæ pecuniæ quando, infra quod tempus, & in quibus contractibus opponi poſſit, & quis teneatur illam probare, & aduerſus quas ſcripturas & num poſſit ei renunciari, & an perpetuo poſſit de iure canonico opponi fol. 73.

Exceptio rei iudicatæ, vt obſtet, quæ requirãtur, & vſque ad quod tempus poſſit de ea cognoſci fol. 74.

Exceptio nullitatis apparentis ex eiſdem actis impedit exequutionem ſententię foriudicationis ſuper citatione notoriè nulla, eſt enim nullitas euidens mera defenſio, & poteſt quandocumque, & coram quocumque etiam inferiori opponi, & quando dicatur incontinenti, & notoriè de ea conſtare, & an impediat exequutionem trium conformium, & an diſcuſſione pendente ſit interim ſententia exequutioni demandanda, & de forma oppoſitionis aduerſus ſententiam Sacr. Conſil. & alia in materia fol. 74.

Exceptio non adimplementi poteſt ſemper opponi non obſtante ſtatuto exceptiones reiciente, imo ſi non opponatur poteſt Iudex ex officio ſupplere, nec poteſt actor obtinere ſi non adimpleuit ex parte ſua, etiam ſi in minimo deficiat ad ornatum l. Iulianus §. offerri ff. de actio. empt. fol 75.

Exceptio proprietatis, an obſtet agenti remedio cap. reintegranda, & an agenti interdicto recuperandæ quando exceptio eſt notoria, & quid agenti interdicto adipiſcendę, vel retinendæ, & num prædicta procedant, vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta fol. 75.

Excommunicari non poteſt qui fuit domi citatus, & qualiter, & pro qua culpa ad ſententiam excommunicationis ſit procedendum, & de pœnis perſeuerantis vltra annum in excommunicatione etiam ex diſpoſitione Sacr. Concil. Trident. fol. 76.

Excuſſio an requiratur quando agitur contra tertium poſſeſſorem ſaluiano interdicto, & an quando agitur contra tertium poſſeſſorem aſſiſtentia vigore Regiæ Pragmaticæ remiſſiuè fol. 76.

Exequutio ſententiæ contra defunctum in actione perſonali latæ, an poſſit contra eius hæredem fieri ſuper

fructibus

fructibus feudi hæreditarij, tàm perceptis, quàm pendentibus, & naſciturìs, & qualiter hoc procedat, & quid in feudo ex pacto, quoduè hodie ſeruetur fol.77.

Exequutores plures in teſtamento dati abſque clauſula inſolidùm, an omnes ſint citandi. & conueniendi, & quid quando vnus ex eis eſt debitor hæreditatis, vel hærede vniuerſali extante fol.77.

Expenſæ factæ in infirmitate, & poſtea in ſepultura à pari procedunt, & de multiplici expenſarum petitione, & alia valdè frequentia in expenſarum materia fol.78.

F

FAcultas redimendi fundum, an poſſit vendi, vel vna cum re cedi fol.78.

Falcidia quando detrahatur, & cuius fauore fuit inducta ipſius detractio, à quibus legatis, & an a legato alimentornm quando pauperi, vel ægeno factum eſt. & an poſſit à teſtatore prohiberi fol.79.

Falſi pæna, vt quis puniatur, quæ requirantur, non præſumitur, imo potius error, & ſemper interpetratio fit, vt falſitas euitetur, quibus coniecturis, ſeù præſumtionibus falſitas arguatur, & quibus diluatur remiſſiuè, & alia, quæ videre poteris fol 79.

Familia Epiſcopi, an fori priuilegio, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus gaudeat, & an Epiſcopus eam armatam tenere poſſit, quique de ea dicantur fol. 80.

Fæmina de iure communi ex teſtamento, & ab inteſtato ſuccedit; ſublata eſt enim ſexus differentia quoad ſucceſſionem, an autem de iure communi in feudo ſuccedat, & quid in Regno Siciliæ, feudo empititio, & vltra, caſus plures notantur; in quibus fæminæ deterioris ſunt conditionis maſculis fol.80.

Feudatarius, vel emphytiota qui tales ſe eſſe fatentur, nec quæ ſint bona feudalia, vel emphyteotica conſtat poſſunt cogi ad oſtendendum bona prædicta, verum ſi negant, & de mendacio conuincantur debent ipſis priuari, & an Dominus poſſit cogere ſuum vaſſallum, vt ſuæ poſſeſſionis titulum oſtendat, ad ornatum l.cogi C.de pet.hæred fol.82.

Feudatarius ſi decedit in Regno legitimis hæredibus non relictis feudum ad inſtantiam Regij Fiſci ſequeſtratur per anni ſpatium ab ipſo detinendum, infra quod poſſit agnatus in poſſeſſorio de iuribus ſuis experiri & poſtea in proprietate, & an ſequeſtrum prędictum fiat quando aperto, & claro iure apparet agnatum defuncto ſuccedere debere, vel quando reperitur in feudi poſſeſſione ante mortem vaſſalli quæſita, & alia vtilia ad ornatum, & limitationem cap. Regni ex præſumptuosè fol 82.

Feudatarius, an poſſit de feudo hæreditario abſque Domini aſſenſu teſtari, & quid de feudo ex pacto, & de feudo nouo, vel antiquo, vide hic, vbi longam habes diſtinctionem. & an poſſit fideicommiſſum, vel ſubſtitutionem facere, vel inequalibus partibus diſponere, & an poſſit refutare feudum immediatè ſucceſſuro ſine aſſenſu Regio, & vtrum poſſit res feudales concedere ad meliorandum abſque aſſenſu ad certam partem fructuum fol.83.

Feudi hæreditarij hæres ſi inuentarium confecit, ei an proſit, & quid in feudo ex pacto, quale ſit feudum hæreditarium, & quale ex pacto, & de communi inueſtiturarū forma in Regno, & an hæreditarium veniat in reſtitutione fideicommiſſi. & in legitimam imputetur, remedium l.fin. de edicto diu. Had. toll. habet ne locum in feudo hæreditario, & quid in feudo ex pacto, & an ſucceſſor in feudo debeat eſſe hæres vltimi morientis fol.84.

Feudum antiquum, vel paternum cui aliqua qualitas de nouo eſt addita, in ea addita dicitur nouum, in reliquis remanet antiquum & conceſſum videtur eo modo, quo conſueuit, an in dubio præſumatur nouum, vel antiquum & nouum conceſſum iure antiqui illius naturam aſſumat. & quando nouum, vel antiquum dicatur remiſſiuè, & alia in materia hac pulchra fol.85.

Feudum, quod a Rege tenetur, ſiuè ſit, vel nō ſit caſtrum poſſeſſorem nobilitat, ad Regem reuerſum non dicitur amplius feudum niſi alteri concedatur fol.86.

Feudum planum, & de tabula quale ſit, & quale quaternatum fol.86.

Feudum, an veniat in generali obligatione, generali venditione, permutatione, donatione, renunciatione, & diſpoſitione, & an in generali conceſſione veniant regalia fol.86.

Feudum in Regno, an 30.annorum ſpacio præſcribatur ſine Regis præſentia, vel requirantur centum anni, & an præſumpta inueſtitura in Regno procedat, & num præſcriptio feudi contra patrem facta filio noceat, & quid in regalibus, & alijs Principi reſeruatis remiſſiuè fol.87.

Feudum, quod apud Eccleſiam reperitur dicitur eſſe ad manus perpetuas, ſeù mortuas; milites Hyeroſolimitani, an ſint feudorum capaces, & quid in monacho, vel monaſterio fol 87.

Feudum quaternatum, quod propriè dicatur, & qualiter in Regno. & vſque ad quem gradum deſcendentes in eo ſuccedant, & vſque ad quem gradum collaterales & qualiter in eo ſuccedatur de iure communi feudorum, tam in linea deſcendēti, quam Collaterali, & multa alia ad ornatum conſtit. Regn vt de ſucceſſionibus, & vtrum ea habeat locum in feudo plano, & de tabula, & aliqua de conceſſione feudi ob ſeruitia præſtita fol.87.

Fidem bonam agnoſcere quilibet tenetur, & ideo emptor, qui litem ſibi motam ſolemniter non denunciauit venditori poteſt agere de euictione contra eum quando notoria erat euincentis Iuſtitia, & certum ipſi venditori defenſionem non competere fol.89.

Fideicommiſſum an ſit quid fauorabile, vel odioſum quando fideicommiſſi onus præſumatur repetitum, vel continuatum a ſubſtitutis, & ex quibus coniecturis inductum præſumatur, familiæ relictum vſque ad quem gradum extendi, & porrigi debeat, & quos hoc nomen contineat, & vbi per teſtatorem fit mentio agnatorum intelligitur de familia ſua, omnia remiſſiuè fol.89.

Fideiubere pro alio eſt ſpecies dilapidationis, adeo quod qui pro alio fideiubendo malè ſubſtantia ſua vtatur, & inter caſus vergentiæ ad inopiam annumeretur fol.90.

Fideiuſſio præſtita voce durat duobus mēſibus, in ſcriptis vero perpetuo, an fideiuſſio requirat ſcripturam, requirit tamen ſtipulationem, limita in tribus caſibus, ſtrictamque recipit interpetrationem, ex quo notabiliter inferitur fol 90.

Fideiuſſor an cenſeatur liberatus ex prorogatione temporis eo ignorante per creditorem debitori facta, & quid in criminalibus, an ex dicta prorogatione inducatur nouatio, & an ſi debitor ob dilationem ſibi datam effectus eſt non ſoluendo poſſit fideiuſſor conueniri fol.90.

Fideiuſ-

Fideiuſſor, vt ſit idoneus debet eſſe eiuſdem fori, & iuriſdictionis, cuius eſt principalis, an clericus poſſit fideiubere pro laico extraiudicialiter, & quid in iudicio latiſſimè, & quid èconta, an laicus pro clerico & an filiusfamilias pro eius patre fol.91.

Fideiuſſor ſi eſt effectus non ſoluendo non poteſt creditor petere a debitore, vt alium præſtet, etiam ſi à principio illum minus idoneum recepiſſet, quod in duobus caſibus limita, & an debitor, qui poſt obligationem effectus eſt non ſoluendo poſſit cogi ad præſtandum fideiuſſorem non obſtante pacto in inſtrumento appoſito, quod nō poſſit compelli ad fideiuſſorem præſtandum, & an fideiuſſor, qui immobilia non poſſidet dicatur idoneus, & quid ſi poſſidet mobilia, quæ de facili aſportari non poſſunt, vel principalis ſit diues, & idoneus facultatibus, fideiuſſoremque dare promittens, in quo loco illum dare teneatur, & an ſi debitor promiſit certum fideiuſſorem creditori dare poſſit illum cogere, vt alium equè idoneum accipiat, & quid ſi cum iuramento promiſit, & nùm creditor poſſit cogi fideiuſſorem ſemel ſibi datum liberare alio equè idoneo ſibi oblato, an datus in prima inſtantia teneatur de eo, quod in ſecunda eſt iudicatum, & alia fol.91.

Fideiuſſori ſoluenti creditori ceſſis ſibi actionibus per ipſum creditorem actio competit contra confideiuſſorem, ſecus non ceſſis ſibi actionibus, ſed contra principalem debitorem etiam abſque ceſſione agit, & an ſufficiat confeſſio creditoris de ſolutione ſibi facta per fideiuſſorem, vt ipſe poſſit agere fol.92.

Fideiuſſoris approbator quando teneatur creditori, cui fideiuſſorem approbauit, & fideiuſſio operatur, vt pecunia ſemper dicatur extare fol.93.

Filia fœmina, quæ non admictitur ad partem, an faciat partem in computatione legitimæ plures Doctorum opiniones remiſſiuè recenſentur, & denique, quod per S.C. fuerit iudicatum habes fol.93.

Filia fœmina à ſtatuto propter maſculos excluſa, cui paragium tempore nubilis ætatis debetur, an interim debeat habere intereſſe, vel fructus paragij, an verò alimenta fol.93.

Filia, vel ſoror, quæ patri, vel fratri ampliſſima renūciaciatione renunciauit ſi filius ſuſceptis ante patrem, vel fratrem decedat nō prohibentur filij eorum auo ſuccedere etiā ſi ſint matris prædefunctæ hæredes, & an ſi tempore renunciationis extabant fratres, quorum contemplatione fuit facta renunciatio, & poſtea præmoriātur, an poſſit filia renunciatione non obſtante ſuccedere, & quid ſi ea fuit generalis per pactum reale, & aquilianam ſtipulationem, & an admictatur filia, quę renunciauit ſi tempore mortis patris nulli reperiantur deſcendentes, & an in renunciatione requiratur præſentia illius, cuius ſucceſſioni renunciatur, vel conſenſus, & nùm poſſit ſuperuenire, & vtrum poſſit renunciatione non obſtante ex teſtamento ſuccedere, vel ex diſpoſitione inter viuos capere, & alia in hac materia renunciationis fol.93.

Filia, quæ a patre in eius vita dotem recepit non poteſt etiam auctis patris facultatibus ſupplementum petere etiam ſi cum minori dote, quam aliæ ſorores nupſit, & an ſi pater dotem in teſtamento legaſſet poſſit illud petere, & quid ſi dotem incogruam recepiſſet, adeo quod in magno exceſſu læderetur, & tunc quid ſtante ampliſſima renunciatione reali cum iuramento, quando dicatur enormiſſimè læſa, quodque tempus ſit attendendum, vt filia dicatur competenter dotata, & vtrum filia, quæ patri renunciauit tempore quo filios habebat, qui patri ſucceſſerunt, & ab inteſtato poſtea mortui ſunt poſſit eis ſuccedere renunciatione non obſtante fol.95.

Filia excluſa per conſtit. Regni ſtantibus maſculis, an nepos ex filio eius amitā ab auitā ſucceſſione excludat ſicuti eius pater ſi viueret eam excluderet, & quid in nepte fol.96.

Filiusfamilias exiſtens ſub patria poteſtate in iudicio ſiuè agat, ſiuè conueniatur debet patris conſenſus interuenire, & in quibus cauſis, & in qua parte iudicij ſit præſtandus, & an in criminalibus requiratur, & nùm ſi filiusfamilias contrahens cum aliquo aſſerat ſe viuere ſeorſum à patre, vel eſſe emancipatum, & de mendacio conuincitur ſit puniendus, & aliqua ad ornatum pragmat. ad S.C. Macedon. fol.96.

Filius an poſſit dotes matris, quæ eius tutelam adminiſtrauit donec rationem ſuæ adminiſtrationis reddat retinere, & multa ad ornatum l. vnicæ §. taceat C. de rei vxor. act fol.97.

Filius Regis, Ducis, aut Comitis, vel feudatarij, an poſſit viuo eius patre Rex, Dux, Comes, aut feudatarius dici, & qualiter intelligatur, & vtrum filius Doctoris gaudeat nobilitate eius patris ex doctorali dignitate quæſita, filius Doctoris collegiati huius almi Collegij Neapolitani debeat ne gratis doctorari fol. 98.

Filius, qui in vita patris paternum debitorem liberauit, an poſſit patre mortuo etiam ſi ſit eius hæres contra dictum debitorem agere liberatione non obſtante fol.98.

Filius, an poſſit agere contra patrem diſſipatorem ad repetitionem dotis maternæ, & quando quis dicatur diſſipare, ſeù dilapidare eius bona, & an ei competat aliquod remedium pro alimentis neceſſarijs, vel legitima quando pater dilapidat, & in quibus bonis poſſit filius legitimam habere, & quale debeat eſſe Iudicis arbitrium in aſſignanda legitima filio, & an poſſit bona ſua aduentitia per patrem alienata in eius vita vendicare fol 98.

Filiusfamilias in caſibus in quibus poteſt facere teſtamentum tenetur eius parentes inſtituere, alias ipſis præteritis teſtamentum eſt ipſo iure nullum ſicuti eſt nullum ex præteritione deſcendentium, & obiter caſus plures, in quibus filius poteſt teſtari notatur, quod limita quando deſcendentes relinqueret, quia tunc non tenetur aſcendentes inſtituere fol.99.

Filiusfamilias factus Sacerdos, aut religioſus, vel Epiſcopus, an liberetur à patria poteſtate, & an iura ſuitatis retineat fol.99.

Filij poſiti in conditione an, & quando cenſeantur vocati remiſſiuè fol.100.

Fiſcus tenetur ſoluere omnia debita, ad quæ tenebatur delinquens, cuius bona fuerunt confiſcata, & an teneatur filios condemnati alere, filiaſque dotare, & an habeat tacitam hypothecam in bonis delinquentis, & à quo tempore incipiat, & quid pro collectis, & tributis fol.100.

Forenſis, qui magnam moram facit in Regno, an excuſetur allegando ignorantiam alicuius conſtitutionis, vel ſtatuti, & ad quæ onera teneatur, & an teneatur ad ſolutionem collectarum pro bonis in alieno territorio poſſeſſis fol.100.

Foriudicatus non poteſt condere teſtamentum, & ſi illud condidit ante foriudicationem eſt nullum, & cur, & quid de condemnato ad triremes perpetuo, & an habeat teſtamenti factionem paſſiuam, & qualiter ipſius

bona

bona inter Fiſcum, & filios diuidantur, & pro quibus delictis poſſit quis forindicari, qualiterque de illis conſtare debet, vt ad forindicationis ſententiam poſſit deueniri, & quæ ſunt ſeruanda antequam deueniatur ad eam, & quæ poſſunt aduerſus eam opponi, & alia multa practicabilia in materia fol. 101.

Frater ſi mutuat pecuniam alteri fratri, & ambo ſunt in poteſtate patris, ſi in repetitione pecuniæ mutuatæ, frater opponit exceptionem Macedoniani, an exceptio prædicta obſtat fol. 103.

Fori priuilegium, an amictatur per ſatiſdationem datam de ſoluendo iudicatum, vel de iudicio Siſti, vel per promiſſionem de parendo mandatis Curiæ, aut de petente copiam libelli, & an forus originis tollatur ex delicto alibi commiſſo, & an mutetur ex ſuperuenienti priuilegio, & aliqua de fori priuilegio ad l. vnic. C. quando Imper. & conſtit. ſtatuimus fol. 103.

Frater vtrinque coniunctus præfertur in ſucceſſione fratri ex vno latere tantum coniuncto, ex quo plures pulchras, & vtiles habes illationes fol. 103.

Fructus legitimæ à die mortis teſtatoris debentur etiam ſi ſint per heredem bona fide conſumpti, & ad quam rationem debeant taxari, & quando debeantur quando ſit reuocatio per tit. de inoff. dot. vel donat. remiſſiuè fol. 104.

Fructus dicuntur deductis impenſis in ipſis factis, pendentes pars ſoli ſunt, & inter immobilia computantur ſecus ſi ſunt à ſolo ſeperati, vel de proximo ſecandi per cautionem interpoſitam dicuntur extare, & an ſimpliciter vendito fundo veniant, & comprehendantur fructus pendentes fol. 104.

Fructus futuri, vt in vniuerſali veniant hypothecа, quæ concurrere debeant, & qualiter veniant reſtituendi percepti pendente iudicio ſuper hypothecaria, an ſint tacitè hypothecati locatori cum prælatione pro affictu, & an percepti ex meliorationibus veniant cum ipſis compenſandi, qualiterque probentur fol. 104.

Fructus per filios primi gradus percepti ante conditionis fideicommiſſi euentum, an in Trebellianicam imputentur, & quid in nepotibus, vel alijs extraneis, vel quando duæ quartæ veniunt detrahendæ, & quando fructus per hæredem grauatum percepti veniant, vel non in reſtitutione fideicommiſſi remiſſiuè fol. 105.

Fructus feudi vaſſallo mortuo qualiter diuidantur inter hæredem vaſſalli, & Dominum, qualiter fructus clerici beneficiati inter eius hæredem, & nouum beneficiatum, qualiter inter emptorem, & venditorem cum pacto de retrouendendo, & inter virum, & vxorem fol. 105.

Fructus iuriſdictionis qui ſint, & fructuum, prouentuum emolumentorum, & aliarum obuentionum iuriſdictionis appellatione, quæ veniant remiſſiuè fol. 105.

Fructus domus intelliguntur, & debentur quanti condemnatus, ſeù conuentus fuiſſet conducturus non quanti domus potuiſſet locari fol. 105.

Fructus, qui ex dote in iure poſita ob viri vergentiam percipiuntur, ſi alimentis vxoris, mariti, & filiorum ſuperſunt, ad quem ſpectant fol. 106.

Fundus dotalis non poteſt per virum, vel vxorem, vel vtrumque ſimul alienari, vel obligari, & de prohibitionis ratione, & quando fundus dotalis proprie dicatur, an ſoluto matrimonio duret prohibitio, cuius dominio conſtante matrimonio ſit, & nonnulla alia vtilia in materia fol. 106.

Furtum an, & quando caſus fortuitus dicatur, eſt difficilis probationis, qualiter in genere probetur caſus plures ſingulares hic colliguntur, in quibus furtum committitur, & qualiter fures de iure communi, & Regni puniantur, qualiterque publicarum ſtratarum latrones, qualiter fures à furti pæna excuſantur, & num quando ignoratur, a quo fuit commiſſum à vicinis factum præſumatur, ita quod ex tali præſumptione indicium contra eos oriatur ad torturam, & alia, quæ pro te videre poteris fol. 107.

Fuſtigationis pæna, ſeù mitræ, aut catenæ, an inter corporales numeretur, & pro quibus delictis imponatur fol. 110.

### G

Gabellam licet Clerici, & alij immunes, qui pro rebus quæ ab ipſis aſportantur nō ſoluunt, an tamē teneantur publicano denunciare, vt bollectinum ab eo recipiant, quod munus dicatur, & num Clerici ad eam teneantur pro rebus, quas cauſa mercimonij portant, & per quem tunc compellantur ad eius ſolutionem, & an Gabellarius eam a Clerico exigens incidat in excommunicationem, ex qua cauſa debet imponi, & an poſſit ſine Regio aſſenſu, & qualiter ſine eo imponentes puniantur, & num Prælatus poſſit cogere Eccleſiaſticas perſonas ad contribuendum, & an eas fraudantes mortaliter peccent, furtumque committant, & ad reſtitutionem teneantur fol. 110.

Gabellarius, ſiuè Gabellotus, qui gabellam conduxit poteſt vendere bona non ſoluentium gabellam, & etiam pro pæna incurſa per fraudantem, quæ Gabelloto debetur etiam ſi in locatione nihil ſit dictum, commiſſa tempore vnius Gabelloti ipſi debetur etiam poſt tempus finitum, & an Gabellotus neceſſitate vrgente poſſit cogi ante diem ſoluere, & quid neceſſitate non vrgente, & an deduci debeat in beneficium ſoluentis medij temporis interuſurium, gabella vbi ſolui debet, & alia plura fol. 111.

Gloſæ authoritas omnes alias antecedit, & de eius laudibus remiſſiuè fol. 111.

Gradus computatio in materia ſucceſſionis, qualiter fiat & ſecundum quod ius fol. 111.

Gratia Principis, an de ſui eſſentia requirat ſcripturam, & quando poſſit teſtibus probari fol. 112.

Gratiæ Summorum Pontificum in conceſſione beneficiorum vltimis voluntatibus æquiparantur fol. 112.

Grauatus in menſura infra quod tempus auditur fol. 112.

Grauatus filius de reſtituendo ſub conditione poteſt duas quartas detrahere, nempè legitimam, & Trebellianicam, & ad quam ſummam aſcendant fol. 112.

### H

Habilitatio à iuramento per debitorem obtenta, an impediat inſtrumenti liquidationem, & an habilitatus a iuramento ad effectum agendi, vel excipiendi, cenſeatur etiam habilitatus ad finem reſcindendi contractum fol. 113.

Habitationem, qui promiſit, variare an poſſit ſi ſemel eam in domo ſua dedit fol. 113.

Hæres inuentarium conficiens, ſed non omnia defuncti bona in eo malitiosè deſcribens, quam incurrat pænam; inuentarium qualiter, & infra quod tempus confici debeat, deque aliquibus eius vtilitatibus, & an hæres cum beneficio inuentarij per eum legitimè confecti dicatur propriè hæres & multa alia de hærede cum beneficio inuentarij fol. 113.

Hæres cenſetur eadem perſana cum defuncto pro ea tamen parte, pra qua eſt hæres, ex quo multa vtilia inferuntur, & an vnus ex pluribus hæredibus ſauare dotis, vel alimentorum poſſit inſolidum conueniri, & aliqua ad l. cum à matre C. de rei vendicat. & l. ſin. C. de euict. ſol. 114.

Hæres grauatus dare alicui tot ſalmas vini qualibet anno ſi vult ei dare vineam ex qua tat vini ſalmæ percipiuntur poteſt eo inuita, & aliqua ad tex. in l. ex facta la ſeconda verſ. ita igitur ff. de hæred. inſtit ſol. 115.

Hæreditas pacta alicui dari an, & quanda poſſit ſol. 115.

Hæreditas aſcendentium magis debetur deſcendentibus, quàm illa deſcendentium deſcendẽtibus ibidem.

Hypotheca tacita ſauore datis inducta, an ex vtraque parte competat, nùm tollatur per expreſſam conuentionalem, à quo die incipiat, an campetat contra tertium poſſeſſorem principali non excuſſo, auth. hoc ſi debitar, an procedat quando quis habet rem ſpecialiter obligatam, quanto tempore præſcribatur, & quando præſcriptia currere incipiat ſol. 115.

Hamicidium ex iracundia commiſſum, an mitius puniri debeat, & de pæna percutientis aliquem in capite cum ſaxa, aut alia inſtrumento ad interficiendum apto in rixa ſol. 116.

I

IMaginem Saluatoris, Mariæ Virginis, vel Sanctorũ deturpans, vel percutiens, qua pæna ſit puniendus ſol. 117.

Immunitas patri ab numerum 12. filiorum conceſſa, an duret ſi ex eis aliqui poſtea moriantur, campetit, ſiuè ſint maſculi, ſiuè fœminæ nuptæ, vel religianem ingreſſæ, à quibus muneribus excuſat, an proſit matri, vel auo, an mortua patre expiret, in quibus caſibus non prodeſt, & an pater ſoluendo ſibi præiudicet, & an, & quando immunitas alicui conceſſa ad onera, quæ ex cauſa peſtis, vel belli imponuntur ſe extendat, & alia in materia ſol. 117.

Impeditus, quod prab are debet, vt excuſetur, qualiter impedimentum probetur, cauſæ impeditiuæ curſus inſtantiæ, deſertianis, appellatianis, & contumaciæ, quæ ſint remiſſiuè ſol. 118.

Impenſæ debet ab allegante probari, qualiter probetur, & quando in alienum negotium impendens repetat ſol. 118.

Impaſtores, qui dicantur, & qua pæna puniantur ſol. 119.

Incendiarij doloſi, qua pæna ſint ex Regni conſtitutia. puniendi, & quid de iure canonico, & quid quando incendium lata, leui, vel leuiſſima culpa fuit immiſſum ſal. 119.

Incolæ nomen quid ſignificet, eſt maior quacumque alia ciuilitate, nec originem tollit ſal. 119.

Incertitudo tàm reſpectu quantitatis, quàm perſanæ vitiat quamcumque diſpoſitionem, & an procedat ſauore alimentorum ſol. 119.

Indultus, quibus ex cauſis à ſereniſſimo Rege noſtro ſoleat cõcedi, an ad carceratos, & condemnatas ad furcas, vel triremes præuia partis remiſſione, què ſemper requiritur extendatur, in quibus caſibus ea non requiratur, ad quæ delicta non extendatur. vulgus proditorium quod dicatur, & an ſalus pater poſſit iniuriam eius filio factam in terminis indultus remictere, vel vtriuſque patris ſcilicet, & filij requiratur, & alia in materia ſol. 119.

Iniuria, an inferatur alicui per admenationem, ſeù eleuationem manum in eum, vel per retentionem freni equi, in quo quis equitat, quid ſit, quibus modis committatur, & de illarum pæna, & multa de iniuria ſcripto commiſſa, & quæ iniuria atrox dicatur, vbi multa reperies exempla ſol. 121.

Inops quis propriè dicatur, & quis pauper ſol. 123.

Inſtitutia per aſcendentem in perſonam filiorum, & in filiorum filias quanda facta præſumatur ſimul, & ſemel, vel ordine ſucceſſiuo ſol. 123.

Inſtrumenta, & aliæ ſcripturæ vſque ad quodl tempus poſſint in cauſa produci, & quid hodie in Regno ſeruetur, an praducens in iudicio inſtrumentum ſine neceſſaria teſtium ſubſcriptione poſſit illud repetere ad finem, vt ſubſcribatur, petens inſtrumenti editionem, ſeù exhibitionem, an videatur illud approbare, & an illud producens, videatur omnia in eo contenta fateri ſol. 123.

Inſtrumentum liquidans illiquidum debet in citatione mentianari, & an eſſe debeat equè publicum, & authenticum, depoſitum factum per debitarem ante vltimam contumaciam, vel poſt, ipſa tamen purgata, an impediat liquidationem remiſſiuè; Iudex nùm poſſit nemine apponente de illiquiditate inſtrumenti cognoſcere, quæ exceptiones poſſint opponi aduerſus inſtrumenti liquidatianem remiſſiuè; non poteſt liquidari quando ſunt tranſacti anni 20. & quanda incipiant currere; inſtrumentum capitulorum matrimonialium qualiter liquidetur, an inſtrumẽtum de iure communi habeat exequutionem contra hæredem, & quid in Regno, & in inſtrumento cenſuali, & multa ad Regiam Pragmaticam primam de cenſib. & an inſtrumentum, in quo certa quãtitas eſt promiſſa cum pacia, quod ſi facta calculo minar quantitas appareat debita, illa cenſeatur pramiſſa pro quantitate certa poſſit liquidari, an inſtrumentum ſocietatis ad communem lucrum, & delucrum, & an ſtipulatum per Notarium Apaſtolicum in Regno circa temporalia, & quid in teſtium depoſitionibus in ſcriptis redactis ob amiſſionem inſtrumenti, & alia ad materiam ritus 166 ſol. 124.

Inſtrumentum quando probet, & quando ob raſuram, vel cancellationem in parte ſubſtantiali ſuſpectum reddatur, qualiter debet reaſſumi, & an repertum penes debitarem nan domeſticum ſatiſfactionis probatianem inducat remiſſiuè ſol 127.

Inſtrumentũ referens, & relatum debẽt in iudicio exhiberi, limita vt ibi, an qui tenetur ad illius exhibitionem excuſetur ſi illud in promptu non habeat, qualiterque probabitur, quod illud in promptu non habet ſol. 127.

Intereſſe lucri ceſſantis, quid ſit, & quid damni emergentis, quanda per debitorem creditori debeatur, & quæ probare debeat pro ipſius conſequutione, ad quã rationem debeat illud ſoluere, an intereſſe alterius intereſſe debeatur, & quid in intereſſe tertiarum, & an debitor teneatur ad illud, ſi per impotentiam debitum principale non ſoluit, & alia in materia intereſſe valdè frequentia ſol. 128.

Inuentarium quanda vſufructuarius interpellatur ad conficiendum, cuius expenſis illud facere debeat, an eius copia debeat petenti dari ſumptibus hæreditatis remiſſiuè, & aliqua de inuentario hæredis ſol. 129.

Inueſtitura prima, & eius tenar debet attendi, nec ei poteſt deragari, niſi de partium conſenſu, quæ in earum conflictu ſit attendenda, quando petitur per ſucceſſorem eius renouatio, an prima debeat oſtendi remiſſiuè,

Digitized by Google

nè, debet peti infrà annum, & diem, & ſi non petit, quam pœnam incurrat. & quando annus currere incipiat, & de inueſtitura feudi vacaturi, & de inueſtitura per anulum, & birretum, & aliqua alia in materia fol. 129.

Iocalia vxoris tanquam dotis appenditia non poſſunt per maritum vendi, imò ſi mulier dat exequutoribus iocalia, ſeù veſtes pro mariti debito poteſt agere ad illorum reſtitutionem, & an ſint mulieris etiā ſi ſint pretioſa fol. 130.

Irregularis dicitur non ſolum qui occidit vel mutilat, ſed etiam qui cauſam dat, iuuat, conſulit, mandat, vel opem fert homicidio, non incurrit eam quis niſi in caſibus à iure expreſſis fol. 130.

Iudicis præcepto contrauenien in his, quæ non ſpectant ad eius officium in pœnam non incidit, quia nec valet, nec ei parendum eſt, nec iniuſto præcepto obtemperans contumax efficitur, an valeat præceptum alicui factum, quod non turbet aliquem in poſſeſſione ſi non liquet ſibi, quod pars ad eius inſtantiam ſit poſſideat fol. 130.

Iudex Eccleſiaſticus, cui clericus remittitur per ſecularem cum actis non ſolum non tenetur ſtare proceſſui facto per Iudicem ſecularem, ſed etiam debet inquiſitionem formare ex nouo proceſſu, & non ex fabricato coram ſeculari. & an poſſit Iudex Eccleſiaſticus contra laicum de re Eccleſiæ cognoſcere, vel ſit competens contra laicum poſſidentem rem Eccleſiæ titulo inualido fol. 131.

Iudex in arbitrarijs, tàm in diffinitiua, quàm in interlocutoria, an poſſit redargui de eo, quod facit, & qualiter hoc procedat fol. 131.

Iudex ſi dat Tutorem pupillo, vel Curatorem adulto ſeruatis ſeruandis, ſi eodem momento temporis fuit præſtita per ipſum authoritas pupillo, vel adulto in aliquo contractu, ſiuè obligatione, aut alienatione actus non valet, tanquam factus præcipitanter, prout etiam Iudicis ſententia præcipitanter, & ſine cauſæ cognitione lata eſt nulla, quis Iudex ſit competens in prouidendo ei de Tutore, vel Curatore, & quis in interpoſitione decreti ſuper venditione bonorum ſtabiliū in diuerſis territorijs ſitorum. & quis quando pupillus, vel adultus eſt clericus fol. 131.

Iudex, an ex officio poſſit rei poſſeſſorem condemnare ad fructus nō petitos, & an ſimpliciter reus condēnatus ad rei reſtitutionem intelligatur cū fructibus, & quid ſi Iudex omiſit in ſententia fructuum petitorum condemnationem, an poſſint de nouo peti, & vtrum poſſit illorum condēnationem reſeruare, arbiter nùm poſſit ad fructus, de quibus in cōpromiſſo nulla eſt facta mētio, ſed tantum de rei reſtitutione condemnare fo 132.

Iudex vtrum ex officio poſſit extimare, & liquidare intereſſe non probatum, deductum tamen, & reum ad illud condemnare fol. 132.

Iudex appellationis videns ſententiam Iudicis à quo malè latam poteſt reum abſoluere, ſaluo iure iterum agendi, an poſſit eam confirmare ſi bona ratio non eſt in ea aſſignata, nùm teneatur in ſyndicatu Iudex, qui ſententiam nullam tulit remiſſiuè fol. 132.

Iudex, qui litem ſuam fecit ſoluendo intereſſe parti leſæ, an poſſit illud ab altera parte repetere fol. 132.

Iudicis manus ſunt ligatæ eo ipſo, quod ſuſpectus allegatur, adeo quod ſua iuriſdictione vti impediatur f. 132.

Iudex, an poſſit aliquem compellere ad recognoſcendum priuatam ſcripturam ſi eſt ſcripta, vel ſubſcripta ſua propria manu, tàm ante litem conteſtatam, quàm poſt, & an ſi reus petat cauſæ remiſſionem ſit audiendus ante recognitionem fol. 132.

Iudex an, & quando poſſit eſſe teſtis in cauſa, quæ coram eo agitatur fol. 133.

Iudex originis, vel domicilij, an poſſit etiam per inquiſitionem ad finem puniendi cognoſcere de delictis per eius ſubditum extra ſuum territorium commiſſis, & an teneatur remittere furem cum re furata captum ad locum commiſſi furti fol. 133.

Iudex, an poſſit condemnare creditorem, vt ſuo pauperi debitori carcerato ſubminiſtret expenſis, & ad quam rationem. & qualiter in M.C. & alijs Curijs in praxi ſeruetur fol. 133.

Iudex in pronunciando debet ſequi partium voluntatem, quod non procedit in tranſactione ſuper alimentis contra textan l. cum hi ff. de tranſact. facta fol. 134.

Iuramentum, an obſtet iuranti, vt nullo temporis ſpatio poſſit præſcribi fol. 134.

Iuramentum habet vim clauſulæ, rato manente pacto, item clauſulæ, ſi non valet, vt ago &c. item vim interpellationis, item vim ſpecialis hypothecæ, ſupplet partis præſentiam, regulatur ſecundum naturam actus ſuper quo interponitur, & alia vtilia de virtute iuramēti, & ex cuius parte ſit reale, vel perſonale f. 134.

Iuramentum, an tollat defectum inſinuationis, & quid ſi donatio facta ſit à patre filio in eius poteſtate conſtituto, vel à coniuge alteri coniugi, quæ regulariter non valent, an iuramentum in eis ſuppleat defectum inſinuationis fol. 135.

Iurans omnia in inſtrumento contenta vera eſſe, & non contrauenire, an excludatur ab exceptione ſimulationis. & obiter aliqua in materia ſimulationis fol. 135.

Iuriſdictio per Regem, aut alium Principem Baroni conceſſa non poteſt ab eo auocari, an in dubio cenſeatur priuatiuè, vel cumulatiuè conceſſa, quando priuatiuè dicatur conceſſa, an ſpecialiter alicui conceſſa adimat generalem alij competentem, quando dicatur vſurpata, deque eius pœna, & alia non infructuoſa in materia confuſionis iuriſdictionis fol. 136.

Ius accreſcendi quando locum habeat, & quando non, an ſit ei locus in legato alimentorum, an poſſit per teſtatorem prohiberi, & nùm ſit ei locus in feudis à Principe conceſſis, & in contractibus fol. 137.

Ius accuſandi de adulterio, an ad hæredes extraneos tranſeat, & quid in iure accuſandi de alio priuato delicto, & an ius accuſandi actione iniuriarum ad pœnam poſſit cedi fol. 138.

Ius adeundi hæreditatem paternam tranſmittitur per filium ad quoſcumque hæredes ſuos ex potentia ſuitatis, & ſanguinis, & ex l. ſi infanti C. de iur. deliber. multa fol. 138.

Ius adeundi hæreditatem in bonis debitoris non eſt, nec appellatione bonorum continetur, nec alteri cedi poteſt fol. 139.

Iuris congrui in materia plura vtilia, & valdè frequētia fol. 140.

Ius faciendi pacem, vel vindictæ proſequendæ competit iure ſanguinis, non autem iure hæreditario, etiam ſi ſtatutum requireret pacem ab hæredibus offenſi, quia, & tunc de hærede ſanguinis intelligitur fo. 144.

Ius offerendi non competit contra emptorem, qui emit iure creditoris, & an detur contra emptorem, qui emit ab hærede cum beneficio inuentarij fol. 145.

Iuris patronatus in materia plura hic non inuenienda coacervata habes fol. 145.

Ius petendi legitimam, eiuſque ſupplementum ad hære-

des etiam extraneos tranſmictitur, & an idem procedat in trebellianica fol. 150.

## L

Laboratores conducti ad laborandum in fundo alieno, an, & quando in aliquam incidant pœnam ad gloſ. in l. ſi rem §. ſignum ff. de rei vendicat. fol. 150.

Lacerans literas officialis iuriſdictionem habentis qua ſit puniendus pœna, & qua lacerans, vel occultans literas alicuius priuati, vel inſtrumentum in Iudicis præſentia fol. 150.

Laico, Epiſcopus an poſſit cauſas criminales clericorum, vel ſpirituales delegare, & quid in cauſis ciuilibus, & in Summo Pontifice, nec poteſt laicum ſuum Vicarium creare, & quid ſi temporalem habeat iuriſdictionem fol. 151.

Lanio deputatus omnibus vendere carnes denegans alicui poſtea vendere, an actione iniuriarum teneatur fol. 151.

Latrones, qui dicantur; præuentio inter capientes eos, an locum habeat; depoſitiones trium latronum, quam fidem faciant, & quam duo, ad intelligentiam cap. Regni frequens num. 7. ſecundum ordinem Campan. & plura alia in materia valdè vtilia fol. 151.

Laudemium cui debetur, & ex qua cauſa, & ad quam rationem. & quis ad illius ſolutionem teneatur, & ex quibus contractibus fol. 153.

Laudum latum extra tempus compromiſſi eſt nulllum, item ſi Arbiter laudat vltra cõtenta in compromiſſo, & aliæ nullitates recenſentur, & an ſtante aliqua ex nullitatibus prædictis poſſit compromiſſum exequi vigore pacti in eo appoſiti, quod nõ poſſit dici de nullitate ipſius, & an poſſit exequi ſi fuit per M.C. confirmatum, & iterum appellatur, quando dicatur emologatum, & ad quem Iudicem debet ipſius reductio peti fol. 153.

Lectus, eiuſque ornamenta debentur ei, cui victus, vel educatio relinquitur fol. 155.

Legatorum vires hæreditarias traſcendentium qualiter fiat diminutio pro rata, & an ſit idem ſi vni eſt legata ſpecies, & alteri quantitas fol. 155.

Legatarius decedens ante legati agnitionem, quando ad hæredes illud tranſmictat pulchra adhibita diſtinctione declaratur, legatum capiens propria authoritate, quam pœnam luat: & an poſſit vnum ex pluribus legatis ab eadem perſona ſibi factis acceptare, & aliud repudiare fol. 155.

Legatum coniunctæ perſonæ factum debet latiſſimè interpetrari, & legatum rei alienæ, quando valeat, & quando non. & quando hæres re legata euicta de euictione teneatur fol. 156.

Legatum alicui factum quando eius propria contemplatione, & quando contemplatione dignitatis factum cenſeatur, quando ad pias cauſas factum dicatur, & an hæreditate non adita debeatur, & multa de legato pauperibus facto fol. 157.

Legatum per maritum factum vxori ſi in viduitate perſeuerauerit. ea non perſeuerante non debetur, & ſi illud habuit debet ad reſtitutionem vna cum fructibus condemnari, & aliqua de non obtemperante voluntati teſtatoris fol. 158.

Legatum quanto temporis ſpatio per hæredem præſcribatur fol. 159.

Legatum quando cauſa taxationis, vel potius demonſtrationis factum præſumatur fol. 159.

Legatum factum Monaco capacis Religionis in communi cum prohibitione, vt nihil monaſterio quæratur, an valeat fol. 159.

Legatum alimentorum in dubio præſumitur annuum, & aliqua remiſſiuè de annuo legato fol. 159.

Legatum ſi eſt relictum alicui Eccleſiæ pro Miſſis celebrandis. an ſtetur dicto Curati Eccleſiæ cum iuramento fuiſſe Miſſas celebratas, & quid in dicto Exequutorum de diſtributione pauperibus facta fol. 159.

Legatum repudiatum hæredis lucro cedit, & quid in legato alimentorum fol. 159.

Legatum ad certum vſum factum, an poſſit ad alium vſum conuerti fol. 160.

Legatum propter aliquod onus factum, an ceßet ceſſante onere, & quid ſi eſt adiectum per viam condemnationis, & ſi legatarius ſimpliciter illud acceptat cum onere adiuncto videtur illud acceptare fol. 160.

Legati alternatiui, cuius ſit electio hæredis, vel legatarij, & in promiſſione per debitorem creditori facta de ſoluendo debitum tali die, & eo non ſoluente promiſit dare in ſolutum talem fundum, an electio ſit creditoris tẽpore elapſo petere creditum, vel fundum fo. 160.

Legatum, an, & quando ex alienatione rei legatæ per teſtatorem facta cenſeatur reuocatum diligenter hic explicatum habes fol. 161.

Legitima debetur deducto ęre alieno, & funeris impenſa eſt quota bonorum. non recipit grauamen, niſi quando filiorum fauorem reſpiceret, & alia innumera in materia legitimæ, tàm deſcendentium, quàm aſcendentium valdè frequentia fol. 161.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium in nihilo à verè legitimis differt, an in feudis, & emphyteuſi Eccleſiaſtica ſuccedat, qualiter legitimatio per ſubſequens matrimonium fiat, & an procedat ſi ſit natus ex perſonis gradu prohibitis, & quis poſſit in Regno legitimare fol. 164.

Læſio enormiſſima an conſideretur in ingrediente Religionẽ, & bona ſua donante monaſterio, vel alij fo. 165.

Liber Plebani, ſeu Cappellani, vel Parochi, an probet ætatem alicuius, & an per librum Regiæ Cameræ, vbi deſcribuntur focularia, vel per librum patris, vbi eius ætatem ſcripſit, & an libro Eccleſiæ, vbi reperiuntur ſcripti redditus ipſius credatur, an credatur libro Regiſtri poſito in publico Archiuo, quid in libro Baronis, libro Tutoris, libro Mercatoris, libro Aromatarij, & libro Socij fol. 165.

Licentia quid eſt, & an, & quando concedentis morte expiret fol. 166.

Literæ credentiæ, an obligent ſcribẽtem, an miſſiuæ probent, & aliqua alia de literis Mercatorum fol. 167.

Literas perſonæ priuatæ aperiens, an puniatur, & qua pœna plures caſus recenſentur, & quid in literis Principis, & actis iudicialibus, & in retardante earũ conſignationem, qualiterque puniatur delens arma, ſeu inſignia aliena ex aliquo loco fol. 167.

Literæ familiaritatis alicui conceſſæ, an, & quando ei proſint fol. 168.

Litigioſa res, an, & quando poſſit alienari, quid alienationis nomine comprehẽdatur, & qualiter res litigioſa efficiatur, & quando litigioſi vitium non contrahatur, quoſque effectus vitium prædictum producat ad materiam l. fi. C. de litig. & cap. Reg. cõuentus fol. 168.

Locatio rei ſtabilis Eccleſię vltra trienniũ fieri non poteſt & ſi fiat vltra, an ſit in totum nulla, vel infra triẽnium valida, & quid in locatione reddituũ Eccleſiæ,

& in

& in fructibus, & introitibus feudalibus, an poſſint vltra triennium abſque aſſenſu locari fol. 169.

Locator operis dicum faciendi de ipſius vitio non tenetur fol. 169.

Locumtenens, an poſſit alium locumtenentem creare, & quid in Vicario Epiſcopi, & de locumtenentis poteſtate nonnulla fol. 169.

M

Magiſter clericum eius diſcipulum percutiendo, an in excommunicationem incidat, & iniuriarum actione teneatur fol. 170.

Minor ſumma an maiori in ſententia inſit, & quid in teſtibus, reſpectu ſummæ, vel reſpectu temporis, fol. 170.

Maioratus quando poſſit de omnibus bonis ipſius inſtituentis abſque Principis licentia inſtitui, & ordinari, & quando Princeps non poſſit eum concedere, eiuſque ſucceſſio de vna linea ad aliam non digreditur fol. 170.

Malæ fidei poſſeſſor quis dicatur, & ex quibus mala fides arguatur, & quas impenſas in re per ipſum mala fide poſſeſſa conſequatur, diſtinctione adhibita declaratum habes fol. 170.

Mandatum Procuratoris, ipſiuſque reuocatio regulariter teſtibus, & inſtrumentis probari poteſt, limita in mandato ad recipiendum ſolutionem facto, & quid in mandato Principis, & in criminalibus, an præſumatur, & quando mandantis morte expiret, & in quibus caſibus ſpeciale mandatum requiratur remiſſiuè fol. 171.

Maritus, an licitè poſſit vxorem in adulterio deprehenſam ſimul cum adultero interficere, & an per alium facere, & quid in patre, & an tunc dotem, vel ipſius lucrum lucretur fol. 172.

Mater, an ob non petitum tutorem infra annum filio ſuo impuberi ab eius ſucceſſione, & legitima excludatur, & quid in auia, an ſi curatorem ventri non petijt, & quid ſi legitimi ſuperſint pupillo agnati fol. 172.

Mater licet ſit debitrix filio ſuo pupillo, tamen ad eius tutelam adminiſtrandam admitti debet fol. 173.

Mater, quæ filio ſuo pupillo pupillariter ſubſtituere non poteſt, an ſi eam fecerit ad fideicommiſſum trahatur fol. 174.

Mater tenetur infra triennium filium ſuum lactare, & quando ab eo onere excuſetur, & vbi debet illud præſtare fol. 174.

Matrimonium quomodo probetur fuiſſe conſumatum, & quomodo contractum probetur, per quæ verba cenſeatur contractum, qui poſſunt illud contrahere, & qui non, & quæ ſint eius impedimenta, qualiterque probentur, & de pœna ſcienter in gradu prohibito contrahentium, & an filij nati in figura matrimonij ſint legitimi, & ſuccedant, & aliqua de matrimonio clandeſtino, & num pater poſſit filiam prohibere ne cum certo perſonarum genere illud contrahat fol. 174.

Medicus, qui ſua imperitia infirmum necat, qua pœna puniatur, & quâ ſi dolo, vel lata culpa, & aliqua de ipſorum dignitate, & ſalario, & num conductus ab aliqua communitate per annum infra eum decedens ad heredes ſalarium totius anni tranſmittat, vtrum pro eo tacitam habeat hypothecam, ſicuti Aduocatus pro eius ſtipendio, pro quo etiam feudum obligatur, & an dicatur tacitè reconductus ſi poſt tempus finitum in medendo continuat fol. 176.

Melioramēta qualiter extimentur, & debeantur, quodq; tempus ſit attendendum, an ipſorum exceptio impediat exequutionem ſententiæ, & an hypothecaria cōuentus ſuper re, quam meliorauit liberetur offerendo veram rei extimationem, & quæ melioramenta ſint reficienda fol. 178.

Mercator in magno periculo, & diſcrimine ſalutis eternæ verſatur, & qualiter probetur quem eſſe mercatorem remiſſiuè, & qualiter rationem reddere teneatur, & an teneatur exhibere librum, quem pro eius inſtructione facit fol. 178.

Meretrices, aliæque inhoneſtæ perſonæ, an, & quando poſſint ab honeſta vicinia expelli, & qualiter probetur aliquam eſſe meretricem remiſſiuè fol. 179.

Metus debet in ſpecie probari in eo cōtractu, quem quis aſſerit metu feciſſe, & qualiter probetur, & ex quibus coniecturis reuerentialis metus probetur, & an cadat in matre, patruo, & fratre fol. 179.

Militibus à ſubditis hoſpitatio tantum debetur, & nihil aliud, an tamen tempore, quo infirmi, vel captiui apud hoſtes reperiuntur ſtipendia habere debeant, & multa de eorum exceſſibus, & delictis fol. 180.

Minor, qui in contractu ſe maiorē aſſerit, an excludatur à nullitate contractus, ſicuti à reſtitutione in integrū excluditur, quid probare neceſſe habeat ad obtinendū beneficiū reſtitutionis in integrum, & quādo ob taciturnitatem cenſeatur ratificaſſe contractum in minori ætate geſtum, & ex quo tempore valeat ex nūc, vel ex tunc, & alia plura ad ornatum, & intellectum l. ſi. C. ſi maior. fact. alienat. rat. hab. fol. 180.

Minor, an ligetur ſtatuto generaliter loquente, & an dicatur idoneus ad pugnam, ſeù prælium, an poſſit dare vocem in parlamētis, an poſſit eſſe in iudicio ſine curatore, tàm in ciuilibus, quam criminalibus, quæ bona ſine ſollemnitatibus alienare, vel obligare non poteſt, & quæ ſint dictæ ſollemnitates, & an eius bona immobilia ſint tacitè pro dote hypothecata, vtrū aduerſus fideiuſſionem reſtituatur, num poſſit carcerari ſi eſt obligatus more publico inſtrumento, vel obligatione ſtipulata penes acta, & quando eius contractus iuramento firmetur, & quis dicatur doli capax, vel pubertati proximus & alia non inutilia fol. 181.

Modus qualiter à conditione dignoſcatur, & an legatarius teneatur cauere de adimplendo modum antequā ad relicti conſequutionem agat, & an eo decedēte ante adimplementū ad hæredes illud tranſmittat fo. 183.

Molendinum in ſuo prædio quando liceat cuicunque facere, & aquam ab ipſius curſu deriuare & an inferior poſſit prohibere Superiorem ſi præiudiciū ei fiat, & quid ſi flumen eſt alicuius priuati ex priuilegio, vel conſuetudine fol. 184.

Moleſtiam iuris, vel facti quando quis dicatur alicui inferre fol. 184.

Momentanea, an ſint in conſideratione, et caſus plures recenſentur, in quibus de momento eſt, vel non curandum fol. 185.

Monachus profeſſus in monaſterio capaci ſuccedit parentibus, fratribus, aliiſque agnatis, licet monaſterio acquirat, quia proprium habere non poteſt, et quid Prælato diſpenſante; tranſiens de vno monaſterio in aliud, cui acquirat, et quis licentiam tranſeundi dabit, recedens ſine licētia à ſuo monaſterio, qualiter puniatur, et ad quē ipſius punitio ſpectet, an factus Epiſcopus teneatur habitū monachalē deferre, & num ſit validum legatū ei factū cum prohibitione, ne aliquid monaſterio quæratur, an ipſemet poſſit agere, et ad quem



Digitized by Google

*ius remittendi mortë monaci profeſſi ſpectet fol. 185.*
*Monaſterium non excludit parentes à legitima filij in eo profeſſi, & mortui, & ad omnia onera ingreſſi tenetur fol. 186.*
*Monitoria ad finem reuelationis habendæ quando ſint concedenda, & quando quis reuelare non teneatur remiſſiuè fol. 186.*
*Monopolium in quibus caſibus committatur, deque pœna illud committentis, & qua pœna puniantur facientes uniones cum armis ad malam effectum, & qua tenentes homines malæ vitæ in domo armatos, & virum in dubio uniones præſumatur illicitæ fol. 187.*
*Moræ purgatio, quando ſit, vel non admittenda remiſſiuè, & an ſi Dominus declarauit velle locum eſſe caducitati poſſit mora purgari fol. 187.*
*Mors mariti ad finem contrahendi matrimonium per eius vxorem relictam, qualiter debeat probari, ipſiuſque appellatione, de qua intelligatur fol. 187.*
*Mulier an perdat legatum ſibi factum ſub conditione nubendi Titio ſi ei nubere recuſat licet poſtea eius voluntatem mutet tranſiens ad ſecundas nuptias, an amittat legatum, vel ea, quæ titulo lucratiuo ex liberalitate primi viri conſequuta eſt, & quid ſi de viri conſenſu, vel filiorum, & qualiter conſenſus ſponſorum deprehendatur, an pœnæ ſecundo nubentium habeant locum in viro ſicut in fœmina, & quid in quæſitis titulo oneroſo, vel viri contemplatione, & qualiter ad ſecunda vota tranſiens filijs ſuccedat, & alia ad ornatum l. fœminæ de ſecund. nupt. fol. 187.*
*Mulier marito ad inopiam vergente poteſt petere aſſecurationem ſuarum dotium ſuper ipſius bonis, tam per viam actionis, quàm exceptionis, quomodo aſſecurationis ſententia concipiatur, & an mariti creditoribus competat ius offerendi, quando dicatur maritus vergere ad inopiam, & malè uti ſubſtantia ſua, & quæ probatio de vergentia ſit per ipſam facienda, quid ſi tempore contractii matrimonij maritus dilapidabat eius ſubſtantiam, vel ſi dedit fideiuſſores, vel ſocerum correum habeat, & alia pulchra, & vtilia ad materiam l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim. & l. vbi adhuc C. de iur. dot fol. 189.*
*Mulieri exceptio cedendarum, an obſtet agenti pro dote fol. 191.*
*Mulier, an poſſit priuilegium tacitæ hypothecæ cum prælatione alteri cedere, & de ipſius ceſſionis effectu, & ceſſio, vbi pecunia interuenit ſimilis eſt emptioni, & venditioni fol. 191.*
*Mulier ſuorum filiorum tutrix, an poſſit interuſurium dotis non ſolutæ petere ſi ſibi ipſi non ſoluit fol. 191.*
*Mulier plebeia nupta nobili, an acquirat ſui mariti nobilitatem, & quid vidua exiſtente, & an è contra maritus ignobilis acquirat vxoris nobilitatem fol. 191.*
*Mulier ſoluto matrimonio, an teneatur præciſè ſtare locationi rerum dotalium à marito factæ dum ipſe eas adminiſtrabat fol. 191.*
*Mulier iure Longobardo viuens non poteſt abſque Mundualdo teſtari, vel codicillari & quis erit legitimus Mundualdus, deque eius authoritate fol. 192.*
*Mulier, quæ alienam in ſe ſuſcipit obligationem iuuatur velleiano, ſiuè vidua, ſiuè virgo, ſiuè nupta, & in quibus caſibus velleianum ceſſet fol. 192.*
*Mulier, quæ abortioni cauſam præbuit, vt ſuam tegeret pudicitiam, qua pœna ſit punienda fol. 193.*
*Mulioni aſſerenti ſe fuiſſe diſrobatum, an credatur, & qua uti debeat cautela, & quid ſi ei dedi res meas aſportandas, & debitum pedagium fraudauit, an incidant in commiſſum, & quid in ſocio ſi aſportat res prohibitas eum non prohibitus, an omnes incidat in commiſſum, & an equus, ſiuè mulus aſportans res prædictas incidat fol. 193.*
*Munera quædam realia, quædam perſonalia, & quædā mixta, quædam ordinaria, & quædam extraordinaria, quædam etiam ſunt ſordida, & an mulier nupta teneatur ad munera perſonalia in loco originis fo. 193.*
*Murus quando eſt communis, ſocius, an poſſit inuito ſocio in eo ædificare, & quomodo, & ex quibus ſignis cognoſcatur murus communis pro diuiſo, vel indiuiſo fol. 194.*
*Mutans ſibi nomen, vel veſtes, vel vnam perſonam in locum alterius ſupponens in quam incidat pœnam, & quando nominis mutatio ſit licita remiſſiuè fol. 194.*
*Mutuanti filiofamilias cauſa ſtudij, Macedonianū an obſtet, & quid in terminis Regiæ Pragmaticæ, & in quibus alijs caſibus ceſſet de iure cōmuni remiſſiuè f. 194.*
*Mutuo alicui facto, creditores anteriores an præferantur poſteriori in mercibus emptis ex pecunijs ſpecialiter ad eas emendas per ſecundum creditorem mutuata, & quid ſtante ſpeciali hypotheca fol. 195.*

## N

N*Atus in octauo menſe, & etiam aliquibus diebus de nono, an ſit vitalis, & qualiter probatur aliquem fuiſſe natum in ſexto, vel octauo menſe fol. 195.*
Nauigantes, *nec inter viuos, nec inter mortuos connumerantur fol. 195*
Neceſſitatis *cauſa multa permittuntur, quæ alias non permitterentur, & relictum pro neceſſitate, an pro alimentis relictum intelligatur fol. 195.*
Negās *in iudicio apochas Banci, Cābij, vel priuatas, aut eius ſubſcriptionē conuictus qualiter puniatur fo. 196.*
Negatiua *debet à fundante ſe in ea, ſiuè agendo, ſiuè excipiendo probari, & qualiter probabitur plures negatiuarum ſpecies diſtinguuntur, atque illationes pulchras habes fol. 196.*
*ADmonitum te volui, me hiſce in laboribus ferè triginta annorum ſpatio inſudaſſe, & concluſiones iſtas manuſcriptas à quamplurimis Amicis fuiſſe viſas, atque domi per aliquod tempus ab eis retentas, ita quod facile ab aliquo tranſcriptas non dubito. Si aliquis Author nouiſſimus multas ex eis ſibi adſcripſit, illas meas, & ab hoc volumine extortas indubitanter iudices, & quod hoc ſit veriſſimum, malè ſibi illas appropriauit, quia aut in alieno propoſito eas abſtraxit, aut de verbo ad verbum in ſuo volumine poſuit, & aliquando ſine ſenſu, & credo firmiter, vt veritas eluceſceret, Deus Omnipotens permiſit. Amice lector per te cogita, fruere, & vale.*

# SINGVLARES
# ET RESOLVTIVAE
## VTRIVSQVE IVRIS CONCLVSIONES
### ALPHABETICA SERIE COLLECTÆ
### Per V.I.D.
# HORATIVM VISCONTVM
# GIFONENSEM.

ABbas exemptus à iuriſdictione ordinaria Epiſcopi, ſi alienat bona ſuæ Eccleſiæ in caſibus à iure permiſſis, quæ in alia Diœceſi, & extra ſuam Abbatiam ſita ſunt, requiritur in ipſa alienatione conſenſus Epiſcopi illius loci, vbi bona ſunt ſita, ſecundum Cardinal. in clement. 1. nu. 32. de reb. eccleſ. non aliena. qui tamen dat conſiliũ, vt conſenſus ſui immediati Superioris accedat, atque authoritas Epiſcopi, in cuius Diœceſi bona ſint, vel Apoſtolica confirmatio, quid autem ſi bona prædicta ſita ſunt in diuerſis Diœceſibus, cuius conſenſus requiratur, vide Cardin. in d. clement. 1. nu. 33. ſed quis dicatur eius immediatus ſuperior, vide ibidem num. 31. vbi plures recitat opiniones, Abbas exemptus habet quaſi iuriſdictionem Epiſcopalem, Gloſ. in d. clement. 1. in verb proprij, & poteſt ordines minores conferre, vt in Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 10. atque regularibus ſuis litteras dimiſſorias concedere, ſi de hoc habeat priuilegium, vt conſuluit Nauar. in conſ. 36. in tit. de tempor. ordinat. in primo tomo fol. 120. vide Ricc. in reſolut. 295. ſed clericis ſæcularibus, vel alijs regularibus, ſibi non ſubditis, ordines prædictos conferre non poteſt, nec dimiſſorias concedere d. cap. 10. & conſuluit idem Nauar. in conſ. 37. eodem titulo, & Seraphin. in deciſ. 935. & omninò Gratian. lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 212. & dictæ dimiſſoriæ ſede vacante concedi non poſſunt d. cap. 10. & ſeſſ. 7. cap. 10. & ſi contrarium factum ſit, ordinatus non poterit habere beneficium, quia habere beneficium eſt priuilegium clericorum cap. ex literis de tranſaction. Nauar. in conſ. 28. eodem titulo de tempor. ordinat. vbi dicitur, quod huiuſmodi beneficium non perdit ipſo iure, ſed per ſententiam, ob verbum, gaudeat, poſitum in Concilio Tridentino, quod eſt futuri temporis, ſequitur Stephanus Quaranta in ſua Summa fol. 166. an Abbas iſte poſſit vti mitra, anulo, & baculo, iuxta text. in cap. cum contingat de ætat. & qualit. & ſic inſignijs Pontificalibus iuxta ſcripta per Gloſſ. & Doctor. in cap. ſcripta de priuileg. Ego vidi Abbatem generalem ſacri Cœnobij Montis Virginis mitram, anulum, & baculum paſtoralem deferre in dicta ſua Eccleſia, qui eſt de Regula ſancti Benedicti, & Abbas Caſſinenſis ordinis ſancti Benedicti, qui ſimiliter eſt exemptus multis titulis olim decorabatur, vt eſt videre apud D. Carolum Tapiam in auth. ingreſſi fol. 258. nu. 10. C. de ſacroſanct. eccleſ. an poſſit vti exemptus vti mitra, anulo, & baculo in præſentia Epiſcopi, Afflict. in conſtitut. honorem ante nu. 3. tenet, quod ſi ex priuilegio, vel conſuetu-



Digitized by Google

dine defert poteſt vti, ſed non pompoſa, an poſſit vti extra ſuam Eccleſiam, & Diœceſim, vide Bald. in l. 1. ff. de offic. Proconſ. Lap. in allegat. 19. & Pacian. hic allegat. nu. 22. & ſequ. & ſi delinquit, vbi conueniendus eſt, vide omninò Petr. Foller. in praxi crimin. canon. fol. 331. nu. 59. & quid ſi non eſt exemptus, vide ibi num. 58. vbi multa in materia à nu. 51. & ſeq. Qui habet in Monachos delinquentes ordinariam poteſtatem, & iuriſdictionem vbicumque deliquerit, vt conſuluit Roman. in conſ. 375. vbi limitat, refert, & ſequitur Foller. in d. praxi crimin. canon. fol. 317. nu. 39. & ſeq. Clar. & Baiard. ad eum in q. 35. num. 18. bene Marta in voto 171. nu. 1. & in voto 138. nu. 16. limitat, & vide Farinac. in deciſ. 770. & Gratian. lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 230. & poteſt carcerare Monachum abſque eo quod dicatur priuatum carcerem committere, Farinac. in tit. de carceribus q. 27. nu. 28. teneturque Monachus pro delictis committendis in ſuum Abbatem, idem Farinac. in tit. de indic. & tortur. q. 51. nu. 64. An Abbas locans fructus ſuæ Abbatiæ, in ea includantur mortuaria ſpolia ſepultura, vel anniuerſaria, vide omninò Boer. in deciſ. 224. nu. 3. & ſeq. de quo meminit Mangrell. ad Bart. in l. cotem §. qui maximos ff. de publica. omninò Nauar. in conſ. 13. in tit. de cler. non reſident. an teneatur accedere ad Synodum Epiſcopalem, vide in Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 2 de reformat. & in cap. ex ore de priuileg. & in cap. ad Apoſtolicæ eodem titulo remiſſiue, Paul. Fuſc. in ſingul. 1. in fine liter. A. & de authoritate iſtius Abbatis exempti, multa ſcribit nouiſſimè D. Io. Camill. Bilotta in tract. de abſolution. à iurament. lib. 2. cap. 9. & Fulu. Pacian. de probation. lib. 2. cap. 29. poſt Pariſ. conſ. 92. & 95. vol. 4. Ricc. in reſolution. 300, 303. & 304. & in materia præſentis concluſionis vide Viuium in deciſ. 314.

Abſolutio, ſeù habilitatio à iuramento ante periurium incurſum ad effectum agendi conceditur, parte non citata, vt poſt Oldrad. Ioan. Andr. Calder. Lap. Imol. Caſtrenſ. Laur. de Rodulphis, Ancharan. Alexand. Roman. & alios concludit Afflic. in deciſ. 220. nu. 10. vbi de magis communi teſtatur, & ibidem Vrſil. nu. 11. & 14. in fine, qui teſtatur ſic obtinuiſſe, atque Sacrum Conſilium iudicaſſe, ſequitur Didac. Couarr. lib. 1. variar. reſolut. cap. 4. nu. 5. Rota Peruſina in deciſ. 18. in primo dubio, quæ ſic ſeruari Peruſij, Firmij, & Maceratæ affirmat, Anna ſenior in ſingul. 2. & ibi Filius in addit. quibus accedunt Roland. à Valle conſ. 34. nu. 1. conſ. 59. nu. 28. vol. 1. & conſ. 2. vol. 2. Franc. Viui. in opinion. 2. par. 1. ſecundum impreſſionem Aquilanam de anno 1582. & in deciſ. 380. nu. 38. & 46. Caualcan. in deciſ. 9. nu. 24. par. 2. Maranta in tract. de multipl. alienat. nu. 255. & in ſuis ſingul. in verb. abſolutio fol. 7. Maxill. in conſuetud. Bari fol. 71. nu. 30. & 31. ſecundum nouiſſimam editionem Venetam de anno 1596. Anton. Gagliard. in tract. de abſolut. à iurament. cap. 1. per totum, Modern. in praxi rer. ciuil. cap. 1. nu. 133. Muſcatell. in praxi Sac. Conſ. in Gloſ. gradunt nu. 57. fol. 37. Henrich. in ſuis commun. opinion. concluſ. 56. & 61. lib. 1. fol. 10. concluſ. 164. fol. 24. & in concluſ. 2. lib. 2. fol. 60. Stephan. Gratian. in deciſ. 165. Farinac. in deciſ. 59. & 78. & nouiſſime D. Ioan. Camill. Bilotta in tract. de abſolut. à iurament. lib. 1. cap. 7. Iacob. Broz. de offic. Vicar. lib. 2. quæſt. 187. num. 7. & nouiſſimè Ricc. qui ad partes diſputat. in deciſ. 87. par. 2. ſed poſt periurium incurſum, non debet huiuſmodi abſolutio concedi periuro, quia fruſtra legis auxilium inuocat, qui in legem committit cap. quia fruſtra de vſur. cum ſimilibus, & ita reſpondet Federic. de Senis in conſ. 300. in fine, ſequitur Alex. in conſ. 221. nu. 9. vol. 2. conſ. 17. ante nu. 5. vol. 3. vbi fatetur, opinionem iſtam eſſe magis communem, Roland. in d. conſ. 34. nu. 2. conſ. 26. num 26. vol. 3. Aymon Crauett. in reſponſo pro genero nu. 7. Menoch. in conſ. 24. nu. 17. vol. 1. Viuius in deciſ. 120. nu. 31. & Rota Lucenſ. in deciſ. 106. col. pen. verſ. circa quartam in nouis, & Farinac. in d. deciſ. 59. & 98. & Sbroz. vbi ſupra nu. 11. & quando abſolutio eſſet concedenda periuro, illa à ſolo Papa, & non ab alio inferiore concedi debet, Aymon Crauett. in conſ. 6. nu. 93. vbi ad id alios citat, & Intrigliol. in ſingul. 3. vide dictum Bilottam in d. tractat. fol. 101. Immò in præiudicium tertij, cui ius quæſitum eſt ex periurio incurſo, etiam Papa non poteſt abſoluere periurum ſecundum eundem Aymon. conſ. 7. nu. 8. latiſſimè Brun. in tractat. de ceſſion. bonor. in 3. quæſt. principali nu. 18. & 19. fol. 15. à tergo, Rota Peruſin. in deciſ. 90. nu. 24. & Anna ſenior in allegat. 28. nu. 8. contrarium ſeruatur in Curia Archiepiſcopali Salernitana, in qua non potui obtinere ſecundum opinionem iſtam, vide Muſcatell. in praxi Sac. Conſ. in gloſ. periurij. Hinc ſolet quandoque exceptio periurij ad merita cauſæ reſeruari, vt in caſu Annæ in allegat. 28. ſupra citata, & iterum in allegat. 83. & quot ſunt iuramenta tot abſolutiones requiruntur ad finem agendi, ne ſint obreptitiæ, iuxta deciſ. Afflict. ſupra allegat. 220. poſt Roman. in conſ. 326. vbi Mandoſ. in addit. litera ... prout ita ſcribit Vrſil. ad Afflict. in deciſ. 30. nu. 6. Menoch. in conſ. 6. citato nu. 15. Maranta in conſ. 46. in fin. Anna in ſingul. 281. vbi in fin. dat conſilium, vt in abſolutione obtinenda inſeratur totus inſtrumenti tenor, Galter. in prax. inſtrument. fol. 135. nu. 5. & dictus Bilotta in d. tract. fol. 103. adde Ricc. in deciſ. 162. par. 1. Quæ quidem abſolutio quando certum eſt, quod dari, & concedi debet, quilibet Epiſcopus poteſt illam concedere, ſecundum Marantam in ſuis ſingul. in verb. abſolutio fol. 8. allegat Innocent. in cap. debitores de iureiurand. Iudex enim ſecularis poteſt de obreptione, & ſubreptione abſolutionis à iuramento cognoſcere, Afflict. in d. deciſ. 220. nu. 9. & alios congerit idem dictus Bilotta in d. tractat. fol. 76. & 77. & fol. 104. & ſeq. Sbroz. qui ſupra num. 12. & Thor. in compend. deciſ. fol. 292. in nouis, & in d. fol. 77. poſt nu. 12. refert in Sac. Conſ. decriſum periurum non eſſe audiendum, non obſtante Pontificis abſolutione, & quando neceſſitas imminet, & copia ſuperioris haberi non poteſt, à quo poſſit dicta abſolutio peti, tunc licitum eſt propter authoritatē venire contra iuramentum abſque abſolutione, vt poſt Innocent. Felyn. & alios tenet Marſil. in ſingul. 421. ſed à quo Epiſcopo nempe iurantis, vel eius, cui iuramentum præſtitum eſt abſolutio, ſiue habilitatio peti, & concedi debet. Anna in d. allegat. 83. nu. 10. tenet, quod Epiſcopus domicilij erit competens pro illa obtinenda, quia locus contractus in hoc aliquid non operatur circa

remiſ-

remiſſionem niſi contrahens ibi reperiatur cap. Romana §. contrahentes de foro competent. in ſexto, cum alijs allegatis per Annam, vbi ſupra nu. 11. quem refert, & ſequitur Gagliard. in d. tractat. cap. 4. nu. 35. & ſeq. verùm Camill. Borrell. in conſ. 50. relatis opinionibus hinc inde, ſed non Anna, nec Gagliard. conſuluit, abſolutionem debere peti coram Epiſcopo, coram quo, ſiuè in eius Diœceſi fuit iuramentum præſtitum ex authoritatibus, & rationibus per ipſum allegatis, quas non tranſcribo, quia videri poſſunt, Ego autem teneo opinionem Annæ, & Gagliard. maximè in abſolutione, ſiuè habilitatione à iuraměto, quæ ad effectum agendi conceditur, in qua citatio partis non requiritur, vt ſupra dictum eſt, & ita ſeruatur, & ſeruari vidi in Curia Archiepiſcopali Salernitana, & audio ſeruari in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, an conceſſa abſolutione, ſiuè habilitatione à iuramento ad finem agendi, cenſeatur etiam conceſſa ad finem reſcindendi contractum, vide infra in concluſione habilitatio; reliqua in materia abſolutionis, ſiuè habilitationis à iuramento, Gagliard. Viuium, Caualcan. & Bilottam in locis ſupra allegatis, & Thor. in d. compend. deciſion. fol. 13. in nouis, an aduerſus petentem habilitationem, ſiuè abſolutionem à iuramento, ſi aduerſarius compareat, & petat terminum, debeat ipſi concedi, vide Ricc. in deciſ. 30. par. 1.

Abſens cum licentia dicitur ſeruire, & ideò Doctor, qui morari debet ad legendum, ſi habuit licentiam in eundo, & redeundo debet habere ſalarium, Bald. in l. ſi ea in fine, vbi Addentes C. de condit. infert. Roman. in ſingul. 453. & ibi Addentes, Dec. conſ. 70. num. 2. Cagnol. in l. diem functo nu. 189. ff. de offic. aſſeſſor. qui alios allegat, idem in officiali firmat Paris de Puteo de ſindicat. in verb. licentia nu. 3. fol. 188. á tergo in paruis, dummodo dans licentiam habeat talem poteſtatem, vt ibi, ſequitur prædictos Stephan. Gratian. in deciſ. 200. & Marc. Anton. de Amatis in deciſ. 52. idem de ſtipendiario pro tempore, quo abfuit de licentia ſui Superioris ſalarium deberi, ſcribit gloſſ. in l. deſertorem §. ad diem ff. de re militar. quam ſingularem dicunt Bald. & Roman. in locis ſupra citatis, refert & ſequitur alios allegando Surd. in tractat. de aliment. tit. 8. priuileg. 97. nu. 8. & fuſius in conſ. 114. volum. 1. Capiblanc. in ſingul. 107. & latè in ſingul. 137. vide in notabili caſu, D. de Ponte in conſ. 92. & multa apud Ioan. Bapt. Coſt. in tractat. de port. rat. q. 93. Præſens enim dicitur in loco, qui abeſt de licentia ſui Superioris, vt per Surd. in dicto priuileg. nu. 7. an ſalarium debetur abſenti tempore vacationis, Cagnol. in d. l. diem functo nu. 190. tenet, quod ſic, reddit rationem, quia ſeruitium non impeditur propter dictam abſentiam, & dicit ita ſeruari Paduæ, refert & ſequitur addit. ad Roman. in dicto ſingul. & Stephan. Gratian. in loco citato nu. 6. abeſſe enim non dicitur, qui rediturus eſt l. ex facto ff. de hæred. inſtit. Surd. in d. tractat. tit. 1. q. 32. nu. 29. qui Ancharan. & Tiraquell. allegat, niſi abſentia prædicta eſſet affectata, quia non prodeſſet l. & quia ff. ex quibus cauſ. maior.

Abſolutio excommunicationis ad cautelam poteſt fieri ab omnibus cenſuris, præterquam ab interdicto cap. ſolet, vbi Doctor. de ſent. excomm. in ſexto, adeó quod poteſt Archiepiſcopus pendente appellatione ab Epiſcopo ad Papam abſoluere ad cautelam, quia fit ſine cauſę cognitione ſecundum Præpoſitum in cap. ſollicitudinem in princ. de appell. an abſolutus ab excommunicatione cum reincidentia, ſi infra decem dies non ſatisfecerit elapſo tempore prædicto, intelligatur ſtatim excommunicatus abſque Iudicis declaratione, ita vt retrotrahatur reincidentia, & affirmatiuè concludit Io. Bapt. Coſt. in tract. de retrotract. cap. 8. caſu 15. fol 130. & ſeq. & latè Ricc. in deciſ. 101. par. 2. vide ad principalem concluſionem Didac. Couarr. in cap. alma mater par. 2. §. .de ſentent. excommun. in ſexto.

Actuarius, ſeù Actorum magiſter licet ſit officialis, & ſub nomine officialis veniat, Carauit. poſt alios in ritu 9. nu. 4. & ſeq. & D. Vincent. de Franch. in deciſ. 407. num. 3. quia debet eſſe annalis, vt cæteri officiales, vt dixi ad eundem D. Vincent. in deciſ. 409. & ſtare debet ſyndicatui ſecundum Carauit. in ritu 295. ſub nu. 19. tamen ſi in officio actiuè, vel paſſiuè delinquat de eius delicto non cognoſcit Mag. Cur. Vic. vigore ritus eiuſdem 49. quia ritus prædictus recipit interpetrationem à Carauit. ibidem nu. 23. in officiali habente iuriſdictionem in proprio ſignificatu, ſequitur D. Vincent. in d. deciſ. 407. à nu. 5. qui in hac opinione reſidet, & Iterum in deciſ. 505. num. 20. & 21. nouiſſimè autem D. Rouitus in pragmat. de officialibus, & his, quæ prohibentur ſuper rubr. teſtatur Mag. Cur. cognoſcere de delictis Actuariorum, & aliorum ſeruientium intuitu, & in officij exercitio commiſſis, & opinionem eſſe receptam in Tribunalibus, quia Actuarius non habet iuriſdictionem, vel magiſtratum, ſed tantum officium dictandi, vel ſcribendi, vt ad literam ſcribit idem Carauit. in d. ritu 9. nu. 4. verſ. dicitq; verùm poteſt ſolo iuramento ſuſpectus allegari ſecundum Alex. conſ. 104. nu. . vol. 5. ſequitur Boer. in deciſ. 258. nu. 7. Carauit. in ritu 265. nu. 8. Vrſill. in deciſ. Afflict. 317. nu. 2. Foller. in conſtitut. Iuſtitiarij per Prouincias nu. 31. Campan. in cap. Regni nu. 14. Roland. á Valle conſ. 31. ad finem vol. 3. Maſcard. de probation. concluſ. 1095. nu. 32. vol. 2. & Marta in voto 131. num. 2. & Thorus in compend. deciſion. verbo ſuſpecti fol. 532. in nouis, & quid in Actuario Sac. Conſil. vide ibidẽ, & Anna ſenior. in ſing. 489. qui dicit ſic obſeruari, prout ita in dies in practica obſeruatur, & ſi aliter ſentiant Carauit. & Foller. in locis ſupra citatis, quod in Iudice, & officiali in proprio ſignificatu, & iuriſdictionem habente, vt ſupra eſt ſecus quia quando allegatur ſuſpectus requiritur cauſa ſuſpitionis ſecundum Carauitam in d. ritu in 2. notab. & debet actitare acta, non ſolum coram eius officiali occurrentia, ſed etiam quando officialis ſuus procedit vti Commiſſarius delegatus per aliquod Tribunal, vt per Annam in ſingul. 4. qui teſtatur multoties in facto habuiſſe in Actuario Montisfuſculi cum Capitaneo, refert & ſequitur Ioan. Grand. de bello exulum fol. 200. adiungitur Boer. qui ſatis notabiliter loquitur in d. deciſ. 258. nu. 2. 14. & ſeq. & hodie ſic eſt prouiſum per Regiam pragmaticam delli 89. capi, & acta debent ſcribi per Actuarium, & non per Officialem, ſeù Iudicem, Viu. in deciſ. 48. vide in materia D. Rouit. in pragmat. vlt. de Actuar. an Actuarius Ciuis

poſſit eſſe in ſua propria patria, D. de Franchis in deciſ.98.in 1.col. tenet, quod non, & qua pena puniri debet, ſi ſcienter teſtes falſos ex eminat, vide Thorum in compend. deciſ. fol.16. colum.2. in nouis.

Acta facta per Iudicem à quo poſt inhibitionem Iudicis ad quem, & intimationem ipſius ſunt nulla, Aretin.in conſ.75.nu. . quem refert, & ſequitur Robert. Marant. in 6.quæſt. nu.25. Lancelott.de attentat.initit.de attent. poſt inhibitionem nu.233. Intrigl.in deciſ.37. num.7. Coſt.in tract. de retrotract.fol.223. num.4. & 5. Seraphin. in deciſ. 654. Alex.Raud.de analog.cap.40.num.85.& 86. Farinac.in deciſ.94.& in deciſ.751.vbi etiam dicit, non poſſe cognoſci an inhibitio fuerit iuſta, vel iniuſta, quia per inhibitionem, & ipſius intimationem ligatæ ſunt manus Iudicis à quo Magon. in deciſ. Lucenſ.23. in fine, & Addentes ad eum in deciſ. 17.& Lancelott.in d.tract.& tit.num.237. fol.382. Immò qui inhibitioni, & prouiſionibus ſuperioris contrauenit, poteſt ab ipſo pęna in eis comminata exigi ſecundum D. Vincent. de Franch. in deciſ. 370.nu.13.

Actus quando poteſt trahi ad bonum, & ad malum ſemper intelligitur, atque interpetratur de bono, nempè in meliorem partem l. merito ff.pro ſocio, Felyn.in cap.dilecti nu. . de accuſat. Alex. conſ. 128.num.3.vol.4.qui loquitur de conſilio, quod ad bonum, & ad malum poteſt ſe habere ſemper interpetratur de bono, & Natta ibidem in addit.allegat concordantes Ant.Gabr. in tit.de malefic.concluſ.2.num.27. Addentes ad Magon. in deciſ.Luc. 26.liter.F. Paul.Fuſc.in ſing.24.liter.A. Gramm.in deciſ.18. num.5. & multa ſimilia congerit Iacob. Menoch. de præſumpt.lib.5.cap.2. à num.11. cum ſeq.& poſt eum Farinac.in 3.vol.q.85. nu.10. cum infinitis ſeqq. hinc actus vbi poteſt intelligi de valido, & inualido, intelligitur de valido l. ſi ſeruus §. 1.ff.de fideiuſſ.allegat Afflict. in conſtit. ſi dubitatio poſt num.18. adde videndum Marſil.in ſingul. 196.& Molin.de primog.hiſpan.lib.2.cap.7. num. 70. quia qui certum actum facere habet debet illum facere ſecundum legem de ipſo loquentem, vt poſt Bald.& Alex.ſcribit Afflict. in loco citato, & nu. . vbi etiam inquit, quod qui cum equis promittit ſeruitium, debet ſeruire cum equis actis, & bonis ad ſeruiendum, & ibi etiam in no. 17. infert ad alia, hinc actus factus præſumitur ex cauſa, quæ valere poteſt l.quoties ff.de reb.dub. & ſubſtinetur ex eo capite, quo ſubſtineri poteſt, cap.ex officij, vbi Felyn.de præſcript. & Seraphin.in deciſ.509.

Aduocatus, qui promiſit Titio aduocare per annum pro eo ſub certo ſalario ſingulis qoatuor menſibus ſoluendo, ſi Titius in illo anno nullas cauſas habuit tamen ſalarium habere debet, quia per ipſum non ſtetit ſecundum Afflict.in conſtit. hac edictali nu. 3.vide ſi conferunt ſcripta per Marſil. in ſing.693. & per Coſt.de port.rat. q. . & multa in materia ſcripſi ad D. Vincent. de Franch. in deciſ. 265. Aduocatusq; ſalariatus, qui ſalarium habuit ſi infirmitate detentus non potuit poſtulare, adeò quod oportuit, clientulum alium Aduocatum aſſumere; illud reſtituere non tenetur ex ratione ſupra allegata, quia per eum non ſtetit, ita Afflict.in loc.cit. nu. 6. & ſi fuit Aduocatus pro actore in prima inſtantia, poteſt eſſe pro reo in ſecunda inſtantia, Aona ſenior qui concordantes allegat in ſing.7. cui accedit Mangrell.ad Bart. in l.Præſes §. Aduocatos ff.de var.& exord.cognit. & Baiard.ad Clar.in qu. 72. nu.17. vbi tamen dicit hoc non eſſe honeſtum, & ideò caueant Aduocati hoc facere, D. Rouit. in rubr.pragm. de poſtul.nu.82. ibi de materia: hinc Aduocatus, qui pro ſuo clientulo conſuluit non poteſt eſſe Iudex in cauſa, in qua conſuluit, nec in annexa, ſiuè connexa, aut dependente l.quiſquis C. de poſtulat. cum ſimilibus, & ſi ſententiam protulit eſt nulla, eſto quod non fuerit recuſatus d.l.quiſquis per quem, & alia iura, & rationes conſuluit Bertazol.in conſ.crim.550. vol.2. & vide Doctor. poſt gloſ.in l.Prætor ff.de iuriſd.omn.iudic.an Aduocatus teneatur petere licentiam aduocandi, vide Afflict.in conſtit. Aduocatorum officium, caueant etiam Aduocati ne ſint verboſi, moleſti, & importuni coram Iudice, quia eis poteſt per eundem Iudicem prohiberi ne coram ipſo vadant, prout fecit Afflict. cuidam aduocato, vt ipſe refert in conſtit.cultus nu.5.& 11.& Carauit. refert in ritu 104. num. 6. & Aduocatus reuelans ſecreta cauſæ ſui clientuli tenetur pęna falſi l.1.§.is qui ff.de falſ. Paris de Puteo de ſyndicat. in tit. de exceſſib. aduocat.num.6.fol.19.à tergo, ſequitur Carauit. in ritu 3.nu.14.vbi Add.citat Roman.in cõſ.384.qui hoc non dicit, Paul.Fuſc in ſingul.31.litera A. Farinac. videndus in tit. de inquiſit. quæſt. 4. poſt num. . Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. centur.6.caſu . num.25. vbi num. 26. poſt Declan. quem allegat tenet, Actuarium, qui ſecreta cauſæ reuelat, & pandit Iudicis arbitrio debere puniri, & ante ipſos, Paris in loco ſupra citato nu.9. & Menoch. loco prædicto à num. 18. cum ſeq. diffuſè tractat de Conſiliarijs, Aſſeſſoribus, Iudicibus, Canonicis, Capitularibus, Sacerdotibus, vaſſallis, & militibus reuelantibus ſecreta, quomodo puniri debent, vide ipſum poſt Carauitam in loco ſupra citato, qui ſubſtantialiter loquitur, quia ſecreta aliorum detegere graue crimen eſt, Menoch. qui ſupra nu. 1. & in quibus alijs caſibus Aduocati excedunt, videatur Paris in loco ſupra allegato; ſolent enim aliqui aduocati eſſe, qui nec Deum, nec pęnas æternas timent, & verentur ſecondum Afflict.in conſtitut. ſi damna nu.67. & ſolent aliquãdo, maximè iuuenes incidere aliquod vitium, & quod peius laudãtur ab alijs idiotis, vt per eundem Afflict. in conſtit. Aduocatos nu. 7. verùm ſæpè Aduocati iuuenes à ſenioribus decipiuntur, idem Afflict in rubr. de defenſis nu.13. vnde Afflict.ipſe in conſtit. diuinæ iuſtitiæ num.5.in fin. per illum text.dicit, quod ſunt quidam Doctores noui ex patribus cerdonibus, & artificibus, qui ſe vileſcunt, & accedũt in domibus clientulorum, & ſubtrahunt famoſis, & nobilibus Doctoribus aduocationem, contra quos ipſe inhęuit, & benè, quia hoc facere non debent, cum aduocationis officium laudandum eſt ſecundum Roland.à Vall.qui multa congerit in conſ.36. à nu.1. cum ſeqq.vol.3.& Honded.in conſ.81. nu.51. vol. 1. qui Aduocati ſedent in domo Iudicis, & coram ipſo, ſed non in Rota hora ſolita cauſarum expediendarum, Carauit.qui iura, & authores allegat in ritu ſupra allegato 104. nu.5. vbi ponit practicam, & obſeruantiam, & non immeritò Affl. in conſtit. vniuerſos, & ſingulos ſcribit, quod Aduocati ſunt vocãdi in cauſarum deliberationibus, videlicèt illi,

qui

qui non in cauſa illa aduocati, & refert vidiſſe tempore Regis Ferdinandi Primi, quod quando Reuerendiſſimus Archiepiſcopus Neapolitanus, qui fuit Præſidens in Sacro Conſilio in deliberationibus cauſarum adhibebat vota Aduocatorum, qui in illis non erant, & dabat eis partem trigeſimæ, intelligendo de Aduocatis, & Iudicibus rectis, doctis, & vtentibus legibus, prout debent, quia optimam vitam faciunt, Roland. in d.conſ. nu.4. hinc Afflict. in conſtitut. ſi, dubitatio nu. 21. ſcribit, quod Iudex in quæſtione dubia non deber verecundari, ſed inquirere, & adhibere conſilium alterius Sapientis: nam poſſunt Aduocati, qui ius fouere ſciunt propter Iudices ignaros allegare non ſubſtantialia, D.de Ponte de poteſtate Proregis ſol, 5.nu.15.& ſol.256.nu.56. & vide in nu.55.

Agrimenſori ſalarium debetur pro menſuratione, vt poſt Florian, ſcribit Marc. Anton. Natta in conſil. Alex.21. vol.7. & idem Natta in conſ.89. nu.1. qui idem firmat in Arbitro, & Arbitratore, & malè ſiuè falſo Agrimenſor menſurando, tenetur de dolo l.1.§.ſi dolus ff.ſi menſur.falſ.mod.dixe. Campan.in cap. regni 198. Anna in ſingul. 20. & Paul. Fuſc. in ſingul. 2. litera C. ſecus de lata culpa, vt ibi, Thor. videndus in compend. deciſ. ſol.372.in nouis, & malè menſurando, ſiuè extimando facit litem ſuam, & ad intereſſe tenetur, Paris de ſyndicat.in verb.lis 6.arbiter nu.5. ſol.185.in paruis, vbi infert contra Tabularios malè extimantes ſecundum conſuetudin. Neapol. qui debet eligi parte citata, ex dictis per Franc. Burſat. in conſ.102. nu. 29. & conſ.105. nu.20. quid autem probandum eſt, quando agitur contra Agrimenſorem male menſurantem, vide Marcell. Cala in tractat. de modo articul. nu. 363. ſol. 107. an poteſt cogi ad menſurandum, vide infra in concluſ. periti, vbi multa ibi poſui conferentia ad iſtam concluſionem, quis autem debet hoc ſalarium Agrimenſori ſoluere, vide Surd.in tractat.de aliment. tit.1. q. 86.& Coſt. de Portio. Rati q.35.in princip. & cuius expenſis debet fieri acceſſus, ſeù viſitatio loci per Iudicem, vide Coſt. in d.tractat. qu.194. in fine, poſt D.Vincent. de Franchis, quem allegat in deciſ.332.vbi addo.

Alimenta ſolui, & præſtari debent de fructibus, & introitibus, qui ex bonis hæreditarijs percipiuntur, Alex.in conſ.100.vol.1.conſ.73.nu.  .vol.5. Boer. in deciſ.19.nu.8. Arno. in dialogo 29. Vrſill.in deciſ. Afflict.252.nu.4.in fine, Brun.in tract. de ceſs. bonor. in 29.quæſt.principali nu.2. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 169. nu.  . & in conſ. 62. nu.5. Caualcan.de vſufruct. mulier.relict.nu.27. Anna in ſingol. 23. in principio, Ioſeph. Ludou. in ſuis commun. opinion. concluſ. 5. verſ. pro quibus, & verſ.iſto caſu, Alex. Trentacinq. in conſ.63. nu.4. vol.2. & nouiſſime Surd. in tractat. de aliment. titul. 4. q 9. nu.1. cum ſeq. & ſecundum perſonarum qualitatem, & patrimonij, Verall.in deciſ.21. nu.3.part.1. Hinc infertur, quod alimenta, quæ in vino, oleo, frumento, & alijs rebus debentur, quæ breui tempore non corrumpuntur, ſed in menſes ſeruari poſſunt, debentur menſatim ſecundum Bart.in l. pecunia in fine, per illum textum ff. de aliment. & cibar. legat. ſequitur Soccin. ſenior in conſ.10 nu.15. vol.1. Roland.à Valle conſ.22. nu. 22.& 23. vol.1. Alex. Trentacinq. vbi ſupra nu.7. Anna in d.ſingul. in principio, & infinitos ad id citat Surd.in d.tit. 4. q.17. num.1. cum ſeqq. qui reprobat diſtinctionem Bald.in l.1.nu.3. C.de fideicommiſ. accedit Viuius in deciſ.8.nu.17. & Intrigliol. in ſingul.151. nu.1. verùm reſpectu eorum, quæ non poſſunt diuidi per menſem, vt veſtimenta, & ſimilia danda ſunt, cum alimentarius egebit ſecundum Roland.in d.conſ. nu.23. & Surd. in d. q.17.nu.3.vbi intelligit, niſi neceſſitas vrgeat, vide Marc. Anton.de Amatis in deciſ.52.ſub nu.21. ſed lectum alimentario dari debere ſingulo anno, Roland. vbi ſupra nu. 24. & ſi pecunia pro alimentis in ſingulos annos relinquitur, tunc enim in principio cuiuſlibet anni ſoluenda eſt, quia talis eſt natura annui debiti, Surd.in d.quæſt. à nu.6. cum ſeqq. ſequitur Intrigliol. in d.ſingul. nu.2. vide tamen Anna in d. ſingul. ſupra citato, & in multis Surd. dictam concluſionem iſtam non procedere, vt per eum ibi, quem in omnibus refert, & ſequitur Intrigliol. in loco ſupra allegato, vnum tamen dicit Surd. ex authoritate Ludouic. Molin. vbi ſupra nu. 3. verſ. ſed Molina, quod Senatus Mantuanus mandat ſolui alimenta reſpectu vini, olei, frumenti, & ſimilium ſingulo trimeſtre, quando autem alimenta præterita conſiſtentia in frumento, vino, & ſimilibus, petuntur tunc libellans deber petere ſpeciem ipſam, nempè frumentum, ſeù vinum, & non eius extimationem, vt docet magiſtraliter Bart. in l.libertis §. manumiſſis in 3. membr. ſuæ diſtinctionis ff.de aliment. & cibar. legat. quem omnes Scribentes cõiter ſequuntur, teſte Viuio in opinion.46.nu.3. par.1. & Caualcan. in tract. de vſufruct.mulier.relict.poſt nu.198.fol.327.in paruis, quibus accedit Surdus in d.tractat. tit.3. q. 9. nu.30. & Machel.in patroc.28. nu. 24. & quando à pluribus alimenta præſtari debent, Iudex poteſt alterum ex eis cogere ad illorum præſtationem, cæteris alijs conferentibus ipſi partes ſuas per l.3. ff.de aliment. & cibar.legat.& ita poſt Speculat. iudicauit camera imperialis, refert Miſing. in obſeruat. 63. par.1. meminit, & ſequitur Conſta de portion.rat.q.  . maximè quando præſtatio ipſorum eſt difficilis ſecundum Surd. nulla de Miſinger. facta mentione in d. q. 9. nu.22. vbi firmat non ſolum Iudicem poſſe hoc facere, ſed etiam prouidere per tempora, quod vnus præſtet alimenta certo tempore, alter verò alio tempore ſecundum Bart. in d. l. 3. per illum textum in ſecundo reſponſo. Hinc alimenta taſſari debent ſecundum tempus, & ætatem perſonæ, cui debentur, non autem vniſormiter, vt per Caualcan. in d.tractat. nu.28. qualiter autem probabitur alimentorum præſtatio, & Doctores omnes admittunt difficilem eſſe probationem, & Corneus in conſ.113. nu.  . verſ.item præmitto volum.1. ſcribit, quod continua præſtatio alimentorum inter habitantes in eadem domo, difficile probatur, impoſſibileque eſt inuenire teſtes, qui deponere poſſent ſe vidiſſe ſingulis diebus, & horis alimenta prædicta præſtari, refert, & ſequitur Surd.in d.tractat.tit.6. q.23. à nu. 9. cum ſeqq. poſt Rotam Bononienſ. in deciſ.43. Maſcard. in tractat. de probation. concluſ. 77.nu.8. vol.1. videas interim coniecturas congeſtas per eundem Surd.in d.quæſt. à nu.10. vſque ad finem, & Ioſeph. Ludou. in deciſ.Lucæ 42.col. 1. & Gratian. lib. 2. diſceptat. forenſ. cap. 324. &

qualiter probetur animut illius, qui ſuſpendit, velle alimenta repetere, vide Marcell. Caſa in tractat. de modo articul. nu. 887. & ſequ. ſol. 175. Surd. in d. tractat. tit. 6. q. . & Caualcan. in deciſ. 8. nu. 67. & 68. part. 3. & in deciſ. 17. nu. 12. & ſeq. par. 4. & vide Ancharan. iunior. in q 52. par. 1. qui loquitur de alimentis præſtitis per patruum nepotibus, in cuius poſſe tenebat dotes maternas ipſorum, ſi debet illa cum dotibus compenſare, vbi ad coniecturas debet recurri, ſi patruus eſt diues, & nepotes paupcres, vel è contra, hinc ſi creditor retinet penes ſe equum, vel aliud animal ſibi pignoratum, & alimentauit, repetitque alimenta, ſiuè expenſas non tenetur aliter probare illas feciſſe, quia habet præſumptionem pro ſe ſecundum Bart. in l. cum ſeruus num. 4. ff. de verbor. obligat. ſequitur Maſcard. in tractat. de probation. concluſ. 715. nu. 4. & 716. num. 1. vol. 2. & Surd. qui alios citat in d. tit. 6. q. 23. nu. 17. & 18. & in tit. 8. priuileg. 62. num. 13. & quid debet deduci antequam alimenta præſtentur, vide Alex. in d. conſ. 100. ad finem, vbi Natta in addit. Anna in ſingul. 22. & Ioſeph. Ludou. in d. concluſ. 1. verſ. antequam, & quæ veniunt appellatione alimentorum, vltra Roland. in d. conſ. 22. Viuium in opinion. 44. par. 1. & Camill. Borell. in conſ.      vide omninò Iacob. Menoch. in tractat. de præſumption. lib. 4. cap. 157. num. 13. cum ſequentibus, & Surd. in ſepius allegato tractat. & pro ipſorum præſtatione, ſiuè ſolutione non poteſt vendi proprietas ſecundum Doctores allegatos in principio huius noſtræ concluſionis, & D. de Franchis in deciſ. 336. nu. 2. vbi dixi in apoſtillis, & omninò Surd. in d. tractat. tit. 4. q. 9. num. 17. cum ſequentibus, & ad iſtam concluſionem cum ſeqq. adde videndum Thor. in compend. deciſ. in hoc verbo fol. 33. & Sempron. Aſcia in determinat. 192.

Alimenta, quæ Iudicis officio debentur, ſi ſunt petita pro tempore præterito, non debentur etiam ſi alimentarius aliunde vixerit, niſi pro ſe alimentando ęs alienum contraxerit, Afflict. in deciſ. 10. poſt nu. 3. quem refert, & ſequitur D. Præſes Vincent. de Franchis memoriæ recolendæ in deciſ. 605. nu. 1. qui alios infinitos ad id citat, futura autem debentur, etiam ſi ęs alienum alimentarius non contraxit, & à quo tempore debentur dicta alimenta futura, & quando incipiunt, vide ibidem nu. 2. vbi reperies quid fuit deciſum per Sacrum Conſilium, alimenta debita Iudicis officio ſunt illa, quæ à patre filio debentur ſecundum Alex. in l. de alimentis in principio C. de tranſaction. Vrſill. in d. deciſ. Afflict. 10. ſub nu. 12. & Marantam in ſuis ſingul. in verb. alimenta, & multa cumulat idem D. Vincent. in d. deciſ. nu. 8. & principali noſtræ concluſioni conuenit Surd. in tractat. de aliment. tit. 1. q. 32. nu. 40. ſecus ſi alimenta debentur iure actionis, quæ etiam pro prædicto tempore peti poſſunt, vt ibidem per Surd. nu. 41. & ante ipſum Vrſill. in loco ſupra citato, Alex. Trentacinq. in conſ. 21. nu. 2. vol. 1. vbi ita iudicatum refert, & in conſ. 30. nu. 1. & conſ. 35. & 63. ad finem vol. 2. & dicuntur illa, quæ ex contractu debentur, vel ex vltima voluntate, vt per Alex. in d. l. de alimentis, & Maranta in loco citato, & D. Vincent. de Franchis in ſupra allegata deciſ. nu. 8. verum vt quis teneatur ſoluere, & præſtare alimenta pro tempore futuro, ſufficit ſolutio trium annorum præteritorum l. 1 C. de fideicommiſſ. quod intellige ſi legatum alimentorum fuit relictum in voluntate minus ſollemni d. l. 1. vbi eſt text. expreſſus, quem Doctor. ibi dicunt ſingularem, & valde notandum, ac menti tenendum, reputat Bart. in l. 2. eodem titulo, Matheſil. in ſingul. 122. Guido Papa in deciſ. 200. nu. 6. & 576. in fine, & omnium latiſſimè Surd. in d. tractat. tit. 8. priuileg. 22. num. 3. ſed ſi alimenta debentur ex contractu præſtatio triennalis non inducit obligationem, nec contractum confirmat, ſecundum Surd. loco præcitato nu. 22. refert & ſequitur Stephan. Gratian. in deciſ. 64. ſub nu. 3. an filius poſſit cogere patrem ad præſtandum ipſi alimenta extra domum patris, vide Boer. in deciſ. 195. nu. 5. Pinell. in l. 1. par. 1. à num. 53. cum ſeq. C. de bon. matern. & Surd. de aliment. tit. 4. q. 14.

Alimenta, ſiuè expenſæ litis, quibus perſonis lite pendente debentur, Guido Papa in deciſ. 561. loquitur de litigante, & petente hæreditatem, ſeù partem ipſius, & de paupere, & miſerabili perſona, quæ non habet aliquid, vt poſſet litigare, & de alijs, vt ibi refert, & ſequitur Aymon Crauett. in conſ. 164. nu. 1. Didac. Couarr. in tractat. practic. quæſtion. cap 6. nu. 4. & ſeq. Ioſeph Ludou. in deciſ. Peruſin. 46. num. 3. 4. & 5. vbi pulchre loquitur Anna ſenior in ſingul. 25. Iacob. Menoch. in tract. de præſumption. lib. 1. q. 35 nu. 1. vbi latiſſime, qui à num. 7. cum ſequ. refert duodecim extenſiones, quas refert, & reaſſumit Surdus in d. tractat. de aliment. tit. 1. q. 111. num. 1. cum ſeq. vbi loquitur de filio agente pro paterna hæreditate, quia ei alimenta debentur, & quæ requiruntur, vt illa conſequi poſſit, ponit idem in q. 112. & in multis quæſtionibus ſequentibus, vſque ad q. 122. & de vxore petente alimenta à viro loquitur Afflict. in deciſ. 10. Ioan. Cęphal. in conſ. 127. nu. 7. loquitur de ſorore petente legitimam à fratre, vbi extendit ęquitatem §. de inofficioſo ad omnes, & ſingulas perſonas de alimentis diſceptantes, ſequitur Surdus in loco ſupra citato, an alimenta ſoluta perſonis prędictis enumeratis per Surd. & alios debent reſtitui in caſu ſuccumbentiæ, & ſi debet præſtari cautio, videatur quæſo inſignis D. Vincent. de Franchis in deciſ. 336. nu. 5. vbi refert quid in Sacro Conſilio ſeruatur, Fab. Anna in conſ. 102. maximè num. 9. qui diſtinguit in filio, & extraneo, Surd. vbi ſupra q. 121. & nouiſſime eundem D. Vincent. in deciſ. 614. per totam, vbi latiſſime omnia ponit, & in fine meminit de Surdo in d. q. 124. & addo ad d. deciſ. 336. & ad concluſionem noſtram principalem vide Milanenſem in deciſ. 17. par. 1. & Verall. in deciſ.      cum ſeq part. 1. ad iſtam concluſionem adde videndum D. Paſcalem in tractat. de virib. patr. poteſtat. par. 2. cap. 2. & in pulchro caſu Ricc. in deciſ. 56. par. 1. & deciſ. 191. eadem parte, & iterum deciſ. 251. par. 2. & in reſolut. 322.

Alimenta quomodo cum ſeruitijs compenſantur, atque operibus, Aretin. in conſ. 48 num. 7. ſcribit poſt ſeptennium operas eſſe in conſideratione, & conſequēter cum ſeruitijs debere compenſari, refert & ſequitur Magonius in deciſ. Lucenſ. 9 nu. 25. & 26. & fit ipſo iure compenſatio ibi num. 27. vbi poſt Barſat. de communi teſtatur, dummodo ſeruitium locari ſoleat, & mercedem mereatur, Anton. Gamma in deciſ. 216. nu. 2 & Surdus, qui

pul-

Digitized by Google

pulchre loquitur in tractat. de aliment. tit. 6. qu. 11, à nu. 18. cum ſeq. meminit de Gamma Theſaur. iunior in q. 25. ad finem part. 4. an iſta compenſatio fiat proportionabiliter, ideſt quatenus ſeruitia valent, & non vltra, vel pro rata ſeruitiorum, videatur omninò Surdus in d. quæſt. a nu. 31. cum ſeqq. qui duas refert opiniones, & tandem videtur reſidere, quod pro rata ſeruitiorum compenſatio fiat, & Ancharan. iunior in q. 52. nu. 15. par. 1. Quid autem in extimandis operibus, & ſeruitijs conſiderari debet, vide eundem in loco allegato num. 39. & ſeq. & Caualcan. in deciſ. 17. nu. 11. par. 4.

Animal ſi tempore venditionis vendo ſanum, completa tamen, atque perfecta venditione, incontinenti ſuperuenit vitium, vel infirmitas, tunc venditor ipſe tenetur, non obſtante, quod contractus ipſe in totum eſſet perfectus, vt poſt Cinum tenet Marſil. in ſingul. 614. per regulam, quæ incontinenti fiunt. vide ſi conueniunt ſcripta per me infra in concluſione, conductor equi in medio, vbi allego Alex. Marſil. Viuium, Rotam Peruſinam, & Maſcard. & latè Caballin. de ædil. act. cap. 2. ſub num. 26.

Appellatio non admittitur à ſententia lata ſuper reſtitutione dotis ad effectum retardandi exequutionem, ita Afflict. in deciſ. 261. nu. 1. verſ. item in dote, ſequitur Vrſill. ibi num. 3. Viuius in opinion. 57. nu. 2. par. 1. poſt Bald. Nouell. & Lupum, quos allegat, & refert ſic de anno 1573. obtinuiſſe, accedunt Cacheran. in deciſ. Pedemont. 25. nu. 20. qui ſolum Bald. Nouell. allegat Ruginell. in tractat. de appellation. cap. 2. in verb. exequutio ſententiæ num. 23. omninò Surd. in tractat. de aliment. titul. 8. priuileg. 60. nu. 8. & ſequ. & Stephan. Gratian. in deciſ. 72. nu. 2. vbi num. 3. declarat quando ſententia eſt lata pro dote mulieris factæ viduæ, aut pauperis, vt ex inde poſſit nubere, vel ſe alere. & iterum in deciſ. 214. nu. 18. & ſeq. rationes huius concluſionis ponit, & reaſſumit Viuius in d. opinion. nu. 3. cum ſequ. Item à decreto ceſſionis bonorum appellatio non admittitur ad finem retardandi exequutionem, Ruginell. vbi ſupra nu. 44. nec à decreto, quod hæres ſoluat expenſas funerales ibi nu. 20. vel quod hæres ſoluat expenſas erogatas pro egroto ibi num. 21. Item à ſententia exfractationis non appellatur, vt poſt Grammat. Caſtill. & Caroc. tenet Ricc. in deciſ. 272. par. 2. Item à decreto de aſſociando in poſſeſſionem ſtante pacto de capiendo, Stephan. Gratian. lib. 2. diſceptat. forenſ. cap. 266. nu. 29. Item non admittitur appellatio à ſententia condemnatoria mercedis famuli ad finem retardandi exequutionem, vt poſt Angel. & Rebuff. tenet Anna ſenior in ſingul. 42. Stephan. Gratian. qui de Rebuff. meminit in deciſ. 53. nu. 2. quia cauſa mercedis eſt miſerabilis, & debetur operarijs etiam de iure diuino, vt ibi, quod nota ad d. deciſ. Afflict. & in quibus alijs caſibus appellatio denegatur, vltra Afflict. in d. deciſ. & Maranta in verb. appellatio à nu. .cum ſeqq. vide Farinac. in tertio tomo q. 101. nu. 44. & ſeqq. & Ruginell. in loco ſupra citato, Muſcatell. de appellat. in gloſ. 1. & Farinac. loco citato num. 72. dicit á ſententia Papæ, Imperatoris, Regis, & Præfecti Pretorij non dari appellationem, & recurſum ad eundem Principem, poſt Capyc. & Grammat. quos allegat, verum quando cauſa cõmittitur alicui Iudici, vt pronunciet nomine Regio, tunc appellatio non datur ſecundum Capyc. in deciſ. 111. meminit Grammat. in deciſ. 35. nu. 4. Farinac. vbi ſupra nu. 76. & D Rouit. in pragmat. 5. nu. 15. de offic. Sac. Conſil. vel ſi cauſa eſt commiſſa appellatione remota l. 1. §. final. ff. á quibus appella. non licet D. Rouit. qui ſupra, poſt Maranta in verb. appellatio num. 336. Item ſi in reſcripto eſt dictum procedas abſque contradictione, D. Vincent. de Franchis in deciſ. 637. num. 7. Item à ſententia, ſiuè decreto lato per Collaterale Conſilium non dari reclamationem, idem D. de Franchis vbi ſupra nu. 1. & 2. Item in criminalibus, vt ibi, ſequitur D. de Ponte de poteſtate Proregis fol. 534. nu. 6. & ibi aliqua de materia, & vide Muſcatell. de appellat. in gloſſ. ſententia à num. 105. cum ſeq. An appellatio admittatur à præcepto facto ad inſtantiam legatarij contra hæredem, vt ſoluat eidem quantitatem legatam, iuxta deciſ. Angel. in §. illud in authent. de hæred. & falcid. Farinac. in deciſ. 416. & 418. tenet, quod ſic. Item appellatio non datur à decreto in cauſis ſuſpitionis Iudicum, D. de Franchis in deciſ. 408. num. 1.

Appellare poteſt coniuncta perſona ſine mandato, cum cautione tamen rati, dummodo ratificatio fiat infra decem dies datos ad appellandum, vt poſt Bart. Afflict. & alios, concludit Anna in ſingul. 100. accedit Maranta in tractat. Iudic. part. 6. in verb. appellatio nu. 218. Vrſill. in decіſ. Afflict. 73. nu. 10. Magon. in deciſ. Florent. 136. nu. 3. & in deciſ. Lucenſ. 6. nu. 20. cum ſeq. quæ concluſio non procedit quando appellans ſine mandato eſt frater illius, pro quo appellauit, tunc poteſt ratificatio fieri etiam poſt decem dies prædictos ſecundum Stephan. Gratian. deciſ. 23. in fin. allegat Magon. in deciſ. Lucenſ. 49. nu. 19. qui loquitur in coniuncta perſona, vt in principio huius concluſionis, & Magon. ſic refert etiam, & ſequitur Ioan. Bapt. Coſta in tractat. de retrotract. cap. 8. caſu 4. nu. 7. fol. 90. hinc pater pro filio appellare poteſt, & è contra, Aymon conſ. 278.

Appellatione pendente à diffinitiua, non ſolum non poteſt aliquid innouari, quia iuriſdictio Iudicis, à quo ſuſpenditur ſine alia inhibitione toto titulo ff. nihil innou. appell. pend. Maranta in tractat. Iudic. par. 6. in verb. appellatio nu. 171. & 173. Viuius latiſſimè in opinion. 77. nu. 1. ſecundum nouiſſimam editionem par. 1. & Muſcatell. de appellat. in gloſſ. ſententia num. 12. ſed etiam ante interpoſitam appellationem infra decem dies datos ad appellandum, iuxta authent. hodie C. de appellat. ſecundum Marant. & Viuium in locis ſupra citatis ille nu. 173. & iſte num. 4. & Muſcatell. vbi ſupra, addo Campan. in cap. Regni ſubditorum nu. 99. & Seraphin. in deciſ. 530. & ita vidi plures prouiſiones inhibitoriales Sacri Conſilij, & ſequitur latiſſime Lancellot. de attentat. in tit. de attentat. appellat. pendent. Secus verò in appellatione ab interloquutoria ſecundum Maranta in loco, & numero citato, & Muſcatell. in d. gloſſ. nu. .dummodo non ſit inhibitum per Iudicem ad quem cap. non ſolum de appellat. in ſexto; verùm ſi grauamen declaratur ab interloquutoria acta facta pendente appellatione ab eo ſunt, & debent nulla declarari

ſecun-

Digitized by Google

ſecundum D. Vincentium de Franch. in deciſ. 354. nu. 1. vbi addo Marantam, & alios, vide ſi conſert deciſ. Bonon. 40. & Gamma Luſitan. in deciſ. 63. quibus adiungitur Rota Lucæ in deciſ. 38. col. 2. fol. 51. in nouis, & dum dixi ſupra, quod appellatio debet fieri infra decem dies, d. authent. hodie, ſupple illos currere de momento ad momentum, Afflict. in conſtitut. appellationum tempora nu. . à die intimationis ſententiæ, Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 344. nu. 2. Plotus in l. ſi quando ¶. 15. num. 9. C. vnde vi, Marc. Anton. Natta in conſ. 51. Cacheran. in deciſ. 142. nu. 36. Roland. à Valle conſ. vltimo nu. 148. & ſeq. vol. 4. Viuius in deciſ. 265. nu. 1. & Muſcatell. de appellat. in gloſſa poteſt col. 1. Immò vt intimatio ſit certa debet fieri cum inſerto tenore ipſius ſententiæ, Stephan. Gratian. in deciſ. 62. & iterum in deciſ. 111. à nu. 1. cum ſequ. & Marc. Anton. de Amatis in deciſ. 37. nu. 1. & ſequ. & nu 8. & vide in pulchro caſu, Roman in conſil. 343. nu. 12. hinc etiam infertur, quod adhæſio appellationis debet fieri infra dictos dies decem datos ad appellandum, D. Vincentius de Franch. in deciſ. 257 nu. 4. vbi addo in additionibus antiquis, & nouis, quia adhærens appellationi fit vnus ſpiritus cum appellante ſecundum D. Vincentium. vbi ſupra nu. 3. & Magon. in deciſ. allegata in dictis additionibus, & adhæſio appellationis, quæ requirat, vide Coſta in tractat. de remed. ſubſid. in 56. remedio, ad quem locum ſe remittit, idem in tract. de portion. rati q. 161. nu. 9. vbi num. 11. poſt Oldrad. quem allegat, tenet Procuratorem etiam effectum dominum litis non poſſe adhærere appellationi alienæ, quia requiritur ſpeciale mandatum, & ad concluſionem iſtam, vide plures limitationes, quas reaſſumit Maranta in loco ſupra citato à nu. 174. cum infinitis ſequentibus, inter quas refert, quod expenſæ ad quas victus fuit condemnatus per ſententiam diffinitiuam poſſunt pendente appellatione taxari, quia grauamen non infertur, poſt Lapum quem allegat in allegat. 8a. nu. 8. ſequitur Duen. in regul. 42. limitat. 18. Carauit. in ritu 298 nu. 24. Anton. Gabr. in titul. de regul. iur. concluſ. 3. nu. 54. Anna in ſingul. 31. vbi de anno 1551. refert ſic obſeruatum, Caualcan. in deciſ. 15. nu. 25. part. 1. Muſcatell. in prax. Sac. Conſ. in gloſ. fin. nu. 92. & ſeq. D. Campanil. ad Oliuam ſuper ritu Curiæ Archiepiſcopalis Neapol. 4. nu. 17. & nouiſſimè D. Scipio Rouit. in pragmat. 1. nu. 5. in tit. de expenſ. licet dicat hanc opinionem habere maximam difficultatem, & Stephan. Gratian. lib. 2. diſceptat. forenſ. cap. 349. qui tenet contra communem, & ad principalem concluſionem noſtram, vide D. Vincentium de Franch. in deciſ. 602. qui in notabili caſu loquitur, verùm appellatio facta infra decem dies datos ad appellandum currit de momento ad momentum, Alex. conſ. 87. num. 1. vol. 7. & Muſcatell. videndus de appellat. in gloſſa poteſt nu. 23. & ſeq. latè Ricc. in deciſ. 76. part. 2. & currit à die intimationis ſententiæ, Vrſill. in deciſ. Afflict. 344. nu. 2. & Muſcatell. vbi ſupra, D. Rouit. in pragmat. 1. de appellat. nu. 4. ſed ſententia Sacr. Conſil. non intimatur, D. Lanar. in conſ. 97. nu. 2. vbi reddit rationem, & adhæſio, appellationis debet fieri etiam infra decem dies, D. de Franch. in deciſ. 257. nu. 4. vbi addo.

Appellatio à ſententia lata in poſſeſſorio non retardat ipſius exequutionem ſecundum Afflict. qui concordátes congerit in deciſ. 269. & nouiſſimè D. Præſes Vincentius de Franchis, qui allegat alios in deciſ. 288. num. 1. cum cautione tamen de reſtituendo in caſu retractationis, vt poſt Afflict. in loco citato, firmat idem D. Vincent. in deciſ. 193. nu. 8. Thor. in compend deciſion. fol. 42. Peregr. in deciſ. 97. & Gratian. lib. 1. diſceptat. forenſ. cap. 74. & lib. 2. cap. . plures limitationes ad concluſionem iſtam refert Cacheran. in deciſ. 25. num. 12. de quo meminit idem D. Vincent. in d. deciſ. 288. inter quas ponit iſtam in fine, quod ſi coram Iudice ſeculari eſt intentatum aliquod remedium poſſeſſorium à iure canonico introductum, puta remedium cap. reintegranda, tunc à ſententia prædicta non ſolum appellari poteſt, ſed etiam per appellationem ipſam exequutionem impediri, ſequitur Marc. Anton. Natta in conſ. 566. Plot. in l. ſi quando ¶. 3. nu. 9. C. vnde vi, allegat infinitos, Viuius in opinion. 57. ſub nu. 1. verſ. de iure verò canonico, verùm in deciſiuis non eſt recedendum ab opinionibus deciſis in Sacro Conſilio Neapolitano ſecundum Afflict. & D. de Franch. in deciſ. 2. locis ſupra allegatis, quia eius deciſiones faciunt ius in Regno, Afflict. in deciſ. 190. in fine, & in alijs locis, quæ nota ſunt, & ita refert iudicatum apud Rotam Bononienſem, Petrus de Benintendis in deciſ. 17. & ſic etiam ſeruari in Rota Romana, teſtatur Mandoſ. in conſ. Romani 324. liter. A. propter conſtit. Egidianam, & iſta eſt magis communis, & tuta opinio, atteſtante Viuio in d. opin. 57. nu. 1. verſ. ſed prima opinio, & nouiſſimè conſuluit Marc. Anton. Eugen. in conſ. 75. Thor. loco, & fol. citato, ſed ſi ſententia prædicta lata eſt in poſſeſſorio, vt ſupra, vna cum fructibus quoad ipſos exequutio ſuſpenditur, & impeditur per appellationem, vt poſt multos firmat D. Vincent. in d. deciſ. nu. 2. vbi addo alios, quod non procedit in fructibus pendentibus tempore ſententiæ, qui reputantur pars ſoli, & rei, & conſequenter per appellationem non impeditur exequutio ſecundum Viuium in ſepius allegata opinione verſ. quia, vbi inter alios allegat Afflict. in deciſ. 77. in fine, quod nota, quia pauci animaduertunt, & pariter non impeditur per appellationem exequutio pro fructibus, damnis, & intereſſe, quando actum eſt virtute d. cap. Regni ſubditorum, vt animaduertit idem D. Vincentius in ſepius allegata deciſione poſt num. 2. verſ. licet, qualiter autem appellatio à ſentẽtia lata in poſſeſſorio recipi debet, vide Cacheran. in deciſ. 131. col. 1. & Anna in ſingul. 34. Afflict. in rubr. de defenſis nu. 12. Roland. in conſ. 77. nu. 2. & 18. vol. 2. Fab. Annam in conſ. 62. num. 15. & ad principalem concluſionem vide in pulchro caſu Marantam in verb. appellatio nu. 312.

Appellari poteſt à ſententia, ſiuè decreto Iudicis, qui ſe competentem declarauit ſecundum gloſſ. final. in fine, in authent. habita C. ne filius pro patre, Decij conſ. 360. nu. 3. Alphan. Peruſin. in coll. 65. in fine, & Roland. à Valle in conſ. 33. vol. 4. Gratian. lib. 1. diſceptat. forenſ. cap. 74. nu. 152. latè cap. 76. vide deciſ. Cappell. Tholoſ. 185. ſed an per appellationem ligantur manus Iudicis, vt non poſſit procedere, Carauit. in ritu 259. in fine, in proprijs terminis poſuit quæſtionem iſtam, & diſtinguit, quod aut ad inſtantiam Baronis petitur remiſſio

cauſæ

Digitized by Google

cauſæ ſui vaſſalli; & Iudex prouidet ipſam coram eo remanendam, & per appellationem impeditur exequutio decreti, adeò quod ad vlteriora procedere non poteſt, aut ad inſtantiam inquiſiti, vel debitoris, iſto caſu exequutio non impeditur, quin Iudex poſſit ad vlteriora procedere, & ſubdit, ita in practica obſeruari quotidie, refert & ſequitur Baiard. ad Clar. in q. 43. nu. 16. & vidi plures prouiſiones Collateral. Conſil. ad inſtantiam Baronum huius Regni pro cõfirmatione opinionis prædictæ Carauitæ, regiſtratas in Regia Audientia Principatus citra, & ſi Muſcatell. de appellation. in gloſa ſententia nu. 188. aliter teneat, & fi ale ad principalem concluſionem vide Capyc. in deciſ. 144. vbi an decretum interloquutorium remiſſionis fori poſſit contrario imperio reuocari, meminit Ricc. in deciſ. 273. nu. 5. par. 2. & vide ibi nu. 6.

Appellatio ſuſpenſiua non conceditur ab excommùnicatione, ſed ab ipſius declaratione cap. paſtoralis 9. verum de appellatio. omninò D. Campanil. Epiſcopus Laqnedoniæ meritiſſimus ad Oliuam ſuper ritu 3. Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, poſt Marantam in verb. appellatio num. 180. videatur omninó Farinacc. in 3. tom. quæſt. 101. à num. 67. vſque ad 72. & Ricc. in deciſ. 215. par. 2.

Appellatio ab vno ex condemnatis interpoſita, alijs prodeſt, maximè quando eſt par omnium defenſio, Iaſ. in l. in minoribus C. de h. s, quibus, vt indig. Caualcan. in deciſ. 30. nu. 115. par. 2. de Iudice Robert. in praxi liquidat. inſtrument. fol. 42. in paruis, Flam. Cartar. in deciſ. Genuæ 65. nu. 5. & 7. Galter. in praxi inſtrument. fol. 217. & Stephan. Gratian. in deciſ. 142. licet in caſu d. deciſ. fuit exequuta ſententia contra non appellantem, quia in facto apparebat per non appellantem fuiſſe ſententiam approbatam: hinc appellatio facta, & interpoſita per victum prodeſt alteri parti, quæ non appellauit ad Iudicem ad quem, adeò quod poteſt Iudex appellationis addere, adimere, & reformare ſententiam Iudicis à quo in fauorem non appellantis, ita iuribus, & authoritatibus Doctorum firmat doctiſſimus Surdus in deciſ. 143. qui nu. 3. poſt Imol. limitat duobus, primo quando capita eſſent ſeperata, ſecundo, quando fuiſſet appellatum ſolum in parte, & partibus, quia cum appellatio ſit limitata non poteſt Iudex ſupplere ad fauorem appellati, latiſſimè Gratian. lib. 1. diſceptar. forenſ. cap. 1. an concluſio iſta procedit in acceſſorijs, vide Iaſon. in l. 1. 13. limitat. C. de iudic. & Theſaur. iun. in deciſ. ſui genitoris 135. apud quem reperitur, quid fuit in Senatu Pedemontano iudicatum, an rubrica C. ſi vnus ex pluribus procedit, & locum habet in criminalibus, D. Vincent. de Franchis memoriæ recolendæ in deciſ. 658. tenet, quod ſic, qui in pulchro caſu loquitur, & ad principalem noſtram concluſionem, vide Verall. in deciſ. 37. par. 1. Farinacc. in 3. tom. q. 101. nu. 17. fol. 440. & latiſſime Lancellut. in tractat. de attentat. in tit. de attentat. lite pendente fol. 212. & ſeq. vbi ſunt ampliationes, & limitationes, D. de Franchis in deciſ. 467. & Muſcatell. de appellat. in gloſa tenebitur nu. 36.

Appellatio indefinitè facta ad Iudicem competentem cum plures eſſent Iudices, prout in Regno, quando à ſententia lata in Curia demanij. vel Baronis, Iudices competentes ſunt Magn. Cur. Vicar. Conſil. & Regiæ Prouinciales Audientiæ ſi appellans non declarauit Iudicem infra decem dies, appellatio ob incertitudinem non tenet, ſed efficitur deſerta ſecundum vnam opinionem, quam Alex. ſequitur in conſ. 101. nu. 1. 164. & 167. vol. 2. conſil. 12. nu. 2. & 3. vol. 6. & conſ. 79. vol. 7. Carauita in ritu 264. nu. 5. verſ. primus modus, Cacheran. in deciſ. Pedemont. 131. num. 8. & Anna in ſingul. 30. videatur in pulchro caſu Camill. Borrell. in conſil. 42. ſed Muſcatell. de appellation. in gloſ. tenebitur à nu. 29. cum ſequentibus, tenet contrarium, omninò Ricc. in deciſ. 50. par. 2. nempè appellationem valere ex rationibus, & authoritatibus, quas ipſe allegat, & quando concluſio noſtra principalis eſſet vera, quod non credo, illa procederet de iure canonico, non autem de iure ciuili, vt eſt de mente Alex. poſt Imol. in dictis conſilijs 101. poſt num. 1. 164. num. 3. verſ. idem tenet, & latiſſimè Stephan. Gratian. in deciſ. 199. num. 1. hinc facta electione vnius Iudicis, non poteſt variari ad alium, Anna in d. ſingul. in fine, latiſſimè Cacheran. in deciſ. ſupra allegata nu. 9. & ſeq. vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum, videatur Muſcatell. vbi ſupra à num. 38. cum ſeqq. hinc etiam appellatione deſerta iuriſdictio Iudicis appellationis expirat ſecundum Gabriel. in conſ. 31. num. 6. vol. 1. an poſſit vltra bis à ſententia appellari, & ſic ter Rubric. & Nigrum C. ne liceat tertio prouoc. tenet, quod non iuncto C. ſiam de appellation. vbi Dec. nu. 6. Muſcatell. in d. tractat. in gloſſa prouocare num. 1. cum ſeq. poſt Marantam quem allegat, & Ludouic. Peguer. in deciſ. 187. an tres ſententiæ latę in Curijs Baronum reputentur pro vna, vel pro tribus, D. Ioan. Franciſcus de Ponte in tractat. de poteſtate Proregis fol. 474. nu. 18. tenet reputari pro vna, ſequitur Peguera vbi ſupra, & D. Tapia in 2. tomo Iuris Regni fol. 263. num. 5. licet D. Anna iun. in conſ. 70. aliter teneat.

Appellans non poteſt inuito appellato expreſsè, vel tacitè renunciare, Bart. in l. ſi quis libellos C. de appellation. ſiuè ſit appellatum à diffinitiua, ſiuè ab interloquutoria, vt poſt Bart. Alex. & Dec. ſcribit Surdus in deciſ. 143. nu. 2. cui accedit Cacheran. in deciſ. 131. nu. 12. & 13. Coſt. de port. rat. q. 161. ſub nu. 5. & Muſcatell. de appellat. in gloſſa tenebitur nu. 36. maximè poſt citationem partis à Iudice factam, vel quando appellatus adhæſit appellationi, vt iudicauit Rota Anconitana, teſtatur Stephan. Gratian. in deciſ. 23. an appellationis proſequutio infra quinquaginta dies currat in omni ſpecie appellationis, videlicèt, à diffinitiua, vel interloquutoria, vide Marantam in tractat. iudic. part. 6. in verb. appellatio nu. 243. & Muſcatell. in d. tractat. in gloſſa proſequendum nu. 79. fol. 27. à tergo, & in gloſſa reſcribetur poſt nu. 10. vbi num. 11. ponit quando appellatio declaratur deſerta ab interloquutoria, & vide in d. gloſſa proſequendum num. 108. 109. & ſeq. ſed ſi appellans renunciauerit appellationi, debet in expenſis condemnari ſecundum Guido. Papa in deciſ. 436. num. 36. de quæſt. idem Gratianus meminit in d. deciſ. num. 1. & iterum in deciſ. 123. nu. 8. in fine, & ad concluſionem principalem addit Vrſill. in deciſ. Afflict. 89. nu. 3. & Cauenſ. in pragmat. poſt prædictas nu. 5.

Apocham aſſerenti ſcripſiſſe de mandato Titij non creditur, vt poſt Imol. ſcribit Dec. in conſ. 510. nu. 2. Marſil. in ſubr. C. de probation. nu. 288. & in

ſingul.

Digitized by Google

ſingul. 471. Anna in ſingul. 41. vbi Addentes ad eum, qui dicit, quod ſolet euenire in facto, Stephan. Gratian. in deciſ. 114. nu. 8. vbi notandum reputat, niſi de mandato, vel commiſſione conſtet, vt ibi. & Maur. Burg. in tractat. de laudemio par. 3. inſpect. 38. nu. 18. vbi de deciſ. Annę, & Menoch. meminit, videatur D. Carol. Tapia in 3. tom. Iuris Regni, vbi relatis Decio, Imola, & Anna refert contrarium deciſum fol. 249. ſequitur Thorus in compend. deciſion. in verb. apocha fol. 41. ſed Genua in tractat. de ſcript. priuat. fol. 96. nu. 21. cum ſeq. ſequitur Imolam, & ſequaces, & Gratian. lib. 1. diſceptat. forenſ. cap. 183. nu. 20.

Aquæ naſcentes in fundo priuato ſunt Domini illius, & poſſunt diuerti, atque alienari, etiam in præiudicium inferioris, Alex. conſ. 108. nu. 2. vol. 5. Anna ſenior in allegat. 68. num. 1. & 79. per totum, Capiblanc. in tractat. de Baronib. fol. 208. nu. 205. & ſeq. etiam ſi per mille annos non diuerterit à ſuo curſu, ſecundum Franc. Burſat. in conſ. 41. nu. 2. per l. proculus ff. de damno infecto, poſt Cępoll. quem allegat Roland. in conſ. 53. num. 26. vol. 2. Anton. Theſaur. qui alios citat in deciſ. 245. num. 1. & ſeq. qui refert cum hac concluſione abſque difficultate tranſire Senatum, Marta in voto 174. & in pulchro caſu Marc. Anton. Eugen. in conſ. 41. & in eadem cauſa Honded. in conſ. 79. vol. 1. & nouiſſimè Viuius in deciſ. 410. nu. 2. quæ aqua ex fundo alieno nullatenus duci poteſt niſi domino fundi volente l. aquam, vbi Padilla poſt alios nu. 1. C. de ſeruitut. & aqua, & Viuius in loco citato nu. 1. poteſtq; dominus fundi aquam prædictam in fundo ſuo ingreſſam in cuiuſuis diſpenſare, & concedere, vt poſt Bald. Dec. Boer. Burſat. Padill. Maſcard. & Theſaur. concludit Viuius in d. deciſ. nu. 5. quando autem aqua priuata ſeruiret vſui publico, illa non poteſt diuerti, prout ſic poſt Riminald. ſenior. limitat Theſaur. iunior in addit. ad d. deciſ. ſui genitoris per l. 1. ff. de fluminibus, reliqua in materia aquarum vide D. Præſidem Vincentium de Franchis in deciſ. 183. Anna in dictis allegationib. & in ſingul. 35. Paul. Fuſc. in ſingul. 79. cum ſeq. litera A. Theſaur. Viui. in locis citatis, & iterum in opinio. 59. par. 1. Eugen & Honded. in dictis conſilijs, Marta vbi ſupra, & Maſcard in tractat. de probat. volum. 1. in concluſ. aqua. Coſt. de port. rat. q. 3. & 185. & qualiter fiat diuiſio aquarum, idem in qu. 132. & qualiter intelligatur conceſſio aquæ, vide Pariſ. in conſ. 116. vol. 1. & de materia Thorum in compend. deciſion. fol. 45. & vide pulchrum conſilium Pariſ. 129. vol. 4.

Arbiter, & arbitrator, laudando videtur in dubio laudare vt arbitrator, Alex. in conſ. 13. nu. 6. vol. 1. & Marc. Anton. Natta in conſ. 7. in fine, vbi allegat Bald. in l. non codicillum C. de teſtament. Franc. Crem. qui etiam de Bald. meminit in ſingul. 148. ſequitur Viuius in opinion. 66. num. 2. par. 1. ſecundum nouiſſimam impreſſionem Aquilanam, qui allegat Corn. in conſ. 177. nu. 37. vol. 2. Suarez in ſuis opinionib. nu. 155. litera C. & Maſcard. in tractat. de probationib. concluſ. 126. num. 5. vol. 1. maximè quando in rubrica laudi dicitur nos talis arbiter, & arbitrator, ſecundum receptam ſententiam ab omnibus, teſte eodem Maſcardo in concluſ. 326. in fine eodem volumine, videatur idem Maſcard. in concluſ. 125. eodem volumine, Iacob. Menoch. de præſumptionib. lib. 2. cap. . & Viuius in deciſ. 444. & arbiter cui fuit facta poteſtas in compromiſſo pronunciandi, ſiuè laudandi de iure, poteſt laudare, ſeu ſententiare ſecundum conſuetudinem, ſiuè ſtatutum, ſecundum Petr. Duenam in regula 56. vbi infinitos ad hoc allegat, & dicit eſſe communem opinionem, Marta in voto 46. nu. 8. licet Afflict. aliter teneat in conſtitut. iuriſgentium num. 26. ſed Addentes ad eum ibi teſtantur de communi contra, hinc ſi pronunciat contra ius, ſententia, ſiuè laudum erit nullum ſecundum Cauenſem, qui alios citat in pragmatica odia nu. 49. & data poteſtate laudandi ſuper fundo, poteſt nihilominus ſententiare, & laudum proferre ſuper fructibus, licet in compromiſſo nihil de eis ſit dictum ſecundum Iaſ. in l. aquiliana nu. 8. ff. de tranſactionib. ſequitur Arno. in epitom. 35. Anna, qui de prædictis non meminit in ſingul. 36. vbi refert ita iudicaſſe Arbitros in cauſa D. Marchionis Piſcariæ, cum D. Marchioniſſa eius matre, idem tenet additio ad Bart. in d. l. aquiliana, videatur omninò Stephan. Gratian. in deciſ. 6. vbi ex profeſſo diſputat, & videtur concludere pro opinione negatiua, quæ confirmari poteſt, ex quo officium Arbitri, eſt ſtrictiſſimum proprijſque verbis compromiſſi, atque literis taſſatum, Rota Auenion. in deciſ. 142. ſub nu. 2. vbi allegat Corn. & Blanc. & confert Honded. in conſ. 68. nu. 44. & 45. vol. 2. poteſtq; Arbiter in vltima die compromiſſi laudum proferre abſque partis citatione, quia illa vltima dies vim citationis habet, Alexand. in l. ſi quis arbitratu nu. . ff. de verbor. obligation. dũmodò terminus ſit ſtatutus ab homine, ſecus ſi à lege, Maranta in tractat. iudic. par. 6. in verb. citatio ſub nu. 18. Anna in ſingul. 518. in fine, Gabriel. in tit. de citation. concluſ. 1. nu. 306. Addentes ad Iaſ. in l. nequicquam §. vbi decretum nu. 25. litera F. ff. de offic. Proconſul. & Maſcard. in tractat. de probation. concluſ. 682. nu. 39. volum. 2. & conferunt ſcripta per Carauitam in ritu 30. in fine, & 38. num. 3.

Archidiaconus, qui reperitur ſenex, cæcus, vel aliquo modo impeditus, dandus eſt ei per ſuperiorem coadiutor durante impedimento, & ideò beneficio, quod habet, & dignitate priuandus non eſt, vt in terminis conſuluit Nauarr. in conſ. 1. in titul. de cleric. ægrot. quia ſua ægritudo non debet ipſum impedire percipiendi ea, quæ conſueta ſunt ab eccleſia percipi cap. 1. de cleric. ægrot. vel debilitato, & cap. cum percuſſio 7. q. 1. alias non poſſet inueniri, qui Eccleſiæ militaret, vt in dictis iuribus, quia quos ægros curamus ſeruire nobis dicuntur ſecundum gloſ. final. in d. cap. 1. debetq; ſubſtentati ex fructibus, & redditibus beneficiorum ad quæ miniſtranda poſitus, & deſignatus eſt, idem Nauarr. in conſ. 2. eodem titulo, per d. cap. 1. de cleric. ægrot. in ſexto, & cap. de rectoribus eodem titulo in antiquis, vbi gloſ. vltima dicit, quod ſi eccleſia non poſſit vtrique ſufficere, ille, qui Eccleſiæ ſeruit, habebit redditus, & illi infirmo, ſeù impedito Epiſcopus prouidebit, per iura, quæ ibi allegat. Coadiutor enim datur impedito, vt eum adiuuet in his, quæ tenetur facere, & non poteſt, vt Innocent. ſentit in cap. niſi cum pridem nu. 4. de renunciatione, & Nauarr. in d. conſ. 2. nu. 1. an Archidiacono infirmo, vel impedito debeantur diſtributiones quotidianæ,

Digitized by Google

tidianæ, vide in concluſione diſtributiones: hinc in Eccleſia vbi Archidiaconus adeſt, cuſtodia bonorum ipſius eccleſiæ ſpectat ad Capitulum, & ſi non habet Capitulum, vel eſt negligens, Archiepiſcopus ſuperior debet eam habere, ita Afflict. in conſtitut. peruenit ſuper rubrica ad finem, & hoc eſt hodie determinatum per Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 16. & tenet Niger Campan. in extrauagant. Pij V. de ſpolijs num. 45 an Archidiaconus præcedere debet in choro Vicarium Epiſcopi, vide omninò Nauarr. in conſ. 1. in tit. de maioritat. & obedient. & Marta in voto 101. omninò Iacob. Sbroz. de offic. Vic. lib. 2. q. 25. fol. 113. multa de hac dignitate Archidiaconatus ſcribit Boer. in deciſ. 286. & Franciſcus Viuius in deciſ. 290.

Arma portans, ſeù deferens arguit malum animum deferentis, Bart. in l. 1. vbi Alex. in addit ff. ad leg. Iul. de vi public. idem Alex. in conſ. 103. num. 3. volum. 1. Iaſ. in §. ex maleficijs nu. 81. inſtit. de actionib. hinc Aymon Crauet. in conſ. 314. reſpondet dominos feudorum poſſe cogere ſubditos, vt arma non habeant, nec deferant, refert & ſequitur Roland. à Valle in conſ. 3. vol. 1. & D. Rouitus in pragmatica de armis ſuper rubrica nu. 2. fol. 59. in nouis, quia Imperator etiam interdixit armorum vſum §. 1. in authent. de arm. & Iuriſconſultus in d. l. 1. & pariter de iure Codicis, vt in rubr. & nigro C. vt armor. vſus, Caballus in caſu 128. item in Regno per conſtit. & pragmat. huius Regni, ac banna nouiſſima, teſtatur Niger Campan. in cap. Regni 139. à nu. 26. cum ſeq. Iacob Menoch. qui ponit regulam cum ampliationibus, & limitationibus in tractat. de arbitr iudic. caſu 394. num. 26. & ſeq. & nouiſſimè Farinac. in 3 tom. q. 108. nu. 3. & ſecundum conſilium Aymon. & ſequacium, vidi ordinatum de anno 1577. per Collaterale Conſilium hominibus Terræ Giſoni inſtante, & ſic ſupplicante D. Marchioniſſa Piſcariæ, vnde Afflict. in conſtitut. intentionis ſuper rubr. ſcribit, Officiales grauiter peccare, ſiuè delinquere, qui permittunt indifferenter portare arma, per d. §. 1. ſupra citatum, & ſubdit poſt Lucam de Penna, Pręſidem Prouinciæ non poſſe priuato licentiam dare arma probibita portandi, quod intellige, quando ſine iuſta cauſa dictam licentiam concedit, ſecus ſi cum cauſa legitima, vt declarat idem Afflict. in conſtit. Caſtellanis num. 6. in fine, Campan. in loco citato num. 34. & 49. & Farinac. in dicta q. 108. num. 121. & ſequ. vbi infinitos ad id citat, vide Duennam in regul. 55. in 9. limitat. vnde arma, ſeù ferramenta artiſtis ratione proprij exercitij licet aſportare, ac etiam ruſtico arma ruralia ſecundum D. Rouitum in pragmat. 1. in tit. de armis in nouis; hinc etiam arma deferens mediante licentia ſuperioris pro ipſorum delatione moleſtari non poteſt ſecundum Aluarotum in cap. 1. §. mercator nu. 2. de pac. tenend. Marſil. in §. pro complemento nu. 16. Cardin. Pariſ. in conſ. 171. nu. 18. vol. 4. & Menoch. in dicto caſu 394. nu. 32. in addit. An Baro, ſiuè Dominus alicuius Caſtri poſſit ſubdito ſuo licentiam concedere arma deferendi, Farinacc. in dicta q. 108. nu. 129. tenet, quod ſic, & vt puniatur arma deferens abſque licentia non requiritur apprehenſio ſecundum vnam opinionem, ſed ſufficit portantem illa fuiſſe viſum, maximè quando ſtatutum, ſeù bannum dicit, quod nullus arma portet, prout legitur in dicta conſtitut. intentionis, ibi, deferre præſumat, & in d. cap. Regni 139. ibi ferre de cætero, atque omnes pragmaticæ, & banna nouiſſima, & ita tenet Afflict. in dicta conſtitut. ſub num. 9. verſ. ſecus ſi dicat, Marſil. in ſingul. 305. Menoch. in dicto caſu 394. nu. 49. & in addit. ad illum nu. 1. verſ. tertius eſt caſus, & nouiſſimè Ludouic. Peguer. in deciſ. 55. num. 3. ſed altera opinio de facto ſeruatur in Magn. Cur. Vicar. & in Sacr. Conſil. vt requiratur apprehenſio, fundata ex verbis Angel. in d. l. 1. in fine ff. ad leg Iul. de vi publica, quàm latè proſequitur Marta in voto 80. & Ricc. in deciſ. 257. par. 2. deciſ. caſ. conſcientiæ fol. 425. nu. 158. verùm ſi ſtatutum, aut bannum puniat inuentum cum armis, tunc vt poſſit puniri pęna in eo contenta requiritur apprehenſio, ſecundum Iacob. Menoch. tam in dicto nu. 49. quam in addit. nu. 1. & Farinacc. in d. q. 108. nu. 132. vbi omnes allegat, an armorum delatio, ſiuè aſportatio faciat indicium, & quomodo, vide eundem Farinacc. in tit. de indic. & tortura q. 51. à num. .cum ſequ. Viuium in deciſ. 182. num. 4. hinc infertur, quod ſi arma prohibita inueniantur per Officiales, ſeù ſeruientes in terra, vbi ſunt plures propè eorum pedes, poſſunt ne omnes puniri, vel ratione incertitudinis nullus tenetur, Afflict. in d. conſtitut. nu. 11. tenet, quod omnes tenentur ad pęnam, ſed vno ſoluente alij liberantur, ſequitur Coſta in ſuis memorialibus in verb. mortuus, Menoch. in dicto caſu nu. 54. & ſeq. & multi quos refert Farinac. in d. q. 108. nu. 158. & idem Menoch. in addit. ad caſum prædictum nu. 21. contrariam opinionem tenet Marſil. poſt Doctores, quos allegat in rubrica C. de probation. nu. 413. reddit rationem, quia ratione incertitudinis nullus tenetur, & iſta opinio eſt verior, vt poſt Alber. Barba. Marſil. Carrer. Caballum, & alios teſtatur Farinac. in loco ſepius citato nu. 160. & alij à Menoch. in dicta additione num. 21. verſ. à prædictis, vbi in fine opiniones iſtas hoc modo conciliat, aut agitur, inquit ipſe, de indicenda pęna ſtatuti, vel edicti, & tunc procedit opinio illa, quod nemo ea pęna puniri debet, aut agitur de pęna extraordinaria, & Iudici arbitraria, & tunc procedit opinio contraria, Farinac. verò in d. q. 108. nu. 161. & ſeq. dicit, quod ſi illi apud quos, vel propè eos fuerint arma inuenta eſſent homines malæ conditionis, & famæ, atque ſoliti cum armis vagari poſſint poni ad torturam, licet ipſe dubitet præter in delatione archibuſcetti parui, vel aliorum armorum per quorum aſportatione imponitur pęna corporalis, prout eſt in Regno, vide ipſum. & Caballum in caſu. . . . inuentoq; à miniſtris, ſeù birruarijs Curię in poſſe alicuius archibuſcetto paruo contra formam Regiæ pragmaticæ non faciunt eorum depoſitiones plenam probationem, adeò quod per eas dicatur probatum delictum, ſed tantummodò depoſitiones prædictæ ęſto, quod eſſent plures faciunt indicium ad torturam, prout ita in Sacro Conſilio deciſum refert D. Vincentius de Franchis Præſes meritiſſimus in deciſ. 379. de quo meminit, & ſequitur Farinac. in dicto loco nu. 156. quem cum alijs addidi ad deciſionem prædictam in additionibus meis, An licentia conceſſa alicui arma prohibita deferre ab habente poteſtatem illam concedendi, poſſit ſcop-

pictum

Digitized by Google

pictum paruum, ſiuè archibuſcettum aſportare, & deferre, Farinac. in conſ. 45. conſuluit, quod ſic, & D. Rouit. in pragmat. 8. nu. 14. 21. & ſeq. de armis, arma commodans alicui ignoranter, qui cum illis delictum commiſit in nihilo tenetur Boer. qui concordantes citat in deciſ. 167. nu. 2. & Arno. in cautela 31. de quibus meminit Mangrell. ad Bart. in l. 1. ff. de furtis, quia accomodare arma non eſt à iure prohibitum, & conſequenter commodans iuſta credulitate excuſatur, prout etiam firmat, & ſequitur Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſin. 31. nu. 10. licet Boer. & Arno. non allegat, & Alex. Raudenſ. de analog. cap. 22. nu. 112. & ſeq. Quid ſi officialis licentiam alicui dedit arma portandi, & commiſit homicidium, an officialis tenetur, vide Mangrell. poſt Paridem ad Bart. in l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi publica, ſecus ſi ſcienter commodaſſet, & per commodatarium ſuiſſet delictum commiſſum, tunc commodans teneretur de auxilio ſecundum Boer. & Arno. in locis ſupra allegatis, An Domini Terrarum, ſiuè Caſtrorum poſſint eorum ſubditis licentiam portandi arma concedere per eorum territorium, vide Farinac. in d. q. 108. num. 129. hinc qualibet iuſta cauſa excuſat à delatione, & aſportat one armorum, Farinac. in 3. tomo q. 90. nu. 36. reliqua verò in materia vltima, Afflict. in d. conſtitut. & Campan. in d. cap. 139. videndi ſunt Iacob. Menoch. in dicto caſu, & additionibus impreſſis, Baiardus ad Clar. in q. 82. ſtatut. 6. à nu. 49. vſque ad 79. & omnium latiſſimè Farinac. in d. quæſt. per totam, ad quem recurrendum eſt, quia nihil intactum reliquit, aliqua per Viuium in deciſ. . & Ioſeph Ludouic. in d. deciſ. 31. & quæ veniant appellatione armorum, vide Farinac. in d. quæſt. col. 1. Caball. in caſu 45. 63. & 228. & vtrumque Annam in conſtit. ſi quis aliquem.

Aromatarius miſcens farinam fabarum in cera, & illam vendens poteſt puniri ab Epiſcopo loci, non ſolum pęna pecuniaria, ſed alia arbitraria propter peccatum, ſecundum Marantam in tractat. iudic. par. 4. diſtinct. 11. nu. 28. vbi extendit contra alios facientes ſimiles mixturas, accedit Ripa in tractat. de peſte in tit. de remed. præſeruat. contra peſtem nu. 150. fol. 18. & nu. 147. ſcribit, quot modis aliquis punitur quando vendit quid pro quo, & ante eos Roman. in ſingul. 532. vbi Addentes, immò poteſt Aromatarius excommunicari, ſecundum eundem Marantam in ſuis ſingularibus in verb. aromatarius fol. 129.

Artifex non autem mercator dicitur, qui rem emit, vt in aliam formam ſuo operę, vel induſtria redactum vendat cap. eijciens 88. diſtinct. & maximè in materia ſtatutaria non venit appellatione mercatoris, Iaſ. poſt alios in l. cætera §. ſed & ſi quis paruerit nu. 15. & ſeq. ff. de legat. 1. quia ſua induſtria viuit, Surdus qui alios allegat in deciſ. 313. artifex, vel mercator dicitur propriè, quem vulgus ſic appellat ibidem nu. 5. addo Cagnol. quem ipſe non allegat in prohemio ff. nu. 137. & ſequ. vbi etiam an appellatione artis veniat ſcientia vide eum, & in materia Marc. Anton. Nattam in conſ. 139.

Aſſaſſinus dicitur, qui pecunia aliouè pretio aliquem occidit, Bart. in l. cicero ff. de pęn. Campan. in cap. regni frequens nu. 69. Viuius in opinion. 74. à nu. 1. Iul. Clar. in §. aſſaſſinium in principio, Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 360. num. 41. & Maſcard. in tractat. de probationib. concluſ. 138. nu. 1. vol. 1. Guttier. practic. quæſtion. lib. 3. & 4. cap. 7. nu. 3. & Farinac. in 4. volum. q. 123. in prima, & ſecunda inſpectione, Ricc. in deciſ. 112. par. 1. & Caball. de omni genere homic. nu. 472. & ſequ. & D. Maſtrill. hic allegat. nu. 11. declara per eundem nu. 12. & omninò D. Rouit. in pragmat. vltima de abolition. & concluſio iſta extenditur etiam ſi fuerit facta promiſſio generalis, & incerta, & ita per Sacrum Conſilium Neapolitanum fuit deciſum, teſte D. Præſide Vincentio de Franchis in deciſ. 176. vbi alios addo, quicquid in contrarium tenuerit Niger Campan. in d. cap. frequens nu. 73. & Viuius in d. opinion. col. 1. verſ. quarto, punitur que aſſaſſinus, & mandans pęna vltimi ſupplicij, etiam non ſequuta morte, dummodò vulnera interuenerint per pragmat. 11. in tit. de aſſaſſin. de qua meminerunt Viuius in loco citato ad finem, & Baiard. ad Clar. vbi ſupra num. 23. & hoc ad euitandum Doctor. altercationem relatorum per Viuium, & Clarum in locis citatis, an pragmatica prædicta comprehendat mediatorem aſſaſſinij, fuit diſceptatum valdè in Sacro Conſilio, & tandem fuit deciſum, non comprehendere, vt refert D. Rouit. in dicta pragmatica quem vidi, dum concluſionem iſtam exemplarem, an ad probandum, ſiuè puniendum aſſaſſinum, ſufficiant probabilia argumenta, iuxta cap. primum, ibi, ſi probabilibus argumentis conuigerit de homicid. in ſexto, vide Guttier. vbi ſupra nu. 20. Farinac. in conſ. 10. nu. 4. & in 3. volum. q. 86. nu. 41. cum ſeq. & iterum in dicta q. 123. inſpection. 3. hinc clericus aſſaſſinus punitur per Iudicem ſęcularem dicto cap. 1. adeò quod degradatio non requiritur, vt poſt Chaſſan. & Clar. concludit D. Præſes Vincent. de Franchis in deciſ. 571. num. 7. & Doctores ſupra citati, verùm inter Iudicem ſęcularem, & eccleſiaſticum habet locum præuentio, ſecundum Campan. in d. cap. frequens nu. 68. verſ. aduerte, & Foller. in verb. audiantur excuſator nu. 120. fol. 125. an aſſaſſinus poſſit impune occidi, vide Farinac. in 3. volum. q. 101. à nu. 11. & in conſ. 101. col. 1. & Marc. Anton. Eugen. in conſ. 22. reliqua in materia vide Farinac. in conſ. 10. & in dicta q. 86. nu. 46. & ſeq. Marc. Anton. Eugen. in conſ. 76. nu. 13. cum ſequentibus, & alios Doctores allegatos ſupra, & Dominum Conſiliarium Rouitum in dicta pragmatica, & Thor. in compend. deciſion. fol. 47. 429. & 464. & Stephan. Gratian. lib. 3. diſceptat. forenſ. cap. 598.

Aſſenſus Regius an requiratur in remiſſione iuris hypothecæ facta à creditore, quam ſuper feudo habet, Afflict. in deciſ. 232. refert deciſum in Sacro Conſilio, quod non, & fuſius in conſtitut. conſtitutionem nu. 13. & ſeq. licet nu. 15. in fine dicat, quod niſi fuiſſet impreſſa dicta deciſio ſua, fortè aliter diceret Afflict. ſequi videtur Vrſill. ibi, & Anna in dicta conſtitut. num. 178. cum ſeq. & hoc quando remittit debitori, ſecus ſi alteri, ſecundum Frecc. in tractat. de ſubfeud. in 10. limitat. ad conſtitutionem prædictam num. 24. & ſeq. fol. 157. in nouis, Loffred. autem in cap. imperialem col. 5. verſ. dominus Bartholomæus ex profeſſo diſputat, & finaliter tenet contra Afflict. ſequitur latiſſimè Camerar. ibi fol. 5. à tergo, vbi etiam Capyc. fol. 36. verſ. quid ſi habens feudum, vide Cannet. in cap. volentes fol.

Neap. à Peritiſſimis Viris, ſuiſſe iudicatum in S.C. pro opinione Afflic. contra Camerar. & alios in cauſa Baronis Suriani, cum Comite Briatici, D. de Rubeis referente. Adde videndũ D. Præſid. Vincent. de Franch. in deci. 540. num. 22. vbi allegat Afflict. Loffred. & alios DD. ſupra citatos, pro qua deciſ. ſupra relata facit Capyc. in dec. 156. verum Vrſill. in d. deciſ. 232. in fin. intelligit quando iſte cui fit remiſſio poſſidet; & refert ſecundum opinionem Camerar. iudicatum in S. C. & vide Ann. vbi ſupra nu. 183. & D. Conſiliar. de Georg. de feud. cap. fol. 298. & ſeqq. & Thorum in Cõpend. deciſ. fol. 253. ſecundum nouiſſimam editionem.

Aſſenſus enim Regis operatur vt contractus de re feudali valeat, quomodo valere poteſt, D. Vincen. in d. dec. 540. nu. 12. & D. de Pont. in tract. de pot. Proreg. fol. 407. nu. 30. An inſtantia litis in feudis poſſit cedi ſine aſſenſu, Capyc. in d. deciſ. nu. 156. in fin. refert deciſum quod ſic, ſed Frecc. in 18. lim. ad d. Conſt. valdè dubitat de d. deciſ. ex rationibus, & authoritatibus quas allegat, & ideo Camerar. in d. cap. Imperialem fol. 17. verſ. hinc planè lit. C. tenet, quod quando fit renunciatio inſtantiæ tantum valet ſine aſſenſu, quando verò fit renuntiatio liti, & cauſæ, tunc requiritur aſſenſus, & refert ita iudicatum, quia lis, & cauſa ſunt diuerſa, l. poſtquã liti, vbi gloſ. & DD. C. de pact. quem refert, & ſequitur Inſignis D. de Franch. in dec. 593. num. 6. & ibi vide multa in materia. Hinc ceſſio rei feudalis non poteſt fieri ſine aſſenſu ſecundum eundem D. Vinc. in dec. 75. nu. 2. vbi addo in addictionibus nouiſſ. D. de Pont. Cannet. & Maſtrill. Aſſenſusq; Regis tamquam ſtricti iuris non extenditur de vno caſu ad alium, de perſona ad perſonam, & ſi aliquid eſt omiſſum, pro omiſſo habetur, ſecundum regulam quam ponit Andr. de Iſern. in d. cap. Imperialem col. 1. vbi Camerar. à fol. 42. cum ſeqq. Loffred. in conſ. 7. num. 33. & ſeq. conſ. 9. nu. 18. cum ſeqq. vbi multa notabilia refert, Anna Sen. in alleg. 36. col. 1. D. Vinc. de Franch. in deciſ. 71. nu. 16. & deciſ. 153. num. 24. & ſeq. D. Reg. Lanar. in conſ. 60. à nu. 120. cum ſeq. poſt Camer. quem pluries allegat in loco ſupra citato, D. de Pont. in conſ. 72. nu. 10. 17. 18. & ſeq. Surd. in deciſ. 189. col. fin. dec. 205. nu. 5. & fuſius in deciſ. 220. & iterum in tract. de alimen. tit. 9. q. 31. num. 1. & 39. D. Rouit. in prag. 26. n. 25. & ſeq. de feud. & Ric. in dec. 224. p. 1. & D. Georg. de feud. c. 6. nu. 20. & 39. Hinc aſſenſus ſuper venditione facienda non extẽditur ad iam factã, D. Vincent. de Franch. dec. 105 vbi addo, & de deciſ. prædicta meminit idem Dominus in alia ſua deciſ. 649. nu. 2. Rouit. vbi ſupra nu. 23. Hinc etiam infertur, quod Aſſenſus expeditus ſuper venditione cum pacto de retrouendẽdo; & non ſuper pacto ipſo annullatur ex indiuiduo voluntatis, D. de Ponte in conſ. 10. num. 12. conſ. 21. nu. 37. conſ. 57. nu. 68. conſ. 67. num. 17. D. Lanar. in conſ. 73. nu. 5. D. de Ponte de poteſt. Proreg. fol. 393. nu. 21. & D. Georg. de feud. c. 12. n. 18. 21. vbi refert ita iudicatum in Reg. Camer. aſſenſum impetratum ſuper donatione, & non ſuper pacto de non reuocando in totum corruere, D. de Franch. deciſ. 105. ſupra allegata à num. 7. cum ſeq. Hinc etiam aſſenſus præſtitus ſuper ſorte, & obligatione principali non extenditur ad intereſſe, quod ex mora reſultat, ſecundum Frecc. de ſubſeu. lib. 2. q. 20. vbi in fine refert ſic deciſum in S.C. ſol. 207. & ſeq. in nouis, quem refert & ſequitur D. Vinc. de Franch. in dec. 613. num. 11. Franc. Burſ. in conſ. 103. nu. 23. vbi ſic per Rotam Mantuanam judicatum refert, & pariter Mart. in voto 156. nu. 1. & ſi D. de Ponte in conſ. 76. nu. 7. & cõſ. 77. nu. 2. aliter teneat, quem ſequitur D. Paſch. de virib. patr. poteſt. par. 2. c. 7. nu. 39. 44. & 57. Hinc etiam permutatio rei feudalis cum burgenſaticas mediante aſſenſu Regio non facit rem burgenſaticam feudalem, ſecundum Frecc. in d. tract. q. 21. fol. 209. qui ita deciſum refert. Hinc etiam ſi emptor feudi poſſit prorogare pactum de retrouendẽdo ſine nouo aſſenſu, vide eundem Frecc. in q. 17 fo. 203. in nouis, an aſſenſus per relationem ad inſtrumentum niſi totus tenor inſeratur valeat, vide eundem in quæſt. 15. ſo. 199. & an credatur Notario, & partibus aſſerentibus interueniſſe in contractum regium aſſenſum, vide eundem in q. 25. fol. 212. vbi refert negatiuè deciſum. An aſſenſus præſtitus ſuper obligatione bonorum feudalium extendatur ad bona feudalia futura; vide eumdem D. Frecc. latè diſputantem in d. tract. q. 3. fol. 178. & ſeq. in nouis, & Thor. in d. comp. fol. 51. Verum idem Frecc. ſcribit in q. 2 per tot. fol. 170. & ſeq. ꝙ aſſenſus Regius preſtitus pro reſtitutione dotium, & antefati in caſu ſoluti matrimonij, & in omnem euentum reſtitutionis dotium; comprehendit etiã & extenditur ad caſum aſſecurationis conſtante matrimonio ob inopiam viri, & refert ſic per R.C. deciſum in Collat. Conſ. in fi. d. q. meminit, & ſequitur Franc. Burſ. in conſ. 120. nu. 26. 27. 32. & 35. Surd. in d. q. 31. nu. 25. Sed an aſſenſus prædictus obtentus ſuper obligatione bonorum feudalium viri pro dotibus, & antefato vxoris extendatur ẽt ad ſubfeuda, quæ à Barone tenentur, idem Frecc. in q. 4. per tot. plenè diſcuſſo articulo, refert deciſum pro opinione negatiua, ob defectum Baronalis aſſenſus, vide ibi per eum Thor. in comp. deciſ. fol. 51. Et ſi aſſenſus non fuit petitus, & obtentus in vita, non poteſt impetrari poſt mortem, D. Vincent. de Franch. in dec. 620. nu. 3. Mart. in voto 40. nu. 6. ſed requiritur nouus contractus, & cõſenſus, & ſuper eo nouus aſſenſus impetrari debet, D. de Ponte in conſ. 96. num. 8. Molin. de primog. hiſpan. lib. 2. c. 7. nu. 20. omnino D. Conſiliar. de Georg. de feud. c. 43. nu. 46. & ſeq. & D. de Frãch. in dec. 163. nu. 9. vbi addo. Et ſi eſt præſtitus poſt reuocationẽ reuocationis non validat venditionem primo loco factam, Lanar. in d. conſ. 73. nu. 7. & in conſ. 96. n. 9 de Ponte in conſ. 36. num. 1. 2. Aſſenſus enim poſt mortem, non operatur, maximè in præiudicium tertij, Afflict. in d. cap. Imperialem q. 29. num. 10. quem refert, & ſequitur idem Lanar. in quibuſdã allegationibus, quas habeo ad pennam in fauorem Domini Theſaurerij, de Ponte in conſ. 96. num. 8 & Anna in alleg. 69. nu. 57. vide num. ſeq. Limita tamen nõ procedere in dote, quia fauore ipſius poteſt impetrari, & eſt de mente Annæ in d. nu. 57. & fuſius Vincen. de Franch. in dec. 86. vbi addo, & in dec. 620. nu. 10. ſupra allegata, & clarius de Ponte de poteſt. proreg. fol. 258. nu. 1. 7. licet à nu. 8. aliter teneat ſecus in antefato, idem de Franch. in deciſ. 126. in fi. & in d. dec. 620. nu. 13. & de Ponte in loc. cit. fol. 6. An Regius aſſenſus cenſeatur præſtitus

pro dotibus quando feudũ datur mulieribus Neapolitanis, vel nubentibus cum Neapolitanis, vide Campan. in cap. Regni 3. nu. 13. & de Ponte poſt alios quos allegat in d. tract. ſol. 146. & ſeq. & etiá pro anteſato, idem Campan. in cap. 165. nu. 19. & ſeq. & de Ponte in d. tract. ſol. 5. citato: Poteſtq; præcedere, & ſubſequi cõtractum alienationis feudi, dummodo quando ſubſequitur viuat alienator, & res ſit integra, Loffr. in conſ. 8. nu. 22. in fi. Anna in d. alleg. nu 62. & D. Vincen. in d. dec. 86. ad quá idem Dominus ſe remictit in d. dec. 620. num. 6. & Conſta. in tract. de retrotract. ſol. 115. nu. 8. & quando retrotrahatur ad tempus contractus, vide Afflict. in deciſ. 286. Capyc. in dec. 18 . num. 16. de Franch. in d. deciſ. 86. Lanar. in conſ. 17. num. 10. Conſta. latiſſimè in d. tract. fol. 113. & ſeq. & de Ponte in d. tract. ſol. 263. nu 23. & quid in præiudicium Domini ibi nu. 28. Aſſenſus eſt gratia ſecundum Annam in alleg 39. & de Francis. in dec. 695. nu. 3. Tamen non data iuſta cauſa, Rex non tenetur conſentire, ibi nu. 4. poſt infinitos quos allegat de Ponte in conſ. 2. num. 18. & in d. tract. ſol. 261. nu. 19. & ſol. 313. & ſeq. & Anna qui ita deciſum refert in d. alleg. 39. & an ſit difficilis promiſſio impetrandi aſſenſum, vide Lanar. in conſ. 82. nu. 4. & an promittens, & non impetrans, teneatur ad intereſſe, vide ibi num. 5. vbi multa in materia, & quando aſſenſus dicatur ſubreptitius, vide Frecc. in d. tract. q. 26. ſol. 212. Camerar. in d. cap. Imperialem ſol. . . lit. C. Addentes ad Afflict. in Conſtit. hæreditatem, Lanar. in d. conſ. 17. & Fab. de Anna in conſ. 113. Nam in obtinendo ipſo debent omnia exprimi, quæ poſſent ipſum Principem concedentem mouere ad non cõcedendum, vel ad difficilius concedendum, Capyc. latè in dec. 32. poſt Affl. in d. Conſt. Conſtitutionem nu. 61. & 62. & ſi eſt difformis á contractu, non valet, ſecundum D. Conſiliar. Georg. in alleg. 5. nu. 63. cenſeturq; præſtitus per Regem, ſeu eius Vicarium, ſaluis iuribus tertij, omnis enim conceſſio Principis ſic intelligitur. l. 2. §. meritò, & §. ſi quis à Principe ff. ne quid in loco publ. Afflict. deciſ. 334. & in præludijs Conſt. q. 25. nu. 5. & pulchrè Rober. Maran. qui loquitur in terminis aſſenſus in conſ. 79. nu. 31. conſ. 105. nu. 17. 18. & conſ. 141. nu. 8. Vel cũ clauſula feudi natura in aliquo non mutata, de qua per Affl. in d. Conſt. conſtitutionem nu. 62. Loffr. in conſ. 11. & Lanar. in d. conſ. 17. num. 9. poſt Capyc. in inueſtitu. feud. in verb. feudorum clauſulæ ſol. 136. Aut cum clauſula iuribus noſtris, & alienis ſemper ſaluis, de qua per Iſern. & alios in c. 1. qui ſucceſſ. tenean. Capyc. vbi ſupra, & in cap. Imperialem ſol. 29. 38. Afflict. in d. Conſt. nu. 6. & in Conſt. mulier. num. 28. Vrſill. ad Afflict. in d. dec. 334. ſub nu. 6. & Anna in ſing. 122. vel cum clauſula fidelitate Regia ſemper ſalua, Iſern. in Conſt. Domini à vaſſallis, aſſenſusq; datus intelligitur quo ad bona in quibus feudatarius habet ſucceſſorem, & ſic eſt de ſtilo in Cancellaria, teſtatur de Ponte in dec. 4. nu. 1. vide in pulchro caſu D. Rouitum in pragm. 4. nu. 18. & ſeq. de feud. Aſſenſus requirit ſcripturam in Regno, quia per teſtes probari non poteſt, ſecundum Affl. in dec. 243. & 398. & hodie adeſt pragmat. in Regno, debetq; expediri in forma Cancellariæ, & infra annum debet in Regia Camera regiſtrari per dictam pragmaticam, de qua meminit Saler. in addit. ad Napod. in prohęm. Conſuetud. ſol. 7. de Franch. in deciſ. 663. Viuius in dec. 240. in princ. & vide Ann. in Conſt. conſtitutionem nu. 55. & ſeq. & Marcell Calà in tract. de modo articul. nu. 846. ſol. 173 & nu. 1519. ſol. 249. & debet executoriari infra Annum per Dominum Proregem, de Georg. in d. alleg. 3. nu. 11. intellige tamen ſecundum D. Rouit. in pragm. 11. in tit. de feud. & omnino d. Rouit. in pragm. 1. nu. 5. de fide memorial. Hinc poſſet dubitari, ſi aſſenſus præſumatur conceſſus ex lapſu centum annorum, vel temporis, cuius memoria hominis nõ extat in contrarium, Regens Lanar. in conſ. 94. in fin. tenet quod ſic, allegat Afflict. in cap. 1. verſ. angariæ in titul. quæ ſint regalia, ſequitur Rouit. in pragm. 1. nu. 20. in tit. de priuileg Addo eundem Afflict. in dec. 254. ſub nu. 4. licet per 80. annos nõ præſumatur, vt in caſu d. deciſ. meminit, & ſequitur Campan. in cap. Regni pondus 271. in ordine nu. 4. & Maranta in conſ. 105. ſupra citato nu. 5. & vide Frecc. de ſubfeu. lib. 2. q. 28. Ann. in d Conſt. conſtitutionem num. . . & de Georg. in d. alleg. 3. nu. 11. & all. 14. nu. 13. An aſſenſus Regius requiratur in communione duarum Vniuerſitatum de Territorio, aquis, herbis, paſcuis, lignis &c. Affl. in d. deciſ. tenet quod ſic, per d. cap. pondus, vbi Campan. à nu. 3. cum ſeq. & an requiratur in cõpromiſſo, quando eſt quęſtio inter duas Vniuerſitates de Territorio, Campan. ibi nu. 6. tenet quod ſic, & vide ſi conueniunt ſcripta per Camill. Borr. in pragm. odia ſol. 35. in 37. quæſt. per tot. & maximè in verſ. ſępera tertio. An aſſenſus Sedis Apoſtolicæ præſumatur ſpacio 30. vel 40. annorum interueniſſe in alienatione rerum eccleſiæ, quod ſic, ſecundum DD. in Apoſtillis ad Alex. in conſ. 219. lit. D. vol. 6. vbi ita iudicatum refert, ſequitur Hieron. Gabr. in conſ. 88. num. 18. vol. 1. & in conſ. 82. num. 30. & ſeq. vol. 2. qui pariter refert ita iudicatum per Rotam, & refert plures deciſ. Mohed. & Accoramb. manuſcriptas, & ita fuit deciſum in S. C. in cauſa S. Petri ad Aram, cum ſacro Hoſpitali S. Iacobi Hiſpanorum, quibus accedunt Nauarr. in conſ. 16. nu. 2. in tit. de reb. eccl. non alien. Magon. in deciſ. Lucen. 14. num. 32. vbi Adden. Simoncell. in tract. de decret. lib. 3. à num. 44. ſ. 111. qui loquitur in ſolemnitate decreti, Fab. de Anna in conſ. 112. num. . . vbi pariter refert ſic deciſum per S. C. Iacob. Menoch. in tract. de præſump. lib. 2. c. 75. nu. 24 Anton. de Gama in dec. 48. 83. & 323. num. 2. Viuius in deciſ. 534. num. 34. 35. & 36. Stefan. Grat. in deciſ. . . Farinac. in dec. 300. Seraphin. in dec. 1228. & nouiſſimè de Ponte de feud. lect. 3. n. 47. & lect. 5. n. 42. & latè Ricc. in dec. 116. & ſeq. p. 2. Aſſenſus non præiudicat ſi petitur ſuper re quæ aſſenſu non indiget, de Pont. in conſ. 95 nu. 8. & aſſenſus Regis in multis caſibus nõ requiritur, quos congerit Lanar. in cõſ. 8. à nu. 5. vſq; ad 10. An poſſit aſſenſus impetrari, & obtineri lite pendente, Capyc. in dec. 51. tenet quod ſic, ſequitur Lanar. in conſ. 18. Ioan. de Amic. in conſ. 150. Conſiliar. de Georg de feud. c. 43. ad fin. & Thor. in d. compend. ſol. 51. & 389. col. 2. & operatur ex nunc, non vt ex tunc, Anna in d. Conſt. conſtitut. num. 2. & Rouit. in d. prag. 1. nu. 18. & ſi non fuit præſtitus in vita defuncti non poteſt operari tranſlationem dominij in perſonam ipſius, ibi nu. 19.

Atten-

Attentata lite pendente debent in quacunque parte litis ante omnia reuocari, Affiict. in deciſ. 352. num. 4. Capyc.in deciſ.72. Campan. in cap. Regni ſubditorum num. 118. & ſuſius Lancellot. in tract. de attent.in titul. de attent. lite pend. nu.347.& ſeq. ſol.66. Item attentata dilatione pendente debent reuocari, quia Iudicis officium ipſa pendente conquieſcit, l. ſiue pars C.de dilat. Iaſ. poſt alios in l.2.nu.37.ff.de re iud.ſequitur Maranta in tract.Iudic. par.6. in verb. appellatio nu. 128.& in 4.par.diſt.16. nu.68. & Lancellot. in tit. de attent.dilatione pendente ſol.172.reiectiſq; omnibus exceptionibus contrarijs,ſecundum Affiict. in deciſ.98.de quo meminit Natta ad Alexan.in conſ.99.in verſ.via reuocationis vol.5.vbi multa ſimilia allegat. Hinc etiam quod relatione, ſiue conſultatione ad ſuperiorem pendente nihil eſt innouandum, Affl.in Conſt.inter multas num.10. & Lancello.vbi ſupra ſol.174.& ſeq. & in materia attentatorum vltra Lancellot.in dicto ſuo ſolemni tract. Adde videndum Campan. in d. cap. ſubditorum à num. 92.cum infinitis ſeqq. vbi ponit regulam cum ampliationibus, & limitationibus,inter quas limitationes refert illam,quod remedium attentatorum locum non habet quando notorie conſtat de non iure petentis, ſecundum vnam opinionem relatam per Affl.in d.dec.98.ad fin.quem ſequitur, & declarat Campan.vbi ſupra num.109. vbi allegat alios omninò M.A.de Amatis in deciſ. 53.in 2.dub.& ſequitur Viuius in opin.77. nu.10. verſ. in contrariam verò par. 1. vbi etiam allegat Doctores tenentes contra Affiict. contra quem tenet etiã Steph.Grat.in dec.70.col.fi.&deciſ.132. nu.13.vide tamen Muſcatell.de appell. in glo. in forma nu.41.& ſeq. Verum attentata poſt appellationem, & inhibitionem etiam quæ de non iure petentis conſtant,reuocari debent officio Iudicis, qui principaliter fuit offenſus, ſecundum eundem Steph.Grat.in dec.91.nu.10.11. omninò Vrſill. in deciſ.Affiict.131.& Muſcat.in d.glo. nu.34. & in glo.poterit nu.52.54. An attentata pendente nullitate debent reuocari,Bar.in l.1.nu.18. C.quando prouo.non eſt neceſsè,tenet quod ſic, allegat l.abſentem C. de accuſat. ſequitur Bald. in auth. quæ ſupplicatio ad fin.C.de precib.Imper.offer.Campan.vbi ſupra nu.99.poſt Iaſ.& Dec.quos allegat, & iſta videtur communis, & obſeruata opinio,teſte Viuio in opin.551. nu.3. par.2. Muſcatell.in d. glo. forma num. 34. & ſeq. licet alleget Doctores in contrarium,idem tenet,&hoc ordine vtitur Didac.Couar.in tract.pract.qq.c.24.num.6.vbi in verſ.tandem, declarat, idem Viuius in d.opin.77. ſupra citata nu.30. qui ex mente Hercul. has opiniones reducere ad concordiam videtur, & Muſcatell.vbi ſupra nu.38.& ſeq. & vide Lancello. in d.tract.in tit.de attent. lite penden. ſol.340. & ſeq. Ego autem ſequor opinionem Bar.iſta viua ratione, quia dum ſententia dicitur nulla, non poteſt executioni demandari,vt poſt Bart.Bald.Salyc. & Regiam Pragm.tenet Caraui.in rit.257. nu.3. ergo attentata pendente nullitate, ante omnia veniũt reuocanda, dicit tamen Ioſeph Ludoui. in deciſ. Lucenſ. 59. in fin. poſt Veſtr. quem allegat,quod tunc pendente nullitate,attentata reuocantur, ſi is qui de nullitate dixit, obtinuit, & hoc videtur tenere Alexan.in conſ.2.ad fin. vol.3. vide tamen Gratian.in d.dec.70.nu.11.12. & ſeq., ſed non per hoc recedo à prædicta Bar. & ſequacium opinione, quæ in practica in dies ſeruatur. Hinc etiam attentata debent reuocari etiam deſerta cauſa appellationis, Petr.de Beninten.in deciſ.40.nu.3. vbi de communi teſtatur, & refert Viuius in d.opin.77 nu.8.in Regno ſemper vidiſſe hanc opinionem in praxi obſeruari, licet referat Doctores qui cõtrarium tenent, ſed qua via, vel remedio attentata reuocentur, vide Campan.in loco ſupra citato nu. 117. An lite pendente ſuper præſentatione iuris patronatus poſſit patronus præſentare, & præſentatus capere poſſeſſionem, vel Ordinarius poſſit inſtituere, vide tex.in c.1.vt lit.pend.in ſextò,Lap. in alleg.22.nu.3.& alleg.136.& ſuſius Lancello.in d.tract.in præſat.ſol.87. & ſeq. Hinc exiſtente lite inter duos in aliquo Tribunali, vel Curia, an poſſit vnus ex dictis litigantibus in alio Tribunali, vel Curia diuerſa facere, & præãbolum litem prædictam reſpiciens, Minado.in dec.8.refert iudicatum in S.C.quod non,quia lite pendente nihil innouari debet,qualiter autem attentata probentur, ponit Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 148. vol.1. & ad principalem concluſionem noſtram vide Petr.Duen.in regul.41. Maſcard.in d. tract. concluſ. 146. Seraph. in deciſ.152. Mangrell. & alios ad Bar.in tit. ff.nihil inno. appellatione pend. vbi Mangr. in fin. addens magnè ſcribit, quod pendente lite inter Baronem, & vaſallum, informationes captæ per Baronem contra vaſallum retractantur,cum ex odio captæ præſumantur, allegat glo.in cap.cum olim in verb.cęptum de accuſation.

Auia, & alij aſcendentes ſuccedunt nepoti ab inteſtato, non extantibus fratribus ex vtroq; parente coniunctis §. ſi igitur el 1. in auth. de hæred. ab inteſt. venientib.Socc.Sen.in conſ.25.in princ.vol.3. quia mortua Auia aſſumit ſibi primum locum, Card. Pariſ.in conſ.59.nu.34.35.vol.3. & ita fuiſſe iudicatum refert Steph.Grat.in dec.61.nu.1.cum ſeq. Adeo quod ſi eſt frater conſanguineus, vel ſoror cõſanguinea tantum coniuncta defuncto ex parte patris, excluditur á ſucceſſione fratris defuncti p Auum, vel Auiam paternam §. conſequens, vbi Bar.& Ang.in 2.not. per illum tex.auth. de hæred. ab inteſt.& ita conſuluit Marant.cõſ.92.in 1.dub. & latiſſimè Cardin.Pariſ.in conſ.84.nu.1.cũ ſeqq. vol.2.poſt Capr.in conſ.79.nu.6. Ancharan. Iun. q.2.nu.5.6.par.3.& del Caſtillo in dec.59.num.68 videatur omninó D. Præſ.Vinc.de Franch.in dec. 682.& ſi concurrunt Auus paternus ex vna parte, Auus, & Auia materna ex altera parte in ſucceſſione, tunc inter eos ſucceditur in ſtirpes, d.§.conſequẽs, verſ.ſi autem plurimi, & notat glo. in auth. defuncto in ver.diſpar, & reſpondet Maranta in conſ.ſupra citato nu.6.

Authoritas ſacræ Scripturæ poteſt allegari in deciſione cauſarum, quia illa eſt domina ſcientiarum, ſecundum Iſern.in prologo feud.nu.46. vbi num. 47.loquitur etiam de authoritatibus aliorum Sanctorum, Napoda.in prohęmio Conſuetud. Neap. fo.5.nu.27.vbi loquitur de authoritate Poetarum, Doctor.in l.1.vbi dominus meus Alphan.nu.136. ff.ſi cert. peta. vbi pariter loquitur de authoritate Medicorum, ſeu Philoſophorum, allegat l. ſeptimo menſe ff.de ſtatu homin.limitat tamen domi-

nus meus ibi nu. 137. quando authoritas Medici, ſeu Philoſophi repugnat, & contradicit Iuriſconſulto Paul Fuſc. in ſingul. 107. lit. A. qui loquitur de authoritate veteris Teſtamenti, allegat gloſ. in §. cogitato in ver. elogia in auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. & de authoritate Philoſophi, & Poetarum ſcribit Maſcard. de probat. concl. 191. vol. 1. & quid de Cronicis vide eundem in concluſ. 287. eod. vol. & Calepinum allegat D. Vinc. de Franch. in dec. 662. ad fi. adde videndum Euerar. in loco ab authoritate fol. 588 & ſeq.

Auxilium delicto præſtare non dicitur, nec de eo tenetur, qui caſu fortuito, non autem ex propoſito, vel conſulto, aut communicato colloquio in ipſo interuenit etiam ſi armatus delicto prædicto aſtiterit, vt Ancharan. reſpondet in conſ. 216. num. 6. in fi. ſequitur Horat. Mandoſ. in conſ. Roma. 117. lit. B. in fi. vbi alios citat Franc. Burſat. in conſ. 65. nu. 5 poſt infinitos quos allegat per tex. in l. 2. §. homines, ibi, ad hoc captos ff. vi bon. rapt. accedunt Petr. Foller. in ver. capiat. informatio n. 71. Octau. Vulpell. in conſ. 96. Rota Lucenſ. in deciſ. 35. ad fi. & dec. 35. in nouis, & ita conſuluit Rober. Maran. in conſ. 122. nu. 6. & in fi. Adde Alex. Trentacinq; in conſ. 35. nu. 5. & ſeq. vol. 2. qui benè loquitur, & Alex. Raud. in not. caſu de Analogis cap. 31. nu. 38 in fi. Corroboratur hæc concluſio, quia ad excludendum delictum debet præſumi quod caſualiter & incidenter quis delicto aſtiterit, ſecũdum Card. Pariſ. in conſ. 164. nu. 11. 14. vol. 4. de quo meminit Baiard. ad Clar. in q. 90. nu. 12. & prius locum Pariſ. allegat Mandoſ. in loco citato in fin. Hinc infertur, quod quando conſtat, quod quis principaliter deliquerit, ille ſolus puniendus, & alij abſolui debent tam ab auxilio, quam delicto, vt poſt Paul. de Caſtro. & Horat. Lutium reſpondet Burſat. in d. conſ. 65. poſt nu. 10. & benè Farinac. in conſ. 22. nu. 30. 31. & ideo quando contra aliquẽ pro alterius delicto proceditur, exigitur contra ipſum vera, & plena probatio Tob. Non. in conſ. 97. n. 14. verſ. nam quando, ſequitur Honede. in conſ. 98. nu. 16. vol. 1. Hinc etiam infertur per d. §. homines in verſ. ad hoc captos, vt auxiliator puniatur de delicto, ſeu de auxilio, neceſsè eſt probari fuiſſe ad tale delictum principaliter coadunatũ, ſecundum Foller. in loco ſupra citato, clarius Decian. in conſ. 125. vol. 3. Honede. in d. conſ. 98. n. 24. vol. 1. & ſatis pulchrè M. Anto. Eugen. in conſ. 90. nu. 11. cum ſeq. Ricc. in dec. 64. num. 5. 6. par. 2. & ideo non tenetur niſi de eo quod fecit, Bal. in l. non ideo minus col. fi. C. de accuſ. Decia. vbi ſupra n. 1. Gramma. in dec. 25. num. . . Ioan. de Amic. in conſ. 53. nu. 1. Honed. vbi ſupra, & fuſius Surd. in conſ. 40. à nu. 46. vſque ad fin. & qualiter præſumatur, aliquem præſtitiſſe auxilium delicto, vide Maſcard. in tract. de prob. concl. 159. vol. 1. & in concl. 1139. vol. 3. & in pulchro caſu Grilland. de relaſſ. carcer. in 6. q. ſ. 116. in paruis, & quomodo excuſetur ab eo, ſeu ab aſſiſtentia in delicto, vide Franc. Burſ. in conſ. 216 nu. 55. & ſeqq. & Baiard. in d. q. 90 & ad principalem concluſionem noſtram vide Alex. in conſ. 224. col. pen. in fi. & col. fi. vol. 2. Vulpell. in conſ. 106. Maſcar. & Baiar. in locis ſupra citatis.

## B

BANNITVS capiens alium bannitum conſequitur premium à ſtatuto permiſſum ſecundum Maran. in ſuis ſingul. in ver. bãnitus fol. 9. quod credo verum, ſi verba banni, ſeu ſtatuti expreſsè hoc dicãt, alias ſecus, quia verba generalia banni nõ comprehenderent alium bannitum capientem vti odioſum, iuxta text. in l. Lutius §. Lutius Titius ff. de legat. 2. quia odioſi debent egeſtate laborare, l. bona fides ff. depoſ. Imò latro capiens ſocium latronem non debet habere premium, vt poſt Angel. tenet Iaſ. in l. 1. §. ſi tibi nu. 3. ff. de cond. ob turp. cauſ. & Affl. in Conſt. ſi damna num. 50. verſ. & in tantum, quos refert, & ſequitur Baiar. ad Clar. in q. 29. num. 4. ex prædictis apparet opinionem Marantæ ſimpliciter non eſſe veram, prout non veram eſſe affirmat Farinac. in 3. tomo q. 103. num. 121. quem poſt hæc ſcripta reperi, & gauiſus ſum. An Bannitus occidens alium bannitum poſſit beneficium ſibi per bannum conceſſũ alteri cedere, vt indultetur loco ſui, vide omninò D. Rouitum pro, & contra, in rubr. de exul. nu. 24 & ſeq. quando enim banniti viſi ſunt debent perſequi, acclamari, & capi, dummodo ſine damno, & periculo perſequentium, acclametur, & capiantur, ſecundum Mangrell. ad Bar. in l. 1. §. occiſorũ ff. ad ſillan. poſt Parid. quem allegat Cãpan. in cap. regni ſubditorum nu. 169. verſ. quia nõ procedit, de quo meminit Marcell. Calà in tract. de modo articul. num. 876. ſed an ſubditi poſſint cogi à ſuperiore ad capiendum malefactores, & bannitos, Paris de Puteo de ſind. in verb. brachium, videtur tenere quod ſic, meminit Frecc. de ſubſeud. in 12. author. col. fi. & Surd. in conſ. 83. nu. 3. tamen Frec. loc. cit. tenet contrarium, ſequitur Surd. vbi ſupra, nu. 2. licet opinio Paridis neceſſitate imminente ob multitudinem bannitorum, ſolet de facto obſeruari per Commiſſarios campaneæ, & ſic vidi multoties ſeruari diuerſis temporibus, & teſtatur Marcell. Calà vbi ſupra nu. 875. & bannitum capiens, tenetur fiſcus ei ſoluere expenſas, quas fecit in capiendo Frecc. & Surd. in dictis locis poſt Clar. in dicta quæſt. 29. verſic. vnum. Verum banniti in hoc Regno non habentur pro mortuis, niſi ſint foriudicati, ſecundum Baiard. ad Clar. in q. 96. nu. 2. quando autem bannitus, ſiue banniti poſſint occidi impune vide Baiar. ad Clar. in §. homicidium num. . . & ſeq. & omninò Farinac. in 3. tom. q. 103. An bannitus ſiue foriudicatus impunè poſſit occidi in eccleſia, vide Clar. in §. homicidium verſ. vlterius quæro, poſt Boſſ. quem allegat, vbi Baiard. nu. 9. & Farinac. in d. quæſt. num. An occidens foriudicatum doloſè, qui habet ſaluũ conductum, ſiue guidaticum, teneatur de occiſo, vide Capibl. de Baron. fol. 179. in nouis.

Bannitus ſi retinet poſſeſſionem ſuorum bonorum, & fructus recipit tenetur ſoluere collectas, Bart. in l. inter §. damnum ff. de damn. infect. alias ſecus, vt ibi, quem refert, & ſequitur Nig. Campan. in cap. Regni porrecta nu. 82. Paul. de Caſtr. in l. ſi ſeruus §. ſi quis nu. 3. ff. de leg. 1. Ferrett. de Gabell. n. 444

&

& 475. & 485. & Paul.Fuſc.in ſingul.4.lit.B. Sed foriudicati qui in hoc Regno pro mortuis reputãtur, vt dixi in præced.concluſ. & dicam infra in concluſ.foriudicatus,collectas ſoluere non tenentur,ſecundum Ferret.in dd.nu.475.& 485.

Bannum Commiſſarij,vel Legati,aut Prætoris,expirat ſinito eorum officio,Octauia. Vulp.in conſ.19 nu.4.& conſ.64.nu.5.Steph.Grat.in deciſ.84.nu.7 qui allegat Frãc.Becc.in conſ.4.verum ſi eſt emanatum à Legato de latere eſt perpetuũ,vt ibi nu.6 &M.A.Eugẽ.in conſ.22.nu.29.vide Ang.Aret.in §.ſed iſte n.2 inſt.de act.Affl.in conſt.pęnam eorũ nu. . . &·Roian.à Vall.in conſ. .. vol.1.Vrſill.poſt Affl.in dec.290.vidi tamen de anno 1598.per Collater.Conſordinatum R.A.Principatus Citra, ꝙ bãnum emanatũ in materia exfractus per V.I.D. Vit.Ant.Sancta Maria, qui fuerat in anno præcedenti Commiſſarius cãpaneę, cuius officium erat finitũ.ꝙ executioni demãdaretur contra contrauenientes,prout executũ fuit;ad principalem concluſionem adde videndũ Seraph.in dec.423.& Farin. in 6.vol.in fragmen.ſol. . . an bannum Excell. D. Proregis firmatũ à Dñis Regentibus,dicatur perpetuum, eſto ꝙ in eo, non dicatur,omni tempore valiturum,vide Capyc.in cap.Imperialem ſol.

Baiulus exercens iuriſdictionẽ in hoc Regno debet ſtare,& parere ſindicatui,ex diſpoſitione l.1.C.vt omn.Iud.tam ciuil. quã milit. ciuiles ſunt Iudices literati, militares dicuntur illiterati, vt declarat Odoffr.in rubr.d.tit.confirmatur illa concluſio ex conſtit.Regni volumus, & cap.Regni item ſtatuimus,in quibus ordinatur, ꝙ M.Iuſtitiarius,& cæteri officiales debẽt ſtare ſindicatui, quæ iura cum loquãtur generaliter,ſic generaliter intelligi debẽt, vulgata l.1.§.generaliter ff.de leg. præſt. & magis in ſpecie per prag.1. verſ.nec poſſit in tit.de offic. Baiuli, per quam diſponitur, ꝙ Baiulus debet eſſe annalis,& in fine anni debet ſindicari,quę pragm. fuit facta cũ magna deliberatione, poſtq̃ fuit ſubſcripta ab omnibus Sapientibus,& Conſiliarijs tũc temporis huius Regni, & ita fuit deciſum in S.C. in pluribus cauſis, vt refert ille eximius Aduocatus D.Camill. de Medic. in quibuſdam allegationibus quas habeo ad pennam, pro Vniuerſitate Grauinæ,contra Baiulum ciuitatis prædictæ,& eſt expreſſè prouiſum per pragm.editam de menſe Ianuarij 1588.vt animaduertit D.Scip.Rouit.in d. prag.1.in princ.& Ann.in ſing.48.licet cõfusè loquatur,de q̃bus aũt cauſis Baiulus cognoſcit Montanar.in prag.2.n.190.in tit.de admin.vniuer.ſcribit,ꝙ de omnibus cauſis paruis,& magnis cognoſcit de minimis delictis,ſurtis,& iniurijs ciuiliter, & de tutelis,ſequitur Galter.in tract.de tutel.c.31. nu.28.29.& ſeq. & Capibl.in tract. de Baro. ſuper prag.8.nu.175.ſ.204.& ibi multa in materia,quæ autem cõtineat iſta baiulatio,vide D.de Franch.in dec.397.&Capibl.vbi ſup.nu.173.& ſeq.& ſi Baiulus delinquit in officio,debet,& poteſt à Barone puniri, ſm Campan.in cap.Regni 256.nu.13.de quo meminit,& ſequitur D.Rouit.in d.pragm.nu.13. quod verum non credo, quia cum ſit officialis cũ iuriſdictione, debet de eius delicto commiſſo in officio cognoſci per M.C.V.per ritum eiuſdem nu.49.ſic interpetratum à Carauit.ibid.nu.23. & D.Vinc.de Franch.in dec.407.nu.5.vbi addo,& in ſpecie ita tenet Ann.in ſing.ſupra alleg. verſ.& q̃d ſit officialis,& ita pro nunc teneo verum per pragmaticam D.Comitis de Oliuares editam de anno 1599. menſe Ianuarij, videtur confirmata opinio Campan. & Rouiti, & reliqua in materia huius concluſionis vide per Afflict.in conſt.Baiuli locorum,Rouit.&Capibl.in locis ſupra citatis,& an officium baiulationis poſſit vendi, vide omninò Afflict.in conſtit.Magiſtri Camerarij nu.2.

Baro committẽs delictum, licet ex iuris diſpoſitione eius feudum non tranſeat in fiſcum, ſm Caualc.in tract.de vſufr.mulier.reli.nu 237. pro qua concluſione põt latiſſimè videri Franc.Burſ. in conſ.122. num.3. Capy.in dec.131. Clar.in §.feudum q.84. Henri.in ſuis com.opin.concl.439.lib.1.Petr.de Greg.de conceſſ feud.fo.293.vbi Addentes ad ipſum,& omninó Cumia in cap.ſi aliquem in verb. mortis,tamen ipſo exiſtente cõtumace pro aliquo delicto ſuſpenditur eius iuriſdictio, & Reg.Curia creat, & eligit Capitaneum pro exercitio iuriſdictionis,Frec.lib.2.de ſubſe.in 29.author.n.11.in fi. Ann.in ſing.52.in fi.Caraui.in rit.220. nu.21.Pet. de Greg.in d.tract. par.1. q.10.col. pen. ſol.30. & iterum par.4.q.7.nu.56.cum ſeq. Cumia in d.cap. ſi aliquem in verb. maſculus nu.10. Ioan. Grand. de bello exul.ſol.218.D.Maſtrill.in tract.de indultu ſol.140.nu.24.& ſeq.& nouiſſimè D.de Ponte in tract. de Poteſt.Proreg.ſol.9. & Thor.in compend.deciſ.ſol.297.& hoc voluit dicere Capyc. in d.deciſ.131.Foller.in verb. annotentur bona nu.2. & Clar.in §.fi.q.44.verſ.ſed hodie,ibi in hoc autẽ. verum cõparente Barone cõtumace,vel exiſtente carcerato,tollitur ſuſpenſio,ſecundum D.de Pont. vbi ſupra nu.5. vbi nu.7.infert ad notabilem quæſtionem de Barone contumace,vt ſupra, habente facultatem nominandi Iudicem in aliqua terra demaniali ſi eſt priuatus facultate iſta,vel poſſit facere nominationem, vbi concludit fuiſſe deciſum in Collater.Conſil.pro affirmatiua,& quid ſi ſubfeudatarius,ſiue vaſallus committat delictum tale, ob quod veniat feudo priuãdus; an ad Dominum mediatum,vel immediatum deuolui debeat, vide Afflict.in deciſ.282.in 2.dub.Frecc.in d.autho.29 Vrſill.ad Affl.vbi ſupra nu.16.Burſa.in d.conſ.122 nu.4.Rolan.in cõſ.78.lib.2.& cõſ.73.vol.4.Theſſ. in dec.132.Farinac.in tit.de delictis q.25.à nu.102 cum ſeq.poſt Amed.de Ponte de laudem.in 24.q. Camill. Salern. ad Napod.in conſuet. ſi moriatur fol.75.Cumia in d.verb.mortis à num. . . cum ſeq.&omninò D.Reg.de Ponte de poteſt.proreg. fol.292.& ſeq.& de feud.in 21.22.Lect.itu.29. verum Baro non debet eſſe beccar.ſui vaſalli,vt poſt Bald.& Affl.tenet Caraui.in pragm.1.nu.164.in titul.de exul. Foller.in conſtitut. Capitaneorum num. . . & Baiar.ad Clar.in q.71. nu.23. & hoc de iure cõmuni ſecundum D.Rouit.in prag.1.de recept.per quam Baro prohibetur ſuum vaſallum bannitum receptare,ſed illum à terra ſua expellere, Baiard.in loco citato nu.22.immò Baro,ſiue vaſallus Regis, licet ſit exemptus ratione iuriſdictionis, eſt tamen ſubditus ratione feudi, & tenetur Domino ſuo capere malefactores Regni, & ducere ad Curiam Domini ſui, & ita in facti contingentia reſpondit D. Reg. de Curte Excell. D. Comiti de Oliuares Proregi vigilantiſſ. de feudis fol.19.nu.24. & ſeq. & ſi Baro bannitum receptauerit, debet ſua iuriſdictione priuari,ſecundum

deciſ. Catal. in c. 36. de qua meminit idem Rouit. in d. prag. nu 3. & Baiar. ad Clar. in q. 90. nu. 9. qui etiam allegat d. pragm. limitat tamen Rouit. quando receptatio non poſſet euitari. puta ob multitudinem bannitorum, vt vidimus, & audiuimus annis retro elapſis, quia tunc pro delicto non reputatur, allegat Simo. de Pretis, cui accedunt Foller. in Conſt. Pataren orum nu. 49. Campan in cap. Regni 26. nu. 20. c. 210. nu. 10. & alij quos allego infra in concluſ. receptare. Hinc ſi Baro malè, & peſſimè tractat eius vaſallos, debet iuriſdictione priuari, prout per S. C. fuit deciſum refert Gram. in dec. 104 qui in illo caſu nō ſolum fuit iuriſdictione priuatus vita durante, ſed etiam fuit condemnatus ſua vita durante in Inſulam Liparis, ſequitur idem Gram. in conſil. ciuil. 162. col. pen. Boer. in deciſ. 304. maximè num. 4. Campan. in cap. Regni grauamina poſt nu. 33. qui multa cumulat. Capyc. in ſua inueſt. in verb. feuda amictuntur verſ 47 fol. 65. 66. Petr. de Greg. de conceſſ. feud. par. 8. q. 16. fol. 289. Rolan. à Valle in conſ. 18. nu. 11 14 vol. 3. & latiſſimè in conſ. 40. volu. 4. Anna qui remiſſiuè loquitur in ſingul. 155. Mſinger. in obſer. 8. cent. 5. Henric. in ſuis commun. opin. concl. 43. lib. 3. f. 87. & nouiſſimè Reg. de Pōte de Poteſt. Proreg. f. 90. Thor. in comp. deciſ. in verb. Baro, Paſcal. de virib. patr. poteſt. par. 3 cap. 4. nu. 35. Sed an requiratur monitio, vt Baro iuriſdictione priuetur, Gramm. in deciſ. ſupra allegata, tenet, eam non requiri Foller. in Conſt. præſenti nu. 15. vide tamen Paſc. vbi ſupra num. 38. contrarium conſuluit Rolan. in dd. conſil. ſequitur Capy. in loc cit. fol. 66. & latiſſimè Viuius in dec. 447. maximè nu. 14. 19 vbi poſt Aymo. & Curt. tenet, trinam requiri monitionem videatur Nig. Campan. in d. cap. ante nu 32. verſ. primo limitat, Aymo verò in conſ. 6. nu. 109 intelligit, concluſionem iſtam procedere in feudo vero, & proprio. quod eſt quando gratis conceditur, ſecus ſi pretio venditum, & conceſſum ſit, quod non propriè feudum dicitur, ſed venditio, refert, & ſequitur Nig. Campan. in loco ſupra citato nu. 33. in fi. Capyc. in d. inueſt. in verb. feudorum acquiſitio fol. 18. D. de Curte de feudis fol. 83. num. 8. & Franc. Becc. in conſ. 30. vnde cum feuda in Regno quaſi omnia ſunt emptitia parum, aut nihil quæſtio iſta deſeruiret, & ideo valdè dubito de hac inſignis Crauettæ limitatione, contra quā tenere videtur Rolan. in d. conſ. 18. nu. 18. 19. & nouiſſimè de Ponte in deciſ. 7. nu. 37. vbi dicit, feudum emptum eſſe propriè feudum, D. Georg. de feud. c. 31. nu. 14. & ſeq. quia cauſa ob quam Baro malè tractans vaſallos ſuos, priuatur feudo, eſt illa quia malè tractando abutitur dominio, ſecundum Doctores ſupra citatos, & eſt de mente D. de Curte de feudis fol. 9 nu. 46. quæ tam in feudo emptitio quam gratis conceſſo militat, ergo debet eſſe eadem iuris diſpoſitio l. illud ff. ad l. g. Aquil. cum. n. feudū de quo fuit priuatus Baro ille in caſu dictæ deciſ. Gram. erat in Regno, præſupponitur ꝙ fuerat emptitium, quod benè illi Domini ſciebant qui interuenerunt in illa deciſ. Imò Viuius in allegata deciſ. 447. num. 11. & ſeq. loquitur in feudo gratis conceſſo, vt apud eum videri poteſt, & ad principalem concluſionem noſtram videndus eſt Capiblan. in tract. de Baron. ſuper prag. 3. à nu. 43 cum infinitis ſeqq. quem poſtea vidi, vbi tres opiniones recitat, & nu. 57. in fi. dubitat de dicta deciſ. Gram. Infertur etiam, quod Baro malè, & peſſimè tractans vaſallos, vt ſupra ſeruiēdo cum nimia aſperitate, iuxta tex. in §. fi. inſtit. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. poſſit cogi per ſuum Superiorem illos vendi d. §. fi. ibi venundari iube. ſecundum Anton. Gomez var. reſol. tom 2. de contract. cap. 2 vbi iuribus, authoritatibus, & rationibus hanc opinionem probat, ſequitur Vrſill. in dec. 265. nu. 16. Regens de Curte in loco ſupra citato nu. 45. Reg. de Ponte in d. tract. fol. 90. col. 1. & 2. & iterum in dec. 16. nu. 34. & ſeq. & Capiblanc. in loco allegato num. . . . & ita de anno 1605. fuit ordinatum per Collat. Conſil. Reg. Audien Calabriæ Vltra contra illos de Caualcante Ciuitatis Coſentiæ Dominos Terræ Cropani, conueniunt ſcripta per Boer. & Campan. in dictis locis allegatis ille nu. 5. & iſte poſt num. 33 & ſcripta per Thor. in d. compend. fol. 490. 570. & ſeq. Hinc etiam Baro non poteſt cognoſcere de cauſa vertente inter ipſum, & eius vaſallum, nec illam delegare, ſecūdum Bar. in l. qui iuriſdictioni num. 2. ff. de iuriſdict. omn. iud. vbi D. de Bottis in addit. refert ita iudicatum in S. C. & vide Vrſill. ad Afflict. in deciſ. ſupra allegata nu. 33. & ſeq. & de lite vertente inter Baronē, & vaſallū, ſeu vaſallos, informationes interim captæ, retractantur ex odio, ſcripſi ſupra in concluſione Attentata in fi.

Baro poſt ſententiam in cauſa criminali latam cōtra eius vaſallum extra ſuam Curiam non poteſt petere remiſſionem dicti ſui vaſalli, vt poſt Bal. Saly. & alios quos allegat, tenet Didac. Couar. in tract. pract. quæſt. cap. 11. poſt num. 6. verſ. & in hoc tractatu, ſequitur Petr. Foller. in conſtit. Capitaneorū nu. 53. licet ſe inuoluat, & Anna in ſingul. 56. verſ. nam in cauſa criminali, qui ſolum Bal. & Salyc. allegat, & nouiſſimè Baiard. ad Clar. in q. 38. nu. 62. de quibus memini ad D. de Franch. in deciſ. 417. vide Gramm. in deciſ. 16. & Ricc. in reſol. 72. poſt num. 2. verſ. 5. ſed ego intelligo hanc opinionem quando á ſententia prædicta non fuit appellatum, adeo quod tranſitum fecit in rem iudicatam, quæ pro veritate habetur, l. res iudicata ff. de regul. iur. ſecus ſi ab illa fuit appellatum, quia appellatio reducit cauſam ad terminos litis cōteſtatæ, ad tex. in l. ita demum C. de procur. quem Alex. ibi dicit nō eſſe alibi, vt refert D. Vincen. de Franch. in deciſ. 370. num. 17. 18. Muſcatell. de appell. in gloſ. ſententia num. 38. & ad l. prædictam vide Valaſc. in conſult. 91. in 2. dub. in ſpectoq; futuro euentu, ſuſpenditur ſententia per appellationē, ſed inſpecto præſenti ſtatu extinguitur, ſm̄ eundem D. Vincentium in d. deciſ. nu. 14. vbi alios addo: & in addittionibus nouiſſimis, & Muſcatell. qui ſupra nu. 37. & ad iſtam concluſionem exemplarem vidi D. Conſiliarium Rouitum in pragmat. querula nu. 6. in tit. vbi de delicto, ſecūdum nouiſſimā impreſſionem, vbi refert deciſum, plures vaſallos cōdēnatos etiam ad mortem, fuiſſe remiſſos ad eorū Barones, & decreta ſunt in banca de Rogerio, & nunc pendet in S. C. inter Ill. Principem Conchæ; cum Regio fiſco petentem remiſſionem cauſæ Baptiſtæ de Roberto, condemnati per S. C. ad mortem, nec Baro poteſt petere remiſſionem cauſæ ſui vaſalli foriudicati, ſecundum Annam in loco ſupra citato in fi. vbi refert ita in S. C. decretū

quem

Digitized by Google

quem refert, & ſequitur Ioan. Gran. de bello exul. fol. 207. & Marcell. Calà in tract. de modo articul. nu. 107. in fi. fol. 12. à terg. & addo D. Vincent. in d. deciſ. in fi. Niſi Baro in ſpecie habeat hoc priuilegium poſt ſententiam, prout in ſtatu olim Principis Biſinani, de quo priuilegio meminit Regens Tapia in 3. tom. iuris Regni fol. 39. nu. 49. ſequitur nouiſſimè Capibl. in prag. 8. par. 2. nu. 98. & ſeq. de Baron in nouis. & Baro an poſſit petere remiſſionẽ ſui vaſalli ſoriudicari per eius Curiam, & Officiales, capti per miniſtros Regios, idem Capiblan. loco citato nu. 94. fol. 275. & iterum num. 212. tenet quod ſic, quia in iſto caſu non datur præuentio, & ratione originis, domicilij, ac delicti competit officiali Baronis cognitio prædicta, & an Baro poſſit petere remiſſionem cauſæ ſui vaſalli poſt ſententiam in cauſa ciuili latam, idem Anna in ſing. 55. in fi. qui Rebuff. remiſſiuè allegat, quem volui videre refert iudicatum quod ſic, quæ omnia benè notáda ſunt, videatur idem Capibl. in loc. citato nu. . . Hinc inferri poteſt, quod quemadmodum Baroni non poteſt per eius vaſallum ſuæ iuriſdictioni præiudicari, ſecundum D. Vinc. de Franch. in deciſ. 417. nu. 2. vbi addo alios, quibus addi nouiſſimè poteſt idem D. Vinc. in dec. 541. nu. 3. Ita etiã Baro non poteſt præiudicando eius vaſallo renunciare ſuo priuilegio, vt alius Iudex contra eius vaſallum cognoſcat, & ita iuribus, authoritatibus Doctorum, & rationibus probat, & deciſum refert in S.C. idem D. Vincent Præſes meritiſſimus, & omni tempore memorandus in allegata deciſ. 541. num. 6. vſque ad fi. poteſt etiam inferri, quod Baro habens primas, & ſecundas cauſas, pendente appellatione coram Iudice ſecũdarum cauſarum, poteſt facere gratiam eius vaſallo, præuia tamen partis remiſſione præcedente, & ſecundum iſtam opinionem fuit in eodem S.C. deciſum iunctis duabus Aulis refert idem D. Præſes in d. deciſ. 370 á nu. 13. cum ſeq. vbi doctiſſimè more ſuo opinionem iſtam tuetur, cui alios addo. An Baro poſſit facere gratiam relegato, vel condemnato in exiliũ temporale, vt ad patriam ſuam poſſit redire, præcedente prius partis remiſſione, dic quod non, quia ſoli Principi, ſeu Regi ex cauſa competit, l. relegati in fi. ff de pœn. per quem ita tenet Nig. Campan. in cap. Regni 221. num. 43. & in c. 252. nu. 52. Anton. Gom. de delict. tom. 3. cap. 8. nu. 4. fol. 392. à terg. latiſſimè Farinac. in tit. de inquiſ. q. 6. nu. 10. Iacob. Sborz. in tract. de offic. Vicar. lib. 2. q. 156. & cõueniunt ſcripta per eundem Farinac. in q. 29 nu. 80. videatur tamen idem Niger Campan. in cap. Regni 82. ad fi. vbi diſtinguit, an Baro habens iuriſdictionem ratione proprietatis poſſit ſaluum conductum eius vaſallo concedere, vide Afflict. in conſtit. cordi nobis num. 8. D. Vincent. in d. deciſ. 370. nu 4. vbi addo, & vltra D. Maſtrill. in tract. de indultu c. 2. à num. . . . cum ſeq. qui notabiliter loquitur.

Baro non poteſt ædificare molendinum in oppidis ſuis, & cogere vaſallos vt vadant ad macinandum in illo, Boer. in deciſ. 125. Villalob. in ſuis opinion. commun. num. 114. lit. D. fol. 103. in paruis, vbi dicit communem poſt Socc. Iaſ. & Couar. quos allegat, & loquitur etiam in furno, & ſubdit, quod nec hoc poteſt ſtatuto inducere, & allegat Couar. Vrſill. in deciſ. Afflict. 388. nec poteſt facere Tabernam, vt tranſeuntes vadant ad hoſpitandum in ea, vaſallos prohibendo, ne domi hoſpitentur, Campan. in cap. Regni grauamina nu. 52. vbi latiſſimè, & Mangrella ad Bar. in l. ait Prætor §. maxima ff. Naut. Caupo. ſtabula. vide tamen Clar. in §. feudum q. 30. vbi limitat, quando Dominus, vel Baro haberet ius molendinorum, vel furnorum ex priuilegio, vel conſuetudine, & omninò Anton. Theſſaur. in dec. 16. vbi plures ampliationes, & limitationes refert, multumq; eleganter loquitur, cum his quæ de nouo ibi addita ſunt per doctiſſimum Senatorem eius filium; & infra in concluſione molendinum, quando autem dicatur Baronem ædificaſſe molendinum, aut furnum ad æmulationem, vide Theſſaur. in d. deciſ. num. 8. 10. & Camill. Borrell. in conſ. 3. in fi. nec Baro poteſt prohibere vaſallos, ne vtantur aquis pro irrigandis eorum agris ad pinguiorem culturam, ſecundum D. Conſiliarium Rouitum in pragmat. de aquæduct. in fi. fol. 51. ſecundum nouiſſimam editionem, vbi ita refert in S.C. deciſum. An Baro poſſit per bannum eius vaſallos prohibere, vt in præiudicium ſuæ iuriſdictionis non adeant Regia Tribunalia per ſaltum, ommiſſo medio, nempe Iudice ſecundarum cauſarum, vel primo Iudice ſuo, Paris de Puteo in tit. de exceſſ. Baron. §. an Baro fol. 16. à terg in paruis tenet quod ſic, ſequitur Boer. in deciſ. 114. num. 2. Capyc. dec. 130. ſub num. 10. Vrſill. in dec. 255. num. 39. & refert Anna in ſing. 62. ita feciſſe determinari in S.C. accedunt Campan. in d. cap. grauamina num. 60. Foller. in prax. crim. in verb. audia. excuſato. num. 162. fol. 112. in nouis, & iterum in praxi cenſuali fol. 196. num. 4. & Maxilla in Conſuetud. Bari fol. 73. n. 15. verum Foller. in d. nu. 196. refert vidiſſe tempore ſuo carcerari, & malè tractari officiales Baronum propter tale bannum; & propterea Moder. in praxi rerum ciuil. cap. 2. nu. 38. dant remedium vt Barones adeant Excellentiſſimum D. Proregem, eiuſq; Collaterale Conſilium mediante ſupplicatione, & mandatur vaſallis ne adeant Regia Tribunalia, & ſic euitatur difficultas, videatur Capiblanc. in tract. de Baronib. fol. 89. & ſeq. & omninò Thor. in compen. deciſ. fol. 568. co. 2. Ego vidi tempore meo plures prouiſiones Collater. Conſilij modo prædicto expeditas, & obtentas, & poſtea publicatas, vt vaſalli notitiam habeant, & ſi adeunt non tenentur ad pœnam, & teſtor vidiſſe aliquas ex dictis prouiſionibus abſque pœnæ impoſitione expeditas per Collateral. Conſil. & ita videſ tenere Moder. vbi ſupra, licet Capibl. aliter refert vidiſſe obſeruari; intellige verò opinionem iſtam, dummodo Baro teneat Iudicem ſecundarũ cauſarum in prouincia iuxta Reg. Pragm. & tunc per ſaltum vaſallus non poteſt adire Regia Tribunalia omiſſo Iudice prædicto, imò refert Anna in ſingul. 560. in multis cauſis Baronum fuiſſe deciſum, quod Iudex ſecundarum cauſarum deputetur per Baronem in loco ſuæ iuriſdictionis, & in cauſa Montis Fuſcoli refert deciſum, quod deputetur infra octo miliaria, vide ſi confert Roman. in ſing. 824. & ꝙ debeat creari in Prouincia, ſimiliter refert in S.C. deciſum inſignis D. Præſes Vincent. de Franch. in deciſ. 526. in fin. vbi addo alios, ſed non in vltima die ipſius prouinciæ, vt ibi, & ad principium huius concluſionis adde videndum

Vrſill.

Digitized by Google

Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 388. & Capiblanc. in pragmat. 14. à num. 4. cum ſeq. de Baronib. in nouis.

Barones in Regno poſſunt facere ſtatuta licita, & honeſta in eorum Terris, & non contra ius, & leges ſuperioris, ſecundum Afflict. in præludi. conſtitut. Regni q. 8. ſub num. 8. hinc ſi Baro confirmat ſtatura, vt confirmatio non ſe extendat ad illicita, dicat generaliter cōfirmamus, & approbamus, idem Afflict. in d. prælud. conſtit. q. 3. nu. 5. Campan. in cap. Regni 1. num. 6. 12. Foller. in cap. Regni fol. 115. & adde videndum Capibl in tract. de Baron. in prag. 14. nu. 35. & ſeq. fol. 233. Teneturq; confirmare capitula, & priuilegia conceſſa ab alijs Baronibus prædeceſſoribus vniuerſitati, Conſiliarius Rouit. in pragm. 1. num. 20. de priuileg. ſecundum nouiſſimam editionem, vbi refert ita deciſum, Baro poteſt committere cauſas decidendas ſummariè, ſimpliciter, & de plano, Affl. in d. prælu. conſtit. q. 9. nu. 13. & in conſtit. authoritatem nu. 3. Cacheran. in deciſ. Pedemo. nu. 18. & Carauit. in Rit. 258. nu. 9. poteſtq; ponere aſſiſiam in terra ſua in victualibus, rebus vtenſibilibus, & comeſtibilibus, Andr. de Iſern. In c. 1. §. poſt natale nu. 26. de pacè tenenda, de quo meminit Afflict. in dicto prælud. q. 3. nu. 10. & Campan. in cap: Regni 238. poſt num. 9. & Anna. in ſing. 60. vbi refert vidiſſe conſeruari Baronem lite pendente, contrarium tenet Montanar. in pragm. 2. nu. 69. de adminiſtr. vniuerſ. & nouiſſimè D. Præſ. Vinc. de Franch. in dec. 511. & ita ſeruari video, & in ciuitate Aquilæ aſſiſia rerum comeſtibilium, quæ pro vſu quotidiano neceſſaria ſunt imponitur per ipſam ciuitatem, & Graſſerios per eam electos, vt teſtatur Alexand. Trentacinq. in conſ. 59. in 2. dub. vol. 2.

Baro Neapolitanus, licet ex priuilegio Neapolitanis conceſſo, non poteſt conueniri niſi Neapol. ſi tamen deliquit, vel vti Baro contrahit in terra ſua, poteſt conueniri coram Ordinario loci delicti, aut contractus, Capyc. in dec. 59. quem referunt, & ſequūtur Caraui in rit. 301. nu. 7. in fi. Anna qui obſcurè loquitur in ſingul. 57. Borrell. ad Bellug. in Spec. Princ. fol. 55. à ter. in nouis in addit. lit. F. in fi. & D. Tap. in l. fi. c. 5. nu. 16. 17. fol. 160. ff. de conſt. princip.

Baro non habet fiſcum, Palomba de regim. official. in 1. regul. num. 29. allegat Bart. in l. 1. C. de bon. vacan. lib. 10. Addo Petr. Bellug. in Spec. Princ. rub. 23. nu. 13. verſ. nam quamuis fol. 127. & fol. 134. à ter. nu. 21. & ſeq. vbi Adden. D. de Pont. videndus de Poteſt. Proreg. fol. 32. à num. 64. cum ſeqq. Tamen habet iura fiſcalia, & priuilegia fiſci, ſecūdum Bellug. vbi ſupra, & iterum. fol. 130. à ter. nu. 15. & habet fiſci coadiutorem, & alia ſpecialia, D. de Ponte in loco citato, hinc Palomba vbi ſupra ſcribit, quod Ærarius, quem Baro habet, & tenet, tacitam hypothecam non habet, allegat Bart. in l. 2. C. in quib. cauſ. pign. vel hypot. vbi de hoc per verbum nullum, ſed ſolum in l. 1. C. eod. tit. notat, quod bona debētis ſoluere tributa, aut cum fiſco contrahentis, ſunt ipſi tacitè obligata, Capibl. in ſing. 13. nu. 306. 307. & hoc ſtatuit Imperator in d. l. 2. ex particulari priuilegio fiſci, vult forſan Palomba dicere, quod in contrarium eſt ius commune, qđ trahēdum non eſt ad Baronem, qui tamen habet bona ſui Adminiſtratoris, ſeu Perceptoris introituum tacitè obligata, per conſtitut. Regni ſi quando cōtigerit in fi. ibi a tenore autem, vbi Iſer. in fi. videatur Affl. ibid. num. 7. nam dicitur baro fiſci procurator in rem ſuam, ſecundum Bellug. in d. fol. 127. & num. 5. allegato, & D. de Ponte in dicto loco num. 67. & quid ſi Adminiſtrator, ſiue Ærarius, aut Perceptor ſignificatur per Rationalem debitor ipſius baronis; an ſignificatoria habet executionem realem, & perſonalem, vide Capibl. in tract. de baron. fol. 299. & Muſcatell. de appell. fol. . . & baro tenens feudum dicitur Iudex ordinarius ſuorum vaſallorum, Afflict. in prælud. conſtit. Regni q. 6. nu. 6. & in conſt. dilationes poſt nu. 40. & D. de Ponte in d. nu. 67. & barones exteri poſſidentes ſeuda in Regno dicuntur eſſe de Regno, idem Afflic. in proœm. conſtit. Regni §. cū igitur nu. 5. & D. Conſiliarius Georg. in alleg. 44. num. 31. vide ſi conſerunt ſcripta per D. Regentem de Curte de ſeud. fol. 19. ad fi. & in quo differt à milite, ponit idem Afflict. in conſtitut. ſi aliquis baro in 1. notab. & fuſius Frecc. de ſubfeud. & ad principium præſentis concluſionis, adde vidēdum D. Tap. in 2. tom. iur. Regni fol. 285.

Baronibus, ſeu feudatarijs taxa, quæ in Regno fit, eſt ad rationem duc. 26. cum dimidio, quæ in caſu cōtributionis vaſallorum eſſet ad rationem duc. 52. quia adhoa in Regno non exigitur, ſed exactio fit in donatiuo, quod ſingulis duobus annis fit à toto Regno, ita D. Regens de Curte de feudis fol. 41. nu. 52. & ſeq. de donatiuo multa ſcribit D. Reg. de Ponte in tract. de poteſt. proreg. fol. 141. nu. 18. & nu. 42. fol. 147. & fol. 223. nu. 37. Mar. Giurb. in deciſ. 118. & vnum verbum ponit Petr. de Greg. de conceſſ. feud. An baro poſſit recipere aliam quantitatem pecuniæ à ſua Terra pro facienda illa camera reſeruata, quod ſic, ſecundum Vrſill. in deciſ. Affl. 101. num. 2. D. de Curte de feud. fol. 36. num. 45. & ſeq. D. de Ponte de poteſt. proreg. f. 41. 42. D. Rouit. in prag. 3 num. 13. de militib. Thor. in comp. deciſ fol. 64. & 160.

Beneficium ſimplex non habens curam animarum licet de iure requirat reſidentiam, prout cætera alia beneficia ſimplicia, ſecundum Abb. num. 5. de cleric. non reſid. etiam ſi eſſet beneficium 20. ſolidorum, cap. conquerente eod. tit. Tamen de generali conſuetudine Mundi, tale beneficium obtinens non tenetur perſonaliter reſidere, Alexand. conſ. 1. num. . . vol. 7. Fely. in cap. dilectus el 2. nu. 1. in fi. de reſcript. cum alijs allegatis per Steph. Grat. in dec. 155. col. 1. vbi ita iudicatum refert, Farinac. in dec. 12. Ricc. in dec. 21. num. 6. par. 2. & vt canonicè petatur debet vacare, quia beneficium non vacans conferri non poteſt, cap. 1. de conceſſ. præb. quia ipſum ſine canonica inſtitutione poſſideri non poteſt, Affl. in conſtitut. violentias nu. 46. vacare autem beneficium poteſt pluribus modis, ſecundum glo. in extrauag. Ioan. XXII. quæ incip. execrabilis, in verb. vacantibus. f. 32. Nempe per mortē, & renunciationem, quæ renunciatio morti æquiperatur ad effectum vacaturæ, Iacob. Sbroz. de offic. vicar. lib. 3. q. 22. Anto. Gama in deciſ. 128 nu. 3. Item per priuationem, & alios modos quos allegat Iacob. de Graff. in deciſ. caſ. conſcien. ſ 240 à terg. nu. 63. vide Plot. in l. ſi quando §. 33. C. vnde vi, & Verall. in deciſ. 325. par. 3. & in concurſu, & colla-

collatione beneficij ſimplicis non requiritur concurſus, ſed ſufficit, vt prouideatur is qui idoneus reperitur de iure communi, Seraph.in deciſ. 942. nu. 5.quia Sacrum Concilium Tridentinum loquitur de beneficijs Curatis, ſecundum Seraph. vbi ſupra, quæ autem dicantur beneficia ſimplicia, vide deciſ.caſ.conſcie.vbi ſupra,& Ricc.in dec.246 nu.2.par.2.remiſſiuè, & quæ curata, vide omninò Afflict.in conſt.inconſutilem nu.50.& quæ ſcientia requiratur ad obtinendum beneficium ſimplex in clericis, vide glo.in clem.1.de conceſſ.præbend.quæ tenet, ſufficere, ſi ſciat legere, vel conſtruere, vide Nauar.de horis canon. cap.70. nu.3. beneficijq; reſignationem non poteſt Ordinarius recipere per Bullam felicis recordationis Pij V. quæ incip.Quanta eccleſiæ Dei de anno 1568.mēſe Aprilis edita, niſi ex cauſa ſenectutis, vel reſignans ſit corpore vitiatus, ſiue impeditus, atque obnoxius,& alijs cauſis, vt ibi verſ.vt poſt hac, vbi Niger Campan.qui eam gloſauit,& omnino Stephan.Grat.in dec.189.& beneficiatus qui eſt depoſitus à beneficio, ſiue cum culpa, ſiue abſque culpa, vel delicto, debet nihilominus de fructibus beneficij ali, ne mendicare cogatur, vt per Surd.qui concordantes congerit in tract. de alimen.tit. 1.q. 82.& tit.8.in priuil.83.num.14.& beneficij collatio facta per Epiſcopum bigamo vti irregulari, nō valet, vt conſuluit Nauarr. in conſ. 3. in titul. de bigam.& an Epiſcopus incurrat pœnam ob collationem dicti beneficij, vide ibid. teneturq; beneficiatus impendere quartam partem redituum annorum præcedētium in refectionem eccleſiæ, ſecundum Surd.in d.tract.tit.7.q.31.nu.13.& quando beneficij permutatio, ſiue renunciatio dicatur facta in fraudem expectātis, vide Menoc.in tract. de præſumpt. lib.6. c.78. vide multa in materia huius cōcluſionis apud Coſtam de port.rati.q.240 & quibus perſonis beneficia conferri debent, vide Iacob.Sbroz. in d. tract. an obtinenti duo beneficia inſufficientia poſſit tertium conferri, vide Ric. in deciſ.ſupra citata.

Bigamus verus dicitur qui duas vxores duxit, glo.in rubr.de bigam.Foller.in prax.crim.canon.fol.323 Nauar.in manual.confeſſ.c.27.q.1. & in conſ.1.in tit.de bigam. Iacob.de Graff.in deciſ.caſ. conſcie. fol.441.nu.38.& eſt irregularis, cap.debitum cum gloſ.in verb.ſacramentum de bigam.& Nauar. in conſ.2.eod.tit. num. 2. & de Graff.vbi ſupra, qui in fine tenet, Papam poſſe cum bigamo diſpenſare quoad ordines ſacros ſuſcipiendos, Epiſcopum autem quoad ordines minores, & allegat Sotum, & ſi Petr.Foller.in loco citato ante num. 5. teneat poſſe etiam quoad ordines ſacros diſpenſare, vide tamen Nauarr.in d.cap.27.num. . . poſt Summ. Angel.in verb.bigam.& omninò Ricc. in dec.45. par.1.qui concludit, ſolùm à Papa diſpenſationem obtineri poſſe,& qualiter vitium bigamiæ contrahatur, vide Petr. Foller.in loco, & fol.citato poſt Cappell.Thol.in dec.234.&253.Albe. Oliua ſup. ritu Cur. Arch. Neap.38.nu.15. & ibi D.Epiſcop. Campanil. in addit. qua pęna puniatur ducens, & habens duas vxores vno, & eodem tempore, vide omninò Iacob.Menoc.in tract.de arbitr.Iud. caſu 420.à num.96. & ſeqq Thor. in compend. deciſ. fol. vltimi.& quis erit Iudex competens in puniendo ipſo, vide omninò dilectum meum D. Præſ.de Franch.in dec.36.

Bona acquiſita poſt mortem teſtatoris per hæredem grauatum de illis reſtituēdis ex fructibus ipſorum acquiſita præſumantur exiſtente maximè hæreditate opulenta; ita vt illa non pertineant ad ſubſtitutos, ſeu fideicōmiſſarios, ſed ad hæredem grauatū, cuius lucro cedere debent, ita poſt Corn.conſuluit Aym.in conſ.295.in 7.dub.nu.4.quem refert & ſequitur Steph.Grat.in dec.54.num.22.ſecus ſi prædicta bona eſſent acquiſita ex alijs bonis reſtitutioni ſubiectis per hæredem alienatis, vel ipſorū pretio, eo in caſu, talia bona venirent in reſtitutione fideicommiſſi, lucroq; ſubſtituti fideicommiſſarij cederent, ſecundum Aym. in loco ſupra citato per l.Imperator §.fi. ff.de leg. 2. cui accedit notab.deciſ.Surd.15.vbi latiſſimè.

Bona ſubiecta fideicommiſſo, quemadmodum poſſunt alienari pro alimentis, ſiue dote filiæ, auth.res quæ vbi notant omnes ibi, & nouiſſimè Padilla num.42.78 & Surd.in tract.de alimen. tit.1. q.27. nu.4. poſt Moli.de primog.hiſpa.par.4.c.6.num.8. Alexa.Trentacinq.in conſ.16. col.1. volum.1. vbi num. 3.intelligit quando alienatio pro dote fit ſine dolo,& fraude,& ſi aliter filia non pōt dotari, totū fideicommiſſum alienari poteſt, vt poſt Bal.Caſtr. & alios concludit Padill.in loco allegato num.109 Molina qui ſupra num. 16. ſequitur Surd. in d.tit.1.q.31.nu.14.15.Rola.à Vall.in conſ.19.in 2.dub.vol.4.Iacob.Menoch.in tract.de Pręſumpt. lib.4.c.189.nu.5.6.& Seraph.in dec.678. ſic etiam poſſunt alienari pro dote augenda, vt ſatis doctè conſuluit Aym.Crauett.in conſ.291.in 1.dub. vbi exornat auth.res quę.Ioſeph.Lud.in deciſ.Luc.28 nu.95.Iacob.Meno.in d.cap.189.nu.156.& Marc. Anto.Peregr.in tract.de fideicom.art.42.num.77 & conueniunt ſcripta per Molin. in loco ſupra allegato à num.2. cum ſeq. attenta maximè qualitate temporum, qui ita concludit in filia teſtatoris, licet in nepte ex filio Peregr. vbi ſupra dubitet, ratio poteſt eſſe, quia dictum augumentum dotis, ſtante mutatione temporum cenſetur factum quaſi teſtator ipſe viuēs feciſſet, Dec.in conſ.376. nu.2.& Couar.lib.3.variar.reſol.cap.6.poſt nu.10 verſ.pręterea ratio, D.ceſareę allegat l.cum ſeruus ibi, quaſi viuens ff.de cond.& demonſt. Hinc poſſunt bona prædicta reſtitutioni ſubiecta pro dote alienari, etiam ſi dos fuit conſtituta poſt grauamen iniunctum, ſecundum Rola.in conſ.85.vol.1. & in d.conſ.19.in 2.dub.& conſ.20.nu.5. & ſeq. eodem vol.4.Moli.in d.c.6.& Padill.in d.auth.nu.47.48. & Ludoui.Peguera in dec.116.Grat.lib.1.diſcept. forenſ.c.65.& etiam pro dotis reſtitutione confeſſatæ, Rola.in dd. conſil.Iacob.Menoch.in d.tract. & lib.c.190.à nu.1.latè Peregr.in d.c.42.nu.81.& 82.fol.236. limitatur concluſio illa non procedere quādo teſtator prohibuit expreſſè alienationem etiam ex cauſa dotis, tunc bona prædicta alienari non poſſunt, vt conſuluit Alex.in conſ. 56. in 2. dubio vol.1.ſequitur Didac.Couar. in d.c.6. verſ. 2.& 3.Viuius in opin.666.par.2.3. Iacob.Menoc. in conſ.95.nu.131.& iterum in d.c.189.num. 116. vbi de magis comm. opin. & recepta teſtatur, & Seraph.in dec.347.licet Iacob.Menoch. loco prædicto referat Doctor. contrarium tenentes, poſt

Mo-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Molin in d.c.6.num.11.& ſeq.prout idem, & hoc ordine vtitur M.A.Peregr.in d.art.42.,nu.6. cum ſeq.fol.230.videatur Ludoui.de Peguera in d. deciſ.116.videatur Thor.in compend.deciſ.fol.174. & Peregr.in deciſ. . , poſt num.2. Inſuper limitatur concluſio illa, non procedere in dote tranſuerſalium, pro qua bona prædicta alienari prohibita alienari nequeunt, quia tex.in d.auth.procedit ſolum in deſcendente, Ludouic.Moli.in d.c.6. nu.4.5.6.& D.Vinc.de Franch.in dec.241.num.3 vbi addo, quibus addendi ſunt M.A.Peregr. in loco ſupra citato nu.43.fol.233.& Surd.in d.q.27 nu.6.an bona prædicta alienari prohibita, poſſunt alienari pro alimentis grauati, vide omnino Surd. in d.tract.tit.8.priuil.79. vbi ampliat, & limitat, limitatur etiam concluſio noſtra non procedere, qđ bona alienari prohibita, etiam in caſu permiſſo poſſint alienari, quando ex fructibus ex eis peruenientibus poteſt ſatisfactio fieri, l. mulier §.cum proponeretur ibi, protius fructibus hoc expẽſum ferendum ff.ad trebell. vbi Alex.nu.3. & alij Doctor.ibi, Roma.in conſ.332.,in fi. & Moli. vbi ſupra nu.15.& 16. vbi qualiter hoc intelligendum eſt, an d.auth.res quæ procedat in fideicommiſſo relicto piæ cauſæ, vel pro vtilitate publica, vide Padill.ibi nu.110.& omnino Peguera alias Molina in d.c.6.nu,23.& ſeq. & an procedat in bonis maioratus, ibidem, & pro quantitate poteſt bonorum prohibitorum alienatio ſubſtineri, vide Mart. in voto 202.nu.14.intellige hanc concluſionem procedere, bonis liberis non extantibus, Lodoui.Mol. in d.lib.4.c.7.quia remediũ, ſiue diſpoſitio d.auth. res quæ ſubſidiatium, ſiue ſubſidiaria eſt; addo ad D.Vinc.in d deciſ.241. poſt nu.3. vide ad principalem concluſionem noſtram Padill. Molin. Menoch.Peregr.& Surd.in locis ſupra allegatis, & iterum eundem Surd.in deciſ.62. latè D. Paſcal. de virib.patr.poteſt.par.2.c.7. Licet enim regulariter bona fideicommiſſo ſubiecta, etiam conditionali, & in diem incertum facto poſſint per hæredem grauatum conditione pendente alienari, quia interim eſt hæres, & dominus, ad gloſ.in l.fi.§. ſed quia in verb.celebrata C. commun. de lega. Surd. in deciſ.15.M.A.Peregr.de fideicom.art.40.latè Molina lib.j.c.16.n.32.33.&in d lib.4.c.r.& Honded. in conſ.69.nu.81.& ſeq.conſ.80.nu.15.&16.vol.2. Camill.Borrell.in conſ.33.num.83.& Conſta in tract.de retrotract.fol.78.nu.16.& f.277. Seraph. in deciſ. 694. & latiſſimè Molſeſ. in conſ. 7. à num.2. cum ſeq. Tamen purificata conditione dominium bonorum prædictorum tranſit in fideicommiſſarium abſque traditione, ſecundum Surd.Peregr.& Molſ.vbi ſupra, vel reuocãtur per fideicommiſſarium vocatum, Camill.Borrell.qui ſupra num.95. & ſeq.& Seraph.in loco citato, & quid ſi alienatio fuit per teſtatorem alicuius rei immobilis prohibita, & ſuper illa fuit impoſitus cẽſus, an cadat á iure ſuo, & res illa intelligatur hypotecata, vide Verall.in deciſ.17. par.1. & quid ſi res immobilis fuit prohibita per decretum, ſiue per præceptum Iudicis alienari, & alienatio poſtea fuit ſecuta, an ſit nulla, vide omninò D.Fab.de Ann.in obſer.9. Item alienationis prohibitio facta in contractu in caſibus in quibus impeditur dñij translatio, eſt adeo efficax, vt res prohibita, minimè pro dote alienari poteſt, ſm̃ Viui.in opin.663. par.2. & an alienationis prohibitio alicuius rei immobilis facta filijs extendatur ad nepotes vide Viui.in opin.661. ead.par. & quid ſi prohibitio eſt realis vide Rip.in §.diui nu.66.Dec.in conſ.88.in fi & omninò Franc.Becc.in conſ.24. num.24.25. Hinc omnis alienatio facta contra expreſſam teſtatoris voluntatem eſt nulla, Seraph. in deciſ. 757.

Bona reperta in domo alicuius præſumuntur eſſe illius cuius eſt domus, adeo quod ſi aliquis aſſerit contrarium debet hoc probare, alias non admictitur, Caualc.in deciſ.31.ſub num.43. par.1. clarius Surd.de alimen.tit.1.q.123.num.3.4. Maſcar.in tract.de prob.concl.213.vol.1. vbi refert coniecturas faciendæ probationis, Decia.in conſ.47. vol.2. qui loquitur in bonis repertis in domo vxoris, & Gramma.in conſil.ciuili . . num.15.nota, quia ſæpè in facto euenire ſolet, & vide omninò Salyc. in l.ob maritorum nu.4.C.ne vxo. per mari. hinc executio inſtrumenti, vel ſententiæ, aut cuiuſuis obligationis, non poteſt fieri in bonis alienis, Ioan. Bapt.Conſta de port.rati.q.216.

Blaſphemia quid ſit, & quot ſint eius ſpecies, & quæ verba tendunt in blaſphemiam, vide omninó Couarr.in cap.quamuis par.1.nu.7.8.de pact. in ſexto, Iacob.Menoch.de arbitrar.Iud.caſ.375. & ſeq. Iul.Clar.in §.blaſphemia, vbi Baiar.in addi.Foller. de cenſib.in verb. Nicolaus nu. 42. & ſeq. f.45. in nouis, Tibe.Decia.in tract.crim.fol. . . Alex.Rom. in comm. Reg.Pragm.in tit. de blaſphem. Iacob. de Graff.in deciſ,caſ.conſcie.fol. 101. Caball. in 3.centur.caſu 296.& Farinac. videndum in tit. de delict. q. 20. á num. . . vſque ad 68. apud quos reperitur veritas, quia latiſſimè explicant, videatur in pulchro caſu Camill.Borrell.in conſ.42. Hinc an dicẽdo(al diſpetto di Dio)dicatur blaſphemia, dic quod ſic, & punitur pęna impoſita contra blaſphemantes, ſecundum Gram. qui ita deciſum refert in S.C.in dec.50.quem ſequitur Clar.& aliqui ex Doctoribus ſupra allegatis, & ille qui dicit (potta della noſtra Donna Vergine Maria) dicatur blaſphemare, & pęna ſtatuti puniri debet, Petr. Caball.in d.caſu 296.& an iurans, (per corpus, vel ſanguinem) debet puniri, Caballus loco citato nu.7.12.25. negatiuè tenet, & dicendo, quis(potta de Iddio) dicatur blaſphemare, & an puniri debet pęna ſtatuti, & ſic Reg.Pragmat.vide Viuium in deciſ.388. & quid ſi aliquis dixerit (malandaggia il giorno d' hoggi) & in eodem die cadit feſtum alicuius Sancti, debet puniri de blaſphemia, quod ſic, quia taciti, & expreſſi eadem eſt virtus, ſed ſi dies feſtus non eſt, moderatè punitur, quia non cadit in Pragmatica, vt ad literam ſcribit Paloml. in tract.de regim.official. in vltim. regul. de incidente cum cultro, vel alio inſtrumento, aut lapide faciem Beatiſſimæ, & Immaculatæ Virginis Mariæ, debet puniri pęna vltimi ſppplicij, cum obtrũcatione manus, prout in anno 1592. obſeruauit M.C.V.& S.C. refert D.Præſ.Vinc. de Franch. in dec.504. vbi addo alios concordantes, & dicam infra in concluſ.Imaginem. Hinc infertur, quod illud delictum blaſphemiæ, eſt adeo grauiſſimum & deteſtabile, vt blaſphemanti nulla competit, nec datur repulſa aduerſus teſtes, niſi ex capite inimicitiæ capitalis, ſecundum Paridem de ſindic. in verb.condẽnatio §.an poteſtas ſub n.13.f.94. à ter. ſequi.

ſequitur Foller. in verb. concedatur repulſa nu.4. & iterum in fragment.in tit.de blaſphem.num.13. contrariam opinionem tenet Boer. in deciſ. 301. num.11.& ſeq. Clar.in d.§. blaſphemia verſ.reperio, dicens opinionem Paridis non ſeruari, Maſcar. de prob.concl.194.in fi.vol.1.Octauia. Vulpell. in conſ.13.& 14.num.9. in fi. & latiſſimè Farinac.in tit.de indic & tortur.q.39 nu.102. qui dicit hanc opinionem tutiorem, & apud eum ſeruatā, ſed prima opinio practicatur, eamq; tenent Anna in ſingular.67.& Alexa Rom.in comm.d.Pragmat. num. . . vide pragm.1.in titul de blaſphem.vbi legitur, quod conſtito per duos teſtes contra blaſphemantem, debet procedi ad executionem pęnæ, ibidem appretiatæ ſine aliquo proceſſu: Verum ſi illi teſtes ſunt infames, puta Birruarij, vt in caſu Alexa. Trentacinq. in conſ. 26. in 1.vol. vel alios defectus patiuntur, non probant abſque tortura, & refert ita iudicatum; & ad concluſionem principalem vide vltra Couarru. Menoch. Decian. & Clar. Viuium in deciſ.275.& 388.Farinac.in d.q. 20. Caball.in d.caſu 276.& Theſſau.Iun.in quęſt. foren.& Thor.in compend.deciſ.fol.69.& 70.

Brachium ſeculare quando Iudici eccleſiaſtico concedendum ſit, & quando denegandum, vide de iure communi Rola. à Vall. in conſ.37. volum.1. per tot. M.A.Natta in conſ.529.Clar. in §.fi q.96. verſ.quęro etiam, Viuium in opin.396. par.1.aliqua per Bellug.& Borrell.in addit.in Spec. Princ. rubr.11. fol.51.in nouis, & omninò Farinac. in 3.vol.q 97. à num. 81. cum infinitis ſeqq. & quid ſeruatur in Regno legatur D. Petr. Foller. in prohęm. Conſtitut. Regni §. poſt Mundi machinam à num.91.vſque ad 104. vbi etiam in materia Regij exequatur, poſt Didac.Couarr.in tract. pract.quæſt.cap.35. ſub num.4.fol.518.& ſeq.in paruis, & D.Rouit.in pragm.7.de citation. in nouis, quod Regium exequatur in omnibus priuilegijs, conceſſionibus, gratijs, & inueſtituris expeditis per Catholicam Maieſtatem, debet infra annum à die datæ obtineri ab Illuſtriſſimo D.Prorege huius Regni, alias ſunt nullius roboris, & momenti, Pragm.1.in tit de priuileg. de qua meminit D.Vinc.in dec 62.in princ.

Bucciarię, ſiue Macella, vbi mactantur, ſeu interficiūtur Vacę, Porci, & alia animalia, ex quorum macellatione cauſatur fetor, & malus aer, debent eſſe extra ciuitatem, terras, & loca habitata, Afflic. in conſtit.ſalubritatem aeris ad fin.ſed malè ſeruatur, tam in Ciuitate Neap. vt ibi per Afflic. quam in alijs Ciuitatibus, & Terris Regni, vt omnibus notum eſt.

---

## C

CALCVLI, ſeu compoti reditio de pecunia data Mercatori ad negotiandum ad commune lucrum, & delucrum, in fine anni peti debet, Iaſ.in § ſequens n.43 Inſtit.de actio. Corſet.in ſingul. in verb. Mercator, deciſ.Capp. Tholoſ.447.verſ.cui congruit, & ſi Mercator allegauerit paſſum fuiſſe damnum, debet de illo infra annum fidem facere, licet non audeat firmare Iaſ.in loc.cit.nu.41.verū Cappell.Thol.in d.deciſ. ſimpliciter ſequitur Bar.videatur Corſet.in d.ſingul.& infra in concl.Mercatoris ſtatus. Hinc Tutor ſingulis annis tenetur compotum ſuæ adminiſtrationis reddere, Anto.Piaggi.poſt Bar. in tract. de tuto.& curato.quæſt.vlt.nu.33.& ſi ſemel reditus fuit compotus, nō tenetur iterum cogi ad reddendum, Farinac.in conſ 7.& clarius Camill.Borrell.in conſ 18.qui loquitur ſequuta liberatione, & Steph.Grat.in dec.180.in fi.& Auenda.de exeq. mand.Reg lib.1.c.9. nu.2. & quid ſi allegetur error, vide infra in concluſ. Error, & ideo Calculatoris relatio non retractatur, niſi ante omnia conſtet de errore manifeſto, ſecundum Franc. Burſat. in conſ.102.num.18.conſ.105.nu.16.& vide in d. concluſ.error, & qualiter practicatur quando de errore calculi dicitur, vide Tartagl. in prax. rer. ciuil.c.6.nu.11.12.fol.107. & quid ſi interuenit pactum, vel tranſactio de ſtando calculo, qui fuit ſecutus, an poſſit retractari, vide Rol.à Vall.in conſ. 49.nu.46 & 65.vol.1.& ad principalem concluſionem, vide Strach.in tract.de Mercat.in tit.de contra.merca.num.8.9. fol.100. & ſeq Card.Pariſ.in conſ.89.vol.1.

Cappellæ licet de iure vendi non poſſint ob labem ſimoniæ, quia ſpiritualitati annexæ ſunt, ex his quæ allegat Steph.Grat.in deciſ.26.tamen de conſuetudine vendi poſſunt, vt poſt Abb. in cap. abolendæ de ſepultur. refert ita iudicatum idem Grat. qui ſupra, vide in pulcro caſu Mart. in voto 29.

Captura inquiſiti confirmari poteſt ex ſuperuenientia indiciorum, ſecundum Triuiſ.in deciſ.crim.14 nu.3.& iſta opinio ſeruatur in practica, & fatuus eſſet Iudex qui cōtrafaceret, vt per Baiar.ad Clar. in q.28.nu.9.licet nu.8.allegat in contrarium Bal. & Caſtr.vide etiam Caraui.in rit.41.& D.Roui.in pragm.1.de cuſtod.reor. verum debet præcedere ſuſpitio, vel extraiudicialis informatio, maximè in delictis occultis, & grauibus, D.de Pōte de poteſt. Proreg.fol.6.nu.18.& ſeq. Farinac.in titul.de carcerib q.27.à num.151.& M.A.Eugen.in conſ.64 nu.17.& 20 Miſinger.in obſer. . . cent.5. Hinc infertur, quod ſi debitor fuit nulliter carceratus ad inſtantiam ſui creditoris, & cauſa iuſta ſuperuenit, non debet relaxari, ſed captura confirmari, ſecundum Ioſeph.Ludoui.in deciſ. Peruſ.40. vbi ſic per illam Rotam refert iudicatum, ſequitur Magon. in deciſ.Flore.126 Farinac.in loco, & num. ſupra citato, vbi latè, & Mart.in voto 79.& conueniunt ſcripta infra in concluſ. Tenuta, & ſi M.A.Natta in conſ.430.nu.26.poſt Roma.conſ.231.vbi Mandoſ.lit.C. Campan.in cap.Regni ſubditorum nu. 129.& Burſ.in conſ.60.nu.20. aliter teneant, concorda tamen vt per Farinac.vbi ſupra num.152.& Magon.in deciſ.allegata num.2. & Surd. in tract. de alim.tit.9.q.32.nu.35.& 46.& an poſſit debitor carcerari in die feriata ad honorem Dei, idem Surd.in d.tract.tit.8.priuileg.2.num.9. tenet quod non, Farinac.in dicto loco num. . . ſed aliter ſeruatur, pro qua obſeruantia adde videndum Carauit. in ritu 172. nu. 4. & Theſſaur.in deciſ.95. D. Rouit.in pragmat.1. de ferijs, & quid ſi inquiſitus tempore capturæ reſiſtit cum armis, an poſſit occidi

cidi, vide Farinac. in loco cit. & omnino Mar. Muta in dec. 7.

Cauſa dotis an finiatur triennio, & ſic an inſtantia ipſius pereat, Bal. in l. 1. nu. 8. C. de priuil. dot. ſub dubio videtur tenere quod ſic, quia non audet recedere à regula l. properandum C. de iudic. ſequitur Bal. Nouell. in tract. de dote par. 9. priuil. 14. vbi dicit communem, & M. A. Natta in conſ. 32. nu. 14. verſ. 3. licet Iaſ. in l. 1. nu. 20. & ſeq. ff. ſolu. matr. per plura argumenta, & rationes teneat contrarium, ſed prima opinio obſeruatur, quam etiam tenet Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 283. nu. 10. qui ſolum Bal. Nouell. allegat, quod nota, quia vidi dubitari in M. C. V.

Caſus multi ſunt in quibus à principio multa prohibentur fieri, ſi tamen aliquid fit, parte tacente, valet, & tenet, vt per Afflict. in conſtit. iuriſgentium ſuper rubr. num. 10. Gram. in deciſ. 36. num. . . . & Adden. ad Afflict. vbi ſupra, & facit regula l. patre furioſo ff. de his qui ſunt ſui, vel alien.

Cautio prolata à lege, de nuda intelligitur, ad text. in l. ſancimus C. de verb. ſignif. vbi Iaſ. poſt alios nu. j. Corſet. in ſingul. in verb. cautio, Cagnol. in l. plus cautionis nu. 6. ff. de regul. iur. Maranta in ſuis ſingular. in verb. cautio, & Viuius in deciſ. 137. nu. 1. vbi poſt ſupra allegatos Doctor. refert plures limitationes ad concluſionem iſtam, inter quas ſigna iſtã, veluti quando lex dicit, quod idoneè, vel ſufficienter caueatur, quia verba iſta important cum fideiuſſore, vel cum pignore, l. ſi mandato Titij ff. manda. Iaſ. in loco citato num. 3. Maranta in loco ſupra allegato, & Viuius in d. deciſ. in fi. Hinc etiã infertur, quod quando Princeps concedit per reſcriptum alicui debitori, ne à ſuo creditore per annum moleſtetur, intelligitur ſi debitor ſatiſdat cũ fideiuſſore de ſoluẽdo elapſo anno, ita tenet Paul. Caſtr. in l. in omnibus nu. 3. ff. de iudic. & in l. vniuerſa nu. 2. C. de precib. Imper. offer. Iacob. in l. ſi debitori num. 11. ff. de iudic. vbi dicit ſe ita in queſtione facti practicari feciſſe, Afflict. in conſtit. Regiæ Maieſtati ſub nu. 13. Vrſill. in deciſ. Afflict. 108. verſ. primo fallit, & Ioſeph Ludouic. in ſuis commun. opin. concluſ. 8. in 5. limit. dummodo fideiuſſio ipſa petatur, ſecundum Paul. Caſtr. poſt gloſ. in d. l. vniuerſa nu. 6. addo Mart. in voto 158. ad principalem concluſionem vide D. Vinc. de Franch. in deciſ. 200. num. 24. & ſeqq. vbi ſunt aliæ limitationes.

Caſum fortuitum in ſe ſuſcipiens nõ tenetur pro eo qui culpa locatoris prouenit, ad tex. in l. qui officij §. fi. ff. de contrah. empt. per quem ita tenet Rom. in ſingul. 441. vbi dicit, Florentiæ ſibi obtinuiſſe in facto, & ita conſuluiſſe, ſequitur Alexan. conſil. 84. vol. 6. Marſil. in ſingul. 96. Addentes ad Rom. in d. ſingul. & nouiſſimè Surd. in deciſ. 94. num. 8. deciſ. 147. num. 5. & iterum in deciſ. 326. nu. 56.

Cedens, & conſignans nomina debitorum tenetur vera facere, Card. Pariſ. in conſ. 88. nu. 13. volum. 1. quem refert, & ſequitur Steph. Grat. in deciſ. 13. nu. 30. & M. A. de Amatis in deciſ. 6. teneturq; ceſſionem efficacem facere, atque eorum nominum, ſiue bonorum inſtrumenta oſtẽdere, & conſignare, ex quibus ceſſionis efficacia reſultet, Rom. in conſ. 163. nu. 6. vbi iuribus, authoritatibus, & rationibus hanc opinionem comprobat, ſequitur Rota Genuen. in dec. 189. nu. 3. & in dec. 204. nu. 1. vbi ita refert per illam Rotam iudicatum, ſequitur Farinac. in dec. 13. videatur omninò Seraphin. in deciſ. 1477. vbi dicit, quod cedens non tenetur tradere inſtrumentum ceſſionario, quando original eſt apud Notarium, & ab eo haberi poteſt, quia ſufficit oſtenſio illius inſtrumenti cum cautione de exhibendo quoties opus fuerit, & ita intelligit Roma. qui ſupra, & infert ad hæredem, qui licet teneatur dare Legatario inſtrumentum fundi legati, Bal. in l. inſtrumenta num. 4. C. de fideicommiſſ. tamen intelligitur quando original eſt apud hæredem, ſecundum Seraphi. vbi ſupra nu. 10. & quando teneretur heres intelligitur, & tenetur dare, & conſignare ſumptibus legatarij, vt ibi per Seraphin. ad quem vide Surd. in deciſ. 54. Hinc ſi cedens promittit debitum, vel cẽſum exigibilem, intelligitur de iure, & non exactum intelligitur de facto, Stephan. Grat. & de Amat. vbi ſupra, & vide Dec. in conſ. 102. Cacheran. in deciſ. Pedemon. . . & omninò M. Anto. Euge. in conſ. 72. ac D. Vinc. de Franch. in deciſ. 427. num. 5. & poteſt peti ceſſio etiam in executione, ſecundum Dec. in conſ. 446. in princ. hinc quãdo fit poſſeſſori, ex legis equitate fit, D. Vinc. vbi ſupra, & D. de Ponte in tract. de poteſta. proreg. fol. 355. num. 19. & Dec. in d. conſ. 446. in princ. meminit Mangrell. ad Bart. in l. mulier ff. qui potio. in pign. habea. & ceſſio in qua pecunia interuenit ſimilis eſt venditioni, Roma. in conſ. 86. nu. 12. M. Anto. Natta in conſ. 398. Grat. in d. deciſ. 13. nu. 38. & Seraph. in dec. 176.

Cedens filius, vel filia patri omnia iura ſua quæ habet, & competunt in bonis ipſius, videtur etiam iura materna cedere, ſi filius, aut filia nullum aliud ius habebat, niſi iura materna, ne ceſſio inutilis reddatur, ita poſt Bal. ſcribit Alex. in conſ. 102. num. 7. volu. 6. ſequitur Iaſo. in l. qui Romæ §. duo fratres num. 63. ff. de verb. obliga. Gerard. in ſingul. 35. & Maſcard. in tract. de probation. concluſ. 1120. n. 7. vol. 3. & Honded. in conſ. 63. num. 89. & 90. conferunt ſcripta per Surd. in tract. de alime. tit. 9. q. 15. nu. 13. & ſeq. quæ autem iura poſſunt cedi, vel nõ, vide Tiraquell. in tract. de retract. conſang. §. 26. gloſ. 1. ad quem recurrendum eſt, & Surd. in dicto tract. tit. 7. q. 32. num. 14. 19. & q. 55. & in d. tit. 9. q. 22.

Cenſus ſolutio melius probatur per monumenta publica, quam per teſtes, l. cenſus vbi DD. ff. de probatio. quod intelligitur de inſtrumentis publicis à publico Notario confectis, Fely. in cap. ad audientiam nu. 12. de præſcript. & Aym. Crauet. in tract. de antiq. temp. par. 1. §. quid in libro num. 3. fol. 105. vide ſi conferunt ſcripta per Petr. de Greg. in tract. de cenſib. in q. 9. nu. 10.

Cenſu annuo legato, ſiue donato, non videtur legatum, vel donatum directum dominium, Guido Papa in dec. 264. quia extractio ipſius habetur tãquam acceſſorium ad directum dominium, refert & ſequitur Vrſill. ad Afflict. in dec. 80. in fi. Ann. in ſingul. 306. & Intriglio. in ſingul. 120. videatur omninò Mar. Giurb. in deciſ. 84. num. 6. & 22. verum annui cenſus ſiue introitus principaliter debentur, & non acceſſoriè, D. Vinc. de Franch. in dec. 254. nu. 9. poſt Ruin. quem allegat, quia inter immobilia reputãtur, idem de Franch. in dec. 362. nu. 7. vbi addo.

Ceſſionarius ſuccedit in ius cedentis, l. emptor, vbi

Bal.

Bal. in 1.notab.C.de hæred.vel actio.vend.Surd.in conſ.22.& conſ.82.hinc infertur ſtante ſtatuto, q̄ cauſæ inter affines,vſq;ad talem gradum cõpromittantur,vt eſt in Regno Pragm.odia, ceſſionarius ſi eſt affinis,poteſt petere compromiſſum , vt poſt Bal.& Dec.tenet Marſil.in ſingul.467.col.fi. verſ. ſcias,Blanc.de comprom.ſſ.q.3.nu.51.in fi Surd.in tract.de alime.tit.1.q.42.nu.72.Vrſill.ad Affiict.in dec.74. nu.2. contrarium tenet, & iudicatū refert Affl.in d.dec.74.quem refert,& ſequitur Marant. in tract.iudic.par.6.act.2.num.24.Petr.Duen in regul.36.in 16.limit.Camill.Borr. in pragm odia, nu.41. 1.q.fol.36.& Ioſeph.Lud.in ſuis com.opin. concl.4.verſ.declara decinio , vide tamen Marſil. in ſing.335. vbi declarat , & quando cedens poſſit non obſtante ceſſione agere,vel non,vide Cacher. in dec.45.&62.Ioſeph.in d.cõcl.4 per tot. & Ann. in ſing.386.vbi D.Fab.in addit.quos.& alios addidi ad D.Vinc.de Franch.in dec.75.nu.10. pro ornatū l.3. C.de nouatio.vt ibi, hinc ceſſionarius reputatur eadem perſona cū cedente, Surd qui concordantes allegat in d.tract.d.tit.8.priuil.55.nu.9. & in dd.conſ.

Charitas prima,ſeu ordinata incipit à ſe ipſo, vulg.l. præſes C. de ſerui. & aqua, & ideo nemo tenetur ſalutem alienam ſuæ propriæ præferre , etiam ſi vnus ſit dominus,& alter vaſallus, ſecundum gloſ. in c.1.§.fi.verſ.potuerit de alien.feud.pater. Hinc qui promiſit aliquem defendere cõtra quamcūq; perſonam,contra ſe ipſum nõ tenetur defendere, vt per Salic.in d.l.præſes,refert,& ſequitur Alciat. de præſump.in 1.regul.præſumpt.52.nu.2.Item eleemoſina primo debet dari domeſtico,ſiue conſanguineo,quàm extraneo, ad tex.in cap.non ſatis in verb.domeſticos 86. diſt. & alia ſimilia allegat Ant.Padill.in d.l.præſes nu.7.cum ſeq.Item quando paſcua non ſufficiunt pro animalibus domini, & vaſallorum,non tenetur ſolitis affidare,non obſtante quacūq; conſuetudine , vel præſcriptione in contrarium,quia prima charitas &c.ſecundum Affl.in dec.290.nu.7.&8.ſequitur Padill.in loc.cit. nu.13.& vide infra in concluſ.in verb.paſcua;& in concluſ. in verb.vſum, Auenda. de exeq. manda. Reg.lib.1.c.4.num. . . & per regulam d. l. præſes ſubdit Affl. in d.deciſ.nu.9. quod quando in Regno eſt modicum frumentum,non debent vēdi tractæ frumentorum per extra Regnum,ſequitur D.de Ponte de poteſt.proreg.fol.229. nu.6. & ſeq. vide ſi conueniunt ſcripta per D.Vincen.de Franch.in dec.336. num.4.cum additis per me,& ad principalem concluſionē omnino Gratia.lib.1. diſcep.foren.c.176.

Citatio,vt præuētionem inducat debet eſſe legitima, & inquiſito notificata,ita loquitur text. in l. ſi quis antea ff.de iudic. & tenet D.Vinc.de Franch. in dec.505.ſub nu.14. poſt Barba. Dec. & alios quos allegat,vbi etiam addo, & D.de Ponte in conſ.99. nu.1. & ſeq. tamen iſta concluſio non procedit in citatione ad informandum , quæ non inducit præuentionem, nam per eam pars nõ poteſt inſtrui,vt ad literam ſcribit Socc.Sen.in l.libertus ad fi. ff.de in ius voc.ſequitur Mangr.ad Bar. in l.ſi pluribus ff.de leg.1.& Ann.in ſing.79.qui etiam allegat Iaſ. in d.l.ſi pluribus,& Affiict.in dec. 219. apud quos verbum nullum de hoc , imò contrarium poteſt colligi in ſimplici citatione,vt eſt videre Iaſ.ibi nu. 24.& Affl.in d.deciſ.nu.4. An præuentio inducatur per informationem,vide D.Vinc.in allegata deciſ. cum additis per me,& Mangrel.ad Bar.in l.ſepulchri violati ff.de ſepul.viol. & quando dicatur Iudicem præueniſſe,vide Maria.Socc.in cap.propoſuiſti in verſ.primo igitur quæro nu.1.de for.cõp. & præuentio inter quos detur,& ex quibus cauſis vide Decian.in tract crim lib.4.cap.220. vbi plures caſus conſiderat,atq; limitationes refert,& iterum in c.21.Farinac.in tit.de inquiſ.q.7.à nu.53.cum ſeq.fol. 50. & aliqua per D.Vinc. de Franch.in dec.722.maximè nu.8.& 24.& Carauit. in rit.189. in princ.vbi multa ponit ad ornatum d.l.ſi quis poſtea,& clarius D.Vinc.in dec.543 col.1.

Ciuilitatis priuilegium patris tranſit in filium,Bar..in l aſſumptio 6.fi.ff ad municip.Maria.Socc.in rub. de for.comp.poſt num.15.verſ.82.& Paul.Fuſc.in ſing.93.lit.P.quod eſt verum quoad munera,& nõ quoad forum,vt poſt Marian.Socc.in loco allegato verſ.aduerte lo 2. tenet Anna in alleg 74. nu.6. & requiritur ratificatio filij, ſecundū Dec.in conſ. 65.nu.9.poſt Anchar. quem allegat , de quo meminit, & ſequitur Anna loco, & num. citato , vbi Adden.vide tamen Tiraq.de retract.de ceſſa.cau. in regul.nu 104 & ſeq. hinc infertur , quod dignitas patris tranſit in filium,vt poſt Iſern.ſcribit Anna Sen.in conſtit.terminum vitæ nu.22.25.vbi refert ita in S C. fuiſſe determinatum in filio cuiuſdam Medici, & ſic ego vidi ſeruari in anno 1578. per M.C.& S.C.in filio cuiuſdam Doctoris.

Ciuis nouellus dicitur ille qui annum in ciuitate nondum egit, l.ſi 6 quoties, vbi Bart. & alij ff. de publican. Addentes ad Roman. in ſing.74 in fi. poſt Paleot. & Boer. quos allegat , & ideo faciens aliquid contra ſtatutum ipſi parcitur,ſicut ſi eſſet forenſis , ſecundum Roman. in dicto ſingul. quia iuſtam ignorantiam dicti ſtatuti allegare poteſt, idem Roman.in conſ.228.num.8.& 491.poſt principium , vbi Mandoſ. in addit. concordantes allegat, quibus accedit Maſcard.de probatio. concluſ. 295.num.5.& 6. vol.1. & ciuis receptus qui datia, & gabellas ſoluit non deſinit eſſe ciuis, ſi ea non ſoluat, vt poſt Bald.& alios tenet Surd. in tract. de aliment.titul.9.q.81. ad finem, & deſerens ciuitatem perdit omnia priuilegia,ſecundum Bald. in l.2.in fi.C.de infant.expoſ.de quo meminit idem Surd.in d.titul.quæſt.27.num.20. Ciuitatemque dicitur deſerere quando in alium locum domicilium transfert ibidem nu.22. poſt Affiict & alios quos allegat ciuis an verè dicatur ſi in ciuitate adeſt ſtatutum, quod quicumque ibi domum habeat ſit ciuis, vide Bart.in conſ.61.volu.1.Campan. in cap.Regni in ſingulis nu.13.Carauit.in rit.301. nu.20.& Ann.Ium.in obſer.7.in princ.& in materia vide multa quæ ſcribo ad D. Vinc. de Franch. in dec.197.

Clauſula codicillaris concepta per verba futuri temporis operatur tranſmiſſionem hæreditatis,etiam ſi hæres inſtitutus moritur ante teſtatorem, ſecundum Capyc. qui ſic iudicatum refert in Sacro Conſilio in deciſ.89. in fin. ſequitur Viuius in opin. 313. num.5. par.1. in impreſſis Aquilæ de anno 1582.& Fab. Turrett. qui infinitos alios ad id citat in tract.de viriu.& effect.clauſ.codic.q.46. Hinc infertur, quod caducata inſtitutione p̄ mortem inſtituti , locum habet ſubſtitutio ſi ſine filijs

C de-

dec eſſerit, vigore d. clauſulæ codicill. vt deciſum fuit in S.C. Neapol. refert inſignis D. Præſ. Vincen. de Franch. in dec. 156. in princ. vbi alios addo, de virtute, & efficacia d. clauſulæ vltra Fab. Turret. in d. ſuo ſolemni tract. vide Affl. in dec. 69. nu. 3. Viui. in opin. 885. par. 2. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. fol. 10. & ſeq. eundem Viui in dec. 420. 422 Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. lib. 4. cap. 31 & 32. D. Vinc. de Franch. in dec. 1. num. 13. & 14. Magon. in deciſ. Luc. 32. nu. 26. vbi Adden. Anto. Gama in deciſ. 126. num. 4. Anton. Theſſaur. in deciſ. 141. vbi D. filius multa addit, Surd. in deciſ. 37. num. 7. deciſ. 54. num. 10. deciſ. 293. nu. 11 Franc. Becc. in conſ. 107. num. 5. & 25. Roland. à Vall. conſ. 7. vol. 4. & benè Hond. in conſ. 74. vol. 1. D. Georg. in alleg. 27. num. 16. Caualc. in dec. 27. par. 3. qui infert ad pulchram quæſtionem Ludou. Peguer. in deciſ. 108. & D. Theſſaur. Iun. in q. 70. par. 2. & quando venientes ab inteſtato vigore d. clauſulæ tenentur reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto in teſtamẽto, q́ patitur aliquem defectum nullitatis, vt in caſu Decij in conſ. 369. num. 2. qui conſuluit in præteritione filij, & Alexand. in conſ. 26. num. 5. volu. 1. & conſ. 9. colum. penult. num. 5. eod. vol. vbi conſuluit in præteritione nepotis, debent dicti veniẽtes ab inteſtato obtinere primum gradum, alias ſecus, ſecundum vnam opinionem quam Rubeus Alexand. tenuit in conſ. 125. in fin. quem refert, & ſequitur Theſſaur. in d. deciſ. 141. in fin. & Iacob. Menoch. in d. cap. 32. num. 18. ſed Craſſus in tract. de ſucceſſ. §. codicillus in fin. tenet contrarium, quem nouiſſimè ſequitur alios allegando Fab. Turret. in d. tract. q. 32. retenta tamen legitima tantum, & non trebellianica, Dilect. in tract. de arte teſtand. tit. 3. cautel. 1. num. 5. Aymo in conſ. 295. num. 2. Craſſ. in d. §. codicillus num. 22 verſ. ſed in hoc caſu, Burſat. in conſ. 88. num. 19. & 23. conſ. 92. nu. 5. Nonius conſ. 10. num. 10. Viuius deciſ. 420. num. 14. & ſeq. Mantic. Turret. & alij infiniti quos allegat, & ſequitur D. Fab. de Anna in conſ. 130. num. 7. & ſeqq. vbi refert ita de anno 1600. fuiſſe deciſum in Sac. Conſ. addo nunc Molfeſ. ad Napod. in 4. par. q. 51. fol. 297. videatur Iac. Menoch. in d. tract. cap. 199. à num. 32. vſque ad fin. & nouiſſimè Ioan. Bapt. Conſta de portio. rati. q. 202. qui aliter diſtinguit, & Theſſaur. Iun. in q. 58. par. 4. qui loquitur in præteritione Auiæ facta per nepotem, Gratian. lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 398. & in materia huius cõcluſionis vide Molfeſ. ad Napoda. in d. 4. par. Surd. de aliment. titul. 8. priuileg. 95. num. 3. & tit. 9. q. 13. nu. 9. & Conſta in d. tract. q. 19. nu. 16. quid autem operetur clauſula codicilli in teſtamento fratris turpi perſonæ per ipſum inſtituta quando per fratrem alterum, vel ſororem dicitur nullum, vel inofficioſum, vide Afflict. in dec. 125. & in dec. 204. An huiuſmodi clauſula operatur, vt ſubſtitutio pupillaris, adueniente pubertate non expiret, ſed tranſire faciat in fideicommiſſariam, vide Turret. in d. tract. q. 90. nu. 10. & 21. vbi latiſſime, & multa de clauſula codicillari apud Gratia. lib. 1. diſcep. for. c. 48. & lib. 2. c. 369.

Clauſula iuribus alienis, ſeu iuribus noſtræ Curiæ ſẽper ſaluis, nõ operatur in conceſſis, & expreſſis, ſed per talem reſeruationem videatur Princeps reſeruare alia quàm donata, vel conceſſa, vt poſt Iſer. in c. 1. nu. . . qui ſucceſſ. tenea. pulchrè ſcribit Gram. in dec. 66. nu. 5. & 7. & vide ſupra in concl. Aſſenſus, vbi de alijs clauſulis mẽtionẽ feci. & nouiſſimè D. Conſil. Georg. de feud. c. 6. nu. 41. & c. 33 à n. 21 cum ſeqq. hæc clauſula importat conditionem, videlicet quando aliena iura ſunt ſalua, adeo q́ concedens non tenetur de euictione, vt tenet idem Gram. in d. deciſ. n. 54. & anteeum Afd. in Conſt. Regni mulier quæ dotarium nu. 28. & de clauſula quæ in priuilegio apponitur, quorum tenores habeantur pro expreſſis, vide eundem Gramm. in d. deciſ. nu. 16. 17. & 35, poſt Alex. quem allegat, & iterum idem Alex. conſ. 155. n. 12. vol. 6. D. Lanar. in conſ. 21. nu. 2. conſ. 30. nu. 11. conſ. 40 num. 6. & conſ. 47. nu. 3. Aym. Craue in conſ. 126. in fi. & de clauſula appellata reſeruantes ea quæ competunt ratione ſupremi dominij, & ſi veniant regalia in generali conceſſione, vide Loffr. in c. 1 §. filij ſi de feud. defun. milit. vbi multa ponit in materia clauſularum, quæ in priuilegijs apponuntur, & Capyc. in verb. feudorum clauſulæ fol. 132. à ter. & de clauſula in aſſenſu poſita, quo ad expreſſa tantum, nõ operatur, ſeu non reſtringit, vt non porrigatur ad contenta in inſtrumento, quia voluit limitare, q́d non comprehendat pacta non expreſſa à narratis, & extra naturam contractus, ex dictis per Alberi. in l. vnic. C. quan. Imper. vide D. Georg. in alleg. 5. nu. 44. & aliqua per Loffr. in conſ. 1. num. 39. & de clauſula in omnibus, & per omnia vide Loffr. in conſ. 11. nu. 19. & 20. & de clauſula quæ ſolet apponi ab Ordinarijs in bullis beneficiorum, ſiue quouis modo vacet beneficium, vide in cap. ſuſceptũ, vbi Doctor. de reſcript. Lapum in alleg. 6. nu. 15. & Fely. in cap. in noſtra de reſcrip.

Clauſula vbiq; locorum, & eius virtus, vltra Scrib. in l. ſi conuenerit ff. de iuriſd. omn. iud. vide Aret. in §. præterea nu. 32. inſt. de act. Cæpo. in caut. 70. Anto. Galleſ. in tract. cameral oblig. fo. 45. & 41. omninò Flam. Cartar. in deciſ. Genuæ 6 Steph. Grat. in dec. 180. nu. 12. aliqua per Foller. in Conſt. Capitaneorum nu. . . & in materia Miſinger. in obſer. 88. cent. 1 & Maxil. in conſuet. Bari 9. neque Comitis fol. 72. nu. 5. & 7 ſecũdum nouiſſimam editionem Venetam, & Mart. in vot. 96. & Grat. lib. 2. diſcept. forenſ. cap. . . nu. 38. & ſeq.

Clericus non conuenitur niſi in quantum facere põt, deductione egeat, iux cap. Odoardus de ſolut. vbi DD. notant, clericum non poſſe carcerari pro debito ciuili, hoc enim beneficium ne conueniatur, niſi in quantũ facere poteſt, tribuit quod facit euitare carceres, vt poſt Bald. & alios firmat D. Vinc. de Franch in dec. 164 nu. 2. vbi addo, hinc infertur quod diſpoſitio d. cap. Odoardus procedit tàm in ſacerdote, quam in clerico. & de eius practica põt recurri ad illum peritiſſimum virum olim Reg. Conſil. D. Fab. Ann. in ſuo eleganti conſ. 124. per tot. cuius anima requieſcat in pace, & vide Ricc. in dec. 160. par. 1. & in dec. 20. par. 2. & an poſſit beneficio d. cap. Odoardus renunciari, vide eundem Ric. in dec. 159. p. 2. & ad principalem cõcluſ. adde, videndum Surd. in tract. de alimen. tit. 1 q. 78. n. 20. & an poſſint capi fructus præbendæ pro ſoluendo creditoribus ipſius clerici, vel ſacerdotis, vide ibi nu. 21. verum de fructibus dictæ præbendæ debẽt clerico, ſiue ſacerdoti relinqui aliqua pro victu, ſeu alimentis ipſius, vt fuit iudicatum in Sac. Conſ.

refert

refert Viſill.ad Affliƈt.in dec.240.num.26.ſequitur Viuius in opin 99 num.2.par.1.& D.Fab.in d.conſil.nu.11.videatur in materia præſentis concluſionis D.de Ponte de poteſt.proreg fol.346. & ad concluſionem principalem Farinac. in tit. de carcerib.q.27.nu.68.& ſeq.

Clericus gaudet beneficio ſtatuti excludentis fœminas propter maſculos.prout eſt in Regno Conſtitutio in aliquibus, vt per Salern. ad Napodan.qui alios citat in prohem.conſuetud.Neap.fol. . . vbi dicit communem, hanc etiam opinionem tenet Minado. in d.conſt.in verſ.filiorum nu.3.Viuius in opin.812.nu.10.par.2. Arno.in ſoliloq.87. Franc. Burſat.in conſ.93.num.27.36.& 40.& Caualca.in dec.9.nu.82.par.2.& iſta concluſio procedit etiam in monaco capaci, qui etiam fœminas excludit vigore dicti ſtatuti,ſecundum Molin. de primogen. hiſpan.cap.13.nu.79.vbi de communi,& D.Vinc. de Franch.in deciſ.667.num.5. & ad principalem concluſionem hic poſitam, vide Surd.in dec.20.

Clericus de crimine læſæ Maieſtatis delatus, & inquiſitus non cognoſcitur per Iudicem ſecularem, ſed ad eccleſiaſticum remicti debet,vt auctoritatibus,iuribus,& rationibus hanc opinionem probat D.Præſes Vincentius de Franch.in dec.691. quia contra clericos Iudex ſecularis iuriſdictionem nõ habet,cap.at ſi clerici,& cap.clerici de iudic.vt ibi num.3.& Farinac.in tit.de inquiſ.q.8 num.1. nec actu,nec habitu, ſecundum eundem D. Vincent. in dec.722.nu.21.& ideo ipſum debere remicti ad Iudicem eccleſiaſticum,vt ibi, & quid fuit ſeruatũ in caſu dictæ deciſ.691.per Collater.Conſil. addo D Reg de Ponte in deciſ.9.& quando de hoc crimine,vel alio capitali inquiritur,& inculpatur, nõ poteſt ſecundum vnam opinionem torqueri, niſi ſit de eo publicè diffamatus, de qua per Clar.in §.fi.q.64.verſ.ſed an clerici, quam etiam procedere dicit in Sacerdote,tamen alia opinio ſeruatur in practica,vt ſiue ſit diffamatus,ſiue non,torquetur; verùm tortura ipſa non debet eſſe ita ſeuerè in clericis,ſicut in laicis,vt ipſe affirmat in fin.& opinionem iſtam lauſſimè proſequitur Farinac. in titul.de indic.& tortur.q.41.maximè num.8.f.427 & Petr.Caball in caſu 84.& nouiſſimè Ricc. in dec.100 par.2.Hinc clericus fabricator falſæ monetæ non cognoſcitur per Iudicem ſecularem,ſed per Iudicem eccleſiaſticum,ad quem remicti debet,ſecundum D.Vinc.de Franch.in d.deciſ.691. poſt num.7. poſt Campan. quem allegat, & an ſit degradandus,& Iudici ſeculari tradendus, vide Farinac.in 4.volum.q.155.num.33.& 34. Verum clericus cum armis inuentus aſportare, poteſt per Iudicem armis prædictis ſpoliari, & auferri, ac priuari, vt per Didac.Couarru.in tract.practicar. quæſt.cap.33.num.7.Clar.qui allegat alios, & de communi teſtatur in §.fi.q.36. verſ.vlterius quæro, Viuius in dec.26.num.5. quibus accedit Farinac. in titul. de Inquiſit.q.8. num.96. Borrell. ad Bellug.in Specul.Princip. fol.59. in nouis, qui remiſſiuè loquitur,Nauarr.in conſ.27. in tit.de ſent. excommun.vbi pulchrè loquitur,& Guttier.practicar.quæſt.cap.12.par.1. & in Regno pragm.5. in tit.de cleric.cum declaratione, vt ibi, benè verum eſt,quod debet remitti ad eius Iudicem eccleſiaſticum, & ab ipſo puniri, ſecundum Couarru. loco, & numero citato, ſequitur Clar.vbi ſupra & Foller. in conſtitut.de perſonis num.4.in fin. & in prax.crimin canon.fol.317 num 31. mortaliter enim peccant clerici arma ferentes.& excommunicari poſſunt,vt poſt Cardin.& Felin.ſcribit Viuius in deciſ.ſupra allegata num.1.An clericus infraganti deprehenſus committere delictum poſſit à Iudice ſeculari, ſeu eius familia capi, Farinac. in d.q.8 num.122. poſt infinitos quos citat, tenet, quod ſic,& communem dicit,& in q 21.num.141 cui accedit Foller.in d.prax.crimin.canon.fol.228 num.14. ſed remittendus eſt ad Iudicem eccleſiaſticum,Farinac.vbi ſupra in fin.& ſentit Foller.in loco citato, & iterum fol.20. num.22. & Viuius in opinio.405.par.1.vbi allegat in contrarium Bullam Pij V. & qua cautela vti debet Iudex ſecularis, ſeu eius familia, vt ita clericum in fraganti capiens nõ incidat in excommunicationem, vide Foller. in prax. crim. in verb. item quod fuit captus in fraganti nu.6.fol 215. & eſt de mente ipſius in locis ſupra allegatis, Nauar.in menual.cõfeſſo.cap.27.num 83.verſ.17. & Farinac. in d.q.8. num.117.118. dummodo infra terminum viginti quatuor horarum præſentetur ſuo Prælato, Nauarr.vbi ſupra nu 84.

Clericus,ſiue clerici poſſunt compelli ab eccleſiaſtico Iudice pro defenſione eorum ciuitatis,ſeu terræ quando ea eſt ſub periculo expugnationis,l nullus C.de curſ publ lib.12.& ita poſt Anchar. & alios ſcribit Foller.in conſt Regni prædeceſſorum ſub nu.3.fol.33 benè facit pro iſta concluſione tex.quẽ ipſe non allegat in c.2.de immun.eccl. vbi tẽpore magnæ neceſſitatis tenentur clerici ad cuſtodiam murorum ciuitatis,per quem poſt Luc.de Penn.& Guliel.de Bened.tenet Camil.Salern ad Napod.in prohem.conſuet.fo 23 in nouis lit F. quod tamen intellige cummodo accedat conſenſus Papæ,& facultatem laicorum non ſuſpectam,& ſi regulariter clerici nõ tenentur in eorum domibus milites hoſpitari,ſecundum Nigr Camp.in extrauag.de vita & honeſt.cler.in verb.priuilegio nu.131.in antiqua impreſſione,& eſt in cap.Regni 94. vbi Campan.

Clericus ſi eſt debitor pro penſione ex cauſa locationis domorum poteſt cõtra ipſum fieri executio in eius bonis mobilibus, ſecundum Foller. in prax. crim.cano.fol.203.nu.18.& iterum in conſt. Regni de perſonis nu.14.in fi & ſeq.

Clericus qui officium non dicit,neq; horis canonicis incumbit,priuari debet beneficio,& tenetur ad reſtitutionem fructuum perceptorum,Iul.Clar.in §.fi.q.73.verſ.pariter,qui de communi opinione teſtatur,& in verſ.clericus,Caualc.in dec.22.nu.23. vbi in fine refert iudicaſſe,& condẽnaſſe clericum qui non dixerat officium per annos 15.ad reſtitutionem fructuum,lautiſſimè Menoc.de arbit.Iudi. caſ.429.qui plures caſus diſtinguit cum addit.eiuſdem de nouo impreſſis à nu. 1. vbi allegat Bullam Pij V.de qua etiam meminit Caualc.vbi ſupra;accedit etiam Foller.in prax.crim.cano.fo.326. nu.28. qui mentionẽ facit de Sinodo in Lateranẽſi Conc. facto ſub Iulio II.cauſas autem quæ excuſant clericũ à recitatione officij ſatis pulchrè poſt Nauar. reaſſumit Menoc.in d.addit.n.6. cum ſeqq.ad quẽ Lectorem remicto;Adde ad hãc concluſ.in princ. Ricc.in reſol.406.vbi etiam extendit ad penſionarium,qui officium recitare tenetur,& iterum in reſol.420.nu.6.

C 2 Cle-

Clericis regulariter non licet mercari, nec negotiari, Ferretta de Gabell. num. 424. Stracca de mercatur. par. 3. in tit. de his qui mercatio. num. 4. fol. 61. in paruis, Campan. in extrauag. Pij V. de ſpolijs num. . . & deciſ. caſu conſcien. cap. 119. nu. 12. fol. 180. & M. Anto. Natta in conſ. 530. n. 12 & 13. intelligit tamen deciſ. caſu. conſcient. de his clericis, qui ſunt in ſacris, vel beneficiati, allegat cap. fin. de vita, & honeſt. cleric. quia negotiari, vel mercaturã facere eſt clericis prohibitum, d. cap. fi. & cap. 2. ne cler. vel monaci, & latiſſimè Farinac. vol. 6. in fragmen. par. 1. à num. 147. cum ſeq. f. 46. & iterum num. 177. adde videndum Alex. Raud. de analog. c. 39. nu. 86. & ſeq. vnde eadem deciſ. caſu. conſcien. dicit, quod mortaliter clerici peccant, & debent à forenſibus negotijs abſtinere, & pariter à negotijs ſecularibus, Petr. Foller. in conſt. clerici num. 2. & ſeq. & pariter ab illicitis quæſtibus, Viui. in dec. 28. num. 20. poſt Rolan. in conſ. 38 nu. 17. & ſeq. vol. 2. & fuſius Farinac. in loco ſupra citato nu. 150. & tales clerici ſunt puniendi à Iudice eccleſiaſtico, ſecundum eũdem Foller. in conſt. de perſonis poſt nu. 8. verſ. quare concludendum, & quid ratione artificij, vide ibi nu. 7. 8. excipiuntur aliqui caſus in quibus clericis eſt licita negociatio; primus, ob neceſſitatem ſuam, vel ſuorum etiam per interpoſitam perſonam, ſecundum deciſ. caſu. conſcien. loco citato num. 13. vbi num. 14 & 15. excipit qui poſſeſſiones emunt ad finem vẽdendi fructus percipiendos, & illos qui paſcua habent, & animalia emunt pro ſua, & ſuorum ſubſtentatione, & ex alijs iuſtis cauſis, vt ibi poſt Stracc ham in loc. cit. num. 5. cum ſeq. an clerici qui ſunt de aliquo Collegio Doctorum, poſſint interuenire in diſputatione cauſarum delegatarum cum ſecularibus, vide omnino Rauden. vbi ſupra nu. 2. cum ſeqq.

Clericus minor ſi coram Iudice ſeculari contra laicum litigat poteſt Iudex ſecularis dare ei curatorem ad litem, vt poſt Oldrad. Gemin. Rot. Rom. & Aũfrer. concludit Viui. in dec. 387. in fin. accedunt DD. in apoſtil. ad Alexand. in conſ. 44. vol. 5. lit. F. Idem ſi clericus eſt tutor, vel curator alicuius laici poteſt coram Iudice ſeculari conueniri, D. Fab. Ann. in addit. ad ſingul. 127. ſui geniturs, allegat Bened. in cap. Raynutius in verſ. vxorem in 2 deciſ. num. 218. de teſtam. vide in pulchro caſu Guido. Pap. in deciſ. 261. maximè in fin. & ſi laico clericus, An inſtantia cœpta, & inchoata cum laico defuncto coram Iudice ſeculari, trãſeat in ipſum clericum vti eius hæredem; maxima eſt altercatio inter Doctores, vt eſt videre apud Boer. in dec. 69. à nu. 32. cum infinitis ſeqq. & quandoq; pro vna, & altera opinione negatiua & affirmatiua, fuit iudicatum in S. C. refert Vrſill. ad Afflict. in dec. 212 nu. 2. verum affirmatiuam tenent Carauit. in ritu 234. poſt nu. 3. verſ. etiam ſi talis hæres fuiſſet clericus, Foller. ad Marant. in 4 par. diſt. 11. num. 79. & in cap. Regni 93. num. 5. fol. 68. latiſſimè Viui. in opin. 108. par. 1. ſecundum nouiſſimam editionem, vbi refert pro hac opinione fuiſſe iudicatum in Regia Audientia Aprutina, & pariter ſecũdum hanc opinionem affirmatiuam fuiſſe in Rota Mãtuana iudicatum refert doctiſſimus Surd. in deciſ. 110. vbi Authoritates, & rationes refert, & ad cõtraria reſpondet ſequitur Caſtill. in dec. 2. n. 11. & ſeq. & Thor. in compend. deciſ. fol. 467. & ſeq. in nouis, vbi ita iudicatum refert, Maxill. autem in Conſuetud. Bari fol. 114. in nouis num. 33. tenet opinionem negatiuam Camill. Borrell. pro, & cõtra ad Bellugam in Spec. Princip. fol. 113. à terg. in nouis, & negatiuam latè defendunt Ambroſin. ſuper Bulla Gregor. XIV. & nouiſſimè Molf. ad Napodan. in 2. par. in tit. de perſonis q. 8. per tot. fol. 45 & ſeqq.

Clericus quando litigat coram Iudice ſeculari contra laicum, & ex cauſa in expenſis condemnatur, debent expẽſæ prædictæ liquidari, & taxari coram Iudice eccleſiaſtico, Dec. in conſ. 141. Grama. in vot. 18 nu. 16. quos refert, & ſequitur Ann. Sen. in ſing. 131. in fi. Vrſill. ad Afft. in dec. 173. n. 2. qui in clerico reconuento loquitur, & in expenſis condẽnato, fuſius Viui. in deciſ. 49. nu. 6. conueniunt ſcripta per M. A. Natta in conſ. 27. nu. 1.

Clerici ſe ad inuicem percutientes incidunt in excõmunicationem, ſecundum Foller. in prax. crimin. canon. cap. 17. num. 37. fol. 204. tamen poſſunt abſolui ab Epiſcopo ipſorum, ibi num. 45. & Viuius in opin. 104. nu. 10. Hinc clericum percutiens, ſeu ei manus violentas inferens efficitur excõmunicatus, & incidit in Canonem cap. ſi quis ſuadente Diabolo, & pro impetranda, & habenda abſolutione tenetur Romam accedere, eamq; obtinere non poteſt niſi à Summo Pontifice, vt ibi, & latè Petr. Duen. in regul. 99. vbi vtiliter ampliat, & limitat, Viui. in d. opin. Iul. Clar. in q. 77. verſ. . . Nauarr. omninò videndus in manual. confeſſ. cap. 27. à nu. 76. vſq; ad 91. vbi enumerat caſus reſeruatos Summo Pontifici, & illos de quibus poteſt Epiſcopus ordinarius abſoluere, inter quos eſt ille, quando clericus eſt leuiter offenſus, leuemq; iniuriam recepit, tunc offendens non tenetur Romam accedere, ſed poteſt ab Epiſcopo prædicto abſolui, vt ibi nu. 91. poſt Clar. in d. q. 9. verſ. ſcias tamen Viui. loc. cit. nu. 10. qui caſum de facto refert Maſcard. in tract. de prob. concl. 131. nu. 4. volu. 3. & deciſ. caſ. conſcient. lib. 2. c. 49. num. 52. fol. 151. vbi meminit de vulgata alleg. Lapi 76. quæ autem dicatur leuis offenſio arbitrio Epiſcopi relinquitur ſecundum Baiard. ad Clar. in d. q. 77. num. 17. vbi multa cong. rit in materia 2 nu. 2. cum ſeqq. Quid autem in Monachis ſe ad inuicem percutientibus in clauſtro, ſeu extra clauſtrum, ad quem ſpectat ipſorum abſolutio, Petr. Foller. in dicta prax. crim. canon fol. 317. nu. 43. tenet illam pertinere ad eorum Abbatem, per cap. cum illorum de ſentent. excommu. & quid ſi Monacus percuſſit clericum ſecularem, an abſolutio pertinet ad Papam, vide ibi remiſſiuè, verum pro iniuria facta verbo, ſcripto, vel domi ipſi clerico, locum nõ habet diſpoſitio d. cap. ſi quis ſuadente, ſecundum Foller. in d. c. 17. nu. 31. f. 203. an pro offenſa facta clerico à laico cõpetat ipſi clerico electio fori, de Franch. in deciſ. 597. refert deciſum quod ſic, vbi addo alios, & cõtra offendentem poteſt ex officio procedi per cap. Regni 149. vbi Campan. & Carauit. in ritu vltimo nu. 9. An percutiens Tertiarium S. Franciſci, vel alterius Religionis incurrat in excõmunicationem d. cap. ſi quis ſuadente Diabolo, vide omninò Ric. in dec. 88. par. 2. & quid in percutiente Nouitium, vide eundem in deciſ. 153. ead. par. an gaudeat priuilegio fori, idem in dec. 121. d. par. 2.

Cle-

Clericus ſi de facto reperitur examinatus in cauſa ciuili coram Iudice ſeculari abſque licentia ſui ſuperioris, eius depoſitio valet, vt poſt Abb. in cap. cum nuntius de teſtib. tenet Carauita in ritu 144. ſub num.3.& eſt verior opinio, vt ibi, atque communis, ſecundum Annam in ſingular.128. ſed Petr. Foller. ſuper dicto ritu fol.82. à terg. nominatim ex multis rationibus quas refert, tenet contra Carauitam, & dicit paſſim contra ipſum ſeruari ponderando verba dicti ritus, ibi non admittantur ad deponendum, niſi prius iurauerint & licentiam obtinuerint, ego ſequor opinionem Foller. propter illam dictionem (niſi) & verba præcedentia in dicto ritu poſita, ibi non admittantur, quæ videntur importare conditionem ſecundum Gratum in conſ.138.num.7. volum.1. Actus enim requiſitus per verba conditionalia importat formam; Bal.in authent. Matri,& Auiæ col.1.C.quando mulier, ſequitur Carauit.in §.per excellentem §.10.num.4.in fi.& §. ſeq. in tit. de Senatuſconſult. Macedon. forma autem dat eſſe rei, & impleri debet in forma ſpecifica, l. Meuia §.an hæredi ff.de cond.& demonſt. nec ſufficit per æquipollens, Alex.conſ.5.nu.3.vol.7. cũ alijs quæ allegat Surd.de alimen.tit.5.q.3.num.15.56. alias corruit,& vitiatur Viuius qui concordãtes allegat in deciſ.335.num.1.& 3.Surd.in deciſ.268. nu.10. & ſeq. & num. 58. limitat tamen Anna in d. ſing. opinionẽ Abb.in Monacho qui ſi fuit examinatus ſine licentia ſui ſuperioris, eius depoſitio non valet, ſequitur Magon. in deciſ.Luce.9. nu.18. à quà limitatione diſcedit Caraui.in loco ſupra allegato, quia licentia ita requiritur in clericis ſecularibus ſicut in Religioſis,& Monachis, & profecto nulla ratio diuerſitatis poteſt colligi, vnde ſequor opinionem Carauitæ, an autem in criminalibus,& in delictis ingerentibus pęnam ſanguinis poſſunt recipi,& admicti in teſtes clerici, vel monachi cõtra laicum coram Iudice ſęculari, etiam cum licentia eorum ſuperiorum, vide Caraui.in ritu ſupra allegato num.5.Foller.in fragmen.in tit.de epiſcop.& cler.nu.9. f.390.in nouis,Clar.in §.fi.q.24.Maſcar. in tract.de prob.concl.963. vol.2. & omnino Farinac.de teſtib.q.65.oppoſ.52. vidi tamen de anno 1604.fuiſſe examinatos quoſdam Monachos Ordinis Caſſinenſis contra laicos, de licentia eorum Prælati, de homicidio per dictos laicos commiſſo in perſonam cuiuſdam monaci eiuſdem Ordinis, per Cõmiſſarium Collat.Conſil.vide D.Carolum Tapiam meritiſſimum Regentem in 2.tom. Iur. Regni fol. 159. vbi tenet contrarium, latè Ricc. in deciſ.204. par. 2. quando vero eſſet examinandus aliquis Prior, vel Guardianus alicuius Monaſterij in cauſa ciuili, non requiritur licentia, quia cum in loco non eſt alius Superior, videtur ſibi illã impartire, ſecũdum Caraui. in loco ſępius allegato, qui dicit ita quotidie ſeruari,& ad iſtam concluſionem adde videndum Ricc.in reſol.459.

Clericus, aut Prælatus, ſi conſtat alia bona non habuiſſe quàm illa Eccleſiæ, nec aliquod officiũ, vel exercitium ex quo potuiſſet lucrari, hoc caſu bona per ipſum acquiſita præſumi ex bonis eccleſiæ, c.1.de pecul.cler.Rom.in conſ.59.nu.4.Alex.conſ.101.à nu.1.& ſeq.vol.7.& conſ.516.eod.vol.Iac.Menoc. de arbitr.iud.caſ.195.nu.3. fuſius in tract. de præſumpt.lib.3.c.53.nu.1.Mich.Craſſ.in §.teſtamentum q.34.& Surd.in tract.de alim.tit.9.q.12. nu.2 & ſeq.& Nonius in conſ.59. nu.1.dummodo fructus ſint vberes, ſeu magni, ſecus ſi ſunt tenues, vt ibi per Nonium nu.4. ſed quando clericus, ſiue Prælatus, vltra bona eccleſiæ habet bona patrimonialia, vel officium, aut exercitiũ puta quia eſt Doctor, vel Gramaticus, ſiue Cãtor, in iſto caſu præſumitur ex bonis proprijs, non eccleſiæ facta acquiſitio, vt in caſu Alex.in dd.conſ.101.nu.2.4.116.& latè per Ancharan.Iun.in q.10.par.2. Iacob.Menoch.tam in dicto caſu 195.nu.4.quam in d.c.53. nu.2.vbi ad id citat alios, adiungitur Surd. in loco ſupra citato nu.1. & Caualc.in dec.43.nu.120.p.1. licet iuxta morem ſuum cõfusè loquatur, Gratia. lib.2.diſcept.forenſ.cap.381. Cameræ enim Apoſtolicæ incumbit onus probandi, bona fuiſſe per clericum acquiſita ex bonis,& redditibus eccleſię, & interim hæredes ipſius non ſunt remouendi à poſſeſſione, vt ex Menoch. ſupra allegato tenet Nonius in dicto conſ.59. num.2. Gratian. loc.cit. ſi autem clericus, aut Prælatus habuit bona eccleſiæ,& patrimonialia, cum artificio, ſeu exercitio, vel officio, tunc bona diuidi debent inter eccleſiæ ſucceſſorem, & ipſius clerici, aut Prælati hæredes, Menoch.in d.caſu nu.7.& in d cap.53.nu.5. In dubio autem clericum, ſiue Pręlatum præſumi bona acquiſiuiſſe de bonis eccleſiæ, ſecundum Menoch.in locis ſupra citatis num.9.in d.caſu,& in d. cap.nu.7.poſt Maſcar.de probat. concl. 202. nu.5. vol.1.Anna in ſing.660. vnde clericus, ſiue Prælatus poteſt de bonis patrimonialibus,& alijs, non contemplatione eccleſiæ acquiſitis ex cõtractu, & vltima voluntate ad ſui libitum diſponere, ſecundum Molin.de primoge.hiſp.lib.2.c.10.nu.27.vbi num.ſeq.declarat,& Gratia.in d.cap.& ideo clericus, ſiue Prælatus tam de bonis acquiſitis intuitu eccleſiæ, quam de fructibus beneficij, non poteſt teſtando diſponere, vt poſt Bal.Abb.Gemin.Barb. & alios ſcribit Ioan. Dilect. in tract. de arte teſtan. tit.1.caut.3.fol.7.Craſſ.in d.q.34.num.6. omninò Viui.in opin.101.par.1. ſecundum nouiſſimam impreſſionem, Surd.vbi ſupra nu.2. videatur omnino Petr.Foll.in conſt.Regni peruenit à nu.35.cũ ſeq.fo.28. verum de diſtributionibus quotidianis poſſunt clerici diſponere, ſm̃ Foll.ibi n.40.& Campan.in bulla Pij V.de ſpol.nu.41.& pariter Canonici maiores eccleſiæ Salernitanæ poſſunt de corũ præbendis diſponere,& teſtati, Foll.in loc.cit.n.44 vbi refert ita iudicaſſe; ſed vt clerici, vel Pręlati poſſint diſponere, prodita ſunt tria remedia per Ioann. Dilect.in loc.ſup.alleg.n.3. Primũ, vt clericus, ſiue Prælatus donet inter viuos, Grat.in d.c.381. qui in donatione loquitur, cũ quo Dilect.concordare vr̃ Nauar.in conſ.5.in tit. de dona.per tot.& in tract. de ſpol.§.5. verſ. primo noto ſm̃ diſtinctionem, vt infra, ex Nauar.in d. conſ.5. ratio eſt, quia clericus in vita eſt vſufructuarius, ſm̃ aliquos teſte Surd. in d.q.nu.18.& in morte eſt vſuarius, Couar.in cap.cũ officijs nu... de teſtam.& Viui.in d.opin.101.ſed gl.in c.fi.de pecul.cler. vt Nauar.refert in apolog. q.1.monit.52.& 24.dicit, clericos beneficiatos malè vocari vſuarios,& malè vocari vſufructuarios, vt ibi, vide Molin.vbi ſup.nu.33.& omnino nu.43.an habeant locum ſpolia, quando clericus donat inter viuos, videatur omninò Nauarr. in dicto conſil. 5. vbi diſtinguit quo ad bona patrimonialia

& quæſita ex beneficijs, vel intuitu eccleſiæ, vt ibi, eſt benè verum, quod ſiue clericus, aut prælatus ſit beneficiatus, vel non, de redditibus beneficij, & bonorum eccleſiæ poteſt licitè viuere, bonaq; patrimonialia, & fructus, ſibi, & ſuis hæredibus conſeruare, ſecundum Abb. in cap. poſtulaſti in 2. q. vbi Dec. num. 16. & Aldobran. in addit. de reſcrip. Viuius qui infinitos citat in opin. 100. num. 1. par. 1. vbi dicit iſtam opinionem communem, ſequitur Nauarr. in conſ. 1. in tit. de vita, & honeſtate cleric. & in conſ. 4. nu. 2. de pecul. cler. reliqua in materia præſentis concluſionis, vide per Iac. Menoch. in dictis locis Mich. Craſſ. in d. q. 34. Viuium in loco ſupra allegato, Foller. & Surd. vbi ſupra, & iterum Surd. tit. 5. q. 11. in fi. & Moli. in loco ſupra cit. maximè nu. 37. & ſeq.

Clericus, ſiue clerici non tenentur ſoluere Gabellam pro vino, vel oleo, quod vendunt, vel vendere faciunt ad minutum, ſiue ad groſſum, Dec. in cap. eccleſiæ ſanctæ Mariæ colu. ii. verſ. limita niſi de conſtit. poſt Abb. quem allegat, refert & ſequitur alios allegando Niger Campan. in extrauag. de vita, & honeſt. cleric. in verb. priuilegio num. 128. verſ. ſimiliter, ſecundum antiquam impreſſionem, & Ferret. de gabell. num. 436. idem eſt in alijs rebus, quas clerici de loco ad locum tranſmittunt vendendis extra eorum habitationem pro eorum neceſſitatibus, Campan. in loco ſupra citato num. 129. ſequitur Foller. in cap. Regni 105. nu. 1. fol. 70. vide omnino Maſtrill. in deciſ. 49. poſt Gram. in dec. 100 num. 26. Ioſeph Ludoui. in ſuis commun. opin. concl. 15. verſ. fallit fol. 39. & deciſ. caſu. conſcient. fol. 293. An clerici poſſint ſpontè obligari ad ſolutionem gabellæ, Anna Sen. in alleg. 13. refert iudicatum quod non, & Vniuerſitas Bitonti abſtineat.

Curiæ coadiutor, quando indebitè, illicitèuè, aut calumnioſè aliquem moleſtat, debet in expenſis condemnari, vt poſt Cappell. Tholoſ. Guid. Papa, & Aymo. tenet Anna in ſingul. 97. ſequitur Viuius in opin. 404. num. 7. par. 1. qui loquitur in fiſco, & refert ſic de anno 1572. obtinuiſſe, & fuſius in deciſ. 476. nu. 1. & ſeq. vbi alijs modis concluſionem iſtam comprobat, & latiſſimè Farinac. in tit. de accuſ. q. 16. nu. 14. 16. & 21. quod tamen declara, & intellige, vt ibi num. 21. An querulans, & moleſtans aliquem pro cauſa criminali debet in expenſis condemnari, Grammat. in deciſ. 39. refert per M.C.V. iudicatum quod ſic, ſequitur Niger Campan. in cap. Regni 216. num. 17. Sed Carauit. in rit. 294. nu. 4. ſatis pulchrè, & rationabiliter firmauit contrarium, & oſtendit opinionem iſtam eſſe de iure veriorem, & ſubiungit, quod ſi appellatio in caſu Grammat. fuiſſet in S.C. proſequuta talis deciſio fuiſſet reuocata, imó adhuc dubitat, ſi ita fuit deciſum, meminit de Carauita Viuius in d. opin. 404. num. 6. in fi. vbi ipſum celebrem Iuriſconſul. appellat, & maiores laudes meretur, & pariter Carauitam refert, & ſequitur Baiar. ad Clar. in q. 62. num. 21. & hanc opinionem video in praxi obſeruari in dies, verùm concluſionem in principio hic poſitam procedere in curia eccleſiaſtica, videatur interim Farinac. in loco allegato, Borrel. ad Bellug. in Specul. Princ. fol. 161. á ter. vbi refert practicam, quæ ſeruatur in Tribunalibus maioribus, & minoribus huius Regni, & Foller. in prax. crim. in ver. de verbo coadiutor curiæ, vide in cap. Regni plerumq; & in rit. 198. addo D. Vinc. de Franch. in dec. 148.

Collecta eſt munus patrimoniale, & ordinarium, quia omni anno imponitur perſonis pro rebus, vt poſt Andr. de Iſer. ſcribit Alexa. in conſ. 52. num. 8 vol. 1. ſequitur Cotta in verb. collecta fol. 104. in paruis, Maranta in conſ. 81. nu. 4. D. Lanar. in conſ. 95. ſub num. 1. Alex. Trentacinq. in conſ. 3. hic alleg. videatur Niger Campan. in cap. Regni porrecta culmini nu. 67. & á quo tempore, & ſub quo Imperatore collectæ cęperunt eſſe, vide D. Lanar. vbi ſupra poſt Doctores quos allegat: hinc fiſcus pro bonis accataſtatis habet tacitam hypothecam Neguſ. in tract. de pignor. par. 2. memb. 4. nu. 125. vnde ſolutio collectæ ſpectat ad eum qui fructus percipit, & colligit, & ad ipſum fructus ſpectant, in d. cap. porrecta, quia ipſos fructus reſpicit, l. ſi pendentes §. ſi quid Cloacarij ff. de vſufr. l. neque ff. de impe. in reb. dot. fact. Dec. in conſ. 285. col. 1. cum cōcord. de quibus per Surd. in tract. de alim. tit. 2. q. 15. nu. 280. & ſeq. & ideo ſi aliquis locauit fundum ſuum ad penſionem in pecunia percipiēda, ita quod omnes fructus remaneant apud Colonum, Dominus fundi, ſecundum vnam opinionem non tenetur collectas ſoluere, ſed Colonus niſi aliter ſe haberet conſuetudo, ita tenet Bar. in l. 1. per illum tex. cum glo. fin. in ver. fructus C. de annon. & tribut. lib. 10. vbi menti tenendum reputat, & ſequitur Alex. ibi in addit. & alios ad id allegat Campan. in extrauag. de vita, & honeſt. cleri. nu. 124. ſecundum antiquam impreſſionem, contrariam opinionem in terminis conſuluit Rolan. à Vall. in conſ. 79. vol. 4. vbi ad omnia contraria quæ ibi adducit, reſpondet, & maximè doctrinæ Bart. in d. l. 1. quam dicit intelligi debere in oneribus realibus. prout ſunt tributa, quæ ex diſpoſitione legis veniunt præſtanda ex corpore fructuum; ſed in collectis quæ imponuntur perſonis pro rebus eſt inſpicienda perſona, cui imponuntur, l. reſcripto §. fi. ff. de munerib. & honor. nec Bart. declarat quis nam collectam ſoluere debet, vt ibi latius per Rolan. nu. 15. quam collectam dominus rei ſoluere debet, non autem Colonus, qui dominus non eſt, ibi nu. 13. 14 poſt Bal. Alex. Ruin. & alios quos allegat, & hanc opinionem relato Rolando, ſequitur Surd. in tract. de alimen. tit. 8. priuil. 91. nu. 8. & D. Vinc. de Franch. in dec. 107. nu. 5. nam regulariter is tenetur ſoluerę collectam qui prædium poſſidet, vt ibi nu. 9. quis autem ad ſolutionem collectæ teneatur, & quis non, vide D. Rouit. in pragm. de appretio, & Paſchal. de virib. patr. poteſta. remiſſiuè par. 4. c. 4. col. fi. an pro feudo quod quis à Barone tenet, debet collecta ſolui, deducto onere adhoæ, vel alterius ſeruitij quod ſic, ſecundum D. Rouit. vbi ſupra poſt Luc. de Pen. Capyc. & alios quos allegat: Hinc dominus fundi obligati pro ſolutione alimentorum tenetur ſoluere collectam, non autem alimentarius, ſecundum Surd. in d. priuileg. 91. in princ. quę collecta pro dictis alimentis non debetur, vt ibi nu 4. vbi multa ponit in materia, conſerunt pro opinione Rolandi, & Surdi, ſcripta per Theſſaur. in dec. 116 nu. 2. verum collectā ſoluit Colonus partiarius pro fructibus qui ſuperſunt deducta omni impenſa, ſecundum Surd. vbi ſupra nu. 11. poſt Cacher, quem allegat, & vide

infra

infra in concluſ. Colonus, an collecta poſſit imponi ciui habitanti in alia terra, vide Alexan. conſ. 78 num. 1. volum. 6. & D. de Bottis ad Bart. in l. quicumq; C. de apoc. publ. li. 10. & Alex. Trentacinq. in conſ. 3. nu. 19. conſ. 24. nu. 4. vol. 1. & Thor. in compend. deciſ. fol. 102. an pro bonis quæ ciuis, ſeu forenſis, quæ poſſidet extra territorium tenetur ſoluere collectas, vide Fab. Annam in conſ. 59. col. 1. & debet imponi per æs, & libram, d. l. reſcripto §. fi. vbi Bar. & Campan. in d. cap. porrecta nu. 114. qui diſtinguit, & in dubio ſic imponi debet, Ioa. de Amic. in conſ. 8. num. 1. & 2. & quando per æs, & libram imponitur, debet ſolui tam de ſtabilibus, quam de mobilibus, & ſemouentibus, ſecundum de Amicis vbi ſupra nu. 3. & conſ. 22. nu. 5. & collecta animalium ſemouentium debet ſolui à domino ipſorum, etiam ſi illa nutriuit, & paſculauit extra territorium, vt conſuluit idem de Amic. in d. conſ. 22. & in materia collectarum vide Napod. & Campan. in d. cap. porrecta, & adde quod de iure communi poteſt per ciuitatem imponi, pro eius neceſſitate abſque aſſenſu ſuperioris, verum ſe debet congregare cum licentia Iudicis, Auend. de exequ. mand. Reg lib. 2. c. 14. nu. 2. & ſeq. vbi ét ex quibus cauſis imponi debet.

Colonus qui tenetur dare partem fructuum, non tenetur dare partem arborum ſiccarum, vel vi tempeſtatis euulſarum, quia illę non ſunt in fructu, ita Alex. poſt Angel. in l. diuortio §. ſi fundum num. 5. ff. ſolut. matrimo. Paul. Fuſc. in ſing. 139. lit. C. & Steph. Grat. in dec. 208. n. 16. quicquid dixerit Caualcan. in dec. 44. nu. 72. verſ. nec arbores ſiccę, qui non fideliter refert Alex. loco citato, limitat tamen Alex. poſt Imol. niſi loco arborum ſiccatarum aliæ arbores eſſent ſubrogatæ, allegat Lagri ff. de vſufru. vel niſi eſſent arbores ceduę, quia illę in fructu ſunt, Fuſcus vbi ſupra in fi. & Gratian. in d. deciſ. nu. 15. an arbores vi ventorum eiectæ ſpectent ad dominum vſufructuarium, vide Ioſeph. Ludoui. in deciſ. Peruſ. 58. & Gratian. lib. 1. diſcep. forenſ. c. 21.

Colonus partiarius Eccleſiæ non eſt exemptus à ſolutione gabellæ, ſeu collectæ pro parte fructuum ad eum peruenientium, & ſic pro parte colonica, vt poſt Feder. de Sen. tenet Niger Campan. in extrauag. de vita, & honeſta. cleric. in verb. priuilegio num. 125. ſecundum antiquam impreſſionem. Ripa in tract. de peſte in 3. par. à num. 124. cum ſeq. fol. 25. à terg. Iacob. Menoch. in conſ. 136. num. 5. Franc. Burſa. in conſ. 42. nu. 14. Anna in ſingul. 99. Rota Auen. in deciſ. 77. ſub nu. 1. & ſecundum iſtā opinionem fuit deciſum in Senatu Pedemo. refert Theſſaur. in deciſ. 116. nu. 8. & in fi. & per Rotam Florent. refert Caualc. in dec. 44. num. 97. ſequitur deciſ. caſu. conſcie. lib. 2. c. 125. nu. 28. fol. 293. à ter. vbi intelligit, quando priuilegium eſt datum perſonæ, ſecus ſi eſſet datum rebus, Iacob. Menoch. inſignis, & magni nominis Iuriſconſultus de arbitrar. Iudic. caſu 562. num. 35. 36. & ſeq. ad partes diſputat, & duas in medium refert opiniones; tandem ex Theſſau. in deciſ. citata dicit opinionem iſtam receptiorem, & veriorem, & illam ſequitur D. Gaſpar Anto. in addit. ad d. deciſ. Contrarium in proprijs terminis conſuluit M. A. Eugen. in conſ. 96. qui omnino legatur, ſubdit tamen Iacob. Menoch. in loco ſupra allegato, hanc opinionem veriorem non procedere, quando Coloni nimis grauarentur in impoſitione collectæ, ſiue gabellæ, adeo quod eccleſia ipſa ferret non leue detrimentum, allegat Feder. Felin. Capr. Burſat. & alios vt ibi, vide ſupra in verb. collecta ad fi. Idem procedit, & locum habet in emptoribus reddituum clericorũ, nam ipſi non gaudent immunitate, qua clerici gaudent, ſecundum deciſ. caſu. conſcie. vbi ſupra nu. 28. in fi. & conſequenter tenentur ad ſolutionem collectæ, ſeu gabellæ, ita conſuluit Ioan. de Amic. in conſ. 18. hoc tamen intellige pro rata fructuum, vt per Franc. Burſat. in conſ. 25. num. 3. An emphiteota eccleſiæ reſpectu ſui vtilis dominij tenetur ad collectas pro re ab eccleſia in emphiteoſim conceſſa, vide Iacob. Menoch. in d. caſu 562. num. 21. cum ſeqq. vbi quatuor refert opiniones, & tandem affirmatiuam videtur tenere, quæ verior, & magis recepta eſt, vt ibi num. 30. vide M. Anton. Eugen. in d. conſ. 96. ſupra allegato col. fin.

Colluſio vbi in aliquo actu interuenit non ſolum annullat actum prædictum, ſecundum Surd. in tract. de alimen. titul. 9. q. 42. in fi. qui allegat Bald. in conſ. 172. colu. 2. volu. 2. Mar. Giurb. in deciſ. 91. nu. 15. ſed etiam annullat ſententiam, quæ per colluſionem obtenta eſt ipſo iure nulla, vt poſt Archidiac. Albert. & alios tenet Viuius in deciſ. 196. num. 4. quem refert, & ſequitur D. Fab. Ann. in conſ. 104. nu. 19. Thor. in comp. deciſ. fol. 99. in nouis; eſt enim colluſio latens, & fraudulenta conuentio inter actorem, & reum, ſecundum glo. in c. 3. in verb. ſpeciale 2. q. 3. Affict. in conſtit. ſæpè contingit in 1. nota. D. Fab. in d. conſil. nu. 2. 4. & qualiter probetur, vltra Maſcard. Farinac. & alios ponunt Viuius, & Anna in locis ſupra allegatis ille num. 1. & iſte num. 5. & allegat tex. in l. qui autem §. non ſimpliciter ibi, ſi tamen nulla ſuſpitio ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſtamen. reliqua in materia, videas apud D. Fab. Ann. in d. conſil. poſt Doctores quos allegat, & in pulcro caſu Carauit. in rit. 269. nu. 22. & ſeq. Sempron. Aſcia; qui de Viuio etiam meminit in determ. 170. in fi. qui in confeſſione colluſione facta loquitur.

Commiſſio facta Officiali, vel Iudici, nõ expirat per mortem committentis re non integra, vt ſingulariter tenet Ioa. Faber in §. rectè nu. 5. inſtit. mand. quem ibi ſequitur Angel. Areti. & de Fabro meminit etiam Didac. Couarru. in tract. prac. quæſt. cap. 4. poſt num. 4. verſ. idcirco non auderem, & Paul. Fuſc. in ſingula. 133. lit. C. qui allegat Dec. in rubr. C. de mand. princip. nu. 14. vbi loquitur de commiſſione facta Nuncio, non autem Officiali, adde videndum Capyc. in deciſ. 116. num. 2. Carrocium in dec. 18. & Annam Sen. in ſingul. 119. D. Vincent. de Franch. in deciſ. 165. Auendan. de exequend. manda. Reg. lib. 1. cap. 3. num. 3. & vide Molinam de primogen. hiſpan. lib. 1. cap. 25. An poteſtas Domini Proregis expirat mortuo Rege, vide D. de Ponte de poteſtate proregis fol. 330. & Iacob. Sbroz. de offic. vicar. lib. 3. q. 45. qui in Vicario loquitur, & ad principalem concluſionem Capiblanc. in pragmat. 5. num. 115. de Baron. in nouis.

Compenſatio ipſo iure extinguit primum debitum, & obligationem, dummodo ab homine opponitur, ſecundum Iaſ. qui latè articulum examinat in §. bo-

§.bonæ fidei num.77.inſtit. de actio. vbi num.78. de communi teſtatur, meminit Vrſill. ad Afflict. in deciſ.121.num.1. ſequitur Viuius in opin.114. num.1.par.1.Cacher.in deciſ.Pedemon.92.nu.16. quia compenſans dicitur ſoluere, l. debitor ff. qui potio.in pigno. habea. vbi Doctores notant, Surd. in tract.de alimen.tit.6.q.4. num.4. & opinionem iſtam nouiſſimè ſequitur Surd.in deciſ.191. maximè num.15. & deciſ.117. num.4. ſed Afflict.in dec.121.in 1.dub.refert in S.C. deciſum compenſationem ipſo iure induci de debito liquido, etiam ſi à parte non fuerit oppoſita, & ſubdit hanc opinionem veriorem, quem ſequi videtur Surd.in tract. de alimen.tit.3.q.1.num.68.dum allegat Afflict.in deciſ.121. ſed vt dixi ſupra contra Afflict, eſt communis opinio, ve etiam teſtatur D. Vince. de Franch.in deciſ.527. num.4. poſſet tamen deciſ. Afflict. procedere quo ad impediendum curſum vſurarum, quia tunc compenſatio fit ipſo iure etiam parte non opponente, vt in caſu deciſ. Surd.117. ſupra alleg. vel ad euitandam caducitatem, vt per Vrſill.in d.deciſ.num.2. & Surd.in citata deciſ.191.num.3. & in tract.de alimen.tit.1. q.42.nu.85.cum ſeq. latè Ricc. in reſol. 120. alias neſcio quomodo Afflict. ſaluari poſſit, poſtquam officium Iudicis non impartitur, niſi petenti, l.4.§. hoc autem iudicium ff. de damno infecto cum ſimilib. vide Molfeſ.ad Napod.in tit.de renunc.q.1. nu.17. debetq; compenſatio fieri de debito liquido cum alio debito ſimiliter liquido, l.fi.vbi DD. C.de compenſatio.alias non fit, nec opponi poteſt, Surd.quis infinitos ad id citat in deciſ.184.num.6. ſed quando eſt, vel venit de breui liquidandum, benè admictitur ſecundum D. Fab. de Ann. in conſ.101. num.1. & Ricc.in d. reſol.num.2. ſed qualiter debitum liquidum intelligatur, vide gloſ. in d.l.fi.in verb.indaginem, Affli.in dec.163.&381 in 2.dub.& Tiber.Decia.in conſ.94.nu.23.& ſeq. vol.3.Ricc.vbi ſupra, nec de quãtitate ad ſpeciem, vel è contra licita eſt compenſatio, Surd. in deciſ. ſupra allegata num.7.poteſt obijci, & opponi, nedum poſt ſententiam Afflict.in d.deciſ.121.nu.3. ſed etiam poſt rem iudicatam, dummodo ſit liquida, vt per eundem Surd.in d.deciſ.191.nu.7.8.quia non eſt propria exceptio ibi num. 9. & vbi compenſatio locum non habet, admictitur retentio, vt conſuluit D.Fabius in d.conſ.101. qui ſubſtantialiter loquitur, & refert ita deciſum, de quo memini ad D.Vincen.de Franch.in deciſ.53.vbi alios remiſſiuè allegaui in apoſtill.meis, an compenſationi, ſeu eius exceptioni, ſi propria eſt, poteſt renunciari, vide Afflict.in deciſ. ſępius allegata, Capyc.in deciſ.88. in 2.dub.& in dec.167.num.8. & quando animus compenſandi præſumatur, vide Didac.Couarr.in cap.offi.ij, aut non præſumatur, Phanuc.in tract.de lucr.dot.in text. vir lucretur à nu.37.& ſeq. Iac.Menoch Iuriſconſultum doctiſſimum in tract. de præſump. c.109. Surd.in tract. de alimen.tit.3.q.1.nu.48 & ſeq.& tit.5.q.3.n.36. & ſeq.tit.9.q.15.nu.15.& ſeq.& in deciſ.119. an debitor qui iurauit ſoluere poſſit compenſate, dicam infra in concluſ.debitor, & in quibus caſibus compenſatio non habet locum, vide eũdem Surd. tit.8.priuil.53.

Compromiſſi tempus licet non currat niſi à die acceptationis ipſius factæ per Arbitrum, l. ſi cum dies compromiſſi ff.de arbitr. Alexa.conſ.34.nu.4 in fi.vol.1.D.Vinc.de Franch.in deciſ.354.num.3. vbi addo alios, tamen concluſio, & opinio iſta non procedit, quando in compromiſſo eſſet dictum, quod tempus prædictum currat ab hodie, vel à tali die, tunc currit abſque exceptione, vt poſt Socc. Sen.& Iacobin.concludit D.Vinc. in d.deciſ.nu.3. & in fin.qui refert ita deciſum in S.C.vbi alios allegaui in apoſtillis meis, quibus adiungo latiſſimè Surd.in dec.203.& cum in anno 1597. hic pũctus in eodem S. C. accidiſſet idem Dominus Sacri Conſilij Præſes meritiſſimus, & nemini ſecundus, allegauit conſ. Socc.in d.deciſ.allegatum, de cuius numero non fuit recordatus, nec de deciſ. prædicta, vt ipſe refert in deciſ.626. num.2. Nihilominus refert plenè articulo diſcuſſo deciſum ſecundum allegata in deciſ. 354. videlicet tempus currere à die facti compromiſſi abſque acceptatione, vbi latiſſimè.

Compromiſſum neceſſarium quod fit vigore Regiæ Pragmaticæ odia, poteſt fieri à minoribus, vel eorum tutoribus abſque decreto, & alijs ſolemnitatibus, vt conſuluit Alexan.in conſ.254. omnium poſtremo vol.6. vbi Natta in addit.in verſ. vbi inquit, & ita fuit iudicatum in pluribus cauſis refert Ann.qui allegat alios ſing. 115. vbi Adden. ad eũ ibi ſequũtur, vbi allegant Menoc. Rotam Bonon. & Rotam Peruſ.quibus accedunt Rolan. in tract. de lucro dotis q.44.& in conſ.57 nu.31.33. vol.2. Cauenſ.in pragm odia num.31. Arno.in comme. 125.Maranta in tract.de multiplici alien. num.23. Viui.in opin.505.par.2.in nouiſſima editione, Oct. Simoncell.in tract.de decret.mino. lib.2. inſpect. 8.vbi ad partes diſputat articulum, tandem nu. 84. fol.96.teſtatur opinionem iſtam eſſe frequentiori calculo receptam, & Surd.in deciſ.49.num.3. & ſi Muſcatell.in prax.Sacr.Conſ.in gloſ.gradum poſt num.69.fol.38. aliter teneat, & malè, & Camill. Borrell.in d.pragm.fol.16.à terg. Thor.in comp. deciſ.fol.103.& 562. an diſpoſitio dictæ pragmat. ligat clericos coniunctos ad faciendum compromiſſum, Capyc.in dec.66.D.Caro.Tap.in 3.tom. Iuris Regni fol.24. Viuius in opin.809. num.3. & Camill Borrell.in dicta pragmat.fol.30. an compromiſſum neceſſarium poſſit fieri per filium familias coniunctum abſque præſentia eius, expreſſo conſenſu ſui patris, Carauit.in proprijs terminis in pragm. per excellentem §.11.nu.38.& ſeqq. tenet quod ſic, vbi authoritatibus, & rationibus opinionem iſtam probat, refert, & ſequitur Borrellus in dicta pragm.odia fol.24.num.145.& an compromiſſum poſſit peti ab Authore laudato conſanguineo, vigore dictæ pragmaticæ, Vrſill. ad Afflict.in deciſ.15.ad fin. tenet quod ſic, ſequitur D.Rouit.ibi num. 5. & D. Regens Tapia vbi ſupra fol.24.& Camill.Borrell. in loco ſæpius citato, licet Arno.in ſingul.70.contra videatur Ang. Aret.in rubt.inſtit.de except.nu.16.& Muſcat.qui ſupra num.17. cum ſeq.

Compromiſſum non poteſt fieri per partes litigantes in Iudicem ordinarium, l.ſed & ſi in ſeruum §.ſi quis Iudex, vbi Bar.ff.de arbit. Felin.in cap.literas num. . . de præſumpt.Cagnol.in l.1.nu.33 ff.de iudic.Viuius in opin.424.nu.1.par.1.& communem poſt ipſum dicit Suarez in ſuis opinion. num.234.lit.A.fol.16.& Iacob. Menoch. in conſ.

495.

495.col. 1. & ibi multa refert pro nullitate compromiſſi, licet Dec.in l.& ſi prætor nu.5. ff.de off. eius, in puncto iuris teneat contrarium, & multis modis reſpondet ad d. §. ſi quis Iudex, ſequitur Anna in ſingul.hic allegat.de quo meminit Thor. in compend. deciſ. fol. 101. ſed principalem concluſionem, & opinionem tenet Scaglion. in ritu M.C.8.in 6.qui dicit extare pragmaticam in Regno, quæ eſt nona, verſ. item ſtatuimus in tit. de offic. Iudic.verum illa loquitur in Officialibus Regijs, vt etiam animaduertit Viuius in dec.144.nu.5. & 7. quæ prohibet etiam quod non poſſunt eſſe arbitratores, nec amicabiles compoſitores, vt ad literam in illa legitur; quid autem fuit ſeruatum in anno 1550.ante d.pragm. vide Ann Sen. in ſingul.114.eſt benè verum, quod de iure communi poteſt fieri compromiſſum in Iudicem ordinariũ tamquam arbitratorem, Afflict.in prælud.Conſt. Regni q.9.ſub nu.11. Viuius in dicta opinio.nu.2. & Suárez in loco ſupra citato num.244.nec poteſt compromiſſum fieri vigore Regiæ Pragmaticæ, ſi parti petenti illi obſtat exceptio impediens litis ingreſſum, quia per eam lis finitur, ſecundum Frecc.in tract.de præſent.inſtrum.par.9.q.1.n.27. vbi alios allegat Arno. in comm. 3. Cotiam in ſuis memo. in verb.compromiſſum verſ.imò generalius, Maranta in tract.de ordin. Iudic. par.6. actu 2.nu.17. Cauenſ.ſuper d.pragm. num.79. & Viui.in opin.809. num.3. par.2. nec poteſt fieri in duos arbitros, vt ipſi eligant tertium incertum, qui poſſunt diſſentire in eligendo, l.item ſi vnus §. ſi in duos ff de arbitr.quem Roman.alleg. in ſing. 164.& ita de anno 1595.fuit iudicatum per Rotam Anconitanam, refert Steph.Grat.in dec 236.nu.1. & ſeq. Camill Borrell.in comment.dictæ pragmaticæ fol.137.nu.5.limitat tamen Roman. vbi ſupra in arbitratoribus, quibus dari poteſt poteſtas, vt tertium incertum eligant, poſt Bal.& Ioa.Monac. quos allegat Borrell.qui ſupra nu. 7. & alios plures ad id citat Gratian. in d.deciſ.nu.8. licet nu.9. allegat Cardin.in contrarium, quia rationes allegatæ in arbitro, militant etiam in arbitratore, limitat etiam Gratian.in d.deciſ. quando à partibus fuiſſet actum in compromiſſo, vt arbitri eligant tertium incertum antequam in cauſa procedant, quia tunc valet compromiſſum, vt ibi, & ſi factum eſt compromiſſum in vnum, vel plures arbitros, illo moriẽte, vel aliquo ex arbitris expirat, l.diem proferre §.1.iũcta glo.ibi ff.de arbitr.Iaſ.poſt alios in l.duo ex tribus num. . . ff.de re iudic. Viuius qui communem dicit in opin. 117. par. 1. de quo meminit Suar.in ſuis opinion.nu.238.lit.A.Ioſeph Ludo.in deciſ.Luc.37.Camill.Borrel.in d.pragm. fol.107.nu.127.& Duen.in regul.128. vbi ampliat & limitat, an compromiſſum factum inter duos, morte vnius ad hæres tranſeat, quod non, ſecundũ Borrell.qui ſupra fol.108.nu.133.

Compromiſſum factum in arbitros ſi ab eis prorogatur, non videtur prorogatum iuramentum, partium in compromiſſo appoſitum, vt poſt Bal. & Boer.tenet Anna in ſingul. 116. quod tamen intellige, quando compromiſſum eſt factum ſimpliciter, ſecus ſi data eſſet poteſtas arbitris prorogandi, eo caſu prorogato compromiſſo in termino, etiam iuramentum in compromiſſo appoſitum prorogatum cenſetur, ſecundum Decium qui ita tenere videtur in l. lecta nũ. 14. vbi etiam Cagno.n.101.ff.ſi cert.pet.dicens hanc opinionem eſſe cõiter appobatam, licet dicat in puncto iuris non poſſe ſubſtineri per cap.pen.de iure iur.cui ipſe poſt Dec.nu.106.reſpondet, & Vrſill. in deciſ. Afflict.148.nu.3.omnino Couar. in cap. quamuis in 1.par.relect. in initio poſt nu.6. verſ.7. de pact. in 6.fol.6.in paruis.

Compromiſſum non comprehendit lites præteritas, Iaſ.in l quod ſeruius in fi.ff.de cond. ob cauſ. poſt Bart. quem allegat, nec alias deciſas, ſecundum eundem Iaſ.in l.1.col.j.ff.de tranſact.vide Borrel. in pragm.odia fol.73. à terg. nec porrigitur ad id quod non erat lis, Camill.Borrell. in pragm.odia fol.73.num 262.& ſeq.vbi num.264.ſcribit, quod compromiſſum generale factum de omnibus litibus, & quæ eſſe poſſent nihil operatur, vbi lis non eſt; an compromiſſum poſſit fieri ſuper cauſa alimentorum, vide omnino Surd.in tract.de alimen. tit.8.priuil.56.à num.29.cum ſeqq. & num.56. & Camill.Borrell.in d.pragm.fol.77.nu.309. & ſeq. nec habet locum in re prohibita alienari, idem Borrell.vbi ſupra num.125.fol.61. Hinc cauſa feudalis compromitti non poteſt abſque aſſenſu Regio idem Borrell. loco citato à num. 124. cum ſeqq. vbi num.139.limitat, & pariter cauſa vitæ militiæ, Afflict.in dec.43.& deciſ.138.Camill.Borrell.vbi ſupra ſub num.129. cum ſeqq fol.61. à terg. vbi num.133.limitat interueniente Regio aſſenſu, & refert Borrell. alios caſus, & cauſas in quibus locum non habet compromiſſum, & fieri non poteſt.

Conceſſio rei ſtabilis eccleſiæ non poteſt fieri vltra triennium Didac.Couar.laté lib.2. var.reſol. c.16. per extrauag.ambitioſæ, ſequitur Plot.in l.ſi quando §.5.poſt num.6.verſ.& pro hoc fol.62. C.vnde vi, Franc.Becc.in conſ.13.& M.Anto.Lungen. in conſ. . . & dicam infra in concluſ.Locatio, & eſt expeditum in Sacro Concilio Tridentino ſeſſ.25. cap.11.in fin.de reform.vide Camill.Borrell. in conſ.91. quæ autem ſunt iuſtæ cauſæ concedendi, vel alienandi res ſtabiles eccleſiæ vltra triennium, interueniente conſenſu Superioris, vide Vrſill.in deciſ Afflict.17.num.5.Viuium in opin.39.par.1. Ioſeph Ludoui.in deciſ.Peruſ.93. Paul.Fuſcum in ſingular.109.lit.A.fol.39.Maſcard.in tract. de probation. concluſ. . . vol. 1. Marcell. Calà de modo articul.num.743. Maranta in tract.de multiplici alien.num. . . cum ſeqq. & Iaco. Menoc. de arbitr.iudic.caſu 172. in additionibus nouis, & Steph.Quarant.ſuper dicta extrauag.in verb.alienatio, vbi ponit ampliationes, & limitationes, & Seraph.in deciſ.1174. & 1490. num.1. vbi requiritur cauſa, & ſolemnitas, vt ibi, Alexan.Raudenſ. de analog.c.38.num. . . & Ricc. in reſolut.383. an alienatio, ſiue conceſſio rei ſtabilis eccleſiæ pertinentis ad eccleſiã catedralem poſſit fieri ab Epiſcopo cum conſenſu Capituli, vide Abb. in c.1.de his quæ fiunt à Prælat.Nauarr.in conſ.5.nu.1.in tit.de rebus eccleſiæ non alienan.fol.352.in 1.tom. qui tenent quod ſic, ſequitur D. de Ponte de feud. lect.4.num.45.vbi declarat, & quid in bonis menſę Epiſcopalis ſeparatis á menſa Capituli, vide gloſ.in cap. 1.in verb.defenſore, vbi Gemin.de reb. eccleſ.non alien.& Seraph.in deciſ.443. hinc alienatio rerum ſtabilium eccleſiaſticarum, mona-

chorum

Digitized by Google

chorum S. Benedicti, per Conſtit. illius Ordinis fieri non poteſt ſine licentia Capituli generalis illius ordinis, ſecundum Seraph. in deciſ. 1070. vide in materia D. Vincent. de Franch. in dec. 35. & deciſ. 163. nu. 14. & 15. An bona alicuius hoſpitalis poſſint alienari ſine ſolemnitatibus à iure requiſitis, vide Plot in d. l. ſi quando §. 5. fol. 61. & Tob. Nun. in conſ. 58. à nu. 1. & bene Gratia. lib. 3. diſcep. foren. c. 517. & quid ſi aliquis donat rem ſtabilem eccleſiæ, vel teſtando legat, data poteſtate per donatem, ſiue teſtatorem, vt illa res donata, ſiue legata eccleſiæ, poſſit ab ipſa vendi abſq; ſolemnitatibus, an nihilominus dictæ ſolemnitates requirantur, Stephan. Quaranta in d. verb. alienatio in 16. ampliat. conclud. quod ſic, vbi idem tenet in ceſſione iurium, & actionum nu. 13. & fol. 15. vide D. de Ponte de feud. in 13. lect. num. . . & in 4. limitat. num. 18.

Conceſſio generalis nō debet extendi ad ea, quæ ſpecialem exigunt conceſſionem, atque ad ea quæ in ſignum priuilegij ſingularis ſunt Principi reſeruata, vt ſcribit Anto. de Gama in deciſ. 31. ad fin. & fuſius Camill. Borrell. ad Bellug. in Specul. Princ. fol. 6. lit. M. in nouis, & Loffred. in conſ. 36. in fin. conceſſio q; facta videtur ſecundum conſuetudinē concedentis, Alex. conſ. 107. nu. 2. vol. 1. & in conſ. 8. vol. 2. Paris de Puteo de ſind. in verb. conſuetudo num. 5. Surd. in tract. de alimen. tit. 4. q. 19. nu. 4. & conceſſo vno, venit quicquid eſt neceſſarium ad conceſſionem, l. ad rem mobilem, & l. ad legatum ff. de procur. cum ſimil.

Concubina, vt verè dicatur multa requiruntur, ſecundum Gramm. qui requiſita reaſſumit in vot. 4. ſequitur Vrſill. in deciſ. Afflict. 391. nu. 16. Franc. Burſat. in conſ. 62. num. 5. Capriol in tract. de ſucceſſ. fol. 106. nu. 55. Maſcard. in tract. de probatio. concluſ. 342. vol. 1. & nouiſſimè Surd. in tract. de aliment. tit. 1. q. 9. à num. 10. cum ſeq. vbi optimè declarat, an donatio facta concubinæ valeat, vide Afflict. & Vrſill. in deciſ. 102. & Farinac. latiſſimè vol. 6. in fragmentis à num. 542. cum ſeqq. fol. 76. vbi de donatione, inſtitutione, & legato loquitur, & pariter in Clerico, Milite, Doctore, & Aduocato ſimiliter loquitur, & vide Seraphin. in dec. 46. & an donatio, ſiue legatum factum cōcubinæ valeat de iure canonico, vide ibi, an valeat donatio, ſiue legatum factum clerico adultero per mulierem, vide Rot. in dec. 102. poſt conſil. Farinac.

Cōcuſſio eſt aliquid per metum extorquere à ſubditis, & hoc verbum nihil aliud ſignificat niſi intimorare, ſecundū gloſ. in l. 1. in verb. ablatum, & verſ. & nota ff. de concuſſ. & ita poſt Bart. Paridem de Puteo, Gram. & alios ſcribit Farinac. in 3. vol. q. 111. num. 43. fol. 838. quod concuſſionis crimen committitur non ſolum à Iudice, Præſide, & inferiore ab eis, vt per gloſ. ſupra allegatam, & Farin. vbi ſupra nu. 45. ſed etiam à non habēte officium, & ſic à perſona priuata, glo. in d. verb. ablatum, & verſ. quandoq; & Farinac. in dicto loco nu. 46. fol. 839. & an ſit crimen publicum, vel priuatum, vide Farinac. in ſępius allegato loco nu. 54. poſt Iacob Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 342. num. 12. qui diſtinguit, quod aut committitur crimen prædictū à magiſtratu, vel officiali, & eſt publicum, aut committitur à priuato, & eſt priuatum, & quæ ſit pęna concuſſionis, vide Farinac. in d. q. 111. nu. 40. & à Iudice committitur quando minatur de carcerādo, vel grauando aliquē, niſi pecunia ſibi detur, Pariſ. Gram. quos Farinac. allegat allegato loco, & vide text. in l. quod euitandi, vbi glo. C. de cōd. ob turpem cauſam, & Farinac. qui ſupra num. 49. vbi num. 50. loquitur de extorſione, quæ per officialem cōmittitur, quando officialis indebitè aliquem vexādo pecuniam ab ipſo recipit, d. l. quod euitandi, vbi glo. 1. quia nō dicitur baractaria, ſeu corruptio, quæ non cadit niſi à ſponte dante, vt ibi per Farinac. Hinc per Iudicem baractaria committitur, quando pecunia corruptus iniquam prof. rt ſententiam, quia per pecuniam iuſtitiam baractat, Farinac. poſt infinitos quos allegat in d. q. 111. à nu 1 fol. 830. & Bertazol. in conſ. crim. 71. nu. 6. & 7 vol. 1. An poſſit officialis, ſiue Iudex, durante officio conueniri de extorſionibus, ſiue concuſſionibus, aut baractaria, vide Farinac. qui ſatis pulcre loquitur in conſ. 5. nu. 2. vbi affirmatiuè reſpondet, ſequitur D. Regens Tapia in 2. tom. iuris regni fol. 261. & quæ probationes requirantur tōtra officialem de prædictis inquiſitum, vide Bertazol. in d. conſ. Farinac. in d. quæſt. num. 264. 872. & D. Ioa. Andr Georg. in alleg 42. num. 26. & ſeq. reliqua vide apud Grammat. conſ. 35 Bertazol. & Farinac. in locis ſupra citatis, & D de Ponte in deciſ. 16 & qua pęna debet puniri Iudex baractariā, ſiue extorſionem committens, vide Farinac. in loco ſupra citato, & Carauit. qui de extorſione loquitur in rit 14. nu. 4. 5. & ad iſtam concluſ. adde videndum Gabr. in conſ. 171. vol. 2.

Conditio, ſi Ingrediatur monaſterium, non eſt momentanea, ſed ſucceſſiua, adeo quod pro impleta habetur, ſi ingreſſus infra annum deceſſit, & profeſſio facta non fuit, ita reſpondet Ioa. de Amic. in conſ. 75. ſub num. 1. verſ. præterea, de quo meminit Card. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 10. num. 6. & ita refert iudicatum Stephan. Gratian. in deciſ. 35 num. 3. & ſeq. & optimè corroborat Surd. in dec. 303. nu. 7. licet ille Excellentiſſimus Senatus per prius aliam tulerat ſententiam, vt per Surd. ibi, vide ſi pro iſta concluſione conſert Cami l. Borrell. in pragm. odia fol. 106. nu. 114. & Salern. ad Napoda. in prohęm. conſuetud. fol. 76.

Conditio in iucens viduitatem non reijcitur in vidua, per text. in auth. cui relictum, vbi Doctor. C. de indi. vidu. tolle, ſed ſeruanda eſt ſecundum pract. Papienſ. in forma libe. ad dotem in glo. donec num. 3. Card. Pariſ. in conſ. 26. volum. 2. vide Alex. Tretacinq. in conſ. 68 vol. 2. vbi plures modos cōditionis huiuſmodi refert, & diſtinguit, vide omnino, ſecus in virgine quæ reijcitur, & ſeruari non debet, ſecundum Doctores præællegatos, & lauſſimè Card. Mantica in tract. de coniect. vltimarum volunta. lib. 11. tit. 19 ſub num. 2. vbi teſtantur hāc opinionem eſſe communi calculo receptam, nec de iure Pontificio correptam, vt ibi accedit Steph. Grat. in dec. 187. num. 11. & ſeq. limitatur concluſio iſta, vt hæc conditio etiam in virgine reijciatur, ſed ſeruanda eſt quotieſcumqs in defectum viduitatis fuit factum legatum in piam cauſam, & ea vocata, quia fauor religionis, & pietatis eſt præferendus fauori nuptiarum, ſecundum Tiraquell. in tract. de priuileg. piæ cauſæ, priuileg. 18. Mantica in loco citato nu. 11. & iterum lib.

lib.cod.11.tit.18.nu 9.& latè Steph.Grat. in deciſ. ſupra alleg. num.14.15.ad principalem concluſionem adde videndum Euerard. in loco à matrim. Cama.fo.422.nu.5.& ibi de materia.

Condictio caſualis in contractibus retrotrahitur etiā quoad hypothecam, per text.in l.qui balneum, & l.qui potior ff.qui potio in pign.habea.Alex.conſ. 232.num.7.vol.6. Neguſ.in tract.de pignor. in 2. mēb.5.par.nu.9.&10.Cagnol.in l.lecta nu. 186.ff. ſi cert.pet.Ioa.Crot.in l.ſi is qui pro emptore col. 48.verſ.quarta concluſio ff.de vſucapio. vbi ponit regulam cum limitationibus, & nouiſſimè multa congerit Io.Bapt. Conſta in tract.de retrotractio. cap.8.caſu 31.fol.185. & ſeq. vide Mart. in voto 9. num.14.& ſeq.poſt Pariſ.in conſ.11.vol.j.& Euerard. in loco à contractu ad diſtractum fol. 305. num.10.& Vrſill.ad Afflict.in dec.286. ſecus in conditione poteſtatiua,ſecundum DD.ſupra allegatos,& D.Reg.Lanar.in conſ.56.nu 7. vel quando ius eſt tertio quæſitum,vt ibi num.8. & Tiraq. in tract.de retract.conſang.§.1.gloſ. 10.nu.66.quia extrema non ſunt habilia, vt pulchrè per Gozad. in conſ.28.num.38. hinc Alexan. ſatis notabiliter ſcribit in conſ.a 28.num.4.vol.6.quod licet condictio caſualis retrotrahitur in contractibus quoad obligationes bonorum, tamen quoad dominium primi contrahentis fauore,non trahitur retro in præiudicium ſecundi acquirentis, allegat Bald. & Salyc.in l.1.colu.vlt.C.an ſeru.exte.vbi Natta in addit. ſequitur, qui etiam meminit de Croto in loco ſupra allegato, accedit Gozad. in conſ. 14. num.6.& Tiraquell.in d.gloſ.10.num.68.in fi. An condictio adiecta legato retrotrahatur, vide poſt Matteſil.& Alexan.Ioa.Bapt.Conſta in d.tract. & loco allegato num.16 fol.188. & omnino Surd. in tract. de alimen. tit.2. q.15. num.99.& Morot. in conſ.37.nu.7.poſt Socc.in conſ.41.num.29.vol.4. Neguſan.in d.tract.num.1.par.5 num.22.omninò Anchar.Iun.in q.3.par.1.& Vrſill.vbi ſupra, & ſi conferunt rationes relatæ per Roland. in conſ.28. nu.16.17.13. vol.4. & de condictione poteſtatiua quæ non retrotrahitur,ſcribit nouiſſimè D.Vinc. de Franch.in dec.677.ſub nu.7.vbi etiam de Croto meminit.

Conductor ob non ſolutionem mercedis,ſeu penſionis poteſt expelli,& priuari cōmoditate vti fruendi re conducta etiam propria authoritate, l.ædem C.loca.vbi Doctores,Afflict.in conſtit. pacis cultum num.23.verſ.an autem, Petr. Foller. in prax. cenſual.fol.232.num.8.in nouis,Maran.in tract.de remed.poſſeſſ.num.169.in fi.Magon.in deciſ.47. num.1.Viuius in dec.308.num.1.& 11. vbi infinitos citat, Surd.in tract.de aliment.tit. . . . q.26. num.50.& Rota Luc.in deciſ.74.in princ.in nouis, latè Paſcal.de virib.patr.poteſt.par.4.c.6.num.61. licet dicat tutiorem viam eſſe implorare iudiciariam authoritatem, etiam ſi deficeret vnus nummus, ſecundum eundem Marant. in loco allegato num. 170. poſt Paul. de Caſtr. & Iaſ. quos allegat qui loquitur in emphiteota, & iterum num. 228. Surd.in conſ.103.num.4. & in tract.de alim.tit.7. q.17.num.22. vbi loquitur quando conductor deficit in parte ſolutionis penſionis, maximè ſi conductor promictit cum iuramento ſoluere mercedem,ſiue penſionem,quia elapſo termino ſolutionis ob periurium ſtatim priuatur commodo rei conductæ, vt conſuluit in terminis Alexand.conſil 85.vol.1.vbi Doctor.in Apoſtillis,Cagnol.in l. ſi quis maior poſt num. 51. C. de tranſact. Roland. conſ. 6. num. 43. volum. 1. & Marant. in conſ.29.num.4. Verall.in deciſ.300 par.1. & dicit Gozadi. in conſ.57. nu. 10. quod ſi locator promictit expreſsè non expellere inquilinum, eſt neceſsè, quod per biennium ceſſet ſoluere penſionem, l.quæro §.inter locatorem ff. loca. tamen ſi inquilinus iurauit ſoluere, & non ſoluit, ſtatim ob periurium poteſt expelli, vbi idem dicit in emphiteuta,qui canonē ſoluere iurauit, ſi non ſoluit ſtatim poteſt expelli, non expectato biennio, vel triennio,allegat Bal.in cap. querelam de iure iura. idem Gozad.in conſ.46.num.8.conſ.67. nu.9. Viuius qui communem dicit,& alios allegat,& maximè Alex.in d.conſ.85.in opin.239.par.1. reprehendens Clar.in § emphiteoſis q.8.qui aliter tenet Rolan. in d.conſ.ſupra citato num.41.Caualc.in dec.43.num.18.par.1.dec.29.nu.47.par.2. Verall. in deciſ.300.par.1. & Honded.in conſ.56.num.4. vol.1.Maſcard.de probation.concluſ.250.num.3. volu.1.vbi num.4.limitat ob paupertatem, allegat Arno.in ſingul.52. Contrariam opinionem validiſſimis rationibus tenet Didac. Couarru. in cap. quamuis par.1.num.5.de pact.in ſexto, poſt Bolognet.in d.l.ſi quis maior num.29.vbi refert ſecundum iſtam opinionem fuiſſe Romę iudicatum, ſequitur Clar.in d.q.8.verſ.& hæc quidem, & relatis Alexand. Iaſ. & Dec. & alijs ab Anna in ſingular.286.refert communem ſupra relatam,nunquam fuiſſe practicatam,quia iuramentum interpoſitum intelligitur ſecundum naturam actus ſuper quo interponitur,l.fi.C.de non numer.pecun. & Anna filius ibi in ad.fi.ſequitur hanc ſecundam opinionem Thor.in compend.deciſ.fol.179. Redeundo ad principalem concluſionem de Colono, ſeu Conductore ceſſante ſoluere penſionem in termino præfixo, dicit Petr. Foller. in loco ſupra allegato, in Ciuitate Salerni extare conſuetudinem quod Conductor non ſoluens penſionem domus, vel ad ſimplicem requiſitionem domini locatoris domus clauditur cum claui, & expellitur, quam conſuetudinem eſſe de iure affirmat ex Angel.in l.eſt differentia ff. in quib. cauſ. pign. cui addo Iaſ. & Dec.in d.auth.qui rem,ille nu.15. & iſte nu.17.& Marant.in d.tract. de remed. poſſeſſor.nu.170.in fi. Hinc poteſt inferri,quod conductor poteſt expelli à re conducta ex alia cauſa, quám non ſolutionis penſionis, puta ob cauſam neceſſitatis, quia locator indiget re locata pro vſu proprio, iuxta terminos d.l.ædem, Anton. Gomez tom.2.var.reſol.de contra.c.3.nu.6. & Paſcal.de virib.patr.poteſt.par.4.c.6.col.1.ſi tamen neceſſitas ſuperuenerit poſt locationem, veluti ſi vxorem duxit, vel res locata reparatione indigeat, vt poſt Docto. ibi, ac pract. Papienſ. & Soccin. ſcribit Magon.in deciſ.Luc.75.num.6.Marc.Anto.Natt. in conſ.25.num.1. & Conſta de portio.rati. q 187. Gome.Paſcal.& alij in dd.locis,Ric.deciſ.117.p.2. & talis neceſſitas ſit quæ præuideri non potuit, ſecundum Angel.in d.l.ędem,de quo meminit Magon.in loco citato num.7. Item etiam ſi res locata indigeat refectione, tunc locator poteſt conductorem expellere, verùm ipſa refecta poteſt conductor recuperare,Roman.in ſing.235. & Paſcal.

vbi

vbi ſupra n. 44. ſed an cõductor poſſit cogi ad iterum habitandum, vide Marſil. in ſingular. 615. & Paſcal. loco citato; limitat tamen Angel. ſi in inſtrumento locationis promiſit locator, colonum, ſeu conductorem non expellere nominatim, & expreſſè durante tempore conductionis, quia per illa verba de non expellendo, vt aliquid operentur, iuxta l. ſi quando ff. de leg. 1. videtur receſſum à natura locationis, & Angel. refert, & ſequitur Dec. in conſ. 291. num... conſ. 356. col. fin. & conſ. 667 & in l. fi. nu. 7 ff. ſi certum petatur, ſed contra Ang. & ſequaces per optimas rationes tenet Didac. Couarr. lib. 2. variar. reſol. cap. 15. poſt num. 4. verſ. ex quo mihi, deciſionem q; prædictam Angeli non eſſe veram, affirmat M. A. Natta in conſ. 416. nu. 3 vbi num. 7. refert Alber. in d. l. eadem tenere contrarium, & ſic contra Angel. ipſe conſuluit, quem ſequitur Magon. in d. deciſ. 75. num. 2. cum quibus ego teneo, verum pro opinione Angel. conſuluit Surd. in d. conſ. 103. vbi ad Couar. & Nattam reſpondet: hinc etiam conductor poteſt expelli a re conducta, quando malè verſatur, & vitur ea Practica Papienſ. in forma libelli ad ficti præſtatio. in glo. inueſtiuit ante num. 6. & Iacob. Menoch. in caſu 78. & Seraphi. in dec. 1185. Peguer. in dec. 241. num. 4. Nam conductor tenetur reſtituere locatori rem conductam in ea forma, vt ipſam conduxit l. ſi merces §. conductor ff. loca. l. cũ conductorem C. eod. Iacob. Menoch. in conſ. 13. nu. 1. conſ. 189. num. 4. & Mart. in voto 149. num. 5. & ad principalem noſtram concluſionem vide Iac. Menoc. de præſump. lib. 3. c. 38. nu. 2. & 5.

Conductor qui expenſas neceſſarias, vel vtiles in re conducta fecit, non poteſt à domino expelli, vel à ſingulari ſucceſſore, niſi eidem expẽſis prædictis reſtitutis, glo. in l. ſi colonus, quam ibi Bart. ſimpliciter ſequitur ff. de vi, & vi arm. ſequitur Alex. in l. ſi filio familias §. ſi vir num. 8. ff. ſolut. matr. Socc. in conſ. 15. num. 20. vol. 1. latè Anchar. Iun. in q. 47 par. 3. Cavalc. in dec. 44. nu. 46. & 48. par. 1. Maran. in tract. de multiplici alien. nu. 274. & in tract. de remed. poſſeſſ. nu. 33. 121. & ſeq. & iterum num. 227. vbi poſt Doctor. in l. ſi non ſortem §. ſi centũ ff. de cond. indeb. infert ad Scriptorem, cui datus fuit liber, ſeu quinternos ad exemplandum, nam poteſt illum ſibi retinere, donec ſoluatur ſalarium, & melius, quàm alius, doctiſſimus Surd. in dec. 50. per quem poteſt declarari, & intelligi Capyc. in dec. 11. nu. 1. & Boer. in dec. 15. col. 1. infert, & ad ſartorem qui poteſt retinere veſtes per eum ſutas, donec ſalarium ſibi ſoluatur, allegat Bald. in l. fi. poſt num. 1. C. comod. verſ. 2. de quo meminit etiam Iaſ. in d. §. ſi centum col. fin. hoc tamen intellige ſi Sutor infra ſex menſes petierit ſalarium, quibus elapſis, non poteſt vlterius petere, vt poſt Rebuff. tenet Ann. in ſing. 492. licet in alijs ſalarijs petitio præſcribatur ſpatio trium annorum, ſecundum Duen. in regula famulus, Steph. Gratia poſt Bouiũ in dec. 53. num. 6. vide infra in concluſ. Salarium in fi. Hinc inferri poteſt, Sartorem teneri infra tempus prædictum ſex menſium de veſtimentis corroſis à muribus in ſua apotheca, ſecundum Parid. de ſindic. in verb. negligentia num. 18. allegat tex. in l. item quæritur §. ſi quis ff. loca. quem refert, & ſequitur Paul. Fuſc. in ſing. 4 lit. S. & conferunt ſcripta per Neguſ. de pignor. in 2. memb. 5. p. num. 2. & dicit Paul. Fuſc. vbi ſupra, valere argumentum, Sartor ergò fur, & ſi de eius ſalario diſceptatur, Iudex poteſt illud conſtituere ſecũdum cõſuetudinem Regionis, ex allegatis per Marant. in conſ. 34. nu. 26. infert & tertio, Maranta in dicto tract. ad Mareſcalcum qui curauit equum alicuius, nam poteſt illũ pro mercede. laboris, & curationis, ac pro expẽſis retinere, Bal. vbi ſupra verſ. 3. Hinc etiam infert ad vecturalem, ſiue vectorinum qui portat fardellum ſcholaribus, & ſoluit aliquid pro eis pro gabella, nam poteſt fardellum retinere: Item in cęteris ſimilibus, vt per Bald. in loco ſupra citato verſ. 4. & multa ponit, & refert in terminis retentionis, Surdus in tract. de alim. tit. 8. priu. 62. & D. Petra ad Capyc. in deciſ. ſupra allegata, & conductor quas expenſas facere tenetur de ſuo, & quas locator tenetur bonas facere, vide omnino Boer. in deciſ. 44. num. 1. 3. 5. & 12. Rolan. conſ. 83 vol 4. & Cauialc. in dec. 44. nu. 49. & ſeq. & Iacob. Menoch. qui alios allegat in conſ. 64 vbi num. 18. etiam tenet, locatorem non teneri ad ſoluendum expenſas ad quas eſt obligatus, niſi in fine temporis ipſius locationis allegat l. domos, & ibi DD. ff. de leg. 1. & Boer. in d. deciſ. nu. 12.

Conductor equi ad vecturam, ſi in itinere equus moritur, vel infirmatur, & apud hoſpitem, ſeu cauponem dimiſit, non tenetur, quia & ipſe de vitio naturali, nec de caſu fortuito, nec de leuiſſima culpa tenetur, vt poſt Bal. ſcribit Dec. in l. contractus nu. 34. vbi etiam Cagnol. nu. 47. ff. de regul. iur. Viui. in opin. 128. num. 1. par. 1. & in dec. 1. niſi diligenter non fuiſſet cuſtoditus, vel non fuerit in itinere, aut in hoſpitijs debitè paſtus: Adeo quod macer, & deterior redditus fuerit, eo caſu ad intereſſe tenetur. l. animalia vbi Bart. C. de curſu publ. lib. 12. & Cagnol. vbi ſupra; addo Bald. conſ. 404. vol. 2. idem etiam, ſi equus, vel mulus ſit conductus ad aliquid portandum, & vltra condignum, & cõſuetum fuerit oneratus, & perierit, aut deterior in itinere efficiatur, conductor tenetur, alias ſecus, l. publici vbi Bart notat C. de curſu public. lib. 12. & Cagnol. vbi ſupra num. 48. Hinc ſi equus, vel mulus conductus ligno, vel fuſtibus, aut calcaribus fuerit percuſſus, & perierit, aut deterior fuerit effectus, tenetur conductor, quia non fecit id, quod quilibet pater familias feciſſet, ſecundum Cagno. in loco allegato: accedit Marſil. in l. de minore nu. 28. ff de quæſt. A poſtil. ad Iaſ. in l. 2. in fin. C. de ſecund. tabul. Viuius in d. deciſ. 1. num. 8. Surd. in dec. 131. num. 5. & Anna in ſingular. 172. Verum ſi equus, vel mulus conductus infra triduum à die locationis moreretur, conductor non tenetur, quia ſine dubio morboſus præſumeretur, ita Alexa. ad Bar. in l. ſi in rixa, vbi etiam Marſil. nu. 59. ff. de ſicar. Viuius qui de commum teſtatur in d. opin. 128. num. 2. Ioſeph. Ludoui. in deciſ. Peruſ. 118. Sempron Aſcia in determ. 44. latiſſimè Maſcard. de prob. concl. 92. vbi refert limitationes vol. 1. & cõferunt ſcripta ſupra in concluſ. Animalis mortẽ autem equi, vel alterius animalis conducti, conductor probabit ex corio, ſigno, & pilo, ſecundum Alex. in conſ. 158. num. 3. vol. 2. Viulus in dec. 243. num. 13. & Anna in d. ſingul. 172. qui allegat Alexand. in conſ. 33. col. 2. vol. 2. qui apud me hoc non dicit, Maſcard. de probatio. concl. 239. nu. 1. vol. 1. & Marcell. Calà de modo articul. num. 227. fo. 90.

Item

item debet probare, quod eſt ille idem equus; vel mulus, quem conductor conduxit, qui obijt, Alex. conſ. 119. num. 3. vol. 1. & in d. conſ. 33. nu. 3. vol. 2. Iaſ. in l. non hoc num. . . C. vnde cogna. cum infinitis alijs cõcordantibus allegatis per Viuium in d. opin. 128. num. 3. vbi de communi, & Calá in loco ſupra citato, probatur etiam mors, & indemnitas animalis conducti per iuramentum, aut ſcripturam à quocumq; cum iuramento, vt poſt Felyn. & Bauer. concludit Mangrell ad Bar. in l. ſcire oportet §. ſufficit ff. de excuſ. tuto. & Marcell. Calà in loc. alleg poſt n. 225. fo. 90. vbi de omnibus prędictis modis, alios ponit idem in num. ſeqq. vſq; ad num. 235. hinc conductor equi, aut alterius animalis vtens, ipſo vlterius quam cum locatore conuenerit furti tenetur, Magon. in deciſ. Flor. 56. nu. 1. vbi nu. 2. declarat, & loquitur in pulchro caſu, an locator equi, vel alterius animalis teneatur recipere à conductore illum deterioratum, vide Marſil. in ſingul. 606 Aym. Crauet. in conſ. 106. num. 2. & Mangrell. ad Bar. in l. acceptam C. de vſur. & quid ſi locans equum, vel commodans, ſcit illum non poſſe ferre laborem ad quid teneatur, vide Ann. Sen. in ſingular. 118. & quid ſi conductor illius, vel alterius animalis vtatur vlterius, quàm cum locatore conuenerit, an furti teneatur, vide Magon. in deciſ. Flor. 56. nu. 1.

Conductor an teneatur purgare foſſatum. Bart. in conſ. 193. in 2. dub. vol. 1. ex profeſſo diſputat, & poſtea dicit, inſpiciendam eſſe cõſuetudinem Regionis, finaliter diſtinguit, ſi impenſa purgationis reſpicit perpetuam vtilitatem, & non tenetur, ſin autem reſpicit præſentis temporis vtilitatem, & eo caſu conductor tenetur, An teneatur purgare viam ante domum conductam, quod ſic, ſecundum Bar. in l. ędiles ff. de via publ. ſed expenſas excompntat locatori in penſione, M. Anto. Natta in conſ. 449. nu. 10 & Maran. in ſuis ſingular. fol. 135. vide tamen Caualc. in dec. 44. nu. 49. & ſeq. 54. 56. An poſſit conductor accuſare de damno dato in re, vel fructibus pendentibus, aut de furto, vide Caualc. in d. deciſ. nu. 72. 73. & 74. & in eius repertorio deciſ. in verb. conductor poſt Aret. in §. is ad quem col. fin. inſt. de rer. diuiſ. & tract. de maleſ. in verb. ſcienter nu. 3.

Conductor negando reſtituere locatori rem conductam, dicitur illum ſpoliare, l. colonus ff. de vi, & vi arm. l. conductores C. loca. quæ iura allegat Alex. in conſ. 33. num. 3. vol. 6. Steph. Grat. in deciſ. 221. num. 1. poſt Iaſ. Cagnol. & Cęphal. quos allegat, & Marant. in tract. de remed. poſſeſſ. nu. 32. quod limita niſi conductor iuſtá cauſam detinendi, & nõ reſtituendi allegat, puta, quia expenſas neceſſarias ſiuè vtiles in re conducta erogauit, vt per Marant. vbi ſupra nu. 33. & Gratia. in d. deciſ. num. 2. & dixi ſupra in concluſ. conductor: verùm pro confirmatione noſtrę principalis concluſionis, poteſt cõductor à locatore cõueniri, vt rem locatã reſtituat remedio l. ſi quis conductionis C. loca. de quo per Affl. in dec. 12. vbi Vrſill. nu. 5. & Campan. in cap. Regni 6. nu. 67. Viui. in opin. 135. par. 1. in nouis, & omnino Aluar. Valaſc. in conſult. 42. apud quos ſunt limitationes.

Confeſſio extraiudicialis facta præſente parte, & per duos teſtes probata plenam probationem facit, vt ſcribit Alex. in conſ. 53. poſt num. 2. verſ. ex qua concluſione vol. 5. conſ. 147. num. 14. vol. 2. & conſ. 152. in fin. vol. 5. Dec. in conſ. 146. num. 3. Aymo. Crauet. in conſ. 167. nu. 1. conſ. 272. nu. 16. Maran. in tract. de ordin. iudic. par. 6. act. 5. num. 2. & in conſ. 9. num. 1. Duen. in regul. 119. Viui. in opinio. 947. nu. 3. par. 3. Ioſeph Ludoui. in deciſ. Peruſin. num. 16. Maſcar. in tract. de probatio. concluſ. 346 num. 1. vbi ſunt ampliationes, & limitationes, Surd. in deciſ. 12. nu. 1. & Rota Luc. dec. 141. verſ. præterea in nouis, & iſta concluſio procedit etiam ſi vnus teſtis deponeret de vera promiſſione, & alter de confeſſione facta præſente parte, quia cum ſint duæ ſemiplenę probationes, iungũtur ad inuicem ſecundum Alexa. qui ita conſuluit in conſ. 76. in 2. dub. vol 6. ſequitur Ripa in l. admonendi nu. 105 ff. de iure iura. Vrſill. in deciſ. Affl. 12. Anto. Gabr. in titul. de probat. concluſ. 1. num. 7. Natt. in addit. d. conſ. Alex. in verſ. ad inuicem. poſt Aym. in d. conſ. 167. poſt nu. 5. & conſ. 81. nu. 2. Surd. in d. deciſ. 12. num. 3. & Maſcard. in d. tract. concluſ. 369. num. 15. eod. volum. teſteſq; deponentes de huiuſmodi confeſſione præſumuntur conteſtes. Aretin. conſ. 36. col. 2. quem refert, & ſequitur Mangrell. ad Bar. in l. ob carmen ff. de teſtib. An cõfeſſio iſta debet à parte acceptari, vide omnino Rolà Vall. in conſ. 50. nu. 18. vol. 4. & Ric. in dec. 138. par. 2. Hinc inferri poteſt, quod teſtes deponentes de confeſſione extraiudiciali facta præſente parte, eſto quod ſint ſingulares debẽt iungi, vt plenè probent, Alex. in d. conſ. 52. nu. 4. verſ. ego etiam. quia actus confeſſionis eſt reiterabilis, quo caſu non poſſunt dici ſingulares, vt ibi per not. per gloſ. in d. l. ob carmen §. fi. & alios ibi alleg ſequitur Dec. in conſil. 650. num. 10. Ioſeph Ludoui. in d. deciſ. nu. 15. Viui. aut quiſquis eſt in opin. vlt. nu. 22. par. 1. Maſcar. in d. concl. 379. n. 11. & 1142. n. 35. 37. vol. 3. & Magon. in deciſ. Luc. 36. num. 13. videatur Aym. Crauett. in tract. de antiq. tempor. in 4. par. §. ſed enim quia. iſta materia á num. 15. cum ſeqq. fol. 265. in paruis, & Ant. Gabr. in d. concl. 1. num. 22. & ſatis pulchrè Farinac. in tract. de teſtib. q. 64. nu. 131. & 134 cum ſeqq. Gratia. lib. 1. diſcept. forenſ. c. 144. Hinc etiam confeſſio plenè probat in his quæ dependent à poteſtate confitentis, Bart. in l. certum §. ſi quis abſente ſub nu. 3. vbi exemplum ponit ff. de confeſſ. & Surd. qui alios citat in tract. de alime. tit. 8. priuil. 30. num. 11. limitatur principalis noſtra concluſio non procedere in criminalibus, quia ex confeſſione facta extra iudicium parte præſente, non oritur, niſi indicium ad torturam, non autem plena probatio, vt ſcribit Anton. Gomez variar. reſolut. tom. 3. de delict. cap. 13. de tortur. reor. num. 8. verſ. rurſus etiam fol 419. Maſcard. in d. tract. concluſ. 346. poſt nu. 6. verſ. contrariam & iterum concluſ. 349. & Baiard. ad Clar. in q. 21. num. 127. vbi limitat quando de crimine ageretur ciuiliter: Hinc etiam infertur, quod confeſſio extraiudicialis facta abſente parte probata per duos teſtes conteſtes de loco, & tempore, ſemiplenè probat, ſecundum Afflict. in deciſ. 364. num. 3. Foller. in prax. crimin. in verb. & ſi confitebuntur el 2. num. 2. deciſ. Rotæ Luc. 92. colu. fin. 105. fol. 169. & 135. fo. 205. & Ricc. in dec. 35. par. 1, & iuncta cum vno teſte de veritate negotij poteſt iungi ad faciendum plenam probationem, ſm̃ eundem Affl. in dec. 12. nu. 3. qui ita in S. C. deciſũ refert, ſe-

quitur Vrſill.ibi nu.5.qui allegat alios, Ant.Gab.in allegata concluſ.1.nu.3.vbi dicit hanc opinionem magis communem, quam limitat vt ibi, Maſcard. in d.tract.concl.1138.nu.13.vol.3.Adden.ad Iaſo. in d.l.admonendi nu.257.in impreſſis apud Iunctas, Campan.in cap.Regni 240.poſt nu.11.omnino Iacob.Menoch. de præſumpt.lib.1.cap.41. num.1.& ſeq. qui plures caſus diſtinguit, Magon. in d.deciſ.num.8.Marant.in conſ.15.nu.1.& Surd. in d.deciſ.12.colu.1. An huiuſmodi confeſſio extraiudicialis facta parte abſente ad liberandum & per duos teſtes probata, plenè, vel ſemiplenè probet, Bart.in l.non ſolum §.liberationis nu.6.& 11.ff.de libera.lega.tenet, confeſſionem iſtam confitenti non præiudicare, vt poſſit conditio ſequi, & hanc Bart.opinionem dicit magis communem Alex.in conſ.212.num.31.volu.6.& ſequitur Viuius in opin.138.num 4.verſ.in contrariam par.1.& nouiſſimè Inſignis Anto.Theſſaur.in dec. 109.num.3.qui poſt Gabriel.Maſcard.& alios infinitos quos allegat, dicit veriorem, & magis receptam, & pro ea iudicatum, vt ibi, verùm de ęquitate canonica, confeſſio ipſa ſic probata per duos teſtes, facit plenam probationem, vt poſt Maſcard. Gabriel.& alios ſcribit Theſſaur.in d.deciſ.num.6 & num.7. alio modo diſtinguit, contrariam opinionem, quod dicta confeſſio, vt ſupra probata plenè probat, tenet Franc.Viui.non leuis eruditionis in deciſ.486. vbi in ſpecie obiurgat Theſſaur. in loco ſupra citato nu.5. & ſe ipſum nominatim in d opin.138.& refert pro iſta opinione iudicaſſe Rot.Rom.& merito, quia in illa ſeruatur ius canonicum, & ipſius ęquitas, ac in omnibus terris eccleſiæ ſubiectis, & ita etiam tenet deciſ.Peruſ. ſupra allegata nu.9.& Theſſaur. in d.deciſ.num.6. & ſic Doctores ſunt coucordes, vbi ſeruatur ius, & ęquitas canonica, vbi autem ius ciuile ſeruaretur, ego ipſe ſemper ſequerer opinionem Bart.cõtra quam vix in praxi obtinere potuit Vrſill vt ipſe refert in deciſ.Affli.105. verùm ſi linceis oculis Theſſaur.legitur num.5.non videtur referre, fuiſſe in Senatu pro opin.Bart.iudicatum, licet eam veriorem exiſtimauit, quia incidenter, & ad alium finem dicta confeſſio in caſu dictę deciſ.fuit facta, vt ibi, de qua confeſſione incidenter facta, optimè loquitur doctiſſimus Surd.in deciſ.250.num.6.vbi exempla refert, & nouiſſimè Ricc.in deciſ.52.p.1. ſecus quando eſſet principaliter facta, & emanata, de qua Marant.in tract.iudic.par.6.act.5.ante num.7.ponit exemplum, & tunc eſſet diſputandum de veritate Bart.& ſequacium, & nec Theſſ. nec Viuius in dd.deciſ.dicunt, ſi confeſſio in eorum caſu, fuit principaliter facta, nota prædicta, & maturius conſidera, quia ſunt quotidiana, & in facto ſępiſſimè accidunt: An confeſſio facta per creditorem abſente debitore fuiſſe ab ipſo ſatisfactum, valet in vim probationis, aut in vim liberationis, vide Bald.in conſ.466.vol.4. Concluſio ſupra firmata quod duæ ſemiplenę probationes iungi poſſint in ciuilibus ad faciendum plenam probationem, ex allegatis per Affl.& alios vbi ſupra, ſecus autem in criminalibus, quæ non iunguntur ad condemnandum, ſupple pęna ordinaria, vt tenent Vrſill.ad Affl.in d.deciſ.12.nu.4.Marant. in ſuis ſingul.in verb.in cauſa criminali fo.140.Campan.in cap.Regni 280.num.37.Gabr.in dicta concl.1.nu.12.Menoch.in d.tract.de præſumpt. lib.1.q.40.nu.9.& q.41.nu.8.vbi de magis communi teſtatur poſt Clar.in q.63.verſ.tu ſcis, ſecundum vnam opinionem, ſecus quo ad inferendam torturam, quia hæ duæ ſemiplenę probationes iũgi poſſunt, ſecũdum aliquos ex ſupra Doctoribus allegatis, & inſuper Farinac.in tit.de indic.& tort. q.36.nu.234.quem vide in num.ſeq.poſt Clar.in loco allegato, & Menoch.de arbitr.iud.caſ.492. Peguer.in dec.17.à num.37.vſq; ad fi.& omnino Farinac.in 3.vol.tit.de reo confe.vel conuict.q.86. nu.20.& D.Vinc.de Franch in dec.538.col.fi.vbi addo, &  confeſſio extraiudicialis per duos teſtes conteſtes probata in criminalibus facit indicium ad torturam, teſtatur de communi Clar.in q.21. verſ.confeſſio extraiudicialis, vbi Baiard.& Farinac.vt cęteros omictam in 3.tom. q.82.à n.23.

Confeſſio facta per teſtatorem debitorem in eius teſtamento, probationem debiti non inducit, ſed vim legati habet, atque ſubſtinetur, vt voluit Bar. in l.cum quis decedens §.codicillis ff.de leg.3.ſequitur Alex.conſ.45 nu.4.Marſil.in rubr.C.de probatio.nu.98.Dilectus in tract.de arte teſtandi in titul.de legat.cautel 6.poſt Roman.in conſil.345.num.9.Ancharan.Iun.in quæſt.58.par.1. qui loquitur de confeſſione facta parte præſente, ſed non acceptante, nec inſtante, & abſque cauſa, Franciſ.Burſat.in conſil.32.num.43.Suarez in ſuis opinion.num.239.lit.C.Maſcard.in tract. de probation.concluſ.359.volum.1.Surd.in tract. de aliment.titul.8.priuileg.30.num.8.& ita fuit iudicatum in Rota Mantuana refert idem Surdus in deciſ 250.& 285.vbi dicit, procedere ſiue ſit facta confeſſio in teſtamento, ſiue in codicillis, vel in qualibet alia vltima voluntate, etiam ſi de debito non conſtet, ſecundum eundem Surdum in loco prædicto priuileg 29.num.7.qui alios ad id citat, limitat tamen Maſcard.in dicta concluſ. multis modis, inter quos ſi confeſſio fuiſſet iurata, ſecundum Bart.in dicto §.codicillis, vel ſi fuiſſet facta parte præſente, & acceptante, aut abſente Notario ſtipulante pro eo qui teſtamentum ſcribit, vt per Barr.& Maſcard in locis allegatis, Dilectum in dicta cautela, & Ancharan.in dicta quæſtione num.2.& nouiſſimè Seraphin.in deciſ. 417.num.2.vbi etiam dicit, quod aduerſus confeſſionem prædictam non poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, vt ibi, quæ limitationes operantur, quod licet confeſſio prædicta ſimpliciter facta, poſſit per teſtatorem reuocari, ſecundum Dilectum vbi ſupra in princip.& iudicauit Senatus Pedemontanus de anno 1595. vt refert D.Theſſaur.Iun.in addit.ad deciſ.109.ſui Genitoris nu.7. Tamen quando eſt facta præſenti, & acceptanti, reuocari non poteſt, Dilectus & Maſcard.vbi ſupra, quibus accedit Surd.in deciſ.127.num.14.& 16.& iterum in deciſ.149. nu.16.& ita debet intelligi D.de Bottis ad Bar.in l. ſi quis in princ.ff.de leg.3.dum ſimpliciter tenet confeſſionem à teſtatore factam eſſe irreuocabilé, alias malè loqueretur, ſecundum Dilect.& alios DD.ſupra allegatos, an reuocato teſtamento prædicto in quo adeſt confeſſio modo quo ſupra, Notario ſtipulante, vt ſupra dictum eſt, cẽſetur etiam

& ipſa

& ipſa reuocata, vide Seraphin. in allegata dec. 417 poſt Bar. & Doctores quos allegat in l. alienam §. j. ff. de donat. cauſ. mort. & in l. fi. ff de ſolut. ad principalem concluſionem adde videndum Gratian. lib. 1. diſcepta. forenſ. cap. 116. nu. 42. & ſeq.

Confeſſio cedentis poſt ceſſionem factam, non nocet ceſſionario, vt per Afflict. in dec. 163. num. 5. Tiraquell. de retract. conſang. §. 2. glo. 2. nu. 14. Rol. à Vall. in conſ. 58. nu. 15. conſ. 85. num. 9. volu. 2. poſt Card. Pariſ. in conſ. 19. nu. 59. & ſeq. vol. 3. Cacher. in dec. 64. ſub num. 6. Rota Auenion. in deciſ. 99. Ioſeph Ludoui. in ſuis com. opin. concl. 3. verſ. declara 16. ſo. 7. à ter. & Maſcar. in tract. de probatio. concl. 374. vol. 1. Verall. in deciſ. 131 in fi. par. 1. ſecus ſi ante ceſſionem, ſecundum eundem in deciſ. 259. ead. par. de veritate autem huius concluſionis videndi ſunt Ioa. Ceph. in conſ. 21. & Farinac. de teſtib. q. 60. à num. . . cum ſeqq. Verùm quando ceſſio eſt facta periculo cedentis tunc confeſſio ab ipſo facta, nocet ceſſionario, ſecundum Surdum qui infinitos allegat in tract. de alimen. tit. 8. priuil. 55. in fi. & vide Iacob. Menoc. de arbit. iud. caſ. 473. nu. 11. poſt Aufrer. in deciſ. Tholoſ. 119. & Machel. in conſ. 29. nu. 1. quando autem ceſſio dicatur facta ad cōmodum cedentis, vel ceſſionarij, vide in apoſtill. meis ad D. de Frāch. in dec. 75.

Confeſſio debet eſſe clara, & liquida, vt confitenti noceat, & damnum afferat, Roma. in conſ. 321. nu. 4. ſequitur Aymo Crauet. in conſ. 157. nu. 9. de quo meminit Add. ad Rom. ibi lit. B & Steph. Grat. in dec. 43. num. 6. adeo quod ſi eſt dubia, interpretatur in fauorem cōfitentis, vt poſt Butr. Dec. Socci. Iun. & Rimin. concludit, & tenet Gratia. in d. deciſ. num. 5. addo Marant. in tract. Iudic. par. 6. act. 5. nu. 32. Dec. in l. in contrahenda, vbi DD. in Apoſtillis ff. de reg. iur. omnino Farinac. in 3. vol. de reo confeſſ. q. 81. nu. 35. fol. 10. An confeſſio facta ſub ſpe promiſſionis impunitatis à Iudice, ſufficiat ad condemnādum, vide Franc. Viui. in opin. 415. par. 1. & omnino Farinac. in 3. tom. q. 81. à nu. 276. cum ſeqq.

Confeſſio delicti facta per delinquentem cū qualitate, ante omnia debet confitēs qualitatem probare quia poteſt pro parte acceptari, & pro parte reijci, ſecundum Clar. in §. fin. quæſt. 55. verſ. poſſet quoq; Tiraquell. de pęnis q. 27. num. 7. Iaco. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 279. Rota Genuæ in deciſ. 60. num. 4. & deciſ. Rotæ Lucæ in nouis, latiſſimè Maſcard. de probation. concluſ. 867. nu. 1. vol. 2. alias condemnabitur, vt per Doctores prędictos allegatos, & inſuper Farinac. in titul. de carcer. q. 32. num. 6. & Baiard. qui multos addit ad Clar. vbi ſupra num. 41. ſed qua pęna debet confitens condemnari, non probata qualitate per ipſum, nempe pęna ordinaria delicti, vel extraordinaria, vide Farinac. in 3. volum. q. 81. cap. 4. & D. Vincentium de Franchis meritiſſimum Præſidem in deciſ. 556. vbi addo, in additionibus antiquis, & nouis, & quid ſi delictum per prius fuit negatum, & poſtea delinquens conuictus confitetur illud feciſſe ad ſui defenſionem, an ſit audiendus, vide omnino Lucam de Penna ad partes diſputantem in l. profeſſio col. 2. verſ. accuſatus de homicid. C. de munerib. patrim. lib. 11. an exceptiones rei delinquentis, quæ impugnant d. eius confeſſionem debent admitti pro ſe defendendo, vide omnino D. Præſidem Vincentium de Franchis in deciſ. 638. vbi articulo plenè diſcuſſo refert de menſe Ianuarij 1598. deciſum in Collater. Conſil. fuiſſe admiſſas pro defenſione inquiſiti, & confitens plura delicta, ſi probat aliqua non eſſe vera, an præſumatur error in omnibus, vide Alciat. de præſumpt. in 3 reg. præſumpt. 21. ſub nu. 3. & Farinac. in 3. tom q. 81. num. 22. & an confeſſio in ciuilibus facta cum qualitate poſſit pro parte acceptari, & pro parte reijci, vide Iaſ. poſt Bart. in §. item ſi quis lo 2. num. 20 & ſeq. inſtitut. de action. Maranta in tract. Iudic. par. 6. actu 5. num. 27. Aymo. in conſ. 150. in fi. conſ. 217. colum. fin. poſt Alexand. conſ. 19 num. 3. volum 7. conſ. 171. num. 15. vol. 6. & conſ. 2. num. 22. vol. 4. Cagnol. in l. ſecundum naturam num. . . . ff. de regul. iur. Mandoſ. in conſil. Rom. in 353. lit. F. M. Ant. Natta in conſ. 365. Iacob. Menoch. de arbitr. Iud. in caſu 93. verſ. ſexto caſus, vbi declarat, & Vrſill. in deciſ. Affli. 7. ad fin. Mangrell. ad Bar. in l. publia ff. depoſ. Magon. in deciſ. Florent. 3. num. 32. & ſeq. omnino Surd. in deciſ. 258. Verall. in deciſ. 190 num. 2. par. 1. & Caſtill. deciſ. 22. num. 12. Gratian. lib. 1. diſcep. foren. c. 130. col. 2. & lib. 2. c. 319.

Confeſſio facta ſine cauſa eſt inefficax, & vti indiſcreta, non probat, l. 2. §. circa ff. de dol. except. & l. cum de indebito §. fin. ff. de prob. & tenet gloſ. in l. 1. in fin. ff. de interroga. actio. Alexa. conſ. 4. nu. 2. & 6. vbi declarat conſ. 13. num. 2. & ſeq. volum. 1. Afflict. in conſtitut. Regię Maieſtati num. 8. & iterum in conſtit. volumus num. 9. ibi, item negari non poteſt, Duenna in regul. 118. in princ. Suarez in ſuis opinion. lit. P. num. 34. & lit. S. num. 204. Intriglio. in ſingul. 173. nu. 21. & latiſſimè D. Camill. Borrel. in conſ. 63. ſub nu. 15. fallit ſi in confeſſione prædicta fuit appoſitum iuramentum, quia ipſum cauſam ſupplet, ſecundum Roma. in conſ. 373. ante nu. 6. vbi Mandoſ. in addit. qui concord. alleg. lit. C. Fallit ſecundo, quando eſt facta in iudicio coram Iudice, Rom. vbi ſupra. & in cōſ. 290 nu. 7. vbi Addit. & ſentit Afſl. in d. conſt. volumus poſt nu. 9. Fallit tertio, quando eſt facta in inſtrumento guarantigiato liquido, quia probat ſecundū Foller. ad Maran. in 6. par. act. 8. nu. 17. & Cauenſ. in rit. 166. num. 16. in fi. Fallit quarto, quando eſt emanata, & facta in obligatione ſtipulata penès acta Curiæ, ſecundum eundem Cauenſ. in rit. 128. nu. 6. & Vrſill. in dec. 387. nu. 3. in fi. quicquid in contrarium conſuluit Ioan. de Amic. in conſ. 129. alias fallentias reaſſumit, & ponit Petr. Duen. in loco ſupra allegato.

Confeſſio facta per ſocium in ciuilibus probat cōtra conſocium, ſecundum Rot. Gen. in dec. 1. nu. 1. allegat Bar. in l. pen. ff. de duob. reis, quam opinionē intellige, ſi cōfeſſio eſt facta à ſocio ſocietatis nomine, & de re ſocietatem concernēte, ex dictis per Alex. in conſ. 217. nu. 13. vol. 7. quem refert, & ſequitur Steph. Grat. in dec. 178. nu. 11. & conueniūt ſcripta per Surd. in dec. 213. & vide infra in concluſione Socius.

Confeſſio verbalis ab aliquo facta, ſi non eſt redacta in ſcriptis, poteſt ſtatim à confitente reuocari, glo. in cap. fin. in verb. iuſta cauſa de iure iur. in ſexto, etiam abſque probatione erroris, Alexa. conſ. 34. nu. 1. vol. 1. vbi DD. in apoſtillis, & Ann. in ſing. 87



Digitized by Google

Accedunt huius opinioni idem Alexan.in conſ.92 num.26.vol.5. Tiraquell.de retract. conuent. §.1. gloſ.5.num.14. & Marant.in ſuis ſingular.in verb. confeſſio facta fol.12. Maſcard. in tract. de prob. concluſ.348.num.55.& concluſ.350.num.8.vol.1. Foller.in verb.& ſi confitebuntur el 1, num.138. fallit concluſio iſta, ſi confeſſio eſſet facta in Rota Sacri Conſilij, nam confitens tenetur obſeruare, &non poteſt dictam ſuam confeſſionem reuocare, eſto quod non ſit in ſcriptis redacta, ſecũdum Annam in dicto ſingular. qui ita deciſum refert, ſequitur Rolan.à Vall.in conſ.70.num. . . vol.1. Ego intelligerem hanc fallentiam, quando de errore confeſſionis non conſtaret, ſecus tamen ſi confeſſio eſſet erronea, quæ licet facta ſit in iudicio, probato errore, confitenti non præiudicat, l. inde Neratius §. vlt. ff. ad leg.Aquil. per quem ita tenet Luc.de Pen.in l.3.colum.4.C.de caſtr.pecul. lib.12.ſequitur Alex.conſ.102.col.fi. poſt num.8. volu.1. Cotta in ſuis memorial. in verb. confeſſio poteſt fol.129. Anton.Padill.in l.error nu.1.C.de iur.&. fact.ignor. etiam ſi eſſet pluries reiterata, vt per Alex. & Cott.vbi ſupra, & Iaſ. in d.l. error num.29.vbi Addentes ibidem ſequuntur, Thor.in compend.deciſ.fol.106.col.2.in nouis, & ampliatur etiam ſi fuiſſet iurata, vt per Iaſ. ibi num. 30. vbi Addentes, & Padill. num. 12. accedit Berous in q.54.ad fin. Maſcard. qui omnia iſta ponit in tract.de probatio.concluſ.378.vol.1.Peguer.in deciſ.142.intellige prædicta, quando confeſſio fuit á parte acceptata; tunc confitens tenetur de errore probare, ſecundum Alexan.in conſ.90.num.1. verſ.quid ſi fuerit vol.1. & latiſſimè Cott.in loco allegato verſ. ſed hæc omnia fol.128. qui concordantes citat, ſecus autem ſi incontinenti illam reuocat, tunc non tenetur confitens probare de errore, Alexan.in d.conſ.90.num.1.in princ. Affli.in conſtit.volumus nu.9. in fin. & Cott.in dicto loco in princ.Iaſ.in d.l.error num.9. vbi Padill.num.7. qui infinitos ad id allegat, quia quando de errore conſtat, deficit conſenſus, l.ſi per errorem ff.de iuriſdict.omn.iud.& in pulchro caſu Seraph.in dec. 1190 & quando dicatur incontinenti cõfeſſionem reuocari, vide Iaſ.& Padill.vbi ſupra ille num.9.& iſte nu. 8. Verùm probatio iſta erroris non poteſt fieri poſt dilucita teſtificata ob timorem ſubornationis, ſecundum Luc.de Penn.in loco ſupra allegato, nec etiam ſi confeſſio erronea fuiſſet confirmata per ſententiam, quia contrauenire non licet, Miſinger.in obſeru.51.cent.4.ſequitur Caualcan. in dec.30.num.127.par.2. An hæres poſſit reuocare confeſſionem defuncti erroneam, quod ſic, l.idcirco.vbi Padill.nu.1. C.de iur.& fact.ignora. Afflict.& Vrſill.in dec.232.Farinac.in d.q.81. nu. 12.& Thor.in dicto compen.fol.110.error autem probatur, eo ipſo, quod reuocans probet, rem aliter fuiſſe, quã eſt confeſſus, d.§.fi.& glo.vlt. in l.de ætate ff.de interrog. act.& Luc.de Penn.vbi ſupra, & Padill.in d.l.error ad fin. & Cacher.in deciſ.38. ad fi.verſ.ſed prædictis, qui loquitur in confeſſione erronea facta in inſtrumento; hinc à confeſſione erronea poteſt appellari allegando errorem in appellatione, ita M.A.Natt.in addit. ad Alex. in d.conſ 90.& Affl.in conſt.Regię Maieſtatis nu.12 in fi.reliquas ampliationes vide apud Ant.Padil.in d.l.error vbi quatuordecim reaſſumit.

Confeſſio facta coram Iudice, non tamen in forma iudicij, me commiſiſſe falſitatem, vel aliquod delictum abſq; expreſſione loci, & cauſæ non præiudicat mihi, ſecundum Parid.de Put.de ſindic. in ver. tortura el 3.§.quia communiter, quia talis confeſſio, ſic genericè, & informiter facta, nihil operatur refert, & ſequitur Rob.Maran.in conſ.98. num.1. Poſſet tamen ſic confitens tanquam glorians de delicto puniri pęna extraordinaria. Paris, & Maranta in dd. locis ambo in fi. & de Parid.meminit Maſcar.in tract.de prob.concl.350 num.36.&37. Foller.in verb.& ſi confitebuntur el 2.nu.23.f.320 in nouis, Menoc.de arbit.iud.caſ.331.& Baiard.ad Clar.in q.87.n.21.vide Petr.Caball.in reſol.crim. caſ.81.nu.6.in fi.vbi contrarium tenet, & quando confeſſio dicatur facta in forma iudicij, & ſic dicatur iudicialis, v.de Farinac.in 3.tom q 81.nu.50 cum ſeqq.

Coniuncta perſona, licet pro coniuncto admictatur ad agendum in iudicio cũ cautione rati, l.exigendi C.de procur.l.ſed & hæ ff.eod. Alex.conſ.4. nu.3. vol 2.Ioſeph Ludoui in deciſ.Peruſ.49.num.1. & deciſ.Luc.41.colum.1.& Surd.in tract.de alimentis.3.q.8.num.10 & 13.& idem Surd.in deciſ.215. nu.14.tamen coniunctus non poteſt ſolutionem recipere, glo.in verb.adminiſtratio ff. de ſolut. ſequitur Alex.in d.conſ.& num.verſ.tamen, Tiraq. de retract.conſang.§.1.gloſ.13. ſub num. 34. Marant.in conſ.15.nu.16. & Viuius in deciſ.349.nu.4 vide M.A.Natt.in conſ.543.in 1. dub.& ſi debitor ei ſoluit, non liberatur, Marant. & Viuius in dictis locis, limitat tamen Ioſeph Ludoui.in d.deciſ.Peruſin.poſt Alex.in d.l.exigendi in 8.fallen.quando coniunctus agit contra pariter coniunctum, quo caſu non admictitur etiam cum cautione rati, & ita refert iudicaſſe, ſequitur Surd. in d. q.8. num. 16. verùm ſi coniuncta perſona agit pro coniuncto, vti procurator, & de mandato non conſtat acta per ipſum facta non poſſunt ſubſtentari, nec tenent, quia priuilegio ſuæ coniunctionis renunciaſſe videtur, vt conſuluit Roman.in conſil.436. num.6. refert, & ſequitur Ioan.de Amic.in conſ. 115. num. 9. Marant.in tract.de ordin. Iudicior. 4. par. diſtinct. 16. num. 17. cum alijs concordan. citatis per Mandoſ. ad Roman. in dicto conſil. lit. F. ſequitur etiam Verall. in deciſ. 347. par. 2. & Viuius in deciſ. 31. num. 13. Licet enim coniunctus non poteſt recipere ſolutionem, tamen poteſt cogere debitorem ſui coniuncti ad depoſitandum pecuniam debitam, vt poſt Bald. Iaſ.& Dec. ſcribit Viuius in dicto deciſ. 349. vbi in fin. refert ſic iudicaſſe Regiam Audientiam Barenſem de anno 1589 cui accedit Cott.in verb. coniuncta perſona in fin. Agensq; ad debitum commune pro ſe, & fratre, ſi frater non ratificat valent acta pro parte agentis tantum, vt per Bald. in l. ordo in fin. C. de execution. rei iudicat. & Marant. in ſuis ſingular. in verb. agens fol. 8. An coniunctus poſſit interpellando debitorem ſui coniuncti conſtituere illum in moram, vide omninò Surd.in d.deciſ.215. Adde in materia præſentis concluſ.Gratian.lib.2.diſcept.forenſ. cap.365.

Confraternitæ, ſeu Collegia ipſarum, vel eorum Oeconomi, & Magiſtri poſſunt conueniri coram Iudice ſęculari, Paul.de Caſt.qui ita tenet in l.cum

Sena-

Senatus num.2. ff.de reb. dub. vbi dicit ita conſuluiſſe, ſequitur ibi Soccin.Sen.nu.9. Anna in ſing. 90. D.Reg. de Ponte qui etiam de Anna meminit in conſ.18.Camill Borrell.in conſ.81. quibus accedunt Anton. Gabriel. in titul. de pia cauſa concluſ.1. num. 13. Montanar. in pragmat. 2. num. 203. in titul.de adminiſtr.vniuerſ.D.Maſtrill.in deciſion.110. & Rebuff. ſuper Conſtitution. Regni Franciæ in titul.de confrat. fo.330.num.8.vbi declarat, & ſecundum iſtam opinionem in terminis conſuluit Robert.Marant. in conſ.133. maximè num.5.& 6. vbi reſpondet, in donatione facta Confraternitati Sanctiſſimi Corporis Chriſti,quæ debet conueniri coram Iudice ſeculari; ſubdens inſuper,quod de donatione,ſiue legato facto dictæ Confraternitati quarta Epiſcopo non debetur poſt Caſtrenſ. & Socci.in d.l.cum Senatus, Gabr. vbi ſupra num.12.& Rebuff.in dicto loco, & fol. 330.& conueniunt ſcripta per Borrell. in conſ.81. Secus ſi tractatur aliquid concernens ſpiritualem, vel cultum Diuinum tunc Confraternitæ ſubſunt Epiſcopi iudicio,vt per Gratia.in deciſ.232.& vide Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ.25.c.13 de reformat.& quis ordo debet ſeruari in procedendo in Confraterjis, vide Bald.in l.per agrum C.de ſeruitu & aqua, M.Anton.Natta in conſ.62. & Mangrell.ad Bar.in d.l.fi.& in d.cap.13. Conc. Trident.& multa in materia apud Steph.Grat. in deciſ. ſupra allegata, & lib.2.diſcept. foren.c.298. & Thor.in compend.deciſ.fol.79.col.2. & Ricc. in reſol.372.col.1.

Conſenſus præſtitus alicui actui, facit conſentienti perdere iura, & actiones, Tiraquell.latiſſimè de retract.conſang. §.1.glo.9.num.135.& ſeq. quia aliena iura fortificat,& ſua perdit, ſequitur Frecc. de ſubfeud.q.4.nu.3.fol.181. in nouis; hinc infertur,quod conſentiens alienationi rei ſuæ ſibi præiudicat,l.ſi fundum per fideicommiſſum ff.de leg.1. iuncta l.nihil §. 1.eo.tit. cum concordant.allegatis per Surd.de alimen.tit.1.q.37. nu.4. vide Iaſ.in d.l.ſi fundum num.8.Alciat.in tract.de præſump. regu.2.c.28.num.5.Seraph.in dec.663.Iacob.Menoch.de præſ.lib.3.c.119.Surd.in dec.163.& 302. & vide in pulcro caſu Martam in vot.181. Dummodo alienatio ſit valida,ſecus ſi eſt inualida, quia præiudicium ſibi non facit, ſecundum eundum Surdum in deciſ.51.num.17.poſt Neguſ.in tract. de pignor. in 6.par.memb.3.num.26.& Surd.in deciſ.356. num.12. & conſentiens in vno actu iudicij,in reliquis non videtur conſentire,ſecundum gloſ.in clement.ſæpè in verb. partibus de verb. ſignificat. & Surd.in tract.prædicto titul.4.quæſt.16. nu.32. Verumtamen conſenſus non obligat conſentientem ad aliquid dandum, vel faciendum de ſuo,vt per Aymo.in conſ.33.num.19. & ita perito viro me ex improuiſo interroganti reſpondi, nec tenetur de euictione, Hieron.Gabr. in conſil. 73. num.3. vol.1. Adde ad iſtam concluſionem Theſſaur.lun.q.31.p.3.& Gratia.lib.2.diſcep.for. c.281.col.1.

Conſeruatores cognoſcunt de cauſis eccleſiaſticis, vti Iudices ordinarij,vt per Nauarr.in conſ.3.nu.2. in titul. de offic. deleg. 1.tom. debentq; eſſe in dignitate, vt comprehendantur ſub diſpoſitione Concilij Tridentini ſeſſ.24.cap.20.& ab eorum ſententijs non appellatur ad Metropolitanos, & de ijs omnibus latiſſimè Stephan. Gratian.in deciſ.170.à num.1.cum ſeqq. & aliqua per Surd. in tract.de aliment.titul. 1.quæſt.79. ad fin. & vide in Concilio Tridentino ſeſſ.14. cap.15. verſ. in ciuilibus, & Iacob. Sbroz. in tract. de officio Vicarij lib.2.cap.27.fol.121. & vide Ricc.in deciſ. 258. par.2.

Conſuetudo licet ſit difficilis probationis, & ad eam probandum multa requiruntur, ſecundum Doctor.in l.de quibus ff.de legib. Alexan.conſ.45 num.3.cum ſeq. vol.2. Rolanu.in conſ.48.à num. 28. vſque ad finem vol.4 Franc.Burſat.in conſ.57. num. 20. Cacher.in deciſ.99.nu.7.cum ſeqq.Feller.in cap.Regni 205.nu.10.& ſeq.fol.179.Ioſeph. Ludoui.in deciſ. Peruſ.62. Maſcard. in tract. de probation.concluſ.424.volum.1. Marcell.Calà in tract. de modo articul. num.494. fol.123. Camill. Borrell.in conſ 65.num. . . & ſeq. & Stephan. Gratia.in dec.148.num.10.& ſeqq.benè Maranta in conſ.115.& 71. Tamen quando eſt notoria,& generalis non indiget probatione,ſecundum Dec. conſ 447.in fin. conſ.483. & 555. Rota Genuæ in deciſ.4.nu.17.dec.16.num.12.in fi.dec.32. dec.46. & 52.vtrobique in fi. & dec.138.nu.3.& 4.declara vt per Rolan.in conſ.52.vol.2.& Maſcard. omnino in concluſ.425.An requiratur,vt ſit obtenta in contradictorio iudicio, vide Viuium in opin. 162. par.1. vbi diſtinguit in actibus extraiudicialibus non requiritur, ſed in actibus iudicialibus requiritur, vt ibi per eum, & Camill. Borrell. ad Belugam in Specul.Princip.fol.10.à terg.in fin.Add. & ibi multa congerit, conſuetudo enim eſt altera natura, ſecundum Surd.de aliment.titul.1.quæſt.7 num.7. vbi Iaſ. & alios allegat, & tantum poteſt quantum diſpoſitio Principis, vt per eundem ibidem num. 17. hinc mos iudiciorum ſeruandus eſt, ſuper quo Iudex ex officio poteſt ſe informare, & practicantes interrogare, D.Vinc.de Franchis in dec.329.num.12. vbi alios addo. An conſuetudo poſſit ab vna familia introduci, vide Ant. Gabr.in titul.de conſuetud. concluſ.vltim. Viuius in opin.160. par.1. & omnino Molin.de primog. hiſpan.lib.2.cap.6.à num.1.cum ſeq. An conſuetudo probetur ex productione plurium inſtrumentorum,vide Maſcard.de probat.concluſ.425. Ric.in dec.161.par.2.

Contractus nullus quemadmodum impugnari poteſt à principali, ita etiam ab eius hærede, qui eſt vna, & eadem perſona, Afflict.in deciſ.240.num. 8. & Anton. Gama in deciſ. 67. & dicit Abbas in cap.fin. in 1.notab. de arbitr. quod omnis contractus, ſiue obligatio regulariter ad hæredes tranſit, licet de eis mentio facta non ſit, ſequitur Surd. de aliment.titul.6.quæſt.22.num.5. vbi alia ſimilia congerit, verùm nullitatem contractus ex defectu ſolemnitatum requiſitarum in alienatione bonorum ſtabilium eccleſiaſticarum contra eccleſiam allegari non poſſe,quia nullitas inducta eſt ad fauorem eccleſiæ, ipſa enim volente ſtare contractui, non poteſt eius aduerſarius dicere nullum, gloſ. in cap.1.vbi Abb. num.8. ne ſede vacant.Bart.in conſil 159. num. 6.& 7. Afflict. in Conſtitu.conſuetudinem num.11.in fin. D. Vinc. de Franch. in deciſ. 35. nu.3. & 4. Guttier. pract. quæſt.lib.2.cap.22. num.9.& 10.accedit Tiraq. in tract.delle morte in 7.par.declar.1.nu.7.fol.89. in

priuis, & hoc eſt quod dicere voluit Anna in ſingular. 578. qui confuſè loquitur, & iſtam opinionem latè proſequitur alios allegando Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 172. num. 63. in addit. ad caſum prædictum, Anto. Gabr. in tit. de rer. alien. concluſ. 1. Paſcal. de virib. patr. poteſt. par. 1. cap. 6. nu. 22. & D. Rouit. in pragm. de titul. aubſu num. 113. fuſius Surd. in dec. 70. ſub num. 23. & dec. 108 num. 3. 4. & 14. vbi idem dicit in dictis locis de alienatione bonorum minoris ſtabilium, & iterũ in deciſ. 278. num. 12. Tiraquel. in loco citato nu. 6 & Menoch. in d. addit. num. 64. Octau. Simoncell. in tract. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 45. fo. 126. idem Surd. in d. tract. tit. 8. priuil. 56. num. 8. & tit. 9. q. 44 num. 31. Maſcard. in tract. de prob. vol. 1. concl. 75 & Flam. Cart. in dec. 46. num. 17. 18. & 19. videantur Simoncell. in tract. prædicto in præfat. num. 60 fol. 12. & omnino Maranta in tract. de multiplici alien. num. 16. & 17. vbi concordat opiniones, Morot. in conſ. 72. & D. Præſes Vincent. de Franch. in d. deciſ. 35. qui aliter in caſu dictæ deciſ. iudicatum refert, meminit Paſcal. vbi ſupra nu. 23. vbi non debet emptor ſtare perpetuo in ſuſpenſo, & expectare arbitrium Prælatorum ſucceſſorum, qui poſſent ſemper contractum reuocare, vt ibi, vide Theſaur. Iun. in q. 37. par. 3. Hinc licet tertius poſſit allegare nullitatem contractus rerum, & bonorum eccleſiæ, vt per Afflict. in deciſ. 107. num. 3. & ibi Vrſill. in addit. & Anna qui alios allegat in ſingular. 499. & pariter nullitatem contractus minoris, Franc. Burſat. in conſ. 82. num. 11. cum ſeq. tamen contra eccleſiam, vel minorem, non poteſt per ſupradicta, vide Seraph. in deciſ. 540. & 546. & omnino Coſt. de portio. rati. in eius reperto. in verb. nullitas, & pulchrum dictum Fulgoſ. de quo meminit Socc. Sen. in conſ. 78. num. 8. vol. 4. An eccleſia declarare teneatur ad partis petitionem, ſi intendit ſtare contractui, quem nullum prætendit, dic quod ſic, ſecundum Suarez in ſuis opinion. lit. E. num. 10. vbi poſt Pinell. communem dicit Gratia. lib. 1. diſcep. foren. cap. 27. num. 39. cum ſeq & idem in minore ſcribit Surd. in dec. 179. nu. 19. & Guttier. vbi ſupra nu. 10. & quando contractus alienationis rei eccleſiæ, vel minoris fit ex cauſa neceſſitatis pro ſolutione æris alieni, quid debet facere emptor, vt ſecurus reddatur, vide Dida. Couarru. lib. 2. variar. reſol. cap. 17. num. 3. & quid ſi fiat ob vtilitatem, vide Dec. in conſ. 36. ſub nu. 8. & Farinac. in dec. 707. nu. 4. & 5. ſed quid ſi non interuenit decretum Iudicis, & alienatio fit ob euidentem vtilitatem minoris, vel vniuerſitatis, vide omnino Alex. Raud. de analog. cap. 30. num. 103. quem refert, & ſequitur Iacob. Menoch. in conſ. 561. num. 8. & vide Vrſill. poſt Afflict. in dec. 87. à num. 1. & omninò D. Rouit. loco, & numero ſupra citato, & Ricc. in dec. 226. col. fin par. 1. & ad iſtam concluſ. adde videndum Mart. in voto 140. nu. 4. & ſeq.

Contractus factus à carcerato exiſtẽte in carceribus non valet, nec tenet, l. qui in carcerem ff. quod met. cauſ. Alex. conſ. 241. ad fin. vol. 6. Vrſill. ad Affli. in dec 149. ſub nu. 4. Ann. in ſing. 418. pulchrè Paul. Fuſc. in ſing 229. lit. C. poſt Guid. Pap. Ruin. Dec. Marſil. Gramma. & alios quos allegat, quibus accedunt Maſcar. de probatio. concluſ. 1053. nu. 30. 31. & ſeq. vol. 2. vbi omninò, & latiſſimè Farinac. in tit. de carcerib. q. 35. ad quem recurrendum, quia omnia dicit, qui ponit regulam cum ampliationibus, & limitationibus, Thor. in compen. deciſ. fol. 121. & Adden. ad Cappell. Tholoſ. in dec. 309. & vide pulchram ampliationem poſitam per Cagnol. in l. libertas ineſtimabilis num. 4. ff de regul. iur. & Farinac. in loco citato num. 5. Hinc inferri poteſt, quod contractus celebratus inter dominũ, & ſubditum non valet, quia metu factus præſumitur, & ob eius impreſſionem, maximè quãdo ſubditus enormiter læditur, ita iuribus, authoritatibus, & rationibus deciſiuè reſpondet Robert. Marant. valdè in practica verſatus in conſ. 39. nu. 16. 17. 18. & num. 21. dicit, quod preces, & rogamina Superioris habent vim præcepti, & conſequenter iuſtũ metum inducunt, vt notat glo in l. 1. ff. quod iuſſu, & ita intelligit Alex. in conſ. 16. nu. 9. vol. 3. vide Pariſ. in conſ. 64. volum 4. & ad principalem concluſionem adde Mart. in vot. 120. nu. 20. cum ſeq. & vide Alex. poſt Paul. Caſtr. in l. per impreſſionem col. fi. quod met. cauſ.

Contractus nominatus nõ reſoluitur, nec reſcinditur ob defectum implementi non ſequuti per vnum ex contrahentibus, l. ea conditione, vbi Bal. C. de reſcind. vend. Socci Sen. in conſ. 26. colu. fi. volu. 3. Surd. in tract. de alimen. tit 9. q. 23. num. 10. quia contractus à principio ſunt voluntatis, ex poſt facto ſunt neceſſitatis, l. ſicut C. de actio. & obligat. licet enim implementum, ſiue modus in contractu appoſitus quando eſſet cauſa finalis, puta quia contrahens non eſſet contracturus operaretur reſolutionem, ſiue reſciſſionem contractus, ſecundũ Aymo. Craue in conſ. 192. col. fi. per l. cum te, vbi glo. C. de pact. inter empto. & in conſ. 246. num. 2 & 3. Tamen ſecus eſſet quando implementum eſſet cauſa impulſiua, vt per Steph. Grat. in dec. 159 vbi ita iudicatum refert, quia qui contractum non ſeruat, non eſt ipſi obſeruandus, etiam ſi defectus ſit minimus, Dec. in l. cum proponas num. 5. C. de pact. M. Anto. Natta in conſ. 373. poſt nu. 23 & Surd. qui alios allegat in d. tract. tit. 7. q. 17. n. 26 nam tenor ipſius contractus ſeruari debet, Bald. in conſ. 270. col. 2. volu. 5. benè verum eſt, poſſe contrahentes ex eorum communi conſenſu à pacto conuento diſcedere, cap. præterea, & ibi Doctor. de ſponſal. vide multa in concluſ. Exceptio non adimplementi.

Contractus vnus poteſt in alium transfundi, l. certi conditio §. fi. & in l. ſingularia, & vbiq; Doctor. ff. ſi certũ peta. interueniente tamen conſenſu, & voluntate contrahentium, vt ibi accedit glo. in l. fi. in fi. C. de vſur. Card. Pariſ. in conſ. 75. nu. 27. volu. 4 & Farinac. in dec. 286. & ideo non primus contractus, ſeu eius qualitas attendi debet, ſed ſecundus obſeruari debet, vt poſt Doctor. in d. §. fin. ſcribit Surd. in tract. de alimen. tit. 9. q. 21. nu. 15. hinc inferri poteſt, ſi debitum ex cauſa dotis ſit transfuſum in cauſam mutui, tranſit cum priuilegijs doti conceſſis, vt tenet Loffr. in conſ. 34. ad fi. poſt Bart. Imol. Ang. quos allegat in l. aliam ff. de nouat. quẽ ſequi videtur Capy. in dec. 183. num. 5. de quibus meminit Mangrell. ad Bart. in l. 1. ff. ſoluto matrimonio.

Copula, &, æqualiter coniungit, l. reos §. cũ in tabulis ff. de duob. reis, l. §. 2. his ita C. de caduc. tollen. M. Anto. Natta in conſ. 582. num. 19. Cacher. in



Digitized by Google

deciſ.81. & fuſius Surd.in tract.de alime.tit.2.q.7. num. 3. qui alios allegat, atque ęquè principaliter determinat,& coniungit,vt ibi num. 4. & idem dicendum eſt de verbo,Cum,ſecundum Cachera. & Surd.in locis prædictis, intellige concluſionem iſtam, quod natura copulæ, &, eſt copulare ea, quæ ſunt eiuſdem generis,non autem diſſimilia, vt ſcribunt Bal.Paul.Caſtr.& Alex. in l. ſi auiæ C. de ſucceſſio.edict.quibus accedunt gl.in §.item lapilli inſtit.de rer.diuiſ.& Natt. qui de illa meminit in conſil.ſupra allegato num.23. Verum quando copula, &, cadit inter duo adiectiua, reſpectu vnius ſubſtantiui non requirit concurſum vtriuſque, Alexan.conſ.80.num.13. vol.1. allegat l.ea tamen adiectio ff de leg.3.nec requirit concurſum vtriuſque ex veriſimili mente cõtrahentium, atque ex alijs cauſis, vt poſt Doctor. quos allegat ſcribit Franc.Burſa.in conſ.31. nu.20. & num.21. ſcribit confurſum dictæ copulæ ceſſare,vbi ſequeretur aliquod abſurdum, ſequitur Cacher.in dicta deciſ.nu 18.ſed vbi tractatur de annullatione actus eadem copula requirit concurſum vtriuſq; ſecundum euodem Burſatum in conſ.102.num.2. Naturaq; ipſius eſt repetere omnes qualitates,quæ inſunt præcedenti, & coniungit præcedentia cum ſequentibus, Alexan.conſ.100.nu.2.vol.6.ſequitur Surd.in dec.8.nu.8.deciſ.210.num.15. Maſcard.in tract.de proba.concluſ.1265.num.12.& 32.vol.3. Steph.Grat.in dec.175.nu.7.8.& vide ad cõcluſionem principalem Iaſ.in l.1.col.1.vbi Adden.lit.A. in impreſſis apud Iunctas ff.de iuſt. & iur. Gram. in dec.59.num.37.& 38. Capyc. in inueſt. feud.in verb.feudorum clauſulæ,verſ.& liberis,cum verſ. ſeq.fol.95.Surd.in dec 272. & alibi ſępè,& in notab.caſu D.Anto.Theſſaur.in dec.189.& quando diſiunctiua diſpoſitio reſoluitur in coniunctam, vide omninò D.Præſidem Vincen.de Franch.in dec.150.

Correlatiuorum idem eſt iudicium, adeo quód diſpoſitum in vno, locum habet in altero,iuxta text. in l.fi.vbi Doctores cum materia ſua C.de ind.viduit.toll.Surd.in tract.de alimen.tit.4.q.3.num.11 & tit.6.q.3.nu. 16.vbi ad alias num.ſeq.inſert quęſtiones,& iterum tit.9.q.44.num.2.& vide Anto. Gabriel.omninò in titul.de legib.concluſ.3.vbi ponit regulam cum ampliationibus, & limitationibus, & pariter connexorum idem eſt iudicium, Dec.in cap.tranſlato in 2.notab.de conſtit.& Cotta in ſuis memor.in verb.connexorum,ad iſtam concluſ.in princ.adde Grat.lib.1.diſcep.foren.cap. 26. 27.

Creditor mutuans pecuniam alicui pro emenda rę quam ex dicta pecunia emit, an præferatur anterioribus creditoribus in illa re, Alexan. poſt Bar. & alios in l.ſi cum dotem §.fi.num.5.ff.ſolut. mat. ponit quæſtionem de mutuante creditore, pro emẽdis mercibus, quas ſi emit non præfertur alijs creditoribus dicti mutuantis, & hanc dicit cõmunem opinionẽ,quam limitat, niſi eſſet expreſſè, & ſpecialiter mutuata ad merces comparandas quia mutuans in illis præfertur, cęteris creditoribus perſonali actione agentibus, per l.quod quis cum glo.ff.de priuil.cred. imò fortius tenet, quod talis mutuans expreſſé ad merces comparandas in illis tacitam hipothecam habet,allegat glo. in auth.quo iure C.qui potio.in pignor.habean. Sed Neguſan.in tract.de pigno,in 2.memb.2.par.poſt num.13. & iterum in 2.memb.4.par.num.163. & in 2.memb.5 par.poſt num.3.reprobat glo. in dicta auth.quo iure.& Alex.in d.§.fi. dicens in contrarium eſſe communem opinionem; verum quo ad alia firmata per Alexa. ipſe de Fano ſequitur,vt ibi per eum; ſed ſi mutuum fuit factum ſpecialiter,& expreſſè pro conſeruanda,vel reficienda domo, aut naui,vel alia re; tunc mutuãs pręfertur priori creditori in illa re, vt per Neguſa. in d.2.memb.5.par.num.15.vbi ad alia extendit,& ita fuit iudicatum in Camera Imperiali refert Miſinger.in obſeru.60.centur.1. per Linterdum, vbi Bar.ff qui potio.in pign.habea.& Io.Bapt.Conſta in tract.de retrotract fol.203.ſub num.12.duobus tamen cõcurrentibus.Primum,quod pecunia nominatim,& expreſſim ſit mutuata ad refectionem. Secundum,quod res ſit refecta ex illa pecunia nominatim mutuata,ſecundum Neguſ. in loco citato,cui addo Alexan.de quo non meminit in conſ. 217.nu 2.vol.7.qui pulchrè loquitur, & eundem Neguſ.in d.2.memb.5.par.poſt nu.18. verſ. ſecundo reſtringitur Surd.in tract.de aliment.tit.8. priuileg.48. num.8. & titul.6.q.8. num.20.& M.A. Peregrin.in tract.de fideicom.art.49.num.34. qui de Alex.in dicto conſil.meminit,& Conſta in loco citato ſol.204. Thor. in compend. deciſ.ſol.132. col.2. vide ſi conſerunt ſcripta per Surd. in deciſ. 55.nu.6.& 10. Suarez in ſuis opinion.lit.C. num. 273. Hinc ſi pecunia eſt mutuata pro emenda re, cum ſpeciali rei prædictæ hypotheca mutuans,ſeu creditor præfertur alijs creditoribus anterioribus, ſecundum D.Regentem de Ponte in deciſ.34.qui latiſſimè, & doctè more ſuo loquitur, & Andre. Gail in obſeru.15.in 2.fallen.par.2.& ad principalem noſtram concluſionem vide omnino Gail in dicta obſeruat.& in obſeru.12 ead.par.2.& D. de Ponte in dicta deciſ.nu.30.& 51. An ille qui mutuauit ſemen cum ſpeciali hypotheca præferatur domino fundi,vide Theſſaur. lun.in q.29.nu.9.& ſeq.& Thor.in d.comp.fo.130.& ſeq.& infra in concluſ.Fructus.

Creditor infirmus non liquidat inſtrumentum via ritus per acceſſum Iudicis ad eius domum,ſecundum Carauitam in ritu 166.nu.22. Tartaglia in praxi rerum ciuilium cap.1.poſt num.13.de Iudice Roberto in praxi liquid.inſtrum.in 4.conſider. poſt num.6.verſ.& idem dicas,quia actor ſua ſpõte venit ad faciendum liquidationem prædictam, quod in reo ceſſat quando eſt infirmus, licet Maranta,& Foller.per Carauitam allegati, non dicũt id ad quod per ipſum allegantur,vt etiam animaduertit perìtiſſimus olim Sacri Conſilij Præſes D. Vincentius de Franchis in dec.676.vbi ita deciſum per Sacrum Conſilium refert: Sed qualiter liquidatio inſtrumenti eſt facienda à creditore infirmo, vide infra in concluſ. Inſtrumentum, & qualiter à creditore carcerato, & contra debitorem carceratum, vide in dicta concluſ. Secus in debitore infirmo,quia Iudex per acceſſum ad eius domum facit liquidationem,& interrogationem prędictã, ſecundum omnes ſupra allegatos Doctores, & ita per prædicta feci annullare duas liquidationes inſtrumenti factas á creditoribus infirmis per acceſſum Iudicis ad eorum domos,quod nota.

Creditor qui publicum inſtrumentum habet contra

ſuum

ſuum debitorem, cum conſtituto, & præcario, atq; pacto de capiendo in forma, poteſt petere à Iudice familiæ aſſociationem ſuper bonis debitoris, ipſo, vel alio tertio poſſidente, aliter non citato, ita Aretin. In conſ. 21. num. 4. quem ſequitur Soccin. Sen. in conſ. 82. num. 9. vol. 3. & ſecundum iſtam opinionem, nulla de prædictis facta mentione, fuit iudicatum in Sacro Conſilio, vt refert Afflict. in decis. 326. ſequitur Maranta in tract. iudic. par. 6. in verb. citatio num. 38. & in verb. executio nu. 33 & in tract de remed poſſeſſ. num. 43. Petr. Duen. in regul. 275. in 6. limit. ad fin. fol. 410. in paruis, qui ſatis pulchrè loquitur, Vinc. Maxill. ſuper conſuetudine Bari fol. 178. num. 18. & iterum fol. 276. num. 55. in nouis, Anto. Gabr. in titul. de citation. concluſ. 1. num. 512. Viuius in opin. 93. par. 1. qui infinitos allegat, & de cõmuni teſtatur, & iterum in dec. 44. num. 2. & 6. & in deciſ. 263. num. 1. cum ſeq. vbi pluries iudicatum refert per Regiam Audientiam Apuleæ, & Terræ Bari, Magon. in deciſ. Luc. 87. col. fi. & Farinac. in deciſ. 856. & ſeq. vbi refert ita per Rotam iudicatum, & in 6. volum. in fragmentis, Petrus verò Foller. tam ad Marantam in d. verb. citatio dicit contrarium eſſe verius, & in praxi cenſuali fol. 156. ſub num. 11. in nouis, dicit, quod in bonis Tribunalibus talis familia, & licentia non datur ſine partis citatione, & ita ſeruari in M.C.V. teſtatur, & iterum proſequitur idẽ Foller. in cap. Regni 103. fol. 69. & refert Anna in ſingul. 189. numquam potuiſſe obtinere familiam modo quo ſupra parte non citata, & contra Afflict. alijs medijs, & rationibus, nouiſſimè tenet D. Scipio Rouitus in pragm. 1. tit. de conſeruato. Vrſill. in d. deciſ. Afflict. videtur ſic diſtinguendo cõcordare opiniones, quod aut aſſociatio familiæ petitur extra ciuitatem Neap. & procedit prima opinio, vt concedatur parte non citata, aut petitur in ciuitate Neap. & procedit opinio Foller. Annæ, & ſequacium, & hanc diſtinctionem, & concordiam ſequitur Viuius in deciſ. 263. num. 2. eſt benè verum, quod quidam incertus Author in quadam Apoſtilla poſt tract. de Iudice Rober. fol. 414. in volum. Frecc. & aliorum in nouis relatis Foller. & Ann. ipſos ſequitur dicens, non ſine magna cauſa M.C.V. non admittit practicam Afflict. & aliorũ, quia eſt nullius momenti, & multę oriuntur difficultates, vt ipſe dicit, ſed credo procedere ſolum in ciuitate Neap. dum loquitur de Magna Curia Vicariæ, iuxta diſtinctionem ſupra relatam, ſed quid ſi creditor petit aſſociationem familiæ nõ ſolum vigore præcarij, & conſtituti, ac pacti de capiendo, ſed etiam vigore dominij rei alienatæ in inſtrumento expreſsè reſeruati, iuxta text. in l. cũ manuſata §. fi. ff. de contrah. empt. Afflict. in deciſ. 338. num. 5. Cepoll. in cautel. 124. & D. Vincen. de Franch. in deciſ. 506. num. 6. vbi addo: An poſſit familia modo quo ſupra ei concedi abſque partis citatione tam in ciuitate Neapol. quam extra, Doctores omnes ſupra citati hoc non tangunt, ſed indubitanter ego tenerẽ quod ſic, quia emptor ante ſolutum pretium non eſt dominus rei emptæ, ſecundum Steph. Grat. in dec. 13. num. 4. & conueniunt ſcripta per Caualcan. in deciſ. . . par. 2. videatur D. de Franchis in deciſ. prædicta 506. nu. 13 & 14. quia interim eſt potius locatio, quàm venditio, vt poſt Magon. tenet Surd. in deciſ. 157. num. 3. deciſ. 200. num. 11. cum ſeq. & iterum deciſ. 305 num. 39. & 40. vnde cum dominium ſit penès venditorem, ſiue creditorem, poteſt rem prædictam capere, non facta ſolutione in tempore, propria authoritate abſq; partis citatione, vt ſuã vigore dictarum clauſularum, & reſciſſione dominij, vide ſi conferunt ſcripta per D. Vincent. de Franch. in deciſ. 80. num. 11. Addo Mart. quem habui, & vidi poſt abſolutam concluſionem iſtam in voto 43. vbi ſcribit, quod venditor non dicitur creditor, ſed dominus, & conſequenter graduari non debet, ad principalem concluſionem adde Grat. lib. 1. diſcep foren. c. 198. ad fi. & Thor. in compen. deciſ. fol. 120.

Creditor vt poſſit cogi capere inſolutum bona ſui debitoris, iuxta auth. hoc niſi C. de ſolut. multa requiruntur, ſecundum Rom. qui notab. loquitur in conſ. 163. vbi Addent. meminit Carauit. remiſſiuè in ritu 166. num. 56. M. A. Natta in conſ. 344 & alios addo ad D. Vincentium de Franchis in deciſ. 81. in vltima addit. & quando cogeretur accipere, concurrentibus requiſitis enumeratis per DD. prædictos pòteſt eligere meliorem dicti ſui debitoris dict. auth. hoc niſi, quia eſt in electione creditoris, vt ibi, & ita per illum text. tenet Surd. in tract. de alimen. tit. 9. q. 41. num. 25. & ante ipſum Rota Bononien. Benintend. in deciſ. 28. ad fi. & Ioſeph Ludouic. in deciſ. Peruſ. 64. num. 10. & quid ſi inſtrumentum eſt iuratum, & in eo adſit renunciatio dictæ auth hoc niſi, an creditor poſſit cogi modo quo ſupra, vide D. Vince. in d. deciſ. & quid ſi debitor poſt contractum debitum cum iuramẽto, & renunciatione prædicta peruenit in extrema paupertate, an creditor poſſit cogi ad recipiendum bona inſolutum in concurſu, vide Honded. in conſ. 18. num. 44. volu. 1. An creditor in *maiori* ſumma poſſit cogere creditorem in *minori*, vt bona debitoris recipiat, non reperto iuſto emptore, D. Vinc. in dec. 82. refert iudicatum, quod non, vide Thor. in comp. deciſ. fol. 133.

Culpa vbi quis in ea ſe fundat ſiue agendo, ſiue excipiendo debet illa certa, & limitata deduci, atque probari, vt poſt Bart. ſcribit Alexand. in conſ. 102. num. 3. vol. 1. conſ. 183. num. 6. vol. 7. Aymo. Crauett. in conſ. 8. num. 20. Mangrell. ad Bar. in l. quod neruа ff. depoſ. Maſcard. in tract. de probatio. concluſ. 467. nu. 2. 24. & 25. vol. 1. Marant. in conſ. 12. num. 1. & Marcell. Calà de modo articul. nu. 1534 quia culpa ipſa eſt difficilis probationis, ſecundum Surd. qui concordantes allegat in tract. de alime. titul. 4. q. 15. num. 48. vbi ad aliam infert quæſtionem.

Curator datur pupillo ad litem, ſi tutorem præſentem, vel abſentem non habet, l. tutorem ff. de tutor. & curator. datis ab his, tamen ſi tutorem habet qui ſolemnia non exhibet, habetur, ac ſi non eſſet tutor, & datur ei curator, & datio valet, Afflict. in deciſ. 256. num. 3. poſt Roman. conſ. 454. num. 18. Caualcan. de tuto. & curato. num. 286. & Stephan. Gratia. in dec. 75. num. 1. & 2. vbi ita iudicatum refert, nec iſte curator tenetur facere inuentarium aut adminiſtrare, vel ſatiſdare, vt ibi num. 5. & 6. poſt Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſ. 48. ratio eſt quia ad ipſum nihil de bonis minoris peruenire dicitur, ſecundum Rolan. in tract. de inuentar. p. 3. verſ. 45. de quo meminit Galter. in tract. de tutel.

fol.

Digitized by Google

fol.161. ante nu.19. Aliàs ſi ad prędicta teneretur curator, nullus profectó eſſet qui tale onus ſuſciperet, vt per Ludouic in d.deciſ.ad fi. An Curator poſſit inuitus dari, vide omnino D.Maſtril.in dec. 174. & pro principali concluſione adde videndum Alex.in conſ.122. vol.1. vbi in fi.limitat in pupillo infante, cui Iudex curatorem dare prohibetur, quẽ refert, & ſequitur Anto.Piaggi.in tract.de tuto. & curato. q.2. nu.59. & vide ad concluſionem iſtam Carauit.in rit.291.& Gratia.lib.2.diſcep.for.c.225. nu.39 An curator poſſit dari in teſtamento per patrem filio, & ſi requiritur confirmatio Iudicis, vide per Grat.latè in d.c.225.

Curator datus hæreditati iacenti, vt datio valeat, quæ requirantur, Capyc. in deciſ.87.num.1. poſt Ang. in conſ.193 & Dec.in conſ.509.tenet requiri, quod detur ad inſtantiam maioris partis creditorum, addo Mantua.in conſ.33 nu.55 vol.1.& quod nominatim citentur hi quorum prima cauſa eſt ſucceſſionis, nec ſufficit citatio generalis, & ſi citatus eſt hæres extraneus non detur ei minus tempus quàm centum dierum, quod faciat inuentarium, & ſatiſdet, ſequitur Caualc.de tutore, & curatore num. 110. Ioſeph Ludoui.in ſuis opinion. concluſ. 43.verſ.& eſt differentia, & in actu practico omnia iſta benè reaſſumit Marcell.Calà de modo articul. num.813.cum ſeqq.fol.169. & aliqua ponit Iacob.Menoch.de arbitr. Iudic. caſ.150.num.10. Sed ne termini ignorētur eſt prius inueſtigandum quæ dicitur hæreditas vacans, & quæ dicitur hæreditas iacens, & Iacob.Menoch. in dicto caſu nu. 1.& 2. poſt Angel.& Dec. quos allegat dicit, quod quando nullus extat qui in bonis defuncti ſuccedat, hæreditas non dicitur verè iacens, ſed vacans, & ideo curator ei non datur, alioſq; caſus diſtinguit, & conſiderat, quos refert, & ſequitur Ioſeph. Ludo.in d.concluſ. 43. ad quos ſufficit Lectorem remittere, quia bene explicant, & ad iſtam concluſionem adde videndum And.Gail in obſer.130 par.2.& Thor.in comp.deciſ.fol.137.

Cuſtos animalium clericorum, ſi eſt laicus poteſt accuſari de damno dato per dicta animalia, & tenetur ad damnum, & pęnam, non autem clerici, & dicta eorum animalia, vt poſt Ioan.Andr.Butr. & Felyn.ſcribit Niger Campan.in extrauag.de vita, & honeſt.cleric.ſub num.28. fol.6. ſecundum antiquam impreſſionem, Gram.in conſil. ciuil. 102. num. 10.11.& 12. Vincent.Maxill. ſuper conſuet. Bari fol. 263. num. 22. à terg. ſecundum nouiſſimam editionem Venetam, & Franc.Viui. in deciſ. 280. num. 1. qui ambo allegant Campan. in loco citato, & refert Viuius ſic iudicaſſe Regiam Audientiam Apuleæ, ſequitur D. Carol. Tap. in primo tomo Iuris Regni fol.31.nu.16. Auendan.de exeq.manda.Reg.lib.1.c.4.nu.30. & dicit Camill. Borrell. poſt Lucam de Penna quem allegat in addit.ad Bellug.in Specul.Princip.rubr.18.fo.113. à terg.in nouis, quod ſi animalia clericorum reperiantur damnum dare in agris laicorum poſſunt pro emenda damni capi, nec immunitate eccleſiæ gaudent, vt per Burſatum in conſ.42.num.15.volum.1.qui de communi teſtatur, quia in nullo priuilegio cautum reperitur, vt clerici poſſint vti cũ eorum animalibus paſcuis alienis inuito domino ipſorum, vt per Campan. in loc. cit. Verùm pro emenda damni prædicti dati, debent conueniri coram Iudice eccleſiaſtico, Maxill.in loco ſupra allegato num.19.nec ad diffidam tenentur, vt ibi nu.20. Hinc inferri poteſt, quod ſi cuſtos animaliũ cum eis damnum dat in pratis alienis, dñs tenetur ad emendam, ob eius malam electionem, vt per Marant.in ſuis ſingul.in verb.cuſtos f.144. allegat Areti.in §.1.col.2.inſtit. ſi quadrup.pauper.feciſſe dica. ſequitur Dec. in conſ.198. poſt nu.3. verſ.& dominus, vnde ſi cõmunitas haberet loca paſturæ deſtinata ad ibidem animalia paſcendum ſoluto certo pretio, & clericus vellet immittere eius animalia ad paſcendum, tenetur ſoluere communitati, prout alij ſoluunt, Iaſ.in l.placet in 1.lect. ad fi. & in 2.lect.num.25.C.de ſacroſ.eccl.allegat Abb. in conſ.6.vol.1.refert, & ſequitur Niger Campan. in loco ſupra alleg.ad fin. & D.Maſtrill.in dec.49. Afflict.in prælud.feud.q.6.in fi. & in conſtit. cum per partes Apuleæ num.9.poſt Luc.de Penn. ſcribit, quod clerici nullo modo, & iure poſſunt vti rebus, & bonis, inuitis eorum dominis, quia ſi laicis non hoc conceditur, multo fortius clericis denegatur, ſequitur Dec.in conſil. ſupra citato nu.4. Roland.in conſ.3.num.22.vol.2.& conſilium Decij in puncto principali refert, & ſequitur M. A. Nat.in conſ.550.& omnino Gutier.pract.quæſt. lib.1. cap.4. num. 3. & 4. & animal repertum damnum dare, an poſſit ab eo, qui damnum paſſus eſt includi, vide Maxill. in loco citato fol.261. num.3.Plot.in l ſi quando §. 53. nu.7. C. vnde vi, Campan.in cap.Regni ad hoc nu.87.& D.Rouit. in pragm.1.nu.30.de offic.baiuli, vbi etiam ſcribit ſi poſſit occidi, & ad principalem huius noſtræ concluſionis idem Guttier.qui ſupra à num. 1.

---

# D

DAMNVM datum in frumẽto, ſiue ordeo, quod eſt in herba, aut alijs victualibus, vel in planctis ſiue arboribus non dum fructiferis, qualiter extimabitur, & ſi debet actẽdi tẽpus pręſens, dũ damnum datur, aut quãdo eſt maturum, Aym.Crauet. in conſ.40.poſt nu.10.poſt Bal. quem citat, loquẽs de damno dato in meſſe non dum matura, ſcribit quod extimari debet ad tempus quo datum eſt, nõ autem habito reſpectu, quod meſſis matura fieri poterat, quia multa poterant euenire ne matureſceret, & de Aymo. meminit, & ſequitur Iacob. Menoch.de arbitr. iudic. caſ.143.nu.21. & ante eum Plot. in l. ſi quando §.53. num.6. C. vnde vi, vbi loquitur in damno dato in frumento, & planta, dicit tamen, quod ſolum dubius euentus extimatur, allegat Bal.Alber. & Aymo. quibus accedunt Vrſill.in deciſ.Afflict.34. nu.4. Magon. in deciſ.Luc.27.in fi.& latè Steph.Gratian.in dec.57. in 1.dub. vbi ita iudicatum refert, & ſequi videtur Burſat.in conſ.70.nu.31.in fi.poſt Afflict. in conſtitut.peruenit ad aures nu.5.qui tenet, damnum

dan-

dantem, teneri in quantum potuiſſet vendi dubius euentus tempore dati dãni, & fuſius Marcell. Calà de modo articul. num. 1068. fol. 200. videatur Viuius in dec. 180 num. 2. cum ſeq. vbi in fine dicit, ter faciendam eſſe extimationem in caſu iſto, vide ipſum, quia non immeritò Stephan. Grat. in dicta deciſ. ſub num. 10. ſcribit, attendendam eſſe conſuetudinem loci: Hinc damnum dans in ſeminatis ſortitur forum illius loci in cuius territorio dãnum fuit datum, & factum, nec locum habet remiſſio, ſecundum Afflict. in conſtitut. cum per partes Apuleæ q. 5. num. 11. per tex. in l. hæres abſens in fi. ff. de iudic. & Ann. qui ſic in practica ſeruari ait in ſingul. 137. & Marcell. Calà in d. tract. fol. 13. à ter. num. 116. debetq; prius ſolui damnum & poſtea pęna. ſi facultas remanet, vt fuit in S. C. deciſum, atteſtante Ann. in ſingular. 139. verum ſi animalia ingrediuntur locum, ſeu prædium bannitum, & damnum non dederunt, nulla debet exigi pęna, vide Ann. in ſing. 138. & Thor. in compend. deciſ. fol. 138. & quid ſi territorium bannitum eſt apertum, an pęna debeatur, vide D. Lanar. in conſ. 98. & Capiblanc. in pragm. 8. par. 1. num. 381 de baronib. & num. 395. in nouis, & ſi adeſt damnum, pęna non excedat ſummam damni, & ſi dãnum excedat auguſtale, pęna ipſa non excedat auguſtale iuxta Regiam pragmaticam, & ita iudicatum fuit in S. C. refert Gramma. in deciſ. 67. in 4. dub. meminit, & ſequitur Niger Campan. in cap. Regni grauamina nu. 93. in fi. & ſic de menſe Nouembris 1607. fuit iudicatum per M. C. V. & confirmatum in S. C. in cauſa Vniuerſitatis Simbaris, cum Lutio Ingleſio, in Banca de Monteleone pro Coppula: & damnum dediſſe videtur qui cauſam ipſius dat, vt in regula damni de regul. iur. in ſexto, ad principium noſtræ concluſionis adde D. Maſtrill. in deciſ. 111. num. 8. & quid ſi animalia damnum dantia dùm expelluntur interitum patiũtur, quid debet probari, vt paſſus damnum teneatur, vide Marcell. Calà vbi ſupra nu. 1069.

Datio inſolutum habet vim ſolutionis, l. 1. & toto titulo ff. pro ſoluto, allegat D. Vinc. de Franch. in dec. 50. num. 2. immo ſoluere dicitur debitor qui nomen ſui debitoris creditori in ſolutum dat, & conſequenter liberatur, vt Pariſ. reſpondet in conſ. 69. num. 14. vol. 4. ſequitur Flamin. Cartar. in deciſ. Genuæ 19. num. 9. & Ioa. Bapt. Conſt. in tract. de retrotract. fol. 172. num. 2. vbi num. 3. extendit tam ad dationem voluntariam, quam neceſſariam vide eum, quod amplia, & ſi non exprimatur, Bal. in l. Meuia ff. ſolut. matrim. cum alijs allegatis per Steph. Grat. in dec. 117. num. j. verum ſi datio inſolutum cõtinet plus vero debito redditur in totum nulla, nec pro parte ſubſtineri poteſt, vt probat tex. in l. ſi non ſortem §. ſi centum, vbi DD. notant ff. de cond. indeb. Bal. Rom. Afflict. Marſil. Ruyn. Curt. Iun. Pariſ. Natt. Roland. & alij infiniti quos citat Surd. in deciſ. Mantua. 45. num. 3. & in deciſ. 74. num. 8. & 9. & in tract. de aliment. titul. 9. q. 32. num. 79. & Flamin. Cartar. in deciſ. 29. vbi latiſſimè addo videndum Conſta de portio. rati. q. 26. & iſta opinio procedit, & locum habet, ſecundum aliquos Doctores, etiam ſi huiuſmodi datio ſit facta à parte, & nõ à Iudice, per tex. in d. §. ſi centum quem ſic ibi intelligunt Paul. Caſtr. num. 2. dicens memoriæ retinendum tanquam vtiliſſimum, & quotidianum, Iaſ. num. 1. & 2. & alij infiniti quos allegat, & ſequitur Surd. in d. deciſ. 45. nu. 4. & in d. q. 32. nu. 79 & refert iudicatum Surd. in allegita deciſ. num. 8. & ſeq. recipientem rem in ſolutum plus debito, teneri etiam ad reſtitutionem fructuũ perceptorum, & percipiendorum, meminit, & ſequitur Intrigl. in ſing. 173. num. 73. & Flam. Cart. in deciſ. . . qui ſolum loquitur de condemnatione fructuum, vel fructus ipſi imputentur in ſortem, ſecundum Surd. in d. num. 79. vide interim D. de Ponte in deciſ. alias conſ. 74. num. 1. & 2. Intriglio. in dec. 46. num. 1. & ſeq. poſt Vrſill. in deciſ. Afflict. 178. num. 9. benè verum eſt, quod res inſolutum data plus debito, poteſt retineri, donec pretium cum effectu ſoluitur per d. regul. centum, ibi ager autem retinebitur, ſequitur ibi Bart. in fin. Alex. nu. 6. Iaſ. num. 10. Tiraquel. de retract. conſang. §. 23. glo. 2. nu. 2 . & Surd. qui alios ad id allegat in dec. 46. num. 7. & infra, accedit Galleſ. in tract. cameral. obligatio. fo. 161. in paruis, & Franc. Burſ. in conſ. 73. num. 28. vbi tamen ſcribit, quod creditor debet excomputare fructus in ſortem quam fructus extenuant, l. Titia 48. ff. de ſolut. Sebaſtian. Medices in tract. de compenſ. q. 5. & de intellectu d. l. Titia agit Gama Luſit. in deciſ. 96. & ſi aliter Burſat. qui ſupra nu. 27. videtur tenere quo ad concluſionem principalem hic poſitã poſt Mandoſ. in conſil. Roman. 454. lit. T. & Viuius in deciſ. alias in opinio. 174. num. 4. par. 1. ſecundum nouiſſimam editionem, & multa cumulat Thor. in compen. deciſ. fo. 130 & 138. ſed non eſt recedẽdum á vera, cõi, & practicata opinione, vt ſupra firmata: quid autem ſi in datione in ſolutum non eſt erratum in quantitate debiti, ſed res quæ data eſt, maioris valoris eſt, an ſit nulla, vide Surd. in d. q. 32 num. 80. & ſeq. ad principium noſtræ concluſionis adde Mart. in vot. 141. & vide omnino *Theſſ.* Iun. in q. 73. par. 3. an qui vendere non poteſt, dare poſſit in ſolutum, vide Alex. Raud. de Analog. c. 15 q. 31. fol. 90. vbi ad multa infert, & quid ſi datur nomen debitoris in ſolutum, & promittitur verũ bonum, & exigibile, vide Dec. cõſ. 102. col. 1. verſ. & maximè, Ann. in ſing 420. M. A. Euge. in conſ. 73. Theſſaur. Iun. in d. quæſt. & Grati. lib. 3. diſcep. foren. c. 527.

Debitor aduerſus inſtrumentum publicum liquidum, & iuratum, aut obligationem ſtipulatam penès acta Curiæ, vel aliam promiſſionem iuratam, ſecundum vnam opinionem nõ poteſt opponere compenſationem, quia iuramentum præcisè obligat promittentem ad ſoluendum, per text. clarum in cap. ad noſtram de iure iuran. vbi Canoniſt. omnes, & iſtam opinionem contra Bart. infra allegandum eſſe magis communem teſtãtur Anto. Gab. in titul. de iure iurando concluſ. 7. Viuius in opin. 115. nu. 2. in fi par. 1. Cacher. qui ad partes diſputat in deciſ. 92. nu. 26. in fi. & num. 33. vbi dicit magis communem, & crebriorem, Ioſeph Ludoui. in deciſ. Peruſ. 15. nu. 9. & 10. poſt Afflict. in dec. 381. num. 2. qui refert Sacrum Conſilium approbaſſe opinionem iſtam Canoniſtarum, & licet Vrſill. ibi à num. 1. cum ſeq. refert opiniones pro, & contra, tandem num. 4. dicit numquam potuiſſe obtinere aduerſus inſtrumentum liquidum, ſecundum formam ritus M. C. V. 166. & obligationem ſtipulatam apud acta alicuius Curiæ, debere fieri

com

Digitized by Google

Diſtributiones quotidianæ dari non debent abſentibus, & non miniſtrantibus,quia natura ipſarum propria eſt , vt his qui verè interſunt diuinis officijs,& horis canonicis,& non alijs dentur,cap.vnico,vbi DD.de clericis non reſident. in ſexto, Did. Couar.qui concordan.allegat lib.3.var.reſol.c.13. num.2. Petr.Duen.in regul.206.in princ.vbi plus ſubdit,conſuetudinem in contrarium non valere, Camill.Borrell. in conſ.32. ad fin. & idem proſequitur Viuius in opin. 195. par. 1. idemq; ſancitũ eſt in Sacro Concilio Tridentino ſeſſ.24.c.12.de reform.de quo meminit Iacob.Menoch. de arbit. iudic.in addit.ad caſum 429.num.5.& 7.& conſuluit Nauarr. in conſ.2.in tit.de cleric.non reſiden. nec Epiſcopo abſenti,& exiſtenti in Concilio Tridentino debentur, Decian.in conſ.69.vol.2. & iſta concluſio procedit etiam ſi clerici intereſſentes conſentiant, vt qui non interuenit horis canonicis, aut officijs diuinis,diſtributiones percipiat,quia adhuc non debentur,ſecundum Menoch.in loco allegato num. 6. Hinc infertur , quod clericis , aut Canonicis abſentibus , qui in ſeruitio Epiſcopi reperiuntur hę diſtributiones non debentur, cap.de cętero de cler.non reſid. cui non eſt derogatum per Concilium Tridentinum , reſpondet Nauarr. in conſ.1.in titul.de cleric.non reſid. & illis qui in ſeruitio Summi Pontificis , vel in ſtudio exiſtentibus literis operam dando,& alijs non debentur,ſecundum Viuium in dicta opinion num.3. & ſeq. vſque ad fin.latè Gratia.lib.1.diſcept.foren.c.165. à num.17.vſque ad fin. & pariter non debentur illis,qui propria culpa diuinis officijs non interſunt, d.cap.vnico,per quem ita tenet Surd.in tract.de aliment.tit.7.q.16.num.14.item non debentur excommunicatis, aut ſuſpenſis , quia diuinis non interſunt, ſed accreſcunt alijs ſocijs intereſſentibus, vt poſt Couarr. & alios quos citat tenet Surd.in d. tract.tit.1.q.82.num.16. Ricc.in reſolut.362. vide tamen Conſt. de portio.rati.q.105. poſt num.4. & ſeq. quas non recuperant , etiam ſi eſſent iniuſtè excommunicati,vel depoſiti, aut ſuſpenſi, ex quo non interfuerũt diuinis, vt ſupra firmat Surd. in loco paulò ante citato nu.15. Intellige tamen vt ibi per eum,& nihilominus tenentur occultè pſallere,& recitare dictas horas canonicas , ſecundum Couarr.& Surd. in dd. locis in fi. Verùm Clericis, aut Canonicis infirmis , vel alia neceſſitate corporali detentis,hę diſtributiones debẽtur, d.cap.vnico, ibi exceptis illis, Couarr. in d.cap.13. num.18. Duen. in d.regul.in fi. Actius in tract.de infirmit. in verb.diſtributiones, & verſ.quotidianæ, Conſta vbi ſupra ad fin.& Nauarr.in conſ.10.in titul.de cleric.non reſiden. vbi ad carceratos etiam iniuſtè extendit poſt Couar.vbi ſupra verſ.11.Steph.Quaranta in ſua Summa fol.615.in addit.& Conſt.in loco citato,Alexan.Trentacinq. conſ.57.vol.1. & Ric.in reſol.397. & pariter omnibus qui abſunt à diuinis, & horis canonicis, ob aliquam vrgentem cauſam, vel neceſſitatem, aut euidentem eccleſiæ vtilitatem, Couarr.in dicto loco verſ. 8. & Duen. in loco citato nu.6.& D.de Ponte in conſ.92.col.6. & ex alijs cauſis , vt eſt videre apud Couarru.in d. verſ.8. Horę autem canonicę in iſtis terminis ſunt ſeptem, inter quas non eſt Miſſa , ſecundum Nauarr.in conſ.13.nu.2.eod.tit. & Baiard. *ad Clar.* in §.ſacrilegium num. . . allegat gloſ.*in clementina* graui in verb.canonicas de celebr. miſſar. DD. in c.1.de celebr.miſſar. Actius in d.tract. in verb. horę canonicæ in 2.par.fol.106.qui nu.6.dicit,Infirmos non teneri ad officium , & excuſari ab audiendo; diſtributionesq; iſtæ non veniunt fructuũ appellatione beneficij eccleſiaſtici,d.cap.vnico, & cap.fi. §. in illis de conceſſ. præb. in ſexto, Couar. in d.cap.13.num.1.& Viuius in opin. 194. in princ. quarum duo genera ſunt ; vnum eſt proprium, & ſtrictum , quod intereſſentibus datur pro horis canonicis, & diuinis officijs,& percipiẽs facit ſuas, quia dantur pro ſeruitio, & ſtipendio , ac labore perſonali, d.cap.vnico,& de his poteſt clericus teſtari, Viuius in d.opin.194. num.6. & dixi ſupra in concluſione Clericus . Alterum eſt , quod datur etiam his,qui non interſunt dictis horis , & diuinis officijs, dummodo ſint præſentes , cap.olim de verb. ſignif. ſed iſtę non ſunt proprię diſtributiones quotidianæ, Viuius in loco citato , & vide Nauarr.in conſ.9.eod.tit.de cler.non reſid. eſt benè verum, quod diſtributiones quotidianæ non diſtribuuntur dictim,ſed in fine anni,habito,& cõſiderato reſpectu intereſſẽtium in Choro,Seraph. in deciſ.1140. poſt Verall.quem allegat, & vide Conſtam vbi ſupra, & in q.106.& ad materiam præſentis concluſionis vide Franciſ.Viui. in deciſ. 300. & multa apud Alex.Trentacinq. in conſ.41. vol.1.

Diui-

Digitized by Google

Diuiſio eſt contractus innominatus, Robert. Maran. in conſ. 119. nu. 4. D. Fab. de Ann. in conſ. 81. nu. 1. & Viui. in opin. 165. num. 5. par. 1. Alex. Raudenſ. de analog. in appendice c. 4. num. 31. qui ad alia infert; & hoc eſt vtile, quia in contractibus innominatis habet locum pęnitentia, vt dixi infra in concluſ. Pęnitentiæ locus, vbi ſunt limitationes. Qualiter autem diuiſio bonorum inter fratres fieri debet, quis primo diuidere debet, & cui detur electio, magna eſt profectò altercatio inter DD. vt eſt videre apud Iaſ. in §. quædam num. 62. cum ſeqq. inſtit. de actio. & latiſſimè Tiraquel. in tract. de primogen. q. 60. nu. 10. & 14. ſed verior, & magis communis eſt opinio, quod fratres in diuiſione debent eſſe ęquales, electionemq; nulli ipſorum ratione ætatis, vel maioris, ſiue minoris partis, aut alterius qualitatis tribuendam eſſe, ſed vel ſortis iudicio, aut Iudicis arbitrio committenda eſt, & iſtam opinionem ſequitur Tiraquell. in loco citato num. 14. vbi multis modis reſpondet ad tex. in c. 1. de Paroch. quem refert, & ſequitur Vrſill. in deciſ. Afflict. 23. num. 7. in fi. Vincent. Maxill. pariter amplectitur iſtam opinionem in Conſuetud. Bari ſol. 311. nu. 1. & ſeq. ſecundum nouiſſimam impreſſionem Venetam, Iacob. Menoch. de arbit. Iud. caſ. 123. & nouiſſimè Octa. Simoncel. in tract. de decret. lib. 2. tit. 4. fol. 67. nu. 36. qui pluries eodem in numero magis cõmunem, atq; veriorem dicit, & à Ciuiliſtis, & aliquibus Canoniſtis receptam, vt eſt videre ibi apud eum, qui ex profeſſo diſputat, vide tamen Carocium in deciſ. 135. & Caualcan. in dec. 11. nu. 33. par. 2. licet idem Simoncell. vbi ſupra ante nu. 38. dicat aliam opinionem quod maior diuidat, & minor eligat eſſe magis ęquam, quæ opinio videtur procedere de conſuetudine, non autem de iure communi, vt Viuius fatetur in opin. 339. par. 1. ſed pulchrum eſt ſcire, quis ex fratribus dicatur maior in huiuſmodi diuiſione facienda, Iacob. Menoch. in d. tract. caſ. 124. num. 1. ſcribit, quod maior natu dicitur Iudicis arbitrio, poſt multos Doctores quos citat, verùm num. 4. ſubdit maiorem dici ratione adminiſtrationis, vel ratione coaptionis, non autem ætatis, refert, & ſequitur Simoncell. in loco ſupra allegato num. 38. & Bombin. in conſ. 39. In patria mea Giſunenſi audio extare conſuetudinem, quod minor diuidat domos, & maior eligat, & in terrenis maior diuidit, & minor eligit, & ſimilem conſuetudinem extare in ciuitate Rauelli, fatetur Paul. Fuſc. in ſing. 78. in fi. lit. D. In ciuitate Neap. adeſt conſuetudo in ſcriptis, quæ incip. Si fratres, in titul. commun. diuidundo fol 383. in nouis, vbi multa ponit Frecc. in addit. Quid dicendum ſi domus diuidenda inter fratres, non recipit commodam diuiſionem, vide Minad. conſ. 17. & Thor. in compend. deciſ. fol. 150. Hinc poſſet inferri diuiſionem interfactam, præſumi ſi res aliquas per ſpacium decem annorum ſeparatim, & diuiſim poſſiderunt, ſecundum glo. in l. pen. verb. . . C. comm. diuidundo, quam Doctores ibi ſequuntur, & reſpondent Alex. in conſ. 92. á num. 1. cum ſeq. col. 2 Vrſill. in deciſ. 368. num. 3. Anto. Gabr. in tit. de præſump. concl. 1. nu. 28. & ſeq. Mandoſ. in conſil. Rom. 418. Alph. Peruſ. in coll. 477. Caualc. in deciſ. 11. num. 43. Maſcard. in tract. de prob. concluſ. 527. vol. 1. Marant. in conſ. 66. num. 2. Paul. Fuſc. in ſingul. 79. lit. D. Farinac. in dec. 481. Honded. in conſ. 59. nu. 53. & ſeq. vbi declarat volum. 1. Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. lib. 3. c. 60. num. 3. apud quos coniecturæ, & declarationes, Marcell. Calà in tract. de modo articul. num. 722. Ant. Gama in deciſ. 146. & 320. in fi. & ita per Senatum Pedemontanum iudicatum refert Inſignis Anto. Theſſaur. in dec. 205. Farinac. in deciſ. 481. Thor. in compen. deciſ. fo. 149. & Honded. conſ. 59. nu. . . vbi num. 53. & ſeq. declarat vol. 1. Limitant multi ex dictis Doctoribus ſupra citatis opinionem iſtam non procedere quando partes eſſent inęquales, eo caſu diuiſio non præſumitur, Marant. in d. conſ. num. 2. Iacob. Menoch. in d. cap. 60. num. 6. omnino Honded. in d. conſ. nu. 59. & ita deciſum refert Vrſill. in d. deciſ. num. 3. alias limitationes vide apud Gabriel. Maſcard. Menoch. & Marant. in locis ſupra allegatis, vbi benè explicant: An diuiſio facta per patrem inter filios valeat, & quando, vide Honded. vbi ſupra, & infra in concluſione Pater; An diuiſio feudi inter fratres poſſit fieri, & quomodo, vide Capyc. in ſua inueſtit. in verb. feudorum diuiſio fol. 161. & ſeq. Camerar. in cap. Imperialem fol. . . & benè per D. de Ponte de feud. in 11. & 12. lect. & an ſit prohibita fieri per pragmaticam, vide ibi, & iterum in 7. lect. Hinc poteſt inferri, quod volens retractare diuiſionem factam, puta ſi eſt frater, debet probare, quod bona paterna, fraterna, vel materna, atque eorum hæreditas, ad ipſum tantum pertinebant, credẽs ad alios fratres, vel alterum ipſorum etiam ſpectare, tunc diuiſio vti erronea, retractari debet, eſto quod ambo fratres promiſiſſent ipſam obſeruare, & non contrauenire, quia diuidenti, & errãti ſibi in diuiſione præiudicium non affert, ita ad literam ſcribit Paul. Caſtr. in l. fi. §. idem quæſijt ff. de cond. indeb. quem ſequitur Iaſ. ibi colu. 2. Dec. conſ. 408. num. 1. Aymo. Crauett. in conſ. 26. in fi. & conſ. 188. M. Anton. Natt. in conſ. 77. num. 12. conſ. 103. num. 6. benè Anchar. Iun. in q. 55. par. j. Franc. Becc. in conſ. 90. maximè num. 9. Menoch. in conſ. 320. Camill. Borrell. in conſ. 31. num. 12. & Viui. in opin. 730. num. 3. par. 2. in nouis, latè Gratian. lib. 2. forenſ. diſcept. cap. 334. & vide Bal. conſ. 386. vol. 1. ſcribit autem Dec. in d. conſ. 408. nu. 7. quod duo debent concurrere pro retractatione diuiſionis. Primum, quod res probetur, aliter ſe habere. Secundum, quod volens illam retractare, tractet de damno vitando, refert, & ſequitur Ant. Gama in dec. 320. in finalibus verbis, vel vnus ex diuidentibus alleget, & probet ſe in diuiſione deceptum, vltra dimidiam iuſti pretij, quia in diuiſione locum habet remedium l. 2. C. de reſcinden. vend. teſtantur Anto. Theſſaur. in dec. 239. nu. 5. Anto. Padill. in d. l. 2. num. 13. Honded. in conſ. ſupra allegato num. 52. & conſuluit Rober. Maran. in conſ. 119. in vltim. dub. & ſi D. Vinc. de Franch. alioquin eloquentiſſimus in deciſ. 675. reſerat opiniones, & nihil concludit; & in materia vide pulchrè per Marant. in d. conſil. in 1. dub. Qualiter autem inter fratres diuiſio renouata præſumatur, vel inter ſocios, vide Iacob. Menoch. in tract. de præſumptio. cap. 57. vbi plures caſus diſtinguit, & Ioſeph Ludouic. in ſuis commu. opin. concluſ. 53. & quid ſi fiat diuiſio inter fratres aliquos, qui pro alio fratre promittunt de rato, ſi non ratificatur à

dicto fratre, eſt in totum nulla, etiam inter alios fratres, Bal. in conſ. 223. vol. 3. per l. cum fratre C. res inter alios acta.

Diuortium hodie non fit, nec permittitur, ſed ex cauſa iuſta fit Thori ſeparatio, vt poſt Cyn. Iaſ. Alexa. & Dec. in l. 1. C. vnde vir. & vxor ſcribit Surd. in tract. de aliment. tit. 9. q. 13. num. 40. quod non conceditur niſi ob certa crimina, de quibus in cap. 2. de diuort. & in cap. literas de reſtitu. ſpoliat. Didac. Couar. latè in titul. de ſponſal. par. 2. cap. 7. §. 5. per tot. fol. 104. & ſeq. in paruis, illis verò excepris Thori ſeparatio non inducitur, vt per Surd. in d. tract. tit. 7. q. 25. nu. 14. deciſ. caſ. conſc. lib. 2. c. 84 fol. 212. & ſeq. benè Conſt. de portio. rati q. 155. num. 2.

Doctoris dictum debet intelligi ſecundum iura, quæ allegat Bar. in l. non ſolum §. liberationis cauſa num. 9 ff. de libera. lega. ſequitur Carauit. in titu 21. num. 2. Maxill. in conſuetud. Bari fol. 62. nu. 25. & fol. 151. num. 42. in nouis, Iacob. Menoch in conſ. 90. num. 55. Paul. Fuſc. in ſingul. 84. lit. D. Stephan. Gratia. in dec. 8 in fi. & Surd. de alimen. tit. 6 q. 19. num. 5. & tit. 7. q. 20. num. 28. eiuſq; authoritas plurimum poteſt vbi lex deficit, vt inquit Paul. Caſtrenſ. in l. mutum ff. de acqur. hered. Iaſ. in l. nō en minus nu. 3. C. de procur. quos refert Surd. in d. tract. tit. 1. q. 44. nu. 14.

Domicilium habitationis eſt potentius alijs, vt per glo. in cap. ſtatutum §. cum verò in verb. vnam dietam de reſcrip. in ſexto, quam ſequitur Rol. de lucro dotis q. 22. num. 16. & 25. & illam celebrem appellat Nauarr. in conſ. 4. num. 5. in tit. de conſt. Ann. in alleg. 74. num. 1. & 10. & Mart. in vot. 5. n. 4 verùm domicilium aliud eſt naturale, accidentale, & commune, ſecundum Farinac. in 6. volum. in fragmen. fo. 118. vbi etiam ponit quomodo acquiratur, poſt Mari. Socci. Sen. in cap. fi. de for. comp. & ideo debet quis conueniri in domicilio habitationis, etiam ſi ibi perſonaliter non reperiatur, ſecundum Annam vbi ſupra num. 1. & 8. maximè ſi tractatur de dotis exactione, vel lucro ipſius, iuxta vulgatum text. in l. exigere ff. de Iudic. vt per Annam latiſſimè in d. alleg. nu. 10. & illum text. exornat itdem Anna in ſing. 541. fuſius Alphan. Peruſ. in coll. 6. poſt Tiraquell. de legib. connub. gloſ. 2. num. 45. & ſeq. Vrſill. in deciſ. Afflict. 226. & Surd. in dec. 227. num. j. & ſeq. & 12. limit. ad illam l. reaſſumit, Cagnol. ibidem à num. 10. vſq; ad 31. In alijs autem caſibus non poteſt quis alibi conueniri, niſi ibidem reperiatur, puta in loco originis propriæ, vel paternæ, aut in loco contractus, vt per Annam in d. alleg. num. 8. & ſatis pulchrè Maxill. in conſuetud. Bari §. neque à Comitibus fo. 72 à terg. ſecundum nouiſſimam impreſſionem Venetiam, ſed qualiter domicilium conſtituatur, vide Alex. in conſ. 16 ſub num. 2. volum. 1. & conſ. 155. vol 7. Iacob. Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 86. Ioſeph Ludoui. in deciſ. Peruſ. 76. num. 11. & ſeq. Mandoſ. in conſ. Roman. 264. Burſa. in conſ. 76. nu. 7. vol. 1. Viui. in opin. 203. par. 1. deciſ. Auenion. 140. Suarez in ſuis opinion. num. 115. lit. D. Maſcard. in tract. de prob. concl. 535. nu. 6. & ſeq. vol. 1. & Marcell. Calà in tract. de modo articula. num. 932. Mart. in voto 96. à num. 5. & ſeq. & voto 116. num. 2. & ſeq. omnino Gratian. lib. 1. diſcept. foren. c. 182. Hinc exteri tenentes, & poſſidentes feudum in hoc Regno conueniri poſſunt coram domino feudi, ſecūdum Annam in d. alleg. nu. 5. quia dicuntur ciues de Regno, ita D. Conſiliarius Georg. in alleg. 44. num. 31. poſt Afflict. quem allegat, vide D. de Ponte in deciſ. 23. in fi. & dicitur vaſallus ligius, ſecundum eundem D. de Ponte in deciſ. 33. num. 11. & vide in materia Ricc. in deciſ. 106. par. 2.

Dominium licet non præſumatur ex poſſeſſione, tamen procedit quando fuit principaliter deductum in iudicio, ſecus ſi incidenter, quia tunc præſumitur, & probatur, vt per gloſ. in l. ſicuti §. ſed ſi quæratur in verb. poſſeſſori ff. ſi ſeruit. vendic. Bart. in l. quidam cum ſuo num. 4. verſ. ſecundo caſu ff. de cond. inſt. Socc. in l. 1. nu. 20. verſ. & ideo tu conſidera ff. de acquir. poſſe. Maſcard. in tract. de prob. concl. 539. nu. 8. & 9. vol. 1. qui alios ad id citat, D. Fab. Ann. in conſ. 129. num. 47. quibus accedunt Surd. in dec. 10. num. 11. & iterum in tract. de aliment. tit. 1. q. 112. num. 17. & nouiſſimè Iaco. Menoch. in tract. de præſumpt. lib. 6. c. 63. nu. 1. 12. & ſeq. vbi recurrendum eſt, & an ex confeſſione partis dominium probetur, vide Surd. in d. q. 112. nu. 15. poſt Socci. & Crauett. quos allegat omnino Rota Luc. in deciſ. 33. fol. 41. & 42. & Maſcard. in d. tract. concluſ. 545. colum. fin. & in concluſ. ſeq. & quādo dominium ex poſſeſſione præſumatur, vel non, legatur queſo Iacob. Menoch. in additionibus nouis ad d. cap. 63. & vide multa apud Gratia. lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 293. nu. 11. & ſeq.

Dominium Princeps transfert, eo ipſo, quod ex certa ſcientia dat, vel donat, nec aliqua traditio, vel poſſeſſio requiritur, vt poſt Bald. & Angel. concludit Alex. in conſ. 3. num. 8. vol. 5. ſequitur Dec. in conſ. 341. nnm. 14. poſt Abb. in conſ. 94. vol. 2. quos refert D. Vinc. de Franch. in quibuſdam allegationibus ad pennam pro Ill. Duce Sueſſæ, accedunt Iaſ. in l. quoties nu. 5. C. de rei vend. vbi Iacob. Menoc. in addit. lit. F. Gramma. in dec. 59. nu. 44. & Maſcard. in tract. de prob. concl. 199. nu. 13. vol. 1. quæ tamen concluſio procedit, quādo conſtat expreſsè de voluntate Principis volentis transferre dominium, vt poſt Iaſ. Iacobin. & alios ſcribit M. Anto. Natta ad Alexa. in d. conſil. in verb. donatione, D. Vincent. vbi ſupra, & ornatiſſimus D. Carol. Tap. in rubr. ff. de conſtit. Princip. fol. 9. num. 12. verſ. qui verum intelligunt, vide Seraph. in dec. 341. nu. 10. & 11. verum doctiſſimus Didac. Couarr. lib. 2. variar. reſol. c. 19. nu. 3. diſtinguit inter contractum Principis, & priuilegium: Primo caſu, dominium Princeps non transfert abſque traditione, niſi expreſsè conſtat voluiſſe ſtatim transferre, & ſi de ſimplici contractu tractatur nūquam dominium transfertur. In ſecundo caſu, Princeps per priuilegium dominium ſtatim transfert, non aliter ſecuta traditione: & in hoc ſecundo caſu ſequitur Camill. Borrell. in ſuo eleganti conſ. 1. num. 42. licet Couarr. non allegat, ſed in vtroq; caſu diſtinctionem Couarr. refert, & ſequitur D. Tap. in loco ſupra allegato ante num. 12. quibus addo Bellugam in Specul. Princ. rub. 22. §. & quia quotidiana num. 8. & 9. fol. 117. á terg. in nouis, & Magon. in deciſ. Luc. 38. num. 9. 31. 32. & 33. vbi Addent. vide omnino del Caſtill. in dec. 66. à num. 1. Doctori enim diſtinguenti magis credēdum eſt, Silua nuptia. lib. 5. in verb. quomodo iudica. num. 32. &

Ca-

Caualc.in repert.deciſ.1.pa.in verb.Doctori diſtinguenti ſol. 19. & ſi regulariter dominium non transfertur ſine traditione, l.traditionibus, vbi Doctores C.de pact. Maſcard.in d.tract. concluſ.538. num.2.& Surd.in tract.de alimen. tit.8. priuil.61. num.5.qui ambo limitant in pia cauſa, & eccleſia, vide ad principalem concluſionem D.Regentem Lanar.in conſ.25.num.1. & Gratia. lib.2. diſcept. forenſ.c.252. nu.51.

Dominus pro delicto famuli ſui regulariter non tenetur, vt probat tex.in l.1.§.deieciſſe, & §.quoties iuncta l.3.ff.de vi,& vi arm.Bart.in l.ne quid nu.1. ff.de incend.ruin.& naufrag. maximè quando extra officium deliquit, in quo á domino deputatus eſt, ſecus ſi delinquat in officio in quo eſt deputatus à domino, tunc pro eius delicto dominus tenetur, l.1.§.ſi familiæ vbi Bart. & Doctores ff.de publica.& in d.l.ne quid, Roman.in conſ.11. Fely.in cap.perrus num.8.de homicid.Cappell.Thol.in dec.195.vbi Addent.Carauit.in rit.49.num.19.Iacob.Menoch.de arbitr.iud.caſu.345. num.3. Maſcard.in tract.de prob.concl.892.num.7.volum.2. & omnium latiſſimè Farinac. in titul.de delict. q.24.num.48.49 50.& ſeq. idem eſt ſi dominus potuit famulum prohibere, & non prohibiut; tunc etiam tenetur, ſecundum Fely. in cap. cum omnes num.32.poſt Abb.quem allegat de conſt. Cagnol. in l.culpa caret num.8.ff.de regul.iur. Afflict.in deciſ.82.nu.5.& Iacob.Menoch.in conſ.53.nu.14. Hinc etiam dominus tenetur de delicto famuli, quando eligit, ſiue retinet ipſum, qui eſt malę conditionis, & famæ, Cagnol.in loco citato poſt nu.8 Clar.in §.fi.q.86.verſ.hinc infertur,& infinitos allegat Farinac. in d.q.24. nu.91. quia mala electio eſt in culpa, §. præterea in fi.inſtit.quib.mod. re contrah.oblig.l.eum in fi.& l.argẽtum ff.comoda. Mart.in vot.100.nu.6.Adde in pulchro caſu Thorum in compend.deciſ.ſol.372.in nouis: eſt benè verum, quod dominus ciuiliter tantum tenetur, ſecundum Farinac.vbi ſupra num.89.vide deciſ.Peruſin.10.ad fi.quando autem famulus, vel alius dicatur in officio delinquere, legatur omnino Farinac.in d.q.24.num.56.& iterum in 3.vol.q.101. num.86. fol.451. & ſcripſi infra in concluſ. Officialis, ſcribit tamen Iacob. Menoch.in d. conſ.53. num.15.quod dominus non tenetur quando commodum ex delicto famuli non ſentit, ſecus ſi commodum percipit, vt ibi, de quo dicto valdè dubito ob naturam horum famulorũ peſſimam, & propter regulam allegatam, quod mala electio eſt in culpa: reliqua ad cõcluſionem principalẽ vide per Surd.in tract. de alimen.tit.9.q.26.à nu.113. cum ſeqq. Farinac.in d.loco, & iterum 51. nu.40. in 3.limit.Menoch.in d.conſil.nu.12.& ſeq. Camill. Borrell.ad Bellug.in Specul.Princip. fol. 168. in nouis Baiar.ad Clar.in d.q.86.col.1. Seraphin.in dec.527.& vide ad iſtam conclutionem in pulchro caſu Theſſaur.Ion.in q.83.par.1.& benè Honded. in conſ.96.& ſeq.vol.2.poſt Bal.in conſ.222.vol 2 Addent.ad deciſ.Cappell.Tholoſ.164. & 195. Iacob.Sbroz.de offic.Vicar.lib.3.q.30.vbi loquitur in Epiſcopo ſi tenetur de delicto ſui Vicarij.

Donans licet habeat rei vendicationem pro re donata ob vitium ingratitudinis commiſſæ per donatarium; hoc tamen intelligitur, poſſidẽte donatario, ad tex.in l.his ſolis C. de reuoc. don. ſecus ſi tempore litis motę per donantem, & res donata reperiatur per donatarium alienata in extraneum, tunc donans recuperabit pretiũ à donatario actione perſonali, vt ibi per glo.& ex allegatis per Tiraquell.in l.ſi vnquam in verb.reuertatur nu.325. 327.& ſeq. & Flam.Cartar.in deciſ.Genuæ 75.nu. 15.19. & 20. an iuri dicendi de ingratitudine poſſit cum iuramento renunciari, prout videmus apponi in dies in inſtrumentis donationum quæ fiũt, videantur Tiraquell.in d.l.ſi vnquam in præfatio. num.140.vſque ad 155.& ſeq. Vrſil.in deciſ. Affl. 307.à num.10.cum ſeq. Camill.Borrell.in conſ.14 num.19.& 20.& qualiter ingratitudo probari debet, vide Maſcard.in tract.de prob.concl... vol.2. & an ſtari debet declarationi illius cui ingratitudo commiſſa fuit, vide Alex.conſ.130.vol.1.& Vrſil. in deciſ.Afflict.371.poſt nu.4. verſ.& prædicta: Hinc poteſt inferri, aliquis fecit donationem omnium booorum Titio, poſt mortem ipſius donantis, cum conſtito, & hipotheca bonorum, ſi donãs vendit fundum donatum, & comprehenſum in donatione emptoriq; tradidit, an donatarius poſt mortem donantis poſſit illum recuperare, Hiero. Gabri. in conſ.141. vol.1. reſpondet, donatarium debere primo agere actione perſonali contra hæredes donantis, & ſi recuperare non poteſt, agere hipothecaria, vel Saluiano interdicto contra fundi poſſeſſorem, & allegat ita dicere Oldrad. in conſil. 114.meminit de Oldrad. D. Vinc.de Franch.in dec.213.nu.9 addo videndum Caualc.in deciſ.42. nu.28.& ſeq.par.1.vide in materia tex in l.1.C.de iure fiſci lib. 10. ad cuius ornatum vide Capibl.in ſing.1 lit. A.

Donatio omnium bonorum inter viuos facta, quia donãs vult ingredi Religionem, vel ob ingreſſum Religionis, quia ſic in inſtrumento donationis dicitur, ſi nõ ingrediatur Religionem, vel quia ante profeſſionem exijt á monaſterio, donatio prædicta reuocatur, quia cum cauſa finalis dictæ donationis ceſſat, debet ceſſare donatio, & ipſius effectus, ita Dec. reſpondet in conſ. 86. poſt num.5. verſ.& iſta donatio, Socc.Sen.in conſ.183.ſub n.3. vol.2. & ita conſuluit M.Anto.Natt. conſ.180.per tot.ſequitur Paul.Fuſc. qui de prædictis non meminit in ſingul.110.lit.D.& Steph. Gratia. in dec. 42.licet in caſu deciſ.prædictæ refert iudicatum contrarium, ex quo multa in facto concurrebant in fauorem donatarij, vt ibi per eum.

Donatio non præſumitur facta à muliere, quia mulierum genus eſt auariſſimum, l.ſi ego vbi gloſ.ff. ad velleia.Socci.Sen.in cõſ.20. nu.8.vol.3.Marſil. in conſ.124.nu.9.Sylu.Nupt.lib.3. in ver.diuiti nõ eſt nubendum nu.95.ſol.212.Franc.Becc.in conſ. 52.n.58.qui allegat alios, & quod mulier donet eſt ſimilis monſtro, & ſi per ipſã donatio fiat decepta præſumitur, vt poſt infinitos quos citat tenet Maſcar. in tract.de prob.concl.1076. nu.29.30. & 31. vol.2.& dicit Ioa.Cephal.in conſ.325.quod ſi donatio facta reperiatur, ſuſpecta reputatur, qa eius naturę contradicit, per l.ſtipulata in fi.ff.de donat. Inter vir.& vxor.hinc ſcribit Bal.in conſ.108.colu. fi.vol.3. quod vidit multoties huiuſmodi donationes factas à mulieribus, reuocari ope Prætoris, & idem Bal.in l.ſi à ſponſo C. de donatio. ante nupt. ſcribit, quod miraculum eſt, quando mulier donat quia decepta præſumitur, hinc Decia. in conſ.30. num.9.

num.9.in 4.volu. reſpondet ex ſupra allegatis doctrinis, quod ſi ſoror vidua donat fratri, prout erat caſus ſuper quo conſuluit, præſumitur donatio ex coniecturis metu facta, & proinde conſuluit donationem non valere, & ſcribit Boer. in deciſ. 317. num.9. in fi. quod mulier de corpore ſuo eſt larga, & in donis parca, imò auariſſima, & potius corporis, quàm bonorũ prodiga, allegat Barba. & alios, vide ſi conueniunt ſcripta per Rubeum Alexa. in conſ.54.nu.4. Hinc donatio inter virum, & vxorem facta, regulariter non valet, ne coniuges mutuo amore ſe ſpolient, quod procedit tam in donatione inter viuos, quam cauſa mortis, ſecundum communem, vt teſtatur Clar. in §.donatio q.9. in princ. Duen. regu.221. Menoch. in caſ.132.nu.3. & Viui. in opin. 209.nu.1.par.1.

Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum etiam iuramento vallata, licet de iure non valeat, quia aufert liberam teſtandi facultatem, & eſt contra bonos mores, vt per Doctores communiter in l.fi.C.de pact. & in l.ſtipulatio hoc modo ff. de verb.oblig. Iul. Clar. qui infinitos allegat in §.donatio q.19 in princ. & pariter Viui. in opi.207 num.1.par.j. Ant. Gama in deci.356. omnium poſtrema, vbi defendit opinionem iſtam communem ab impugnationibus Ioa. Coraſij, fuitq; in S.C. Neap. recepta, teſtatur D. de Franch. in dec.594. nu.1. & 12. quibus addo Lud. Peguer. in deciſ.136. & latè Honded. in conſ.39. volu.1. Paſcal. de virib. patr. poteſt. par.2.c.8.num.116. & ſeq. Tamen donatio prædicta valet, quando donãs in illa reſeruauit aliquam quantitatem de qua poſſit teſtari, ſecundum DD. in dictis locis, quæ quantitas debet eſſe libera, & non reſtricta, Mart. in vot.161. num.6. & 7. ſed quanta debet eſſe quantitas, vel illud, quod per donantem reſeruatur, Iul. Clar. in d.q.19. verſ. ſecundo ſcribit, quantitatem reſeruatam debere excedere vigeſimam rerum donatarum, quẽ ſequitur Menoch. & Ceph. vt refert D. Fab. Ann. in conſ.53.num.4. & Paſcal. vbi ſupra n.119. licet contra Iul. Clar. teneant Pancirol. Berrett. & Rimin. Iun. ſecundum D. Ann. in loco citato; Quibus accedunt Viuius videndus in dec.410. num.3. vbi poſt Berrett. Pancirol. & alios teſtatur Clar. loqui contra veritatem, & communem Scribentium opinionem, & Intrigl. in ſing.412.nu.10. dicit, quod quantitas reſeruata debet eſſe talis in qua donans veriſimiliter hæredem inueniat Iudicis arbitrio; adeo quod non debet eſſe modica, Anto. Gama in deciſ.348.num.3. in fi. & ſeq. vbi dicit arbitrarium, quem cum alijs refert, & ſequitur D. Vincent. in d.deciſ.num.2. Farinac. in deciſ. 434.col.2. Conſta de portio. rati. q.125. & omnino Ludoui. Pegue. in deciſ. ſupra allegata, vide tamen Gratia. lib.1. diſcep. foren. c.120.nu.4. Hinc infertur, quod ſi donans, in donatione prædicta reſeruauit ſibi vſumfructum, valida eſt, vt deciſum fuit in S.C. fatetur D. Vinc. de Franch. in dec.168. in princ. vbi addo alios, & in d.deciſ.594. num.2. Sed quid ſi quantitas reſeruata in donatione, donans dixit poſſe de illa diſponere ad pias cauſas; an valeat donatio, Anto. Gama in deciſ. 348. poſt num.6. verſ. memini me, refert in cauſa magni ponderis vidiſſe in Senatu diſceptatum per eius Collegas, inter quos multi dicebant, donationem non valere, ſed opinio benignior pro affirmatiua præualuit, tamen D. Vinc. de Franch in ſæpius allegata deciſ.594. à nu.3. vſque ad fi. ex profeſſo diſputat, & finaliter refert vti arbitrum iudicaſſe pro inualiditate donationis, ſequitur Mart. in d. voto num.8. & idem dicit, ſi donans in donatione dicat quod de quantitate reſeruata poſſit in vita, vel in morte diſponere, vt ibi num.4. & 6. qui infinitos allegat, licet poſt num. 7. & ſeq. referat Doctor. contrarium tenentes, quos ſequitur Intrigl. in d. ſingul. num.11. vide Theſſaur. dec.209. ſed ſi donans de dicta quantitate non diſpoſuit, quia ab inteſtato deceſſit, ad quem ſpectat, vide eundem inſignem D. Vincentium in dec.45. cum Doctoribus per me ibi additis, & iterum in dec.600. vbi qualiter hæc reſeruatio fieri debet, vide eum qui impugnat deciſ. Theſſaur.97. Ampliatur concluſio principalis in principio hic poſita, donationem omniũ bonorum præſentium, & futurorum non valere etiam quoad præſentia, ſecundum Clar. in d.q.20 col.1. & latè Honde. in d.conſ.39. ſequitur Intrigl. in d.ſingul.num.2. vbi de magis commun. opinio. teſtatur, verùm Vrſill. in deciſ. Affl.107.n.4. refert in Sacro Conſilio iudicatum pro validitate donationis quo ad præſentia tantum ex clauſula, omni meliori modo, quæ in donatione prædicta exiſtebat, refert, & ſequitur Viuius in d.opin.107.nu.6. Thob. Noni. in conſ.55. & latè diſcuſſo benè articulo, ita refert iudicatum doctiſſimus Surd. in dec.233. alias ampliationes, & limitationes, vide apud Viuium, & Intriglio. in dictis locis, verum limitationem de donatione omnium bonorum facta mediante ſtipulatione, & cum conſtituto, & præcario, relatam per Viuium in d.opin.207. nu. 3. & 5. nominatim reprobat, atque expreſsè Hondedeus in d.conſil.28. & ſeq. 33. & ſeq. Hinc corrolariè inferri poteſt, quod donatio facta à patre filio cum iuramento in remuoe rationem meritorum, ſeu beneficiorum à filio receptorum, valida eſt, vt tenet glo.1. in l. ſi donatione C. de collatio. quæ cõiter approbatur, vt teſtatur Dec. ibi nu.10. & alij quos refert Clar. in §.donatio q.8. verſ. hæc autem concluſio, Viuius in opin. 208. nu.5. par.1. vide tamen Maſcar. in tract. de prob. concluſ.560. num.2. vol.1. vbi in num. ſeqq. infert ad donationem fact à conſanguineo, vel amico, ſi præſumitur facta ratione conſanguinis, vel amicitiæ, aut affectionis, vide D. Georg. in alleg.31.n.60. verùm nõ ſtatur aſſertioni patris atteſtantis de meritis erga filium, etiam ſi illa exprimeret in ſpecie, ſed merita ipſa probari debent per filium, ſecundum Clar. in d.q.8. verſ. allegato, ibi ſed aduerte, vbi de communi teſtatur, addo Afflict. in dec.370.num.15. & Viuium in d. opin.208.nu.9. vbicumque enim donatio fit inter perſonas prohibitas ſemper eſt neceſſaria probatio meritorum, vt in caſu d.deciſ. Afflict. & ita concludit Bart. in l. & ſi fortè nu.5. ff. de caſtren. pecul. quem Doctores communiter ſequuntur in d.l. ſi donatione, poſt glo. ibi, Alexa. in conſ.55. in 1.vol. Vrſill. in deciſ. Affl. 370. col. fi. Pinell. in l.1.par.3. poſt num.62. in 12. illat. fol.445. C. de bon. mater. & ſi conferunt ſcripta per D. Vincent. in deciſ. 428. latè Honded. in conſ.47. à num.41. vol.1. & Clar. in d.§.donatio q.3. verſ. ſed hic occurrit, ibi ſecus autem, & Viuius in opin. 209. num.7. & Maſcard. in dicto tract. concluſ. 561. num.7. vide tamen eundem Maſcar. in dicto tract.

tract.concl.1051.num.5.& ſeq. & quid ſi donatio facta ob merita,& ſeruitia inter perſonas prohibitas, vt ſupra fuit iuramento vallata, an valeat, & iuramentum ſuppleat, vide Maſcardum in dicto tract.concluſ.184.à num.14.cum ſeqq. & Seraph. in dec.1184. maximè nu.6. qui loquitur de iuramento promiſſorio, non aſſertorio; ſin autem donatio ob benemerita facta fuit à perſona quæ liberè poteſt donare, puta ab extraneo, aliæ perſonæ extraneæ, tunc valet etiam ſi de illis meritis, aliter quam per aſſertionem partis donantis non appareat, ita tenet, atque diſtinguit,& iudicatum refert Guido Papa deciſ. 95. num.2. quem refert, & ſequitur alios allegando Clar. in d.q.3. verſ.ſed hic occurrit, ibi quam tamen intellige Maſcar.in d.tract.& concluſ.561. num.2. & ſeq. & Honded. in d.conſ.47. volum.1. Verùm debent merita, & ſeruitia ipſa probari, ſi ſunt digna remuneratione,& donationi æquiualeant, vt in pulchro caſu Dec.reſpondet in conſ.366.num.11. & 12. ſequitur Iacob.Menoch. in conſ.112. num.27.& ſeq. & Honded.in conſil.ſup.cit.num.35.& ſeq.nu.41. & eſt de mente Maſcardi in d.concluſ.1051.nu.4. & ita poteſt declarari Clar.in d.§.donatio queſt.3. verſ.ſed numquid, vſq; ad fi.& ex prædictis poteſt confirmari opinio Socc. Sen. in conſ.295. quem infiniti ſequuntur, vt eſt videre apud Iacob. Menoch.in d.conſ.112.D.Carol.Tapia in l.fi.ſol. . . ff. de conſtit.princip.& Anell. Amat. in conſ. 96. videatur Rub.Alexa.in conſ.95. col.fi. licet contra Socc.in eadem cauſa conſuluit Dec.in conſ.20. & ſecuudum opinionem Decij fuit annis elapſis iudicatum in Sacro Conſilio in cauſa Illuſtriſ. Marchionis Piſcariæ, cum Laura de Auolos refert cõſumatiſſimus D.Vinc. de Franch. in deciſ. nondum impreſſa,quam eius propria manu ſcriptam vidi in ſuis libris, vbi multa notata ponit ad hanc concluſionem, & diſtinctionem, vt ſupra; quomodo autem benemerita, & ſeruitia probari debent,vide Maſcard.in d.concluſ.184.vſq; ad 187. incluſiuè, & Honded. in ſæpius allegato conſilio 47.

Donatio ipſo iure reuocatur per ſuperuenientiam liberorum,iuxta vulg.text. in l.ſi vnquam C.de reuoc.don. vbi omnium latiſſimè Tiraquell. in verb.reuertatur, Anton. Gabr. in titul. de donat. concl.2 num.4.& ſeq.Viuius in opin.210.num 3. par.1.Clar.in §.donatio q.22.Honded. in conſ.47. vol.1.& Mart.in vot.9.nu.7. ſed numquid ſi pater donans in ſpecie, & nominatim renunciauit in inſtrumento donationis d.l. ſi vnquam: an ſuſceptis filijs donatio reuocetur ipſo iure, & licet magna ſit Doctorum altercatio, ſi dictæ legi poſſit in ſpecie renunciari,vt eſt videre apud Ant. Gabr. in dicta concluſ. num.63.Clar.in d.q.22.verſ.tertio inſertur, Mandoſ.in conſ.Roma.269.lit.G. & Addentes ad Iaſ.in l pen.nu.8.C. de pact. Tamen cõmunior opinio eſt,poſſe d.l.in ſpecie renunciari ſecundum Tiraquell.ibi in præfatio.num.174. & illam vti magis communem tenet Gabr. vbi ſupra, ſecundum quam refert iudicatum Viui. in dec.259.nu.4.& iterum in deciſ.404. num.16. & ſequitur Honded.in d.conſ.47.num.42.& 43.licet Clar.in loco ſupra citato verſ. ſed contraria,dicat, quod opinio contraria negatiua ſemper ſibi placuit tamquam magis benigna, & æqua; & ſecundum illam pluries iudicatum refert maximè in Senatu Mediolanenſi, de quo meminit Theſſaur. in deciſ.121.poſt nu.7.vide eundem ibi,& nu.3.& Surd.in tract.de alimen.tit.8.priuil.31.nu.3.omnino Miſinger.in obſer.63.num.4.cent.5.Mart.in d. voto num.8.& ſeq. Seraph.in deciſ.829.& 837.& Conſt. de portio.rati q 152. & Alphan.Peruſ.in coll.264.in verb.& quod non procedat, Paſcal.de virib.patr.poteſt.par.1.c.8.nu.111.& ſeq. vbi poſt Guttier. diſtinguit: Hinc poteſt inferri, quod ſi filijs ſuſceptis, nihil dixit, & paſſus fuit poſſidere donatarium per annum, & plus, eoq; mortuo, filij non poſſunt donationem reuocare, prout latè diſcuſſo articulo deciſum per Senatum Pedemõtanum refert Theſſaur.in d. deciſ. 121. & Paſcal. vbi ſupra num. 113. licet D.Senator eius filius ibi in addit.exiſtimet cenſeri donationem reuocatam quia fauore filiorum, & non patris reuocatio fit, allegat Alciat. qui in libro meo non ſolum non dicit, ſed verbum nullum de iſta quæſtio.facit, ſed poterat allegare Valaſcum in conſult.2. in 2.dub. & ſi donans, tempore donationis habebat mulierem ſenem, & ſterilem, & ea mortua aliam duxit vxorem iuuenem á qua filios ſuſcepit, & cum expreſſa renunciatione d.l.condito teſtamento deceſſit; An dicta donatio ob natiuitatem filiorum fuit reuocata; idem D. Senator Iun.in d.addit.refert hanc quæſtionem diú in Senatu fuiſſe diſputatam, & tandem deciſum, donationem reuocatam, & filios manutenendos in poſſeſſionem, non obſtante clauſula conſtituti in donatione appoſita, magna profecto fuit deciſio: Hinc etiam ſi pater donauit vni ex filijs, ſi alios ſuſcepit, donatio ſolum reuocatur, quo ad legitimam partem eis competentem, ſecundum Tiraquell.in d.l. ſi vnquam in verb. libertis num. 75.& ſeq. Couarru. lib.1.var reſol.c.19.num.1.& Clar.in d.q.22.verſ. ſecundo, vbi de communi teſtatur Gabr. in dicta concluſione num.19.Viui.in d.opin.210. nu.8. & in deciſ.434. num.4. vbi ita iudicatum refert,quid autem ſi donans non ſuſcepit filios veros,ſed poſt donationem perfectam ingreſſus fuit Monaſteriũ capax,quod loco filij habetur,iuxta tradita in cap. in præſentia de probatio,& in eo profeſſus eſt; an donatio reuocatur, ſecundum diſpoſitionem d. l. ſi vnquam,Albe.de Roſa ibidem col.fi. verſ.item quæro, ſine vlla difficultate tenet, per illum text. monaſterium non reuocare dictam donationem, quia lex illa in veris filijs non in fictis locum habet, refert,& ſequitur Tiraq. in eadem l.in verb. ſuſcepit filios nu.43.& ſeq.qui concordantes allegat. An diſpoſitio d.l. locum habet in donatione cauſa mortis, quod non, ſecundum Cacheran. in dec.120.num.6.& 8. & Alpha.Peruſ.in d. collect. verſus fin. reliqua vltra Ripam, & Tiraquell. in repet.d.l.vide Gabriel.Viui.Clar.& Alpha.in locis ſupra allegatis, Honded.in d. conſ. 47.& in conſ. 84.num.10.& ſeq.lib.1.& M.Ant.Eugen.in conſ. 3.in vlt. dub. An d.l. ſi vnquam locum habeat in renunciatione facta per filiam in manibus patris tempore quo maritatur, Alex.conſ.29. nu.16. volu.3.reſpondet quod non, ſequitur Rubeus in conſ. 12.& 99. Tiraquell. ibi verb. donatione largitus num.141.Couarru.in cap. quamuis §.3. de pact.in ſexto, Gabriel.vbi ſupra num. 32. Rolan. conſ.11. in 2. dub. vol. 1. & Capriol.de ſucceſſio.

fol.184.

fol.182.num.517.M. Anton.Eugen.in conſ.9.poſt num.21.conſ.14.num.14.Molfeſ.ad Napoda.in 4.par.q.25.omnino Molin.de primog.Hiſp. lib.2. cap.3.à num.39.cum ſeq. An d.l.habeat locum in dote, vide Natt.in conſ.90.per tot.ſequitur Paſchal.qui ſupra n.115. & an locum habeat in legato, vide omnino Honded. in conſ.78. colum. fin. vol.2.

Donatio facta Titio de aliquo fundo,vel domo,cum pacto, quod poſt eius mortem ſit talis eccleſiæ, vel priuati, abſentis, an donans poſſit in præiudicium eccleſiæ, aut priuati, tale pactum donatario remictere, Bart.in l.qui Romæ §.Flauius nu.j. ff.de verb.oblig. tenet,quod ſic, ſequitur ibi Socc. num.16.qui dicit communem, & in conſ.115.nu. 11.vol.4.Iaſ.in eod.§.Flauius num.14.& iterum in l.2 num.66.C.de iure emphiteo.laté Dida. Couarr.lib.1.variar.reſolut.c.14.num.7.vbi ſimiliter fatetur opinionem Bart.communem,& ſi ipſe infinitos citat contra Bart. & ſequaces, prout idem facit Clar.in §. donatio q.13. verſ.ſecundus eſt articulus,ibi ſed ſi nullus,vbi Doctores Bart.ſequentes, & eum impugnantes adducit,ſubdens, non poſſe negari,quæſtionem eſſe valde dubiam, arduam,& periculoſam,tamen contingente caſu nõ auderet in conſulendo, & iudicando recedere ab opinione Bartoli, & ſequacium, quam ipſe credit eſſe veriorem, & magis communem, re integra exiſtente,videlicet re donata illi tertio,per donatarium non tradita,latiſſimè omnium Ant.Gabriel. in titul.de donation.concluſ.5.qui pariter teſtatur opinionem Bart. magis communem, eamq; nouiſſimè proſequitur Surd.in tract. de alimen.tit.2. q.7.num.12. videatur Guttier. lib.2. pract. quæſt. cap.52.poſt Molin.de primog.Hiſpan.lib.4.cap.2. num.73.& ſeq.Thor.in compen.deciſ. fol.168. & omnino Gratia.lib.3.diſcept. foren. cap.575. quæ opinio multis modis limitatur per Anto. Gabriel. vbi ſupra, inter quas limitationes ponit iſtam: Si Notarius, qui inſtrumentum donationis fecit, ſtipulatus fuit pro eccleſia,aut pro illo priuato abſente, tunc donans non poteſt pactum prædictum reuocare,vt ibi num.4.qui infinitos allegat,quia ex Notarij ſtipulatione fuit ius abſenti quæſitum, idem tenet Clar.in loco ſupra citato verſ.dic ergo, & ante eos Couar.in d.c.14.num.11.& Surd. in d. q.7.num.13.& D.Fab.Ann.in conſ.32. num.3. limitat inſuper Gabriel. concluſionem iſtam nu.2. poſt Bar.Alex. & alios in d. §. Flauius in hærede qui non poteſt huiuſmodi pactum reuocare, prout poterat defunctus donans, Couarr.vbi ſupra num.14.& Clar.in d.loco in fi. limita etiam ſtante iuramento appoſito in donatione cũ pacto prædicto,ſecundum D.Fab.in d.conſil.nu.4.& ibi vide pro principali noſtra concluſione alias limitationes, vide apud Gabriel. in d.concluſ.5.per totam.

Donatio facta Titio de aliquo fundo, vel re immobili,cum pacto expreſſo, quod Titius donatarius præſtet donanti alimenta,ſi illa non præſtantur,poteſt donans agere ad reuocationem rei donatæ, ita reſpondet Rom.in conſ.284.num.3.per l.j.C.de donatio. quæ ſub modo, vbi Hora. Mandoſ. in addit.lit.B.allegat Bal.Bertr.Rip. & alios,accedũt Viuius in dec.516.num.3.& 4.Camill.Borrell.qui multa allegat in conſ.64.in 4.difficult.fuſius Surd. in tract.de alimen.tit.1.q.48. num.65. cum ſeqq. etiam ſi donatio eſſet facta eccleſiæ, vt in caſu d. conſ.Roman. & Surd. refert in loco citato nu.76. vbi à num. prædicto cum ſeq. diuidit hanc concluſionem in duo membra, vt ibi latius per eum ad quem Lectorem remicto; verùm doctiſſimus Couar.lib.1.variar.reſolu. c.14.num.6. reprehendit Roman.& ſequaces, quia requiritur pactum expreſſum, atque promiſſio, quod in caſu non præſtationis alimentorum,& modi non adimpleti, ac inobſeruantiæ dictæ promiſſionis per donatarium,licet reuocare donationem, & haberi,ac ſi non eſſet facta, tunc dominium rei donatæ ipſo iure transfertur in donantem,d.l.1.etiam ſi eſſet donatio eccleſiæ facta, cap.verum vbi glo.de cõd. appoſitis,pactumq; & promiſſionem prædictam eſſe validam,fatetur Surd.in d.q.48. num 76. vbi alios citat, & Couarr. vbi ſupra, ſequitur Arius Pinell.in l.1.in 3.par.poſt num.53.fol.410. C.de bon.mater. Ioſeph Ludoui.in deciſ.Peruſ.93.à nu. 50. & ſeq.vbi contra Roman.teſtatur eſſe communem opinionem,atque contra ipſum iudicatum meminit, & ſequitur D.Conſiliarius Georg. in alleg.31.num.26.& 27. Surd. in loco ſupra citato num.75. & ſeq.& iterum in tit.8.priuil.61. nu.8. & 9.de quo non meminit D.Georg. vbi num. 10. refert Doctores tenentes non procedere in donatione modo prædicto facta eccleſiæ,vel alio pio loco, & cauſæ, tamen num. 12. & ſeq. refert alios Doctores,inter quos Rom.in d. conſil. & ſequentes eum in contrarium, & hanc vltimam videtur tenere; verùm admictit, quod eccleſia poſſit reſtitui in integrum ob culpam Prælati qui alimenta non præſtitit,& modum non adimpleuit, vt ibi n.15. Hinc poſſet inferri,quod donatario incumbit onus probandi alimenta præſtitiſſe, ſecundum Corn.in conſ.102.volu.1. quem refert, & ſequitur M.Ant.Natta in conſ.Alexan.93.in fi.vol.1. contrariam opinionem, videlicet donantem debere probare ſibi non fuiſſe præſtita alimenta iuxta promiſſionem ſibi factam, & hanc opinionem negatiuam eſſe ſuum onus probare iuribus, authoritatibus,& rationibus probat Surd. in d.q.48. à num.55.vſque ad 62.qui tamen in d.num.62.facit pulchram diſtinctionem, vt ibi per eum;An donatarius qui alimenta donanti non præſtitit ſeruata forma pacti, & promiſſionis, poſſit moram purgare,& præſtare illa, M. A. Natta in loco allegato poſt Bald.quem citat,tenet quod non,& ante eum Ripa in l.Inſulam nu.86.ff.de verb.oblig & ita reſpondet Rub.Alex.in conſ.113.ſed Couarr. in d. cap.14.poſt num.6. verſ. quinimò aliter ſentire & tenere videtur, quia mora regulariter ſine interpellatione non commictitur, quæ ex ipſa hominis, vel diei interpellatione inducitur, ſequitur Surd.in d.q.48.num.9.& 13.vbi de Couar. meminit, & fortius num. 14. poſt Corn. quem allegat, ſcribit,quod non ſolum requiritur petitio, ſeu interpellatio, verùm etiam debet donator querelam & reuocationem deducere in iudicio, poſtquam non ſit reuocatio ipſo iure, licet ibi num.66.aliter tenet: hinc idem Surd.in d.priuil.61.num.28.poſt Cyn. quem allegat, inquit tria debere concurrere, vt liceat donatario moram purgare. Primum, quod lis non ſit conteſtata. Secundum, quod fiat infra modicum tempus. Tertium, quod ius creditoris

Digitized by Google

ditoris non ſit effectus deterius,& ad id citat Curtium Iun. donatario autem non præſtanti alimenta,& contractum,ac promiſſionem non adimplẽti, plura dantur remedia ſecundum Surd. in dicto priuileg.num.29.nam diſpoſitio d.l.1.C.de donat. quæ ſub modo,non habet locum in hærede donatarij,qui obligationem alimentandi ignorauit, ſecundum Dec.poſt Com. quem allegat in l. qui in alterius num. 2.ff.de regul.iur. Gozad in conſ.56. nu.10.& Couarr.loco citato; & quid ſi res donata cum onere, & obligatione præſtandi alimenta iuxta diſpoſitionem d.l.1.caſu fato pereat, an donatarius teneatur alimenta præſtare, ſeruata forma ſuæ promiſſionis,& obligationis,Iaſ.in l.j.n.14 C.de iur.emph.poſt Pet.Cyn.Alber.Bald.& alios, quos allegat, tenet ꝙ ſic, quia cum dominium rei donatę ſit in donatarium trãſlatum cũ onere prædicto, & perijt, periculo ipſius tamquam domini perijt,vt ibi per Iaſ.ſequitur Dec.in conſ.312.n.2. Franc.de Crema.in ſing.1.& Surd.in d.tit.1.q.54. num.9.

Donatio facta per tutorem valet, quando principaliter mouetur pro vtilitate pupilli, vt poſt Iac.Butr. ſcribit D.Vinc.de Franch.in dec.535.in princ. ibi tutor principaliter; verùm decretum debet interponi, an pupillo expediat, ſecundum eundem D.Vinc.in dec.712.ad fi.vbi exornat §. cum tutor ff.de adminiſt.tuto.Farinac.in conſ.42.n.14.& 16. vide D.Conſiliar.Georg.in alleg.44.nu.36 & ſeq. & Thor.in pulchro caſu in compend.deciſ.fo.438 in nouis,& Gratia.lib.2.diſcep.foren.c.233.maximè col.1.& ſeq. & ſi regulariter pupillus, aut minor donare non poteſt etiam cum decreto,ſecundum Octaui.Simonc.vt cæteros omictam in tract. de decr.lib.2.ſo.47.à ter.cum ſeq.num.1.vbi ponit regulam cum ampliation.& limitationibus.& Farinac.in d.conſ.nu.11. 12.& Surd.in tract.de alim. tit.8.priuil.56.nu 107.& ſeq.omnino Mart.in voto 77.à nu.10.& ſeq. Ant.Piaggi.de tuto.& curat. q.15.nu.3. & an ex cauſa remunerationis vide latè per Viu.in opin.221.par.1. ſecundum impreſſionem nouiſſimam; an donatio facta per minorem cum iuramento,& clauſula,quod promiſit habere ratam, & non contrauenire, Honded. in conſ.42. vol.j.ex profeſſo conſuluit pro validitate donationis, & reſpondit ad contraria, ſequitur Surd. in conſ.46.col.j.& conſ.88.nu.12.&13.vbi in fi.refert ita iudicatum,vide M.A.Eugen.in conſ.2.

Donatarius omnium bonorum tenetur ad ſolutionẽ æris alieni à donatore debiti,ex deciſ. Guid. Papæ 105.meminit,& ſequitur D.Vinc. de Franch. in dec.686.nu.4.& in fi.d.deciſ.refert iudicatum,non donatarium,ſed hęredem vniuerſalem fuiſſe condemnatum actione perſonali in caſu d.deciſ. hinc infertur, hunc donatarium haberi loco hæredis vniuerſalis,ſecundum Nicol. Mozz. in tract. de contractib.quem refert,& ſequitur Fab.Ann.in cõſ. 108.nu.27.qui refert etiam alios dicere,donatarium omnium bonorum haberi loco hæredis, per d.deciſ.Guid.& Paul.Fuſc. in ſing.114.lit.D. ſed dicit ipſe, & benè, quod Guido Papa hoc non dicit,ſed ſolus Mozzius vbi ſupra,& addit.Matth. in d.deciſ.Guido,quem cum alijs refert Boer.in deciſ.204 poſt num.42. verſ.& iſta concluſio, vbi limitat,niſi donator adhuc viueret, vt ibi,videantur Dec.in conſ.236.poſt num.6. Didac. Couarr. lib.2. variar.reſol.cap.2.poſt num.4. vbi aliter videtur ſentire poſt Ruy.quem allegat, & Conſta. de portio.rati q.90.num.9 & ſcribit D Lanar.in conſ.90.in princ.poſt Guid.Pap.Dec.Gulielm. de Bened.Boer.Caſſan.& alios, quod verior,& commun. opinio eſt, quod donatore non exiſtente ſoluendo, & condemnato ad ſoluendum ſuo creditori poſſit agi directo abſque eo, quod reſcindatur donatio contra donatarium omnium bonorum ad euitandum circuitum, ſequitur Ludouic. Peguer.in deciſ.121.verùm donatarius partis omnium bonorum, ſeu certæ rei, non tenetur ſoluere æs alienum per debitorem debitum, l. æris alieni C.de donat.ſed debet hæres vniuerſalis conueniri, Alphan.Peruſ.in coll. 132. ſed an donatarius omnium bonorum teneatur alere donantem, vide Aymo.Crauet.in conſ.51.nu.5.Cagnol.in l.in cõdemnatione nu.21.ff.de regul.iur. omnino doctiſſimum Surd.in tract.de alim.tit.1.q.48.à nu.1.cum ſeqq. vbi recurrendum eſt, eſt benè verum,quod donans non tenetur niſi in quantum facere poteſt, deducto ne egeat,l.diuus pius,vbi Dec.& Cagnol. ff.de regul.iur.quos refert Surd.in d.tract. tit.9. q. 41.num.8. & alios concordantes citat D. Vinc.de Franch.in dec.697.nu.1. vbi addo alios; ſed ſi donatarius offert alimenta donatori, non debet, nec poteſt impedire deductionem prædictam ne egeat, nec in ea admictendus, prout non fuit admiſſus per S. C. de anno 1584. refert deciſum D. Vinc.in allegata deciſ. nu.2. ad principalem concluſionem vide Gutt.pract.qq.lib.2.c.58. nu.5. 6. 17.& ſeq.Caroc.in dec.125. & omnino Peguer. in d.dec.121.

Donatio iocalium,aut aliarum rerum facta per conſanguineos viri eius vxori acquiritur viro, & eo mortuo,eius hæredibus,non autem vxori, vel eius hæredibus,ſecundum diſtinctionem Bart.& aliorum in l. ſed ſi plures §. in arrogato ff. de vulg. & pupill. ſequitur Addit. ad deciſ. Cappell. Tholoſ. 337.Roland.à Vall.in conſ.10.in 2.dub.vol.1.Iul. Clar.in §. donatio q. 10. qui de communi teſtantur, & ab ea eſſet durum in practica recedere, inquit addit. ad Iaſ. in d. §. in arrogato in impreſſis apud Iunctas,& nouiſſimè alijs relatis,nempè Napoda.Villalob.Mantic.& Gutt.fuit pro vera habita de communi opinione in S.C.ſecundum quam pluries,& iudicatum refert Inſignis D.Vinc. de Franch.in deciſ.595. 1.&2.col. licet Ann. in ſing. 157.referat de anno 1563.in S.C. deciſum contrarium, & malè,ſtante communi,& practicata opinione ſupra allegata, & relata, cui cõmuni adhæret Horat.Mandoſ.in conſil.Roma.172. lit.B. vbi appellat opinionem Bar.communiorem, quam etiam ſequitur D.de Pont.in tract.de pot.Proreg. fol.500.nu.9.hinc D.Vinc.in d.deciſ.nu.2.infert ſi in iſtis donis,& iocalibus,& alijs rebus donatis,vt ſupra, ſuccedant filij ſecundi matrimonij, cum filijs primi matrimonij,communi matre,ad ſecũda vota tranſeunte, & ſi habet locum diſpoſitio l. feminę C.de ſecun.nupt.& plenè pro,& contra diſcuſſo artic.in finalibus verbis refert cauſam nõ deciſam,ſed nu.5.refert S.C.de anno 1568.iudicaſſe in fauorem primi matrimonij, vide ipſum qui pulcherrimè loquitur, & ad concluſionem principalem adde Theſſ.Iun.in q.15.par.3.& Gratian. lib.1.diſcep.foren.c.189.

Dos debita á patre filiæ de paragio, ſecũdum Conſt. Regni in aliquibus, an ſit loco legitimæ, & in eius locum ſubrogetur, Loffred. latiſſimè diſputat in conſ.26 à nu.7. vſque ad 29. Vrſill. poſt Afflict. in dec. 111.nu.11. Franc Burſat. in conſ.32 nu 65. Camill. Borrell. in conſ.22.nu.7. Paul. Fuſc. in ſing.130.lit.D. Reg.de Pont. in conſ.65.nu.5.& 17.& Viui. in deciſ.415.qui omnes concludunt qđ ſic, addo Petr.de Greg. in tract.de dote de paragio in q.2.vbi ad multa notabilia inſert, & Addent. ad eum ſequuntur, & teſtantur de magis communi Canner. in cap.ſi aliquem fol.316. vbi Cumia in verb.maritata nu.92. vſq; ad 112. & ita vidi conſultum per D. Aquilinum; Adeo quod nullum onus imponi poteſt, & impoſitio reijcitur, ſecundũ Loffred.& alios citatos Doctores, Vrſill. in deciſ. Afſl.161.in fi.& addo ad D.de Franch. in dec.196. poſt Andr. in d.Conſtit.nu.29.& nouiſſimè opinionem iſtam ſequitur D.Conſil. Georg. in alleg. 11. col.fin.accedit Surd. in tract.de alimen.tit.1.q 31. num. 30.& tit.3.q.1.nu.39.& 41. & D.de Franch. in dec.618. quicquid in contrarium tenuerit Minadous in d.conſtit. in 7.notab.nu.9. & Hier. Gab. in conſ.11.nu.4.vol.j.& Minad. in ſpecie reprobat D.Georg. vbi ſupra, poſſet tamen opinio ipſorum procedere, quando ſtatutem filiam ſimpliciter, & abſolutè excluderet, ſecundum Surd. in d.q.1.nu, 43 quod non eſt ſic, d.Conſt. in aliquibus, quæ cõditionaliter, & non perpetuo excludit fęminas ob maſculos, vt ibi, & benè animaduertit D.Lanar. in conſ.60.nu.151.& 152. & eſt de mente D.Georg. vbi ſupra nu.21. & dos de paragio dicitur ratione parilitatis in viro, & vxore, vt ipſa fęmina poſſit pari nubere ſecundum modum facultatis, numerum filiorum, dignitatem, & conditionem viri, & vxoris, ſecundum Andr. in d.Conſtit. num.49. & Petr.de Gregor. in d.tract. q. 1. num.1. An pater poteſt fideicommiſſum imponere in dote, vide Theſſaur. Iun. in quæſt. 63. par. 1. An dos de paragio debeatur mulieri in pecunia numerata, vide Iſern. qui ſupra poſt nu.21. verſ. verius, & ibi Afſl. in 5.q. & de Gregor. vbi ſupra in 12.quæſt.& an ſit onus feudi, vide Iſern. in ſæpius allegato loco ſub nu.18.& ſ. q qui videtur tenere quod ſic, ſequitur de Gregor. in d. tract.q.3. & Mutanenſ. in deciſ.8. num.363.par 1.videatur Loffred. in cap.1. §. quid ergo de inueſt.de re alien.facta, vbi refert pulchrũ caſum tẽpore Regis Ferd. I. & an debetur Nepti ex filio primo per ſecundogenitum, vide Minad. in d.Conſtit. in verb.filiorum fol 23.col. fi. vide in pulchro caſu D.de Pont. in conſ.21.nu.7.conſ.62. nu.52. An dos de paragio debeatur mulieri nuptæ ſine dote, quod ſic, Alexan. in conſ.7. vol.2. & latè Petr.de Greg in d.tract.q.9.vbi Addentes ſequuntur, & debetur etiam dotatę, & maritatę, quæ aliquo caſu dotem amiſit, Petr. de Greg in d.tract. q.10. Guliel.Bened. in cap. Rainutius in verb.dotem quam dederat nu.19.dummodo dolus, vel culpa mulieris non interuenit, vt per prædictos DD. & Menoch. de arbit.Iud.caſ.182.nu.57.Cęphal. in conſ.160.& Giurb. in dec.5.nu.10. & ſeq. & n. 34. & ſeq. Hinc pater tenetur ad redotandum filiam viduam, adeo quod cõpelli poteſt officio Iudicis, vt habetur in auth. ſed quamuis C.de rei vxo.act. & notat glo. in l.ſi ſocer ff.ſolut.matr.ac etiá multa indicta, & captis pignoribus ponendo etiam ipſum in carceribus, per l.qui liberos ff. de rit. nupt. Caſſan. in Conſuet. Burg. in tit. des ſucceſſio. verſ. ſed quia fo.1076.in nouis, & ſi filia nollet nubere, ſed potius Religionem ingredi, pariter eam pater dotare tenetur, vt commodè poſſet in ſeruitio Dei ſtare, Bal. in l.fi.C.de dot.promiſſ. Iſern. & Afſl. in d.conſtit. in aliquibus in 5. q. ac etiam ſi nollet nubere, nec Religionem ingredi, vt ibi, & Petr.de Greg. in d. tract. q. 14. & ſi ſemel nuptui tradidit cum ampla dote cogitur illam aſſignare, vt per Bened. in d.cap. Rainutius in verb.dotem, quam nu.17.vbi nu.18.ſcribit, quod ſi pater maritat filiá ſuam ſecũdo marito, & ſibi dotem conſtituit, nulla facta mentione de prima dote data primo marito, filia non poteſt petere, niſi dotem in ſecundo matrimonio conſtitutam, per l.dotem ff.de iure dot. per quem ita iudicatum refert Guid. Pap. in dec.375.in fi & quando dos de paragio, & quo tẽpore ſolui debet, vide Alex. in conſ.55.verſ. fortificantur vol.2.& de Gregor. in d.tract.q.15.nu.25. & ſeq.& quibus perſonis huiuſmodi dos debetur, vide eundem de Gregor. in d.tract. q.4. & an dos iſta de paragio tranſmictatur ad hæredes ipſius filiæ decedẽtis ante nubilem ætatem, vel antequam nubat, Petr.de Gregor. in d.q.2.num.6. q.9.nu.6. q.13.num.6.& q.39 tenet quod ſic, ſequitur Surd. tàm in d.q.1.nu.40.quám in tit.9.q.21.num.10.& clarius D.Georg. in d.alleg.col. fi.licet Mart. in voto 47.teneat contrarium, dos iſta eſt neceſſaria ad ſubſtinendum onera matrimonij, l. pro oneribus C.de iur.dot. Surd. in tract.tit.1.q.6.num.23. quæ onera conſiſtunt circa vxoris alimentationem, l.ſi is qui §.ibi dos, & l.fructus dotis ff.de iur.dot.iuncta d.l.pro oneribus, Surd. qui ſupra q.33. num.8. eatenusq; debet eſſe apud maritum, quatenus dicta onera ſubſtinet, idem Surd. in q.32. nu.24. & datur, vt vxor ex illa alatur, Surd. qui ſupra q.10. num.18. & 19. & dicitur proprium patrimonium viri conſtante matrimonio, & eo ſoluto dicitur proprium patrimonium vxoris, idem Surd. vbi ſupra q.42.nu 6.& onera ipſius matrimonij ſunt infinita, ſecundum deciſ. Rot. Luc. 131.in nouis. Reliqua ad principalem concluſ. vide Maril. in Conſuetud. Bari fo.194. nu.10. & Surd. latiſſime in d. tit.3.q.1.à nu.45.cum ſeqq. & Petr.de Greg. in d. tract.de dote de paragio, & dos legata à patre filiæ quando debetur, vide Mantic. in tract.de coniect. vltim.volunt.lib.11.tit.18.nu.18.& ſeq.& Caualc. in repert.deciſ. in verb.matrimonium el 1. à nu.9. cum ſeq.fol.63.

Dotandi filiam onus ſpectat ad patrem, l.fi.C.de dot. promiſſ.l. qui liberos ff.de rit.nupt. Aſcan.Clem. in tract.de patr.poteſt.eff.11. & Surd. in tract.de alime.tit.6.q.18.n.20.latiſſimè Paſcal.de vir. patr. poteſt.par.2.c.6.In tãtum quod ſi extraneus illam dotauit, & non eſt ſtipulatus dotem ſibi reddi põt nihilominus à patre illam repetere actione negotiorum geſtorum, ſm̃ Bald. Nouell.de dot.par 6.in 3.priuileg.de quo meminit, & ſequitur Marant. in ſuis ſingul. in verb.quidam fo.139. vbi dixit eſſe pulchram limitationem ad §.accedit C.de rei vxo. actio.ſequitur Surd. qui alios citat in tract.de alim. tit.6.q.8.nu.3. & conueniunt ſcripta per Clemen. in d.effect.11. num.13. & D. Vincent. de Franch. in deciſ. 119. num.1. vbi addo: Hinc dotans aliquam mulierem, quam dotare non tenetur, ſi non

eſt

Digitized by Google

eſt ſtipulatus dotem ſibi reddi cenſetur donare, d. §. accedit, & ideo mater nõ tenetur dotare filiam, l. neque mater vbi Doctor. C. de iure dotium, niſi in ſubſidium, quando pater eſt inops, & mater diues, & filia non poteſt aliter dotari, vt ibi per DD. & Honded. in conſ. 91. nu. 78 vol. 1. quia mater reputatur extranea, Honded. qui ſupra nu. 80. 81. & Conſta de portio. rati q. 220. omnino Gratia. lib. 2. foren. diſcept. cap. 308. An dos data à matre filiæ imputetur in legitimam, & quomodo procedit, vide omnino Alex. in conſ. 24. à num. 3. cum ſeq. vol. 1. Phanuc. in tract. de lucr. dot. gloſ. 11. num. 7. Adden. ad Iaſ. in l. quoniam nouella lit. D. & Theſſaur. in deciſ. 237. Doctor. in Apoſtill. ad Alex. in d. conſ. Minad. in Conſtit. in aliquibus in 4. notab. nu. 6. Alex. Trentacinq. in conſ. 48. cum duob. ſeq. Peregri. in deciſ. 92. & 139. & quid de iocalibus à patre filiæ datis tempore nuptiarum, vide Alexan. in conſ. 27. nu. 10. vol. 5. & in conſ. 117. col. fi. vol. 6. Rube. in conſ. 34. in fi. & Marant. conſ. 60. num. 2. Infertur ex prædictis, quod ſi extraneus dotat mulierem cum promiſſione reſtituẽdi ſibi dotem per eum datam in omnem caſum, &c. ſi matrimonium ſoluitur, & denuo maritatur mulier abſente, & ignorante extraneo primo loco dotante, non tenetur ad dotem per extraneum primo loco datam, vt conſuluit Hieron. Gabr. in conſ. 79. vol. 1. allegat glo. in auth. ſed quamuis in verb. fortuita C. de rei vxor. actio. cuius auth. diſpoſitio habet locum, & procedit etiam in dote promiſſa, vt Dec. reſpondit in conſ. 35. in 2. dub. quod nota ad d. §. accedit, ad cuius ornatum vide Dec. in d. conſil. Iacob. Menoch. de arbitr. iud. caſ. 88. à nu. 36. cum ſeqq. Alphan. Peruſ. in coll. 276. vbi remiſſiuè, Maſcard. in tract. de prob. concl. 572. vol. 2. & Conſt. in d. q. 220. & quid ſi pater promiſit dotem genero pro filia ſua abſente, nemine pro ipſa ſtipulante, an dicatur ius quæſitum filiæ pro illa dote, etiã non ſequuto matrimonio, Dec. in d. conſil. notabiliter conſuluit, quod ſic, & maximè poſt nu. 10. ibi præſtantiſſimè Doctor, & ſecundum dictum conſilium refert iudicatum Marian. Socc. nepos in conſ. 35 vol. 2.

Duellum propriè dicitur vbicumque interuenit animus deliberatus ex propoſito, & requiſitus per prag. 1 in tit. de duell. ſecus ſi in rixa, aut calore iracundiæ fuerit ab aliquo dictum, accipe enſem, vel capias arma, & ad talem locum venias, ita Plot. in l. ſi quando §. 41. nu. 4. C. vnde vi, qui loquitur in terminis dictæ pragmaticæ, quem refert, & ſequitur alios allegando Intrigliol. in ſing. 149. nu. 4. fol. 187. Farinac. latiſſimè in conſ. 9. vbi pro excuſatione duellantium reſpondet, & iterum in titul. de homic. q. 119. nu. 24. fol. 6. & D. Conſiliar. Rouit. in d. pragm. ad fin. quibus accedit D. Petr. Foller. in comment. d. pragm. num. 25. per illum tex. & quæ debent interuenire, vt dicatur duellum, & duellantes puniantur pęna mortis, iuxta d. pragm. vide ibi latiſſimè per Foller. quod duellum in totum hodie eſt prohibitum cùm ſit vſus introductus à Diabolo, per Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 19. de reform. vbi alias pęnas contra pugnantes, & duellantes imponit, imò Duces, Marchiones, & Comites illud concedẽtes, ſunt ipſo iure excommunicati, vt ibidem, & Viui. in dec. 66. nu. 6. & Farinac. vbi ſupra nu. 23 ſed videatur Bulla Papæ Clem. viij. videlicet illius vices, quæ duellum acriter damnat, & benè Ricc. in reſol. 170. & Ioſeph Ludo. in deciſ. Luc. 11. vbi omnino, & vide Rober. Marant. in conſ. 77. & Capiblan. in ſing. 48. lit. D. vbi refert non ſeruari diſpoſitionem dictæ Regiæ Pragmat. circa pęnam mortis, & foriudicationis, ſed pęna arbitraria, & ſic ordinatum refert per Collat. Conſil.

Duo, vel plures non poſſunt eandem rem inſolidum poſſidere, l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. ſi vt certo §. ſi duobus ff. comod. vide D. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. fol. 505. num. 43. & Conſt. de portio. rati q. 71. nu. 3. & ſeq. idem eſt in dominio, quia duo non poſſunt eſſe domini inſolidum d. §. duobus, & Iaſ. qui concord. allegat in d. §. ex contrario in 1. notab. qui tex. intelligitur, & loquitur de vtraque poſſeſſione, vt per Iaſ. ibi n. 56 poſt gloſ. & Bart. quos allegat; ſed iſta concluſio non procedit in dote, quia eius fauore inductum eſt, vt voo, & eodem tempore poſſunt duo eſſe domini inſolidum, vt poſt Bapt. de S. Blaſio tenet Surd. in tract. de alimen. tit. 8. priuil. 49. num. 6. hinc Ang. ſcribit in l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig. quod ſi duo domini vnius caſtri de iuriſdictione contendunt, & in eius exercitio non poſſunt conuenire, fiat inter eos diuiſio per tempora, videlicet, quod poſſideant, ſeu vtantur alternis annis, vnus in vno anno, & alter in alio anno, clarius Alex. in conſ. 25 nu. 2. & 3. vol. 5. vbi etiam de Angelo meminit, & DD. ibi in Apoſtill. ſequitur, quibus accedunt Iaſ. in l. ſtipulationes non diuiduntur ante nu. 14. ff. de verb. oblig. Capyc. in inueſt. feud. in verb. feud. diuiſio fol. 161. verſ. & fiat iſta diuiſio, Aym. in conſ. 318. poſt nu. 4. latè Fului. Pacian. de probatio. lib. 2 c. 36. num. 108. & ſeq. & vide Conſt. de portio. rati q. 71. Gabr. in conſ. 163. vol. 1. Apoſtill. ad Iaſ. vbi ſupra lit. A. & Surd. in tract. prædicto titul. 4. q. 15. num. 20. qui ſolum Angel. allegat, vide tamen Conſt. in tract. de portio. rati quæſt. . . vide ad principalem concluſionem Surd. in dec. 288. nu. j. & 2. & omnino num. 22. & in materia Capyc. in d. inueſt. in verb. feudorum genera in verſ. exercitium fol. 226. Conſt. in d. q. 71. nu 3. & ſeq. Euerar. in loco à contrarijs num. 10. & Pacian. in d. q. 36. num. 36. & ſeqq.

---

## E

ECCLESIA, ſeu eccleſiaſticæ perſonæ an teneantur ad Gabellam plauſtorum, quæ viam publicam deſtruunt, & etiam ad Gabellam portæ, vide Gramm. in conſ. 102. num. 13. inter ciuilia, Ioan. de Amicis in conſil. 146. Nigr. Campan. in extrauaganti de vita, & vita, & honeſtate clericor. in verb. priuilegio num. 200. in 22 limit. ſecundum nouiſſimam impreſſionem, Cacher. in deciſ. 171. in 1. dub. maximè nu. 7. 8. & 9. & quando ad illam

ſoluendum cogatur, adeundum eſſe Iudicem eccleſiaſticum, Campan. in loco allegato num. 202 & 203. refert alteram opinionem contrariam, & num. 204. oſtendit, & appellat ambas opiniones communes, quas nu. 205. ſaluat, ac iuribus, & authoritatibus DD. demonſtrat qualiter procedant. Hinc poteſt etiam inferri, ſi tenentur ad collectas pro bonis à Laicis poſſeſſis, & ad ipſas peruentia. vltra Campan. in d. ver. priuilegio: poſt Afſl. in conſt. hac edictali num. 2. 3. & in c. 1. in verbo & plaſt. orum nu. 17. quæ ſint regalia, & in tit. de cler. qui inueſt. fecit á num. 9. vſq. ad 25. & Carauitam in ritu 219. num. 3. & ſeq. Anton. Theſſ. in deciſ. 234. num. 2. 4. dicit quæſtionem iſtam dubiam, & difficilem, tamen in eodem nu. 4. refert iudicatum per illum Senatum, ſecundum opinionem Bar. in conſ. 180. vol. 1. tenentis quod bona peruenta in eccleſiã liberantur á collectis, quãdo onera nõ ſunt mere realia. aut prædia non ſunt tributaria, cum declarationibus, de quibus per eum ibi à num. 5. vſq. ad finem, poſt Campan. in d. loco n. 161. cũ ſeqq. & hanc opinionem videtur tenere Surd. de alimen. t. 1. q. 29 nu. 8. & in pulcro caſu eundem Surd in d. tract. tit. 8. priuil. 46. nu. 4. poſt Bald. Alexand. Guid. Pap. Rip Bero. & Feſtas, quos allegat, & omnino Guttier pract quæſt. lib. 1. c. 3. col. fi. benè Theſſaur. fori eccleſiaſtici in titul. de immunit. eccl. num. 25. Verùm pro bonis emptis per clericos à Laicis, vel á laicis eis donatis, an teneantur ſoluere collectas, vide per cap. Regni item ſtatuimus 98. in ordine, vbi Scribentes Regnicolæ, & Marant. in conſ. 99. vide etiam Ioan. de Amic. in conſ. 146. ſupra citato, ſed in caſu quo eccleſiaſticæ perſonæ tenerentur pro dictis bonis ipſis à laicis donatis, vel ab eis emptis collectas ſoluere, quis erit Iudex competens, D. Theſſaur. Iun. in addit. ad d. deciſ. ſui Genitoris poſt Bal. in l. de his C. de Epiſc. & cleric. & alios quos allegat, ſcribit, Iudicem eccleſiaſticum eſſe competẽtem, pro qua teſtatur fuiſſe per illum Senatum iudicatum, ſubdens cum hac opinione concordare Camill. Borrell. in conſ. 74. num. 48. & pro principali concluſione adde videndum Boer. in dec. 246. num. 4. Gram. in dec. 100. n. 26. & omnino Gutt. in d. c. 3. ſupra allegato.

Eccleſia hęres inſtituta non conficiens inuentarium, an teneatur inſolidũ vltra vires, inſignis D. Vinc. de Franch. in dec. 536. col. fi. nu. 30. par. 4. ex profeſſo diſputat hanc quæſtionem allegando Iacobin. Rol. à Vall. Montic. & Aluar. Valaſc. & tandem in S. C. ſeruari vidiſſe, eccleſiã nõ teneri, vt ibi per eũ.

Eccleſiæ bona regulariter non poſſunt alienari ſine ſolẽnitatibus requiſitis, de quibus in cap. ſine exceptione, & in Summa 12. q. 2. etiam ſi alienatio eſſet euidẽs pro vtilitate eccleſię, vt per Viui. in opin. 39 nu. 13. p. 1. Maſcar. in tract. de prob. concl. 75. nu 6. & 13. vol. 1. & ſupra in concluſ. Cõceſſio, & Mart. in vot. 86. Farinac. in dec. 300. 556. & 722. Menoc. in conſ. 115. nu 7. & ſeq. per extrauag. ambitioſæ, D. de Pont. in conſ. 96. à nu. 1. cum ſeq. Ric. in dec. 54. par. 2. & in reſol. 381. quæ vſu recepta eſt, Frãc. Becc. in conſ. 93. col. 1. Fab. Ann. in conſ. 38. poſt deciſ. Rot. Bonon. 13. & Seraph. in dec. 413. adde etiam Menoch. in d. conſ. nu. 15. Seraph. in dec. 508 licet aliqui velint contrarium, quos Surd. refert in tract. de alime. tit. 8. priuil. 46. nu. 1. Tamen vrgẽte famis neceſſitate licet Prælato bona prædicta alienare ſine ſolemnitatibus, vt eccleſię ſubueniat, & monachos ſubleuet, ſecundũ Surd. in loc. cit. nu. 2. vbi etiam extendit pro redemptione captiuorum, & pro pauperibus alẽdis, & iterum tit. 6. q. 12. n. 12 & 13. & quid in Terrulis, aut modica re eccleſiæ, vide Seraph. in dec. 401. in fi. & Ric. in d. reſol 385. nu. 3. Item poſſunt in Epiſcopum alienari abſque ſolemnitate, vt poſt Ioa. Andr. & Abb. tenet idem Surd. in d. tract. tit. 9. q. 22. num 25 verùm quando eccleſia indiget reparatione, tenetur Epiſcopus, vel Rector erogare quartã partem redditiuum annuatim perceptorum, vt poſt Bero. & alios ſcribit idem Surd. in d. tract. tit. 1. q. 33. nu. 24. aut de redditibus qui ſuperſunt c. de his de eccleſ. ędifica. deductis tamen neceſſarijs, quibus indiget, ſecundum Capell. Tholoſ. in dec. 499. vbi vide omnino Addent. & Cępol de ſeruit. vrban. præd. cap. . . in titul. de refect. & dicam infra in concluſ. Expenſæ, omnino Surd. in conſ. 62. vide etiam Conſt. in tract. de portio. rati q. 157. col. fi. q. 199. nu. 9. & q. 203. nu. 6. & Ric. in dec. 192. ad fi. & dec. 226. par. 1.

Ædificans in re communi. in diuiſione poſtea facienda debet ædificanti portio aſſignari in qua ædificium conſtructũ eſt, ne eius induſtria ſit ſibi damnoſa, vt per Ruyn. in conſ. 131 vol 1. quem refert, & ſequitur Vrſill. in deciſ. Affl 87. in fi. vbi notandum reputat, quia in facto habuit. ſequitur etiam Mazill. in conſuetud. Bari ſol. 314. ſub nu. 24. verſ. adde etiam, vbi ad alias infert quæſtiones, & cõueniunt ſcripta per Capyc. in dec. 42. Ann. Sen. in ſing. 158. & Natt. in conſ. 23. nu. 1. & an ædificans, ſiue plantans arbores in ſolo alieno, videatur feciſſe animo donandi, quãdo cauſa apparet, ex qua fit plantatio, Franc. Becc. in conſ. 31. nu. 8. poſt Ruy. quem allegat, tenet quod non, ſecus ſi cauſa non apparet, vt ibi, vide omnino Ludo. Peguer. in deciſ. 97. qui optimam facit diſtinctionem, & apud eum reperitur. quid fuit iudicatum, & benè Gratia. lib. 1. diſcep. foren. c. 32. & c. 21. col. fi. & c. 173. & lib. 2. c. 314. poſt Honded. in conſ. 84. in 3. dub. vol. 2.

Ædificare vnicuique licet in ſuo ſolo ad eius libitum l. altius C. de ſeruit. & aqua, ad cuius ornatum vide omnino M. A. Eugen. in conſ. 47. in 2. dub. quia in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter l. in re mãdata C. mand. etiam in vicini detrimentum, ſi ędificium reſpicit vtilitatem ædificantis, l. fluminum §. fi. & l. Proculus ff de damn. infect. Hond. in conſ. 80. nu. 34. & ſeq. vol. j. ſed non ad emulationem vicini ædificium, vel aliud quid fiat, tunc nõ licet vicino facere. ſm Alex. qui notabiliter loquitur in conſ. 74. nu. 4. vol. 2 per l. opus ff. de oper. publ. ſequitur Cagnol. poſt Dec. in l. nullus n. 3. ff. de reg. iur. Mandoſ. poſt Rom. in conſ. 52. lit. F. Vrſill. in deciſ. Affl. 225. nu. 1. Menoc. de arbic. iud. caſ. 156. à nu. 3. cum ſeq. Anto. Padill. in d. l. altius nu. 1. & 18. Maſcard. in tract. de probat. concl. 620. nu. 3. vol. 2. Marcel. Calà de mod. articul. n. 1450. & ſeq. ſ. 240. And. Gail in obſer. 69. col. j. nu. 17. & 22. p. 2. Viui. in dec. 306. nu. 1. & 9. deciſ. 476. nu. 7. & nouiſſimè idem Menoc. in tract. de præſump. lib. 6. c. 29. n. 10 & 28. vide ad ornatũ d. l. altius M. A. Euge. in conſ. 47. in 3. dub. Hinc ædificium fit ad emulationem, quando vicinus ex illo videt vxorem, aut filios alterius vicini, vel Religioſos, aut Moniales alicuius Monaſterij vicini, vt Alex. reſpõdet in d. cõſ. & nu.

ſi qui-

ſequitur Iaſ. in l. ex hoc iure num. 8. ff. de iuſt. & iur. Vrſill. in loco ſupra allegato, Franc. Burſat. in conſ. 57. num. 15. & ſeq. Maſcar. in d. concluſ. nu. 5. & 9. & Marcell. Calà in loco allegato; item ad emulationem dicitur fieri, ſi ędificat, nullam vtilitatem percipit, & vicino nocet, aut ſi vtilitatem percipit, illa eſt tenuis, vt poſt infinitos quos allegat tenet Menoch. in d. cap. 29. num. 23. & 24. poſt Ioa. Cęphal. in conſ. 130. num. 15. Andr. Gail in d. obſer. & Honded. in allegato conſil. num. 35. vel quando vicini ſunt rixoſi, & ad inuicem inimici, Menoc. vbi ſupra num. 26. & Maſcard. in d. concl. nu. 7. multiſq; alijs modis ad emulantium ędificium fit, ſecundum Maſcard. Andr. Gail, & Viui. in d. deciſ. 306. ad quos recurrendum eſt, & ſi Menoch. in d. caſ. 156. num. 8. poſt Cępol. quem allegat Iudicis arbitrio relinquat, in dubio autem ędificium ad emulationem non præſumitur factum, ſecundum Menoch. ibi num. 9. quem refert, & ſequitur Maſcar. in d. concluſ. num. 1. Viuius in d. dec. 306. nu. 5. latè Padill. in d. l. altius num. 22. quem refert & ſequitur D. Vinc. de Franch. in dec. 625. nu. 2. & idem Menoch. in d. cap. 29. num. 21. quibus accedit Mandoſ. in d. conſil. Rom. in fi. & Burſat. in d. conſ. 57. nu. 18. & ad iſtam concluſionem vide Ioa. Cęphal. in d. conſ. 130. & in pulcro caſu Honded. in allegato conſ. 80. An liceat Baroni ędificare Caſtrum, vel Turrim, & quando, vide omnino Afflict. in conſtitut. caſtra, & munitiones num. 3. & ſeq. & Andr. Gail vbi ſupra num. 18. & quid ſi caſtrum, ſiue feudum eſt inhabitatum, vide D. de Pont. in tract. de poteſt. proreg. fol. 466. & an Baro poſſit facere portum in terra ſua, ibi fol. 467. & an poſſit ędificium fieri intus ciuitatem Neap. vel in diſtrictu, aut ſuburbijs, vide eundem in d. tract. fol. 58. & ędificare incipiens poſt litem motam, & inhibitionem factam committit attentatum, adeo quod quicquid eſt ędificatum poſt venit demoliendum, Seraph. in dec. 834.

Eleemoſina magis danda eſt conſanguineo, quàm extraneo, magis iuſto, quàm iniuſto, vt per Surd. latiſſimè in tract. de aliment. titul. 1. quæſt. 93. ad quem confugiendum eſt, pro ornatu pręſentis cõcluſionis, ad ornatum huius concluſionis, & in quibus caſibus eſt facienda eleemoſina tàm pro viuis, quàm pro defunctis, vide Luc. de Pen. in l. fi. C. de ann. publ. lib. 11. & quæ concurrere debeant ad faciẽdam illam Deo acceptabilẽ, & meritoriã, vide Eũdem in rubr. C. de mendic. validis eod. lib.

Elector, qui facultatem habet eligendi aliquem ad munus, vel officium eccleſiaſticum, ſi ſcienter indignum eligit, priuatur facultate prædicta, cap. cum in cunctis §. fin. vbi Abb. & Dec. notant de elect. idem Dec. in conſ. 522. num. 7. Ripa in tract. de peſte in titul. de remed. ad conſeruand. vbert. num. 197. fol. 27. Iacob. Menoch. de arbitrar. Iudic. caſu 511. num. 1. & Viuius in deciſ. 455. nu. 5. idem eſt in patrono ſcienter præſentante indignum, ſecundum Menoch. in allegato num. 2. poſt Dec. in d. §. fin. num. 1. & Ripam vbi ſupra num. 198. idem eſt, & procedit in electione officiorum laicorum ſcienter facta, vt ſupra, vt poſt Bald. Abb. & alios quos allegat firmat Menoch. loco citato num. 3. addo videndum Caualc. in deciſ. 40. num. 16. & 17. par. 1. qui loquitur de præſentante indignum, ſecus ſi ignoraretur elector malè eligit, quia neſciebat ſi erat indignus, vel non, iſto in caſu facultate eligendi non priuatur, ſecundum prææallegatos Doctores, quos refert Menoch. vbi ſupra num. 6. & quid in dubio, vide ibidem nu. 9. & ſeq. & vide in materia Caualc. in d. deciſ. 40. & in eius repertor. deciſ. 1. par. in verb. electio, & in pulchro caſu Iacob. Menoch. in conſ. 783. & electione ſemel facta, quando poſſit, vel non variari, vide Tiraquell. in §. hoc ſermone in 1. limit. ff. de verbor. ſignificatio. & quos addo ad D. Vincentium de Franchis in deciſ. 53. & ad principalem concluſionem vide in pulchro caſu Iacob. Menoc. in conſ. 783. & Roman. in conſ. 475. in 1. dub. & Molin. de primogen. hiſpan. lib. 2. c. 4. & 5. & in materia D. de Franch. in deciſ. 539. & Thorum in compend. deciſ. fol. 176. in nouis.

Emancipatio non recipit diuiſionem, quia pater non poteſt ad vnum actum filium emancipare, ſecundum Bald. in l. Senium col. fin. verſ. an pater C. qui teſtament. facere poſſunt, D. Vincent. de Franchis in deciſ. 32. num. 13. vbi concordantes congerit, cum alijs quos ibi addo, per quam emancipationem ſoluitur patria poteſtas, §. item per emancipationem inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. quia eſt liberatio à paterna poteſtate, Carauit. in pragmatica per excellentem §. 12. num. . . in titul. de Senatuſconſult. Macedonian. ac ſi eſſet mortuus, Surd. poſt Bald. Nouell. quem allegat in tract. de aliment. titul. 9. q. 20. num. 31. Hinc filius emancipatus ſibi, & non patri acquirit, l. ſi filius familias ff. de verbor. obligat. cum concordant. per Surd. in loco citato num. 28. & ſi Roman. in ſingul. 547. dicat, quod filius emãcipatus acquirit patri vſumfructum pro medietate, allegat caſum ſingularem ſecundum eum in l. ſi viua matre C. de bon. mater. quem cum alijs refert, & ſequitur Aſcan. Clem. in tract. de patr. poteſta. eff. 2. poſt nu. 35. verſ. amplia octauo fol. 64. de qua valdè dubito, poſtquam vſusfructus patri acquiritur ratione patriæ poteſtatis, Surd. in loco ſupra allegato num. 29. vbi nu. 31. tenet, filium emancipatum nihil acquirere etiam reſpectu vſusfructus, poſt Fran. Becc. quem allegat, & pro iſta opinione conueniunt ſcripta per Clement. vbi ſupra num. 40. & infra in concluſ. Pater. Hinc etiam filius, vel filia emancipatus, ſeu emancipata, poteſt facere teſtamentum, & erit validum, iuxta cautelam traditam per Ioan. Dilectum in tract. de arte teſtan. tit. 1. cautel. 1. ſub n. 2. poſt Corn. quem allegat, ſequitur Viui. in opi. 302. nu. 8. p. 1. & confert Clem. in d. tract. effect. 9. nu. 3. dũmodo emancipatio ſit generaliter facta, non ad illum actum teſtandi tantum, vt nouiſſimè ſcribit D. Senator Theſſ. Iun. in dec. 150. ſui Genitoris in verſ. notabis, vbi ſic per illum Senatũ deciſum refert, quicquid in contrarium tenuerit Hier. Gabr. in cõſ. 16. n. 35. vol. j. & malè per ſupradicta. Emãcipatio, vt ſit valida, an fieri debeat corã Iudice ordinario loci, iuxta d. §. præterea, & l. fi. C. de emãci. libero. vel ſufficit, vt fiat coram Notario, & Iudice ad contractus cum teſtibus, vide latiſſimè Doctores, quo allego pro, & contra ad D. Vincent. de Franch. in deciſ. 10. Emancipatio enim licet non præſumatur, ſed probari debet, quia eſt quid facti, l. in bello §. factæ ff. de capt. & poſtlim reuerſ. aſſerentiq; eſſe emancipatum onus probandi incumbit, vt per Maſcardum latiſſimè in

tract.de probation.concl.596.num.1.volum.2.tamen ex curſu temporis emancipatio ipſa præſumitur,l.1.vbi glo.in verb.paſſus,& Doctor. ibi C. de patr.poteſt.Afflict.in dec.138.nu.2.& D.Vinc. de Franch.in deciſ ſupra allegata n.3.& ſeq.quem allegat,& præſtantiſſimum vocat Maſcard.vbi ſupra num. 4. & de Maſcardo poſtea meminit idem D.Vinc.in Apoſtillis poſitis ad deciſionem prædictam poſt deciſ.eiuſdem 2 par. impreſſis de anno 1588.& ego alios addo ad deciſ.prædictam, veluti ſi filius ſeorſum habitauerit à patre per decem annos,Maſcard.in d.concl.num.8.& iterum in concluſ.598.vbi alios ad id citat eod.volum. verùm D.Vinc. in d. deciſ.num.4. facit pulchram diſtinctionem poſt Salyc. ad quem Lectorem remicto, & quando emancipatio venit probanda, debet illa per ſcripturam probari,l.emancipatione vbi DD. C.de fid.inſtrum.Maſcard.in conclu.597.num.1, vbi ampliat,& limitat eod.volum.Emancipatione ſoluitur,& tollitur patria poteſtas,vt ſupra,& ſcribit Aſcan.Clem.in d.tract.effect.vlt.num.79. tamen adhuc reſtant reliquię quædam patriæ poteſtatis,ſecundum Clement.in d.effect.num.88. fol. 216. in paruis, de qua meminit Surd. in d.tract. tit.1.q.1.in fi.hinc obligationem naturalem non tollit,nec iura ſanguinis,Clem.& Surd.in dd.locis, & debetur eadem reuerentia per filium emancipatum patri,quam debet filius in poteſtate, vt per Clement.qui ſupra,& Surd.in d.tit.1.q.17. nu.12. vbi multa: hinc etiam emancipationis, & patriæ poteſtatis differentia quo ad ſucceſſiones ſublata eſt,§.nullam in auth.de hęred.ab inteſt.idem Clemen. in d.tract.cap.5.nu.20.fol.31.& iterum in d.tract.& effect.vlt.num.83.85.& 86.& quid in ſucceſſione ex teſtamento, ibidem, & vide aliqua per Surd.in d.tit.1.q.111. & per Clement. in d. effect.vlt.& quando emancipatio dicatur in fraudē facta,vltra Maſcard.vbi ſupra,vide Iacob.Menoc. in conſ.267.num.2.& Honded.in conſ.32.1.volu. An filius poſſit cogere patrem, vt ipſum emancipet, vide text.in §.fi.vbi glo & Docto.inſtit.quib. mod.ius patr.poteſta.Aſcan.Clem. de patr. poteſt. cap.vlt nu.91.& ſeq.& quid è contra, an pater poſſit cogere filium,vide ibi nu.93.

Emens fundum pro alio de pecunia propria ementis acquirit dominium reuocabiliter,nec fructus perceptos reſtituere tenetur ante ratificationem, vt ſcribit Gabriel.in conſ.80.nu.4. vol.1. allegat notata per Alex.in conſ.232.nu.5.vol.6. an autem illos teneatur excomputare in ſortem, quod ſic, ſecundum Gerard in ſing 31.vbi tenendum cordi reputat, & quid in emente fundum pro perſona nominanda, an acquirat dominium irreuocabiliter, vide Mart.in vot.127.& vot.132.

Emphiteota, aut feudatarius, ſi diuturno tempore poſſiderunt rem, ſoluendo canonem, vel vaſallagia præſtando, præſumitur conceſſio in emphiteoſim legitimè facta, ſecundum glo.in l.2. in verb.repellere ad fin.C.de iur emphit. quam ibi Doctor.communiter ſequuntur,vt teſtatur ibi num.155. ſequitur Card.Pariſ.in conſ.23.num.4. 6.& 7.vol.4. D.Regens de Curte in diuerſor.feud. fol.14.nu.47.Anto Gama in deciſ.177.& dec.276 & 329.& Maſcard.in tract.de prob. concluſ.603. num.3.vol.2.vide Verall.in dec.292.par.1. & omnino in deciſ.246.par.3. Iacob.Menoc. in tract.de pręſump.lib.3.c.31.nu.4.& in pulcro caſu Seraph. in dec.1226.

Emphiteota per inciſionem arborum per ipſum facta in fundo emphiteutico, adeo quod per eam maximè eſt effectus fundus deterioratus,debet priuari,vt per Doctores in auth.qui rem C.de ſacroſanct.eccl.& in l.diuortio §.ſi fundum,vbi Iaſ. n.4. ff ſolut.matr.& in l.2. num.98. C. de iur. emphit. M.Ant.Natt.in conſ.481.col.1.& Rot.Luc.in deciſ.128.in nouis,licet Iaſ.poſt Imol. in d. §. ſi fundū loquendo in emphiteuſi priuata ab hac opinione diſſentiat,tamen Rolan.in conſ.49.num.13.vol.2. tenet contra ipſum ſequendo communem, vt ſupra, quam etiam proſequitur Clar. in §. emphiteoſis q.26.eamq;procedere ait tàm in emphiteoſi eccleſiaſtica,iuxta tex.in d.auth.qui rem, quàm in emphiteoſi priuata,vt refert ibi dicere Iaſo. omnino Aluar.Valaſc.in conſult.50. Franciſ. Becc. in conſ.33. Ioſeph Ludoui.in deciſ.Peruſ.22.col.1. & iterum in deciſ.94.col.1. Steph.Gratia.in deciſ. 174.à num.1.& ſeq. Surd.in dec.102.nu.7.& ſeq. & in deciſ.78.num.26.eſt benè verum,quod Iaco. Menoch.de arbitr.caſu 78.nu.6.poſt Iaſ. in allega. l.2.& num.98.ſcribunt,ad hoc,vt emphiteuta priuetur ob deterjorationem rei emphitheuticæ, tria requiruntur. Primum, quod deterioratio ſit in proprietate, & non in fructibus. Secundum,quod per dolum,latam, & leuem culpam, non autem leuiſſimam deterior res emphiteutica facta ſit. Tertium,quod deterioratio ſit magna,non autem modica, vt etiam in deterioratione magna iudicauit Regium Conſilium Portugalliæ refert Anton. Gama in deciſ.17.Iudicis autem arbitrio relinquitur,quæ ſit magna deterioratio, vt emphiteuta priuetur,inquit Iacob. Menoch.in loco citato n.7. quem refert,& ſequitur Ioſeph Ludoui.in d.deciſ. 22.nu.17.& Steph.Gratia. in allegata deciſ. nu.7. & omnino Rota Lucenſis videnda in d.deciſ.128. omnino Aluar.Valaſ.in d.conſult. Paſcal.de virib. patr.poteſt.par.4.cap.6.num.50.& ſeq. Concluſio noſtra principalis,quādo loco arborum inciſarum emphiteota alias plantauit,& ſubrogauit, tunc nō poteſt,nec debet priuari,vt poſt Doctor. in d. §. ſi fundum concludit M.Ant.Natt.in conſ.482.col.3. Ioſeph Ludoui.in d.deciſ.94.num.13.quia ita iudicaſſet, ſi conductor, ſeu emphiteuta vellet in conceſſione ſtare,vt ibi in fi.Limita etiam,quando arbores magnæ nō ſunt frugiferę,tūc licet emphiteutæ ſuccidere, ſecundum Franc.Becc. in conſil. ſupra allegato,qui ita conſuluit,vide ad hanc concluſionem Surd.in tract.de alim. tit.8. priuileg.61. nu.22.cum ſeqq.

Emphiteota,qui prohibetur alienare fundum emphiteuticum abſque conſenſu domini directi, ne incidat in commiſſum,iuxta l.fi.C.de iur. emph. an poſſit illum pignorare, ſeu hipothecare abſque conſenſu prædicto domini directi, & pęna commiſſi, atque caducitatis, Anto.Gama in deciſ.28. refert iudicatum poſſe emphiteutam obligare fundum emphiteuticum ſine domini directi cōſenſu, & metu commiſſi, & caducitatis, & reſpondet ad l.fi.C. de reb.alien.non alienan.dicens,illam non habere locum in hipotheca rei emphiteuticæ,quę de iure antiquo Imperatorum poterat fieri ſine metu caducitatis, allegat notata per Iaſ. in d. l. fi. num.78.prohibitus enim alienare non prohibetur

rem

rem hipothecæ dare, vt notatur in l. qui habebat, vbi glo.& Bart. ff.de leg.3. & idem firmat in dec. 108.num.2.& dec.214.nu.3.& ſatis pulchrè Surd. in deciſ.160.col.1. & dec.173.num.12. qui nu.1. d.deciſ.limitat,& ad intellectum, & ornatum d.l. fi.C.de reb.alien.nō alienan.vide omnino D.Reg. de Pont.in tract.de pot.proreg.fol.410.cum ſeqq. poſt Camerar.in cap. Imperialem fol. . . & Ric.in dec.312.par.2.vbi latè, & vide Caualc.in deciſ.6.à num. . . cum ſeq. par.3. An alienatio rei emphiteuticæ facta in augumentum ipſius ſine conſenſu domini, vide Afflict.in dec.111.num.5.qui loquitur in feudo,& Capyc.in dec.100.nu.3.vbi quando dicatur fieri in augumentum,& Surd.in conſil. 58.in fi. videatur in alijs terminis Bellug.in Specul. Princip.rubr.14.fol.97. in nouis; bene verum eſt quod emphiteuta poteſt liberè ſine alio aſſenſu rē emphiteuticam alienare in directum dominum, vt poſt Corbul.ſcribit Surd.in tract.de alim.tit.9. q.22.nu.26. An pęna d l.fi.C.de iur.emph.habet locum in conductore ad longum tempus, Franc. Becc.in conſ.35.conſuluit pro affirmatiua,ſed Rota Rom.bis iudicauit contrarium, vt teſtatur Seraphi.in deciſ.286.289.& 313. & ſequitur Gratia. lib.2.diſcep.foren.c.378.col.fi.ad fi.

Emphiteota nouus, vel emptor tenetur dominum recognoſcere,vt per Bal.in l.plures apocas num.4. C.de fide inſtrum. M.A.Natta in conſ.382. Surd. qui alios citat in tract.de alimen.tit.8.priuileg. . . nu.4.& 5.qui alios allegat,& dicit,non ſolū procedere quādo directum dominiū transfertur de vno in alium,verū etiam quando emphiteuta mutatur & res alienatur, vt ibi: hinc emphiteuta qui ius ſuum vult vendere, aut meliorationes, non poteſt vendere cui vult, ſed prius domino denunciare tenetur, an ipſe velit pro illo pretio, quod ab alijs inuenitur,& volente emere præfertur alijs, ſecundum Iaſ.in l.fi.num.10.C.de iur.emphiteo. Tiraq. in tract.de retract.conſang.§.1.glo.18.num.5. D. Vinc.de Franch.in dec.17.num.7.Ann.in alleg.43 num.14. Theſſau.in dec.169.poſt num.2. verſ.fuit pro excuſa. vbi D.filius in addit. An prælatio competat directo domino ſi fundus emphiteuticus vēdatur ex cauſa neceſſaria, D. Vinc. de Franch. in deciſ.482.plenè diſcuſſo articulo,refert deciſum quod ſic per Sacrum Conſilium, quem refert, & ſequitur D. Theſſaur. Iun. in addit. ſupra allegata,& ante eos Anna in loco, & num. citato in fin. concluſioq; hic poſita ampliatur etiam in locatore qui prælationem habet in fructibus,quos Colonus, vel Conductor vendere vult, illoſq; vendere non poteſt alijs, Locatore eos emere volente,dum modò tantū pretium ſoluat Colono pro eis quantum ab alio reperitur, quamuis id iuſtum excedat, ita doctiſſimus Couarr.lib.3.varia.reſol.cap. 14. num. 6.verſ.ſecundo etiam,qui ita intelligit,& declarat doctrinam Bart. & in l. 1. C. de metallar. lib. 11. & aliorum Doctorum, & inſuper Afflict.in prælud.Conſtit. q.3. in fin. & ſecundum iſtam opinionem refert iudicatum Steph. Gratia. in dec.77.& in lib.1.diſcept.foren.c.149. vbi qualiter intelligatur, & ita debet intelligi Caualcan. in deciſ.44.num.69.par.1.& dec.30.nu.97.par.2. & deciſ.Peruſ.24.in fi. & idem Caualc. in tract. de vſufr.mulier.relict.nu.173.ad fin. vide Seraphi.in deciſ.174. nu.4. hoc intellige dum dominus directus vult præferri pro ſe, & vtilitate propria, ſecus pro alio amico,quia non poteſt, D.de Franch. in deciſ.226.vbi addo. Quid è contra, ſi locator finita locatione, alij locat, an conductor primus præferatur ſecundo pro oblata mercede, ſeu penſione, vide omnino D.Vinc.de Franch.in dec.406 vbi addo alios,An ſi dominus directus vult vendere ſuum directum dominium, competat emphiteutæ prælatio,Ann.Sen in ſingul.150. poſt Iſern. quem allegat refert deciſum in Sacro Conſilio,qđ ſic, & fuit viſa mirabilis deciſio prædicta ratione vnionis dominij, ſequitur D.Vinc.de Franch in dec.17.nu.8.ſupra alleg. licet contra deciſ. de qua meminit D. Vinc. ibidem refert deciſum idem Ann.vbi ſupra in fi. & ambas deciſ.refert Camill. Salern.ad Napod.in conſuetu. ſi quis emit fol.326. & ad iſtam concluſ.adde videndum Ric.in dec.58 par.2.

Emphiteota ſi alienat partem fundi emphiteutici abſque conſenſu domini directi, an cadat à toto, vel pro parte alienata tantum,vtilis, & quotidiana eſt quæſtio,vt Iaſ. fatetur in l.fi.in 13.q.nu.125. C.de iur.emph.& Alex.in conſ.99.num.27. vol.5. reſpondet,alienantem non cadere in commiſſum, niſi pro parte alienata tantum, quia non ſequitur quod per alienationem vnius partis velit cadere à iure ſuo in reſiduo, refertq; Cuman.dicere, quod in emphiteuta non reperit aliquem Doctorem tāgentem,licet in vaſallo feudi partem alienante, ſic ſequitur Iaſ.in d.loco, & numero,licet multum ſe inuoluat, quia pęna delicti quantitatem excedere non debet,l.reſcriptum ff.de his quib. vt indig. Gozad.in conſ. 86. num. 20. & ſecundum iſtam opinionem fuit alias in Sacro Conſilio deciſum refert Gram.in deciſ.49.nu.2. & in fi. quibus accedunt Vrſill.in deciſ. Afflict.107. num.7. Viuius in opin.241.nu.4.par.1.ſecundum nouiſſimam impreſſionem Aquilanam, Ann.in ſing.170. Clar.in §.emphiteoſis q.13.in fi.Mago.in deciſ.Floren.19. ad fin. & deciſ.145. num.11. Honded.in conſ.51. num.34.vol.1.& omnino D.Reg.de Curt.de feudis fol.15.à ter.num.61. & ſeq. & Alex.Raudenſ. de analog in appendic.par.4. nu.180. & ſeq. contrarium in terminis conſuluit Roland.à Vall. in conſ.17.per tot.vol.2.qui ad Doctores tenentes,alteram opinionem ſupra relatam, ſigillatim reſpondet,& M.Anto.Natt.in conſ. 479. quos nouiſſimé ſequitur Surd.in tract.de alimen.tit.9.q.26.nu.68. & vide ſi pro iſta opinione conferunt ſcripta per Afflict.in Conſt.ad officium noſtrum ſub nu.8.& ſeq. Ant.Gama in deciſ.156.ad fi.& in deciſ. vltima, ſed à prima opinione vti magis communi nō eſt recedendum in iudicando, & conſulendo, maximè quia pro ea iudicauit Sacrum Conſilium, ſecundum Gramma. vbi ſupra, quæ deciſio facit ius in Regno, Afflict.in dec.190.ad fin.& alibi ſępe, pro qua benè facit,quod ſi hæres eſt grauatus p fideicommiſſum non alienare fundum, ſub pęna ſi partem ipſius,vel aliorum bonorum prohibitorum,non cadit à toto,niſi pro parte alienata,vt cōſuluit Franciſc.Burſ.in conſ.44.num.14.quem ſequitur Mago.in dec.19.ſed qualiter procedat opinio Rolan. & aliorum, vide Honded. in d. conſil. num.35.& Theſſaur.Iun. in quęſt.59. par.3. quid autem ſi emphiteuta ſoluit partem canonis domino, & pro alia parte ceſſauit per triennium, vel

bien-

biennium, an poſſit expelli à tota re emphiteutica, eaq; in commiſſum incidit, Iaſ. in l. 2. in 16. q. poſt num. 53. C. de iur. emphit. appellat hanc quæſtionem vtilem, & quotidianam, & finaliter tenet emphiteotam in totum priuari, & in commiſſum incidere, ſubdens, hanc eſſe magis communem opinionem, quam etiam ſequitur Roſa. in d. conſ. 17. num. 14. M. A. Natta in allegato conſ. 479. nu. 7. & 8. & Addent. ad Iaſ. in loco alleg. quia priuatio emphiteotę inducitur ob non ſolutionem propter contemptum, & non propter rem, ſecundum Nattam vbi ſupra num. 9. & hanc opinionem ſequitur etiam Surd. in d. tract. tit. 8. priuil. 61. nu. 23. & ſeqq. licet contrariam opinionem quando in parua quantitate canonis deficit à ſolutione emphiteota, tenet Petr. de Beninten. in deciſ. 6. vbi ſic iudicatum refert, quia pro minima quantitate non eſt curandum, vt ibi, quæ opinio poteſt confirmari ex diſtinctione, quã in quæſtione iſta facit Clar. in d. §. emphiteoſis q. 8. verſ. hoc quoque, ſed de Benintend. non conſiderauit contemptum conſideratum à Natta vbi ſupra, quem ſequitur Surd. in loco citato num. 25. cogita interim.

Emphiteoticus contractus probatur ex eo, quia partes, ſeu contrahentes, ita illum nominant, vnde contractus ille initus, cenſetur, quem forma verborum oſtendit, & verba contrahentium, vt conſuluit M. A. Natta in conſ. 194. in 1. dub. refert, & ſequitur Maſcard. in tract. de probatio. concluſ. 606 num. 1. & ſeq. vol. 2. & à nominatione contractus à contrahentibus facta, non eſt recedendum, iuxta l. ſi alij ff. de vſufr. lega. Maſcar. vbi ſupra, & Clar. in §. emphiteoſis q. 1. verſ. ſed pone in fi. dicit, quod ſi ex verbis expreſſis apparet, expreſsè de quo cõtractu, contrahentes ſenſiſſent, non eſſet ab eorum proprietate recedendum, l. non aliter ff. de legat. 3. benè facit quod Salyc. ſcribit in l. 1. num. 4. C. de iur. emph. D. Lanar. in conſ. 58. col. 1. & Surd. in tract. de alimen. tit. 1. quæſt. 42. num. 25. Emphiteuticus enim contractus dicitur, quando conceditur res ſub modica penſione ad meliorandum, ſecus eſt in contractu locationis, qui ex communi vſu loquendi, & conſuetudine penſionis præſumitur, ſi penſio fructibus correſpondet, ſecundum glo. in l. 1. §. 1. verſ. . . . ff. de ſuperficieb. & Corſ. in ſingular. in verb. contractus fol. 124. & Menoc. qui refert coniecturas, & præſumptiones ad cognoſcendum contractum emphiteoticum, & contractum locationis in ſuo tract. de præſumpt. lib. 3. cap. 105. per tot. Alexan. Rauden. de analog. in appendic. par. 3. num. 104. & Magon. deciſ. Luc. 12. Quibus autem præſumptionibus, & coniecturis contractus emphiteoticus, vel cenſualis iudicetur atque demonſtretur, latiſſimè oſtendit idem Menoch. in d. tract. & lib. cap. 106. An res quæ ſunt redditiuæ feudo, dicãtur reddere ex contractu cẽſuali, vel feudali, vide Vrſil. poſt Afflict. in dec. 129 num. 4. Clar. & Menoch. qui ſupra, Anto. Gama in deciſ. 38. & Borrell. in conſ. 40. in 2. dub. & D. de Ponte de poteſtat. proreg. fol. 111. & ſeq. & ad principalem concluſ. adde videndum Rauden. vbi ſupra nu. 98. & ſeqq.

Emptor poteſt non ſolum vti omnibus iuribus venditoris, ſeu authoris pro eius defenſione, ſed etiam retentione hipothecę venditori competentis, vt pulchrè conſuluit Aym. Crauett. in conſ. 148. n. 1. & ſeq. ſequitur Tiraquell. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 9. num. 128. verſ. poteſtq; emptor, & Vrſill. ad Afflict. in dec. 396. num. 5. Hinc emptor poteſt cogere venditorem fundi, vt inſtrumenta exhibeat ad cognoſcendum confinia, & tenetur copiam facere, atque oſtendere, ſi emptori expediens fuerit; verùm non tenetur illa emptori dare, ad tex. ſing. in l. Titius la 2. ff. de act. empt. quem Bart. ibi nota. repatat, quia poteſt tota die contingere, refert, & ſequitur Iaſ. in §. actionum autem num. 173. inſtit. de act. & per illum text. in §. Titius venditor non tenetur tradere inſtrumenta emptori, quia eidem de euictione tenetur, ita D. Vinc. de Franch. tenet in deciſ. 386. & conueniunt ſcripta per Seraph. in deciſ. 1477. & ſupra in concluſ. Cedens, & conſignans, & ita debet intelligi Ann. in ſingul. 163. alias malè loqueretur: An emptor poſſit rem emptam ipſi venditori locare, vel in emphiteoſim concedere ob præſumptionem ſimulationis, Anton. Gama in deciſ. 39. tenet quod tempore venditionis, facta traditione, poteſt per emptorem venditori locatio fieri de re empta, quia lex hoc permittit, allegat text. expreſſum, ſecundum eum in l. ſi tibi pecuniam vbi Paul. de Caſtr. in fi. ff ſi cert. peta. ac alios concordantes, & reſpondet ad præſumptionem ſimulationis, hoc idem repetit in dec. 82. in finalib. verbis, ſubdens inſuper, quod ita ſæpè Senatus iudicat, & iterum in deciſ. 113. vbi pariter ita deciſum refert, quod nota, quia Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 40. num. 14. aliter tenet, & ad principalem concluſionem adde in ſimili Bald. in conſil. 63. vol. 2.

Emptor cenſus poteſt venditorem compellere ad reſtituendum pretium, quando cenſus fuit conſtitutus, & per venditorem impoſitus ſuper re non libera, quam liberam eſſe aſſeruit, quia ſi emptor ſciuiſſet eam non eſſe liberam cenſum ſuper ea non conſtituiſſet, nec emiſſet, nec contraxiſſet, l. qᵒ venditor, vbi gloſ. ff. de dolo, vnde ratione doli cõtractus ipſe tamquam bonæ fidei, nullus declarari debet, l. eleganter vbi glo. verſ. ſi in hoc ff. de dolo, & ita decidendo tenet Steph. Grat. in dec. 13. nu. 15 18. & ſeq. allegat Nauarr. in comment. de vſur. num. 116. in fi. fol. . . in nouis, de Gratian. meminit D. Rouit. in pragm. 1. num. 32. de cenſib. in nouis, corroboratur concluſio iſta ex deciſ. Bart. in l. ex empto §. ſi quis virginem, per illum text. ff. de act. empt. vbi ſcribit, quod actio ex contractu datur ad reſoluendum contractum, quando emptor errauit in qualitate, quam ſi ſciuiſſet non emiſſet, nec contraxiſſet, & per iſta poteſt declarari conſil. Alexan. 65. num. 3. vol. 5. quia concluſio hic poſita intelligitur, quando expreſsè venditor aſſeruit rem ſuper qua fuit cenſus conſtitutus, & impoſitus fuiſſe liberam, vt dixi ſupra in princ. qđ non fuit expreſſum in conſil. Alexand. vt pulchrè declarat idem Gratia. in deciſ. allegata num. 22. & 23. & iterum deciſ. 54. nu. 30. videatur quęſo Surd. in deciſ. 165. & dec. 253. qui videtur ſibi contradicere, vide etiam Marium Giurb. in deciſ. 113. n. 13 & 14. hinc non immerito periti Notarij in inſtrumentis cenſualibus ponunt expreſsè pactum reſciſſorium, de cuius validitate non dubitatur, ſecundum Hiero. Gabr. in conſ. 152. in fi. vol. 1. vbi etiam conſiderat ſtilum Notariorum, ſequitur D. Maſtrill. in dec. 95. & pulchrè Trentacinq. in conſ.

39.

Digitized by Google

39.nu.3.vol.j.& D.de Pont.conſ.6.nu.26.ſequitur D.Rouit.vbi ſupra num.36. & Mart.vot.76. vt in caſu aſſertionis non verè factæ, & ita practicatur. Hinc aſſertio venditoris non dicitur falſa, vel non vera, ſi cenſus conſtitutus, & venditus ſuper pluribus corporibus, & vnum ex eis eſt capax pro capitali, & cẽſibus, licet alia ſint obnoxia, & alijs obligata, & conſequenter inſtrumentum non poteſt reſcindi per emptorem contra venditorem, & debitorem, ſecũdum Mart.in vot.76. & dicam latius in concluſ. Inſtrumentum, quando eſt illiquidum: Et ſi emptus fuit cenſus, & per venditorem impoſitus ſuper re prohibita expreſsè alienari, an contractus ſit nullus, quod ſic, ſecundum Seraphi. in dec.785. Farinac. omnino in dec. 827. idem quando eſt ſuper re feudali abſque Regio aſſenſu, Molfeſ.ad Napod.in 2.par.q.12.nu.8.fo.81.latè Steph. Gratia.lib.1. diſcept.foren.c.175.

Emptor qui fructus ex re empta non percipit, nec percipere poteſt, quia ſterilis, aut alia ratione, vel cauſa, non tenetur ad vſuram pretij non ſoluti à die traditionis rei venditæ, vt poſt Cyn. Caſtrenſ. Salyc. Alex.& alios concludit Cagnol. in l.curabit num.26.& 29. verſ. ſed non videtur, vbi de communi teſtatur C.de actio.emp.& hanc opinionem veriorem exiſtimat Didac.Couarru.lib.3. variar. reſol.c.3.num.3.verſ.quarto, Viuius in opin.253. par.1.Lupus de vſur.in 1.com.ad d. l. curabit §.7. ſub num. 141. fol.41. qui inquit ab iſta opinione non eſſe recedẽdum, quicquid aliter tenuerit Bal. in l.2.C.de vſur.qui dicit, quod vſuræ non præſtãtur ab emptore ratione perceptionis fructuum, ſed ratione fidei implendæ, qua venditor adſtipulauit in tradendo, & emptor eſt in perfidia ſoluẽdi pretium, & Bald.multi ſequuntur, quos refert Cagnolus in d. l. curabit, ſed diſcuſſo plenè articulo tenet contra Bald.& eius ſequaces num.29.quia verba d.l. fundantis ſe in perceptione fructuum ſunt clara, ſequitur Couarr. & Lup. in locis ſupra allegatis, vbi tamen Lupus limitat concluſionem principalem poſt Soccin.& Cagnol. niſi venditor fructus percipiſſet, ſi non tradidiſſet, eo caſu emptor tenetur ad vſuram pretij nõ ſoluti, habito reſpectu ad illos fructus quos venditor percipere potuiſſet: Hinc emptor qui pretium non ſoluit, & fructus ex re empta percipit, debet illos reſtituere etiam ſi in mora non ſit, dum pretium retinet, ne cum aliena iactura locupletetur, ſecundum Bald.in d.l.2.num.4.verſ.denuo quæritur, & infinitos alios quos Surd.ſequitur in tract.de aliment. tit.1.q.42.nu.19.& tit.6.q.10.num.2.verùm emptor fructus lucratur de æquitate pro rata pretij ſoluti, vt poſt Bart.Bald.Dec.Cagnol.Couar.& infinitos alios ſcribit Surd.in tit.7.q.17.nu.7.licet de iuris rigore aliud eſſet, vt ibi num.4. & pariter lucratur ſi fuit habita fides de pretio, vt ibi num.10. & infinitos allegat D.Conſiliarius Georg.in alleg. 49.poſt nu.76. Hinc etiam fructus emptor ex re empta percipiens tenetur ad intereſſe, ſeu vſuras pretij non ſoluti, eſto quod venditor non adimpleuerit promiſſa per eum in contractu venditionis, puta in non dando fideiuſſorem promiſſum, aut aliud ſimile, ſecundum Bal. vbi ſupra, quẽ ibi ſequitur Paul.Caſtr.& ita reſpondet Alex.in conſ. 147.num.3.vol.5.& Cagnol. in d.l.curabit nu.32. & ſeq. Couar.d.l.c.4.var.reſol.nu.6.verſ.12.Natt. in conſ.Alex.31.vol.6.Lup.in d.§.7.nu.142.f.41. Magon.in deciſ. Florent.143. num.17. & in deciſ. Luc.17.nu.29.& ſeq. & Surd.in dec.117.num.7. Hinc pariter tenetur emptor ad reſtituendum fructus per eum perceptos ante declarationem pretij, quando illud fuit collatum in arbitrium tertij, vt per Paul.de Caſtr.in conſ.267. vol.1. quem cũ alijs nouiſſimè refert, & ſequitur Steph. Gratia. in dec.6.num.26.qui inter alios citat Cagnol. in loco ſupra citato num. 42. vbi loquitur in marito, qui declaratione pendente, ſubſtinuit onera matrimonij; & non immerito ſi ei fructus dotis debentur, vt ibi vide Alex. in conſ.74.col.1. vol.5. & an emptori videtur data dilatio ad ſoluendum pretium vſque ad declarationem ipſius, ipſaq; pendẽte, tenetur ad fructus perceptos, vide Socc. in cõſ. 88.nu.7.& conſ.130. nu.6. ibi, ſed in caſu noſtro volu.4.Ceph.in conſ.609. & Honded. in conſ.30. num. . . & ſeq. volu.1.& alios quos citat Steph. Grat.in d.dec.6.nu.27.

Emptor faciens compromiſſum voluntarium cum eius aduerſario de re empta, ſi res vendita euincitur per laudum, non agit de euictione contra venditorem, l.ſi dictum § ſi compromiſero ff.de euict. Pract.Papienſ. in forma libelli in cauſa venditio.in glo.promictens nu.9.Franc.Crem. in ſingular.30.Aretin.in §.actionum autem nu.22. inſt. de action. Iaſ.in l.2. §.prætor ait ſub num.4.ff.qui ſatiſd.cogant.latè Couar.lib 3.variar.reſol.cap.17 num.7. & Surd. in dec.22. num. 1. qui alios caſus enumerat, niſi in promiſſione euictionis fuerit addita clauſula, quod venditor vult de euictione teneri quomodocumq; qualitercumq; & vndecumq; res vendita fuerit euicta; iſto caſu venditor tenetur, non obſtante quod res vendita fuerit euicta per ſententiam arbitri, vt per glo.ſingul.in l.ſi cum pœna ff.de arbitr.Areti.& Iaſ. in locis allegatis, quia verba illa comprehendunt omnem modum, cùm ſint generalia, D.Vinc.de Franch.in dec.307.nu.9. vbi addo, & prædicta procedunt ſi ritè, & rectè laudum fuit prolatum ab arbitro, etiam ſtantibus dictis verbis, & clauſula, ſecus ſi per imperitiam arbitri, quia venditor non tenetur, l.ſi per imprudentiam ff.de euictio. verùm in promiſſione euictionis ſolent addi etiam verba, ſiue clauſula, etiam ſi per imprudentiam Iudicis res euincatur, quo caſu ceſſat limitatio ſupra poſita, & adducta; limitatur etiam quando cõpromiſſum fuit factum in ipſum vẽditorem, & ab eo laudum prolatum, per quod res vendita fuit euicta, tunc emptor contra eum habebit regreſſum, quia ipſe iudicauit, vt poſt Ang.in d.§.ſi compromiſero, tenet Crem. in d.ſingul. in fi. vbi dicit alibi non reperiri, An venditor author laudatus per emptorem, coniunctus cum actore poſſit petere compromiſſum ex forma ſtatuti, vide Aret.in rubr.inſtit.de exceptio.num.16. & Vrſill. in deciſ.Afflict.15.col.fi.& dixi, & dicam infra in concluſ. Venditor: ad principium concluſ. noſtræ adde videndum Gratian. lib. 2. diſceptat. forenſ. cap.227.

Emptor rem alienam ſcienter emens de euictione non agit, l.ſi fundum ſciens C.de euict. M.Anton. Natt.in conſ.181.nu.8.poſt Alex.conſ.69.num.2. vol.4. hoc tamen intellige, quia emptor non agit ad intereſſe aduerſus venditorem, ſed ad pretium



Digitized by Google

ſolutum, vt per Couarr.lib.5.variar.reſol.cap.17. ſub num.1. Anto.Gama in dec.20. vbi ita iudicatum refert, vel ſpecialiter fuerit euictio promiſſa à venditore, emptori ſcienti rem alienam, tunc p eum agi poteſt, ſed agi poteſt ſecundum promiſſionem ad pretium,& intereſſe, glo. in d.l.ſi fundum ſciens,& ibi Doctores, Tiraquell.de retract. conſang.§.12.glo.1.nu.7. & eſt de mente Natt. in d.conſil.& num. quibus accedunt D.Reg.de Pōi in conſ.27.num.5.& 13. Surd.deciſ.208. num.14 D. Fab.Ann.conſ.51.nu.2. Rola à Vall.in conſ.67 volum.4.qui ita conſuluit, & vide Surd. in deciſ. 243.quid autem in emptore ſcienter emente rem fideicommiſſo ſubiectam, an recuperat pretium, vide Marant. in ſuis ſingul. in verb. quidam emit fol.141.verùm emens rem minoris palàm,& bona fide, ex iuris errore, nata abſque decreto,an teneatur ad fructus, vide Anton.Gama in dec.227.& Maran.in d.ſingul.poſt DD.in l.2.C.ſi quis igno. rem minoris.

Emptor reuocat emptionem feudi ſine aſſenſu,prout ipſe venditor,ex Conſtitu. conſtit.diu.mem. vt ſæpe iudicatum eſt refert D.Vinc.de Franch.in dec.540.nu.1.vbi addo.

Emptor qui emit ab hærede cum beneficio legis, & inuentarij,rem hæreditariam, & creditoribus hæreditarijs ſoluit pretium,an ſit tutus ab alijs creditoribus iuxta terminos l.ſi. §. & ſi præfatam C. de iure deliber. vide D. Vinc.de Franch. in dec.272. vbi addo, & iterum in dec.531.nu.4. & an poſſit cōueniri actione reali, vel hipothecaria per alium contracta,quàm per emptorem,vide ibi num.14. & 15.poſt Aluar.Valaſc.in conſult.52. Thor. in compend. deciſ. fol. 59. & 188. colum. 2. in nouis.

Emptor bonorum venditorum pro executione ſententiæ,ſi poſtea ipſa retractatur,non tenetur ad ipſorum bonorum reſtitutionem, ſed actio contra victum ad pretium competit, vt poſt Bald. ſcribit D.Vinc.de Franch.in dec.120.vbi alios addit in addit. & per has, & alias doctrinas de menſe Decembris 1597.fuit ita deciſum per Sacrum Conſilium,refert idem D.Vincent.in dec.660.ſubdens, quod in ſententia ſemper fecit apponere verba, exactum eſſe reſtituendum,non autem exequutū prout etiam affirmat feciſſe in ſententijs,quæ proferuntur in rei vendicatione: Hinc poteſt inferri quod emptor ſubhaſta poteſt ſextam partem pretij lucrari, ſecundum eundem D. Vincentium in deciſ.588.num.9.& Minad.in conſtitut.in aliquibus fo.9.nu.35.

Emptio in dubio ex pecunia ſoluentis ſacta præſumitur, vt docet Bart. in l.2. C. pro ſocio vbi dicit, quod ſi vnus ex pluribus fratribus emat prædium ſuo, vel fratris nomine, ſed venditor confitetur pretium recepiſſe ab emptore,quod in dubio emptor præſumitur de ſuo ſoluiſſe,vnde ſi frater velit habere partem prædij, debet ſoluere partem pretij, ſequitur Roman.in conſ.3.verſ.ad hoc dicendum,& conſ.291.num.6.& in ſingul.440. vbi Adden.concordan. citant,Maſcard. latiſſimè in tract.de prob.concl.611.vol.2.vbi num.1.de communi teſtatur,& in concl.1159.in princ.vol.3.Roland.qui de magis communi teſtatur in conſ.4. num.6. vol.2.& Steph.Gratia.in deciſ.190.num.4 quibus accedere videtur Surd.in tract.de aliment. tit.6.q.8.num.51.tanto magis quando frater emēs erat perſona induſtrioſa in acquirēdo, & emendo ſm Roman.in d.conſ.3.in princ.Gratia. in d.deciſ. num.1.& 2. quamuis hęreditatem indiuiſam poſſiderint,ſequitur Maſcard.in d.concluſ.611.n.23. & fuſius Surd.in loco allegato num.52. vbi infinitos ad id allegat,& hoc maximè procedit,quando res empta eſt acquirenda fratri, & ſic coniunctæ perſonæ; nam ſi extraneo acquiri deberet,præſumeretur empta ex pecunia ipſius extranei non ſoluentis,vt per Roman. in ſæpius allegato conſil. verſ.quod maximè procedit, allegat l.fin.C.de pignor. ſequitur Maſcard. in d.tract. concl.53.ad ſi.vol.1.& in dictis concluſionibus 611.num.16.& 17. 1159.num.12. ſed Stephan.Gratian. in dicta deciſ.num.5.& ſeq.tenet contrarium,dicens limitationem iſtam non approbari ab Aymo.Crauet. in conſ.129.nu.4.verſ.puto tamen,vbi multis motis ad d.l.ſi.reſpondet,& ſubdit Aymo. in ſi.d.nu. quod ſi Roma.opinio eſſet vera mille Doctorum deciſiones corruerentur, quæ indiſtinctè loquuntur tàm in perſonis coniunctis, quàm in extraneis, & iſtam opinionem ego ipſe ſequor, & in materia principalis conclus.vide Anchar.Iun.in q.74.p.1.

Epiſcopus poteſt transferre ius patronatus alicuius familiæ extinctę,in aliam familiam,vel perſonam, vt conſuluit Iacob.Menoch.in conſ.90. in 1. dub. ſed nō poteſt benedicere populum,& mozzettam deferre in ſua diœceſi, præſente Legato de latere, eius iuriſdictionem ordinariam ſignificantem, propter prærogatiuam reuerentiæ,ne in vno corpore videantur duo capita,quaſi monſtra, vt poſt Hoſtien.Anchar. & Abb.latiſſimè firmat Stepha. Gratia.in deciſ.29.nu.1. & ſeq.corroboratur opinio iſta ex his,quæ Carauita ſcribit in rit.48. nu.5. vbi loquendo de Magna Curia Vicariæ, quæ ſi extra Neapol. reperiretur forſan ex licentia,quod omnes Iudices inferiores ſilerent, nec poſſent ius reddere niſi permitteretur ab ea,quia luminare maius ſuperueniens, obſcurat luminare minus, per Conſtit.Regni honorem in ſi. & ſubdit in fine dicti ritus, Quod dum quidam Iudex criminalis dictæ Magnæ Curiæ Vicariæ de ordine Excellentiſſimi Proregis reperiretur in Terra Eboli, pro quodam graui facto, noluit,vt Curia prædicta ius redderet,ſed hodie dicit ipſe, quod Magna Curia non recedit, nec credit D.Iudicem potuiſſe hoc facere; cum quo videtur conuenire Foller. in d. conſtitut.honorem num.6. Iacob.Sbroz. de offic. Vicarij q.26.num.17. benè verum eſt,quod dum Legatus de latere,vel Archiepiſcopus, reperiātur in diœceſi Epiſcopi, debet à quolibet ipſorum honorari, imò à Cardinale, vt poſt gloſ.Plate. & alios ſcribit Capyc.in dec.27.num.24. Epiſcopi enim ſunt columnæ Eccleſiæ Romanæ, Vicarij Dei, & Locumtenentes, & Legati Chriſti, oculi Domini,Miniſtri,& Sacerdotes Dei,fratres Summi Pontificis, illuſtres, & paſtores noſtri, vt latiſſimè per Iacob.Sbroz. in tract. de offic.Vicar.in prohęm. qui & alias dignitates refert; nam Duci, Comiti, & Baroni ęquiparantur, vt poſt Doctor. in l.5.ff.de verb.oblig.docet Marant.in tract. Iud. par.4.diſt.5.num.13. Sbroz. in d.tract. lib.2. q.55. num.17.& q.62. num.12. Epiſcopusq; benedicit Abbates, Abbatiſſas, & Moniales, & eiſdem dat

velum

velum conſecrationis, cap. 1. vbi DD. de ſupplen. neglig. prælat. Iaco Sbroz. in d. tract. q. 8. lib. 2. fol. 96. quod eius Vicarius facere non poteſt, etiam ſi eſt Epiſcopus, niſi habeat ſpeciale mandatum, vt ibi per Sbroz. num. 2. confertq; Epiſcopus Sacramentum Confirmationis omnibus baptizatis, cũ attingerunt duodecimum annum, idem Sbroz. in d. lib. 2. q. 9 quod Sacramentum eius Vicarius conferre non poteſt, niſi ſit Epiſcopus, & ſpeciale mandatum haberet, vt ibi, quia illa quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, committi non poſſunt Vicario, qui non eſt Epiſcopus, & pariter pontificalia, ſine ſpeciali mandato, ſecundum eundem Iacob. Sbroz. in d. tract. q. 10. lib. 2. fol. 97. Hinc poteſt Epiſcopus deferre Mitram, & Baculum, atque Crucem ante ſe, cap. antiqua, etiam extra iuriſdictionem ſuam, & per loca exempta in quibus exercere non poteſt, nec valet, præter quam in Vrbe, vt ſcribit Viuius in dec. 231. ſub num. 26. Tiber. Decia. in conſ. 12. nu. 1. vol. 3. ſed debet interuenire licentia Epiſcopi ordinarij, vt poſſet Epiſcopus extra ſuã diœceſim pontificalia exercere, vt poſt Concilium Tridentinum ſcribit idem Sbrozz. in d. lib. 2. q. 7. num. 7. & quæ ſunt huiuſmodi pontificalia, vide ibi, & an Epiſcopus poſſit concedere eius Vicario vſum pontificalium, vide ibi à num. 3. & licet Viuius in loco, & num. allegato, allegat Card. in clem. 2. num. 3. & 5. in 1. oppoſ. de priuileg. Tamen loquitur in Archiepiſcopo, vt etiam animaduertit Viuius, verùm dicit, quod nulla eſt differentia inter Epiſcopum, & Archiepiſcopum circa Crucis delationem ante ſe, quia delatio Crucis videtur eſſe voluntariæ iuriſdictionis, ſecus ſi eſſet contentioſæ iuriſdictionis, quia Archiepiſcopus, ſiue Epiſcopus illam extra ſuam diœceſim exercere non poteſt, vt ſatis pulchrè ſcribit Card. in d. clement. num. 5. vbi enumerat quæ ſunt iuriſdictionis contentioſæ, ſequitur Iacob. Sbroz. in d. lib. 2. q. 141. fol. 240. & quod poſſit Archiepiſcopus deferre, & portare Crucem in locis exemptis ſuæ diœceſis, firmat latiſſimè D. Vinc. de Franch. recolendæ memoriæ in dec. 711. & quæ dicantur loca exempta ipſius Epiſcopi, ponit glo. in d. clem. 2. quam ſimpliciter ſequitur Card. ibidem in princ. Teneturq; Epiſcopus ordinaria authoritate viſitare clauſuras Monaſteriorum ſibi ſubiectorum, & nõ ſubditorum, authoritate Sedis Apoſtolicæ, ſecundum Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 5. de quo meminit idem D. Vinc. in d. deciſ. in princ. & annuis vicibus viſitare debet diœceſim, & ad quem finem, vide Iacob. Sbroz. in d. tract. lib. 2. q. 120. An poſſit Epiſcopus benedicere populum ſuum extra eius diœceſim, vide Card. in d. clem. 2. num. 5. & an viſitando eccleſias ſuas ex neceſſitate officij debent ſibi ſubminiſtrari alimenta, vide Surd. in tract. de aliment. tit. 1. q. 64. num. 6. & tit. 4. q. 22. num. 1. & quid in Vicario de eius ordine, & mandato viſitante, vide Iacob. Sbroz. qui ſupra q. 123. & an pro eccleſia conciliãda, ſiue conſeruanda, vide Surd. in d. q. 64. & de dignitatibus, ſiue culmine Epiſcopi, legatur quæſo Viuius in d. deciſ. 231. per tot. & Iacob Sbroz. in d. tract. Epiſcopusq; poteſt intra ſuum Epiſcopatum Indulgentias concedere, & quales, vide eundem Sbroz. qui ſupra lib. 2. q. 40. quæ autem ſint ordinis Epiſcopalis, & quæ competant Epiſcopo ratione dignitatis, ponit idem Sbroz. in d. tract. q. 2. & 3. & quæ iuriſdictio Epiſcopalis contineat, idem in q. 4 lib. 1.

Epiſcopus cognoſcit contra laicum de iuribus ſibi debitis, puta de decimis, ſiue mortuarijs, vt poſt Innoc. tenet D. Vinc. de Franch. in quibuſdam ſuis recollectis, quæ ad pennam vidi, quia cauſa decimarum vt ſpiritualis videtur ad Iudicem eccleſiaſticum pertinere, & pro illarum ſolutione poteſt Epiſcopus ordinarius per cenſuras eccleſiaſticas laicum compellere, cap tua in fi. de decim. in ſexto, Petr. Bellug. in Specul. Princ. rubr. 13. §. reſtat à num. 1. vbi Camill. Borrell. lit. A. qui tamen refert in addit. quæ incipit lit. E. fol. 90. quod in cauſis decimarum in hoc Regno, cum omni breuitate procedunt Domini Regentes Regiam Cancellariam, adde omnino videndum D. Reg. Carolum Tap. meritiſſimum in 1. tom. Iuris Regni fol. 75. & 76. videatur Menoc. in conſ. 268. cauſa enim decimarum eſt executiua, & poteſt incipi à præcepto, etiã appellatione remota, Caſtill. in deciſ. 9. colu. 1. de quibus quidem bonis clerici tenentur ſoluere decimas, vide eundem Borrell. ad Bellug. in d. rubr. 13. lit. E. fol. 88. hinc pro decimis poteſt agi contra tertium poſſeſſorem actione perſonali, ſecundum Guid Pap. in dec. 576. ſequitur Surd. in tract. de alim. tit. 8. priuil. 52.

Equum vel canem, aut aliud animal occidens ad eius defenſionem, non tenetur in nihilo, vt ſatis pulcrè conſuluit Ioa. de Amic. in conſ. 116. per tot. de quo meminit, & ſequitur Baiard. ad Clar. in q. 99. nu. 9. in fi. adiungitur Cauenſ. in pragm. ſtatuimus in fi. & alias dum quidam equus morſicaſſet quendam Hiſpanum, ille dolore motus equum vulnerauit, fuit vulnerans ipſe per M. C. V. abſolutus, refert Ann. Sen. in ſingul. 173. per doctrinam Bald. in l. 1. num. . . . C. vnde vi, & conueniunt in ſimili ſcripta per Alex. in conſ. 76. vol. 1. hinc ſi equus eſto, quod ſit mãſuetus vulnerauit, vel occidit aliquem, dominus equi tenetur offenſo ad expenſas curationis, ad operas ammiſſas, & ammittendas, aut equum dare pro noxa, l. ex hac lege, vbi gloſ. in verb. non recipiat ff. ſi quadr. pauper. feciſſe dicature, etiam ſi equus non eſſet calcitroſus, Baiard. in loco citato nu. 9. in princ. vide Aret. in §. præterea num. . . . inſtit. de actio. & quid ſi poteſt domino equi, vel animalis culpa imputari, vide ibi, ſed qd ſi offenſus remanet deformatus, quomodo contra dominum agere poterit, vide Rom. in conſ. 278. & Cauenſ. vbi ſupra, & aliqua per Aret. inſtit. ſi quadrup. pauper. feciſſe dicatur; equusq; alienus, aut mulus depoſitus, aut ſequeſtratus penès aliquem debet ali à deponente, ſiue ab illo qui ſequeſtrare fecit, & alimenta repetit abſque alia probatione, ſecundum Surd. in tract. de aliment. tit. 1. q. 70. & pro alimentis prædictis præfertur omnibus creditoribus etiam anterioribus, Caualcan. qui concordan. allegat in deciſ. . . . & de occidente canem ad quid, & quomodo tenetur, vide Nicaſium in §. 1. num. 5. inſtitut: de leg. Aquil. vbi dicit, quod non tenetur actione legis Aquiliæ in primo capite, tenetur tamen ex tertio capite illius legis, niſi canis ille fuiſſet mordens, tunc licitum eſt occidere ſine pœna, vt ibi per eum, allegat l. 1. §. & ſi canis ff. ſi quadrup. pauper. feciſſe dicatur, & vide Mara. in conſ. 136. & de retinente canem mordacem nõ ligatum, ſi aliquem occidit, vel offendit, qua pœna

domi-

Digitized by Google

dominus illius puniri debet, vide Doctores in cap. ad audientiam de homicid. & in § cæterum inſtit. ſi quadrup. pauper. feciſſe dicatur, omnino Farin. in 6. vol. in tit. de furt. fol. 35. à nu. 5. & Campan. in cap. Regni poſt cap. 236. nu. 55. & Menoch. in caſu 256.

Error calculi quando allegatur, non ſolum bis, ter, & quater, ſunt rationes calculandę, & reuidendę, vt per Iacob. Menoch. in conſ. 22. num. 10. allegat Doctor. in l. 1. C. de errore calculi, poſt Cardinal. Pariſ. in conſ. vlt. num. 26. & ſeq. vol. 1. quos ſequitur Hondcd. in conſ. 50. num. 17. vol. j & Montanarius in pragm. fin. 6. 12. num. 15. de adminiſtr. vniuerſita. vide ſupra in concluſ. Calculi, quia errantis nullus eſt conſenſus, neque voluntas, vt in regula nihil conſenſui, vbi Dec. ff. de regul. iur. & Surd. in tract. de aliment. tit. 6. q. 6. num. 19. & ſeq. & maximè quando tractat de damno vitando, quia nunquã ſibi nocet, l. error in fi. C. de iur. & fact. ignor. vt ibi nu. 10 poſt Dec. Aym. Socc. & Franc. Becc. quos allegat, & hanc concluſionem dicit communem Suarez in ſuis commun. opin. lit. C. num. 162. & lit. E. num. 159. & ſubdit hoc poſſe peti vſque ad 30. annos, M. Ant. Natt. in conſ. 259. in fi. & hoc vltimum ſequitur Theſſaur. in dec. 239. num. 12. videatur in pulchro caſu idem Theſſaur. in deciſ. 260 qui quidem error etiam in facto proprio pręſumitur, quando tractatur de damno vitando, ſi conſtat rem aliter ſe habere; ſecus ſi de lucro captando, Alex in conſ 102. num. 2. vol. 1. quem cum alijs refert Surd. in tract. prædicto titul. . . q. 42. nu. 99. Qualiter autem dicatur erratum in errore calculi, vide Intriglio. in dec. 46. exceptioq; erroris calculi poteſt opponi non obſtante renunciatione, Seraph. in dec. 1278. num. 1. allegat Bero. in q. 105. & ad quæ extenditur renunciatio prædicta vide Seraph. qui ſupra num. 4. vide aliquas limitationes ſi verę ſunt, reaſſumptas per Galter. in tract. de tutel. fo. 383 & ſeq, in paruis. & qualiter practicatur, dum de errore calculi dicitur, vide Tartagl. in prax. rer. ciuil. c. 6. nu. 11. & ſeq. fo. 107. & Galt. vbi ſupra.

Euictio in limine contractus dicitur imminere, quãdo lis mouetur ante pretij ſolutionem, eſto quod ea mota ſit ex ſimplici hipotheca, l. ſi poſt perfectã C. de euict. vbi DD. & voluit Socc. Sen in cõſ. 208. vol. 2. quos & alios refert Surd. in deciſ. Mantuana 295. num. 7. & nouiſſimè D. Vinc. de Franch. in dec. 555. num. 1. Hinc emptor non tenetur ſoluere pretium rei emptæ ſuper qua euictio imminet, niſi præſtita fideiuſſione, iuxta terminos d. l. ſi poſt perfectam, & Surd. in deciſ. 183. num. 1. etiam ſi lis adhuc non eſt mota, dummodo notorium ſit ius alicuius ſuper re vendita, vt ibi num. 8. & non ſolum pro lite iam mota fideiuſſio debet præſtari, ſed pro omni alia mouenda, vt Grammat. conſuluit in conſil. ciuil. 106. ſequitur Carauit. in rit. 173 num. 3. Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 171. num. 4. latiſſimè Surd. qui alios infinitos allegat in d. dec. 295. num. 9 & 19. vbi ita iudicatum refert, & in d. dec. 183. num. 1. Ioan. Bapt. Conſt. in tract. de portionati q. 14. Paſcal. de virib. patr. poteſt. par. 1. cap. 8. col. 2. & Thor. in compend. deciſ. fol. 181. & poſt longam diſcuſſionem, & cumulum Doctorum allegatorum, ex profeſſo refert deciſum per S. C. de menſe Iunij 1595. idem D. Vincent. olim S. C. Præſes meritiſſimus nemini ſecundus in d. deciſ. 181. in fi. videlicet, fideiuſſionem præſtandam pro omni euictione: hinc etiam diſpoſitio d. l. ſi poſt perfectam procedit tàm agendo, quàm excipiendo, ſecundum gloſ. 1. ibi, & alios allegat idem D. Præſes in deciſ. 557. verùm ſi venditor ſit idoneus facultatibus, & diues, non tenetur præſtare fideiuſſionem prædictam, ſecundum vnam opinionem quam Carauita refert in loco ſupra citato num. 8. eamq; ſequitur Vrſill. ad Afflict. vbi ſupra num. 1. & ſeq. & Thor. in d. compend. fol. 77. licet aliam opinionem contrariam & benè ſequitur Carauita ibidem num. 9. quia fideiuſſio in caſu d. l. ſi poſt perfectam, eſt pro forma requiſita ex verbis d. l. ibi, ſi ſatis ei non offeratur, dicit glo in verb. non offeratur cum fideiuſſionibus, & allegat concord. conditio enim (ſi) ibi poſita, inducit præceptum, & iuſſum, vt per Surd. in deciſ. 232. num 3 9. & 12. qui infinitos ad id citat, atque formam, vt dixi ſupra in concluſ. Clericus, & illa omnimodã actus corruit, vt ibi, & conſequenter ante omnia etiam á diuite præſtari debet, vt per Carauit. vbi ſupra n. 10. ſequitur Surd. in allegata deciſ. 295. num. 13. & ex prædictis Carauita in loco ſępius citato, dubitat de d. deciſ. Afflict. 171. qui in S.C. & in M.C. refert deciſum, quod vbicumque laudatur author per debitorem cui mota fuit lis, qui eſſet notoriè diues, & immobilia poſſideat, eo caſu non tenetur ad aliam fideiuſſionem, quia cum ſit diues, vt ſupra eſt loco fideiuſſoris, & Afflict. ſequitur Marin. Frecc. in tract. de præſent. inſtrum. par. 7. q. 6. in fi fol. 17. á ter. in antiq. Menoch. de arbitr. Iudi. caſ. 224. num. 4. & Surd. in d deciſ. 183. num. 10. Hinc ſtante euictionis imminentia ſuper re vendita, poteſt per venditorem liquidari inſtrumentum liquidum contra emptorem de pretio rei venditæ præſtita per ipſum fideiuſſione in caſu euictionis, iuxta d. l. ſi poſt perfectam, iudicauit bis R. A. refert Carauita in d. ritu num. 6. & prius M.C.V. & S.C. teſtatur Vrſill. ad Afflict. in d. deciſ. in fi. & ita quotidie practicatur, & obſeruatur, practicaui, & pluries obſeruari vidi, licet Frecc. in loco ſupra citato aliter teneat, & malè; quid autem venditor poteſt excipere contra emptorem allegãtem euictionis imminentiam in limine contractus? legatur quæſo Iacob. Menoch. in d. caſ. 224. & quando euictio dicatur imminere, vltra aliquos Doctores allegatos ſupra, vide omnino Rot. Rom. in deciſ. nouiſſimè impreſſ. 281. ad quam Menoch. in addit. ad caſ. 1. ſe remictit, & Magon. in deciſ. Florent. 80. Euinci autem res dicitur, quando per ſententiam amictitur, & poſſeſſio abdicatur, ad tex. in l. habere licere ff. de euict. Caroc. in deciſ. 96. n. 5. & ſeq. addo remiſſiue multos Doctores ad D. Vincentium de Franch. in deciſ. 145. in princip. quibus addendus eſt Surd. in deciſ. 165. num. 7. & dicit Magon. in deciſ. Florent. 93. num. 4. quod euictio propriè eſt, quæ dominium adimit, poſt Bald. quẽ allegat, & ideo de euictione agi non poteſt, ante ſecutam euictionem, Seraph. in deciſ 321. num 4. qui plures limitationes refert ad l. qui rem C. de euict. & Farinac. in dec. 297. & 304. ſed euicta re per hypothecariam, qualiter emptor agit contra venditorem eius authorem, Marant. in tract. Iudi. par. 6. mod. 5. num. 4. ſcribit, quod emptor poteſt agere ad intereſſe contra venditorem, non ex capite

pite

pite euictionis, ſed ex capite, quod res non fuit liberè tradita, ſequitur Vinc. Maxill. in conſuetud. Bari fol. 121. nu. 21. in nouis, licet aliter videtur tenere Foller. ad Maran. vbi ſupra, & vide Magon. in d. dec. 93. & omnino Seraph. in dec. 671. nu. 6. & 7. vbi loquitur de euictione poſſeſſionis, poſt Dec. & Alex. quos allegat: Hinc etiam euicta re, emptor non ſolum pretium ſolutum recuperat, ſed omne aliud intereſſe, iàm impenſarum factarum, quàm etiam ſi res euicta plus valebat, quàm empta fuerit l. Titius cum decederet ad fin. verſ. non enim pretiũ, vbi Paul Caſtr. nu 3. ff. de act. emp. qui allegat l. euicta ff. de euict. & euictio eſt quanti intereſt, nõ quanti datũ eſt, l. cum ſucceſſores in fi. C. de euict. D. de Pont. in conſ. 27. nu. 6. vbi nu. 8. poſt Afflict. Alex. & alios, quos citat ſcribit, quod emptor bonę fidei pro re euicta, agit ad totale intereſſe, idem D. de Pont. in tract. de pot. proreg. fol. 171. & ſeq. quia debet haberi ratio eius, quod emptor habiturus fuiſſet ſi res non fuerit euicta, Bal. in l. traditio in 4. q. C. de act. empt & Seraph. in dec. 1114. nu. 2. & D. Theſſ. Iun. in q. 3. par. 3. & ſi res valebat minus debet ad illud agi, ſecundum Paul. de Caſtr. vbi ſupra, debetq; attendi valor rei euictæ tempore euictionis ſecutæ appretiatæ, ſecundum Magon. in deciſ. Florent. 110. nu. 2. & in fi. vbi teſtatur ſic illã Rot. obſeruare, allegat Bar. in d. l. Titius nu. 4. clarius Farinac. in dec. 13. & 378. & vide Aretin. in §. actionum autem num. 16. verſ. 3. Inſtit. de act. quæ euictio, etiam inter fratres diuidẽtes bona communia, quando vni ex eis obuenerunt bona omnia libera, & alteri bona obnoxia debetur, vt poſt Bal. Alex. Alciat. Menoc. & alios ſcribit Surd. in tract. de alimen. tit. 9. q. 11. nu. 25. vbi refert ita per Rot. Mantua. iudicatum, quod nota ad intelligentiam, & declarationem glo. in l. ſi familiæ C. famil. erciſ. quam exornat Rola. à Vall. in conſ. 51. per tot. vol. 4. Magon. in deciſ. Floren. 62. nu. 8. & 10. & in deciſ. Luc. 7. à nu. 39. vſq; ad fin. Craſſ. de ſucceſſ. §. hæreditas q. 12. ſub nu 8. Menoc. de præſump. lib. 3. c. 115. nu. 14. & c. 118. Surd. in dec. 243. maximè nu. 8 & Flam. Cart. in deciſ. Genuæ 70. num. 3. 14. & 23. Seraph. dec. 468. nu. j. omnino D. Maſtril. in dec. 61 nu. 3. & ſeq. D. Theſſ. Iun. in quæſt. foren. 23. à n. j. & Caſtil. in dec. 52. n. 10. vide Gratia. lib. 2. diſcep. foren. c. 234. niſi euictio eſſet etiam promiſſa ſi res euinceretur ex natura rei, ſecundum Iac. Menoch. in cõſ. 418. nu. 10. Theſſ. Iun. vbi ſupra nu. 13. Maſtrill. & Caſtill. in dd. deciſ. vel verba ſint adeo lata, & ampla, vt comprehendant clauſulam prædictã, Seraph. in dec. 480. nu. 4. vide Conſt. de portio. rati q. 14. debeturq; euictio inter cohæredes diuidẽtes hæreditatem, quando portio vni aſſignata euincitur, probat tex. in l. ſi fratres C. comm. vtriuſq; Iud. per quem ita tenet Duen. in reg. 105. vide omnino Caball. in tract. de euict. §. 4. nu. 52. & niſi eſſet promiſſa euictio etiam ex natura rei, D. Maſtrill. vbi ſupra, & Theſſ. Iun. loc. cit. nu. 13. & Caſtill. dec. 52 nu. 10. aut verba ſint adeo ampla, & lata, vt ipſam comprehendat, Seraph. dec. 480. nu. 4. Item etiam euictio debetur ex donatione remuneratoria, quãdo pro ſeruitijs pro quibus eſt facta donatio, daretur contra donantem actio, vel Iudicis officium ſecundum glo. in l. Aquilius in verb. mercedem ff. de donatio. Dec. in l. ſi donatione num. 36. C. de collatio. Loffred. qui de Decio meminit, & ſequitur in cap. ſi Titius col. fi. ſi de feu. fuer. controu. & ita de anno 1569. fuit deciſum in Sacro Conſil. refert D. Vinc. de Franch. in quadam deciſ. non impreſſa, ſed eius propria manu ſcripta. q̃ vidi ad fauõrem Ill. Marchionis Piſcariæ contra D. Lauram d'Auolos, & ita intelligi debet Camill. Borrell. ad Bellug. in Spec. Princ. fol. 28. lit. P. in fi. in nouis, & conueniunt ſcripta per me infra in concluſ. Feudum, & Vrſill. ad Affl. dec. 307. nu. .. quæ tamen euictio non debetur ex donatione quando ortum habuit ex cauſa hipothecæ ignoratæ, ſecundum eundem D. Vinc. in d. deciſ. in fi. allegat Paul. Caſt. in l. ſi rem meã in fi. ff. de ſolut. vbi menti tenendũ reputat, vide ipſum, quod notabiliter loquitur, & diſtinguit; Nec etiam debetur regulariter euictio in contractu dotis, quando contractus ipſe incipit à traditione, ſecus ſi à promiſſione, l. 1. vbi Bal. Salyc. & alij notant C. de iur. dot. & Iaſ. in §. fuerat nu. 33. Inſtit. de act. Thor. in compend. deciſſ. 171. Verùm, q̃ ſi mulier, vel alius ſciẽs bona eſſe aliena, aut alteri obligata, dat in dotẽ marito vti propria, & libera, tunc de euictione tenetur, ſeu de dolo ẽt ſi à traditione incepiſſet, Alex. in conſ. 176. num. 5. in fi. vol. 7. & Surd. in d. tract. tit. 7. q. 20. nu. 25. cum ſeqq. & conueniunt ſcripta per Paul. Caſtr. in d. l. ſi rem meam nu. 3. vide in materia huius concluſionis D. Biloct. in alleg. 9. poſt tract. de abſolut. à iurame. & ad quid tenetur euictionem promictẽs, & quid ſit de euictione teneri, vide Iſern. in c. 1. §. commercium in fi. de prohib. alien. per Lothar. & D. Rouit. in prag 1. nu. 137. & 138. de titul. abuſ.

Euictio, quæ ab inimicis vẽditoris, vel locatoris cauſatur, operatur vt venditor, aut locator ad damna, & intereſſe teneatur, Bar. in l. ſtipulatio iſta, vbi alij Doctor. ſequuntur ff. de verb. oblig. maximè quãdo inimicitia fuit orta ante venditionem, vel locationem, idem tenet Paul. Caſt. in l. ſi merces §. culpæ, per illum tex. nu. 1. ff. locat. dicens illum text. ſemper ad hoc allegari, & ſequitur Rober. Maran. in conſ. 148. num. 8. vide omnino Alex. conſ. 168. col. fin. vol. 2. An euicta re pro parte, poſſit agi pro tota de euictione, quando veriſimile eſt aliquem non eſſe acquiſiturum partem, D. Theſſ. Iun. in addit. ad dec. 102. ſui Genitoris, tenet affirmatiuè, per text. in l. tutor §. 1. ff. de minorib. & refert ita per Senatum iudicatum, vide tamen Conſta de portio. rati q. 14. & in quibus caſibus euictio non procedit, vide Caball. in tract. de euictionib. §. 5. per tot. Reliqua verò in materia euictionis vide Caball. in d. tract. Cagnol. remiſſiuè in l. venditor num. 24. ff. de Iudic. & in pulchro caſu D. Vincen. de Franch. deciſ. 145. & 297. & Ann. Sen. in ſingul. 174. D. Theſſaur. Iun. in q. 77. par. 1. & q. 23 par. 2. & ad iſtam concluſ. in princ. vide eundem Theſſaur. in q. 79 p. 3.

Exceptio non numeratæ pecuniæ competit dubitori confitenti recepiſſe mutuo centum, ſub ſpe futuræ numerationis, & re vera non recepit, nam opponens illam infra biennium transfert onus probandi in creditorem, quia per debitorem eo ipſo probata dicitur, l. 2. cum gloſ. C. de non nume. pec. Carau. poſt alios quos allegat in rit. 166 num. 47. Foller. ad Marant. in tract. Iudic. par. 6. memb. 9. num. 35. & Paſcal. de virib. patr. poteſtat.



Digitized by Google

par. 1. cap 8. num. 62. & ſeq. & Maſcard. in tract. de prob. concl. 695. num. 1. vol. 2. & non habet locum niſi in contractu mutui, l. in contractibus C. de non numer. pecu. & §. 1. inſtit. de liter. obligatio. allegat Affl. in deciſ. 105. num. 1. & in Conſtitut. cauſas nu. 5. in fi. & latiſſimè Rolan. à Vall. conſ. 4. num. 1. vol. 4. & poteſt opponi tàm ex parte creditoris, quám debitoris, ſecundum glo. in d. §. 1. in verb. exceptionem, in alijs verò contractibus exceptio prædicta opponi non poteſt, niſi infra triginta dies, Afflict. in locis citatis, qui inter alios allegat glo. in d. §. 1. verſ. minimè extenditur, quæ hoc mihi dicere non videtur, & iſta exceptio poteſt probari per debitorem etiam elapſo biennio; verum onus probandi ſibi incumbit, Afflict. in deciſ. 110. vbi Vrſill. in addit. ac etiam poſt ſolutionem factam per debitorem, non obſtante quod debitor iurauit in inſtrumento, omnia, & ſingula vera eſſe, prout iudicatum refert Vrſill. in d. deciſ. 110. nu. 4. & ibi poteſt cum iuramento renunciari, ſecũdum Carauit. latiſſimè in d. ritu in 3. quæſt. maximè nu. 43. & Maſcard. in loco ſupra citato; ſed debitor, qui renũciat exceptioni prædictę, antequam illam opponat debet petere habilitationem, ſeu abſolutionem à iuramento, alias obſtaret ſibi exceptio periurij, & non eſſet audiendus, ad nota. in l. ſi quis maior C. de tranſact. & ita ſeruari in practica, teſtatur Carauita in d. ritu ante nu. 46. prout in dies obſeruatur, & multoties obſeruari refert, & ſequitur Tartagl. in prax. ter. ciuil. c. 1. nu. 28. de Iudice Robert. in prax. inſtrum. in 4. conſ. d. nu. 57. & nouiſſimè Galt. in eadem prax. inſtrum. fol. 217. nu. 5. in paruis, licet Paſcal. loc. cit. aliter teneat: Hinc exceptio prędicta poteſt opponi tàm aduerſus inſtrumentum publicum confeſſionatum, vt per Affl. in conſtit. cauſas ſub nu. 3. & Carauit. in d. loco 3. q. quàm contra obligationem ſtipulatam apud acta Curiæ, ſecundum Afflict. in d. loco num. 14. vbi ex profeſſo diſputat, & finaliter ſic tenet Paſcal. vbi ſupra num. 86. 87. ac etiam contra quamlibet ſcripturam priuatam, & recognitam, quám publicam Affl. vbi ſupra nu. 13. in fi. item contra literas, ſeu cambij apoces, etiam opponi poteſt, Afflict. in d. loco à nu. 10. refert, & ſequitur Foller. ad Marant. in tract. Iudic. par. 6. mod. 9. ante num. 36. ac etiam contra apocas banci, ex rationibus, & authoritatibus adductis per Afflict. Paſchal. loc. cit. n. 65 qui nu. 66. dicit procedere in eo, qui literas cambij præſentauit, & in dorſo fatetur pecuniam cambiatam recepiſſe, dũmodo infra dies 30. opponat, per tex. in l. ſi literarum vbi glo. fi. C. de ſolut. & vide Ric. in dec. 75. p. 1. vbi reperitur quid fuit iudicatũ per d. l. ſi literarum, & non ſolum in cõtractu mutui opponi poteſt, vt ſupra; verùm etiam in contractu dotis, vt latiſſimè oſtẽdit Rol. à Vall. in d. cõſ. 4. nu. 1. vbi infinitos ad id allegat, cui aſſentiunt Maſcard. in d. concl. nu. 7. Steph. Grat. in dec. 164. nu. j. Valaſc. in conſult. 5. de qua exceptione non numeratę dotis, loquitur titulus C. de dot. caut. & non numer. ſecundum Miſinger. in obſer. 61. centur. 1. niſi opponeretur poſt tempora, de quibus in l. fi. cũ auth. ibi poſita C. de dot. caut. & non numer. & ita Rot. Ancon. iudicauit refert Steph Grat. in deciſ. ſupra allegata nu. 2. & ſeq. vide Ioſeph. Ludou. in deciſ. Peruſ. 66. num. 37. & ſeq. & Viui. in opin. 148. par. 1. & vide plures limitationes reaſſumptas per Maſcard. in d. concluſ. num. 10. & ſeq. ſed qualiter exceptio iſta non numeratę dotis opponi debeat, vltra prædictos Doctores, vide Afflict. in d. conſt. cauſas nu. 7. ad quem Lectorem remicto, Maſcar. & Valaſc. vbi ſupra, & Viui. in d. opin. An exceptio non numeratę dotis competat marito confitenti dotem ab extraneo, vide Theſſ. in dec. 112. num. 1. Sempr. Aſcia in determ. 170. num. 10. An exceptio nõ numeratæ pecuniæ de iure canonico perpetuo opponi poſſit, Steph. Gratia. in ſępius allegata deciſ. diſputat ex profeſſo quæſt. iſtam, & tandem refert iudicatum ſecũdum ius ciuile, videlicet infra biennium debere opponi, ſed contrarium tenet & iudicatum refert Affl. in d. deciſ. 110. & an poſſit poſt biẽnium per clericos, & eccleſiaſticas perſonas opponi, vide Paul. Fuſc. in ſingul. 40. lit. E. & in quibus caſibus exceptio prædicta opponi non poſſit, vide Apoſtill. Aldobrand. ad glo. in §. fi. inſt. de liter. oblig. & omnino Rolan. in conſil. ſupra allegato, nec poteſt opponi contra actionem tranſfuſam de primo contractu ad alium, vt poſt Dec. & Cagnol. in l. ſingularia, & alios cõcludit Surd. in d. tract. tit. 9. q. 21. nu. 16. Gratia. lib. 2. diſcep. foren. lib. 2. c. 311. num. 11. & ſeq. & in materia vide Maſcard. in d. concl. 695. & Vrſill. in d. deciſ. Affl. 110. & ad iſtam concluſionem adde videndum Felyn. in cap. ſi cautio nu. 33. cum ſeqq. de fid. inſtrum. & Duen. in regul. 260.

Exceptio rei iudicatę, vt obſtet, tria requiruntur. Primum, quod idem petatur. Secundum, ꝙ ſit idem modus agendi. Tertium, ꝙ ſit eadem perſonarum indemnitas, Dec. in conſ. 96. col. j. verſ. ſed poſtea, ſequitur Ioa. de Amic. in conſ. 121. in fi. Vrſill. in deciſ. Affl. 53. nu. 2. in fi. & deciſ. 326. in fi. Marcell. Calà de mod. artic. nu. 632. Hond. in conſ. 39. n. 50. vol. j. omnino Fab. Ann. in conſ. 17. 19. & 99. nu. 1. Mago. in deciſ. Floren. 3. nu. 1. 18. 27. & in dec. 47. nu. 9. & Rot. Luc. in dec. 28. in nouis, & vide ad iſtã concluſ. D. Lanar. in conſ. 34. nu. 15. & ſeq. conſ. 65 nu. 5. & ſeq. omnino Muſcat. in prax. S. C. in glo. iudicatæ, Ann. Sen. in alleg. 8. & in ſing. 167. quę exceptio ſolet ſępiſſimè ad merita cauſæ reſeruari, ſm̃ Ann. Sen. in alleg. 48. nu. 25. de qua non poteſt cognoſci, niſi vſq; ad concluſionem in cauſa, vt ibi, n. 23. & D. Fab. in dd. conſil. 18. & 99. vtrobiq; in fi. vel vſq; ad expeditionem cauſæ principalis, ſecundum eũdem Ann. Sen. in ſing. 446. & vide Muſcatell. in d. prax. in gloſ. reſeruatis, & multa apud Thor. in comp. deciſ. in verb. exceptio rei iudicatę, videatur & Alex. Raud. de analog. in append. p. 2.

Exceptio nullitatis apparentis ex eiſdem actis impedit executionem ſententiæ, Affl. & Vrſill. in deciſ. 283. col. 1. Rip. poſt alios in l. 4. §. condemnatum n. 10 & ſeq. ff. de re iud. Rol. in conſ. 1. nu. 29. vol. 1. Mandoſ. in conſ. Rom. 51. lit. B. Viui. in opin. 259. par. 1. Cacher. in deciſ. Pedem. 142. num. 35. & ſatis pulchrè Borrell. ad Bellug. in Spec. Princ. rubr. 11. fol. 50. in nouis, quæ concluſio procedit, quando allegatur exceptio nullitatis euidẽtis aduerſus executionem alicuius obligationis ſtipulatę penès acta Curiæ, quæ ſi euidẽs, & notoria eſt, impeditur eius executio, ſm̃ Campa. in cap. Regni 280. nu. 8. in fi. ſequitur Muſcat. de appell. in glo. in forma nu. 85. & 91. Item ſi allegatur aduerſus liquidationẽ inſtrumenti publici, & liqdi, vel ipſius executionem, vt p Carau. in rit. 166. n. 16. & in pulcro caſu per eũd. in rit. 269.

rit. 269.num. 20.idem procedit in ſententia foriudicationis quæ ferri non poteſt ſuper citatione euidenti nulla, ſecundum D.Vinc. de Franch.in dec. 232. Item ſi ſententia ipſa foriudicationis apparet ex actis euidenter nulla, poteſt, & debet nulla declarari, eſto quod foriudicatus non ſit carceratus agnatis, & eius conſanguineis inſtantibus, prout iuribus, rationibus, & Doctorum authoritatibus refert deciſum in Sacro Conſilió idem D.Vincen. in deciſ.688. vide tamen ibi in fin. vbi addo, quia exceptio nullitatis notoria nunquam dicitur ſublata, nec excluſa, vt ibi num. 2. & Intriglio. in deciſ. 5. num. 2. & vide num. 5. Hinc nullitas, ſeu eius exceptio eſt mera defenſio, & apparens ex actis notoriè, vt ſupra poteſt quandocumque opponi, ſecundum Baiard. ad Clar. in q. 50. num. 1. & 2. & poteſt à quocumque Iudice, etiam inferiori recógnoſci, idem Baiard. ad Clar. in q. 59. num. 50. & multa ponit, & refert in terminis præſentis concluſionis idem Baiard. in q. 94. à nu. 57. cum ſeqq. qui nu 63. debet intelligi, & declarari ſecundum deciſ. D.Vinc. ſupra citatam: hinc infertur, quod notoriè, & incontinenti dicitur conſtare de nullitate ex actorum reuolutione, ſecundum Foller. in prohęm. Conſtitu. Regni in verb. poſt mundi machinam num. 43. & ſeq. Borrell. ad Bellug. vbi ſupra, latiſſimè Marcell. Calà de modo articul. num. 1372. fol. 232. quę concluſio procedit etiam ſi ſunt tres ſententiæ conformes, iuxta clem. 1. de re iudic. Alex. conſ. 78. volum. 3. Mandoſ. Cachera. & Borrell. in locis ſupra citatis, & iterum idem Borrell. ad Bellug. fol. 195. & D. Vinc. de Franch. in deciſ. 139. vbi addo, imò pendente diſcuſſione nullitatū oppoſitarum aduerſus ſententiam, non exequitur ſententia ipſa, vt per Carauit. in rit. 275. num. 3. & 4 & Muſcatell. in prax. Sacr. Conſil. in gloſ. fin. ante nu. 122. debetq; dari breuis terminus ad illas proponendum, & docēdum, vt in dies ſic obſeruatur, & fatentur Carauit. & Muſcatell. in locis allegatis, & Viuius in d. opin. 259. num. 9. & iterum in opin. 715. nu. 9. par. 2. debetq; nullitas, quæ allegatur, exprimi, vt poſt Imol. tenet Cauenſ. in pragm. Magnæ Curiæ Vicariæ ritum num. 5. & eſt pragm. in Regno, dicta *delli* 28. *capi*, & ſpecificè declarari, Ann. in alleg. 22. & 77. num. 2. de quo meminit Caſtill. in dec. 28. num. 5. vide tamen Franc. Burſ. in conſ. 73. num. 1. & ſi ſententia eſt, vel nulla declaratur, reus non poteſt puniri, ſed iterato inquiri, ſi indicia contra eum exiſtentia non ſunt purgata, ſecundum Baiar. ad Clar. in d. q. 94. nu. 64. verùm ſi ſententia per Sacr. Conſil. lata allegatur, & dicitur nulla, debet per allegantem depoſitum fieri, ſeruata forma Reg Pragm. 5. in titul. de offic. Sac. Conſ. de qua meminit Viui. in opin. 710. nu. 7. p. 2. & in d. pragm. *delli* 28. *capi*, & ſi compertum fuit nullitates ex eiſdem actis non ſubſiſtere, nec extare depoſitum, debet conuerti eo modo, quo per dictam Reg. Pragm. ordinatur; & ad materiam principalis concluſionis vide Ioſeph. Ludoui. in deciſ. Luc. 24.

Exceptio non adimplementi, vel quia non adimpleuiſti ex parte tua, ſemper opponi poteſt, etiam ſi ſtatutū prohibeat exceptiones opponi, ita Aymo Crauett. tenet in conſ. 127. nu. 14. conſ. 151. nu. 10. vbi concord. cōgerit Horat. Mand. in conſ. Rom. 244. lit. E. in fi. Franc. Burſ. in conſ. 101. nu. 15. Rol. à Vall. in conſ. 53. nu. 31. & ſeq. volu. 1. Rota Peruſ. apud Ludoui. in dec. 50 colu. 1. poſt Boer. in deciſ. 124. nu. 30. idem Rol. in conſ 69. n. 13. vol. 4. M. A. Eugen. in conſ. 28. à nu. 44. cum ſeq. Ioſeph Ludo. in ſuis comm. opin. concluſ. 14. verſ. amplia primo fol. 32. & Seraphi. in deciſ. 673. conſerunt ſcripta per Afflict. in Conſtit. cauſas colum. pen. & fin. & eſt adeo fauorabilis exceptio iſta, quod ſuper ea Iudex ſupplere poteſt ex officio, etiam parte non opponente, ſecundum Roma. in d. conſ. 244. verſ. ſupereſt, quem refert, & ſequitur Aym. in d conſ. nu. 10. verſ. & adeo, Magon in deciſ. Florent. 143. num. 5. & Ioſeph Ludoui. in d. concluſ. verſ. ſecundo amplia, licet dicat, expediens eſſe, dictam exceptionem opponi, vt in caſu Roland. in d. conſ. 53. num. 31. Ioſeph in d. concluſ. in 8. ampl. & poteſt etiam opponi in executione, Aym. in conſ. 79. n. 9. & in d. conſ. 151. & Ioſeph qui ſupra in 10. ampl. fol. 32. à terg qui alios citat: Hinc infertur, quod agens non poteſt obtinere, niſi probauerit adimpleuiſſe ex parte ſua, ad tex. in l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. Alex. conſ. 49. nu. 4. vol. 2. Rol. in d. conſ. 53 nu. 27. quia quælibet promiſſio habet tacitam conditionem ſi fides ſeruetur, cap. peruenit de iure iur. Rot. Peruſ. in d. deciſ. 50. col. 1. & latiſſimè omnium Ludoui. in d. cōcluſ. verſ. infertur 94. fol. 32. vbi exornat d. §. offerri; Adde Viui. in deciſ. 224. num. 24. Magon. in d. deciſ. Floren. 143. nu. 3. Maſcar. de prob. concl. 890. & in concl. 1387. nu. 7. vol. 3. & Farinac. in dec. 363. & adeo iſta concluſio procedit, quod ſi agens deficeret in vno nummo ex ſua parte, non debet audiri, nec obtinere poteſt, Rolan. in d. conſ. num. 29. & Rot. Peruſ. in d. deciſ. 50. num. 3. & in d. concluſ. in 3. ampl. fol. 32. vbi ſupra num. 3. infertur etiam ex prędictis, quod ſi creditor vult pręſentare inſtrumentum quarantegiatum contra ſuum debitorem vigore Rit. M. C. V. 166. debet ante omnia demonſtrare adimpleuiſſe omnia ex parte ſua, alias non poſſet, ſecundum Vrſill. in deciſ. Afflict. 153. num. 7. & in dec. 220. in 2. dub. Frecc. de præſent. inſtrument. par. 7. q. 9. vbi loquitur in inſtrumento locationis, & conductionis, Farinac. in deciſ. 368. & ſeq. Anna Iun. in coll. 457. & Modern. in prax. rer. ciuil. cap. 1. num. 109. vbi ex Alex. Roland. Aym. & alijs ſupra Doctor. allegatis, hoc firmat: Reliqua in materia, & ornatu d. §. offerri, Lectorem remicto ad Ioſeph. Lud. in d. concluſ. fol. 32. & 33. & vide Carauit. in ritu 167. in 4. quæſt. & de Iudice Roberto in prax. inſtrument. conſid. 2. fol. 14. & ſeq. in paruis, & in terminis præſentis concluſionis multa apud Gratian. lib. 2. diſceptation. forenſ. c. 273. col. 2. cap. 301. & ſeq.

Exceptio proprietatis non admictitur contra agentem poſſeſſorio, cap. reintegranda, vt poſt Doctores, quos allegat firmat Alex. in l. naturaliter §. nihil commune num. . . ff. de acquir. poſſeſſ. Socc. Sen. in l. rem quæ nobis in 9. quæſt. eod. titul. Dec. conſ. 56. nu. 6. & alij quos refert, & ſequitur D. de Franch. in dec. 90. num. 3. vbi in fi. refert ita iunctis duabus Aulis deciſum, quibus accedit idem Alex. in conſ. 117. nu. 6. conſ. 118. nu. 8. in fi. vol. 2. conſ. 6. poſt num. 17. verſ. quia reſpondeo vol. 3. Maſcar. in tract. de prob. concl. 687. n. 19. vol. 2. vide Molin. de primog. Hiſp. lib. 3. c. 12. n. 12. & ſeq. ſecus tñ in interdicto recuperandę poſſeſſionis, ſm̃ vnam opi-

nionem quam poſt DD. quos refert, oſtendit Maſcard. loc. cit. nu. 15. & 16. ſed contrariam opinionem firmat Gabriel. in titul. de reſtit. ſpoliat. concl. 1. num. 4. vbi poſt Rip. in d. l. §. nihil commune nu. 73. appellat magis communem, per regulam ſpoliatum ante omnia debere reſtitui, refert, & ſequitur Henricus in ſuis com. opin. concluſ. 404. lib. 1. Ego autem, vt meum interponam iudicium, ſequor opinionem Maſcard. & aliorum Doctorum per ipſum allegatorum, quando exceptio proprietatis eſſet notoria, tunc agens interdicto recuperandæ, excludi debet. & ita refert pluries practicaſſe Vrſill. in deciſ. Afflict. 116. poſt num. 2. verſ. ego autem, & in deciſ. 303. num. 1. & ſeq. quibus addendi ſunt Aymo Crauet. in conſ. 199. nu. 5. in fin. & ſeq. & in conſ. 302. in 2. dub. Cacher. in dec. 116. num. 2. licet in illo caſu fuit aliter iudicatum, quia dicta exceptio requirebat altiorem indaginem, vt ibi num. 8. vide M. Ant. Eugen. in conſ. 72. Hinc exceptio prædicta non obſtat agenti poſſeſſorio, ſiue interdicto adipiſcendæ, ſi in continenti probetur, vt poſt Bart. & alios ſcribit Dec. in conſ. 424. num. 19. conſ. 467. nu. 13. & in l. fin. nu. 43. C. de edict. diui Adria. tollen. & ita cōiter receptum eſt, Teſte Maſcardo in loco ſup. cit. nu. 7. vide Eugen. in d. conſ. 72. An idem procedat in agente interdicto retinendę poſſeſſionis, etiā ſi opponens offerat in continenti probare, videatur omnino Maſcard. in loco ſepius allegato, limita principalem cōcluſionem hic in principio poſitam, non procedere, vbi ſola facti veritate inſpecta: & ſine figura iudicij proceditur, vt in Regno per cap. deteſtantes, & pragm. 1. de ord. iudic. quia exceptio dominij admittitur contra agentem, ex remedio d. c. reintegranda, vt poſt Decium Rub. Alexan. Aymo, Cacher. & Ioſeph Ludo. concludit, & tenet Marcellus Cala Doctor Regnicola in tract. de modo articula. fol. 46. nu. 79. a ter. Ego autem dubito de hac limitatione, quia & ſi Rubeus, & Ioſeph Ludo. allegati per Cala ille in conſ. 4. nu. 12. & iſte in deciſ. Peruſ. 17. nu. 22. illam ſequūtur, alij autem Doctores citati vz Dec. Aymo, & Cacher. loquūtur generaliter in poſſeſſorio: & non diſtinguūt; Tamen illi Dñi qui interfuerunt in d. deciſ. D. de Franch. 90. erant doctiſſimi, & peritiſſimi viri, qui benè ſciebant d. cap. & pragm. diſpoſitionem, & non reijciebant exceptionem prædictam proprietatis.

Excommunicari non poteſt, nec permictitur qui domi, & non perſonaliter fuit citatus, ita D. Epiſcop. Laquedon. in addit. ad rit. 17. Cur. Archiep. Neap. nu. 6. poſt Tiraq quem allegat in tract. conſang. §. 9. glo. 2. nu. 4. fol. 117. quibus adiungitur Dida. Couarr. in cap alma mater par. 1. §. 9. nu. 4. fol. 372. in paruis de ſent. excom. in ſexto. Et an debet eſſe trina monitio, vt rectè feratur ſentētia excommunicationis, ibi nu. 5. cum ſeqq. quæ ferenda non eſt, niſi pro graui culpa, quæ mortalis eſt, vt per eundē Didac. Couarr. in loco citato num. 1. vbi ad multa infert, & taliter ſic ex graui culpa, & rectè excommunicatus, per annum perſiſtens in excommunicatione perdit bona, ad inſtar foriudicati, ſecundū Iſern. in cap. 1. nu. 10. verſ. poſt annum de ſtatut. & conſuetud. vbi pulchrè loquitur; & ſi eſt excommunicatus ob contumaciam in cauſa hæreſis, & per annum in excommunicatione perſiſtit, poteſt vt hæreticus condemnari, cap. cum contumacia de hæret. in ſexto, concord. allegat Campan. in cap. Regni 104. nu. 4. & Didac. Couarr. in d. cap. par. 1. §. 7. poſt num. 10. verſ. quarto eſt conſiderandum, & nu. 11. fo. 363. in paruis, Alex. Trentacinq. in conſ. 51. num. 4. vol. 2. & omnino Ricc. in deciſ. 202. & 204. par. 1. & aliqua per Paul. Fuſc. in ſingul. 46. lit. E. cenſeturq; conuictus de eo crimine cuius accuſatus fuit, gloſ. in cap. contingit de dolo, & contum. Roman. in ſing. 302. & alios citat Didac. Couarr. vbi ſupra num. 10. & ſi eſt clericus licitè priuari, & ſpoliari poteſt poſſeſſione ſui beneficij, vna cum fructibus, cap. rurſus, & cap. quicumq; 11. q. 3. Marant. in conſ. 107. nu. 1. & Couarr. loco prædicto verſ. 1. & verſ. 3. vide D. Vinc. de Franch. in dec. 602. in fin. vbi dat remedium, & Trentacinq. vbi ſupra nu. 5. prædicta autem non procederent quando ante ſententiam excommunicationis eſſet appellatum, quod fieri poteſt, quia tunc ſi ſententia excommunicationis proferretur eſſet nulla, vt poſt Campa. ſcribit, & tenet D. Vinc. de Franch. in dec. 602. in fi. quod nota: hodie per Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de reform. in fi. ſancitū eſt, quod ſi excōmunicatus ob durato animo, cenſuris annexis in illis, per annum inſorduerit, cōtra ipſum vti de hereſi ſuſpectū etiam procedi poteſt, vltra ſupradictas, & alias pęnas, de qbus per DD. in dictis locis, & in d. cap. 3. hinc clerico excōicato denegantur alimenta, ne fretus ſubſidio alimentorum, negligant redire ad pęnitentiam, claues eccleſiæ contemnendo, ſm gl. fi. in cap. paſtoralis §. verū de appell. q̄ allegat Surd. in tract. de alim. tit j. q. 82. nu 8 & in tit. 7. q. 2. nu. 12. niſi excōicatus, fama periturus eſſet, tunc eſſet ex eccleſiæ fructibus ſubleuandus, vt per Surd. in d. q. 82. num. 9. & tit. 7. q. 14. nu. 26. & q. 36. nu. 7. vel aliqua cauſa iuſta abſolutionem petere non poſſet, vt per Surd. in d. q. 82. nu. 10. An excōicatus dicitur ille cui fuit ordinatū, vt infra menſem reſtituat ſub pęna excommunicationis latæ ſententiæ, ſi non reſtituit remanet excommunicatus, quod ſic, quia non eſt ſimplex cominatio, ideo alia non requiritur ſententia, glo. & Abb. in c. j. de loca. Coron. cōfeſſ. de cenſur. c. 10 Alex. Trentacinq. conſ. 50. vol. 2.

Excuſſio requiritur, & locum habet quando contra tertium poſſeſſorem agitur Saluiano interdicto, ſm Ant. Theſſ. in dec. 51. nu. 3. dec. 52. nu. 6. & dec. 175. nu. 5. qui dicit iſtam opinionem veriorem, & magis ęquam, & pro ea iudicandum: contrariam opinionem negatiuam tenet Steph. Grat. in dec. 15 vbi refert, ſm eam iudicatum per Rot. Ancon. cui aſſentit Ioſeph Ludo. in deciſ. Peruſ. 45. nu. 13. vbi refert ſic iudicaſſe; verū Gratia. fundat deciſ. Rotę in conſuetudine, vt ibi nu. 6. & conſuetudo fori in iudicando ſequenda eſt, oſtendit Ioſeph Lud. in d. deciſ. in fi. ergo in contrarium eſt ius cōe, l. ius ſingulare ff. de legib. & ideo verior de iure eſt opinio Theſſaur. in dictis deciſ. à qua ego non recederem à iudicādo, nec proceditur contra tertiū, niſi prius principali excuſſo, vt poſt Bar. & alios ſcribit Surd. in tract. de alim. tit. 7. q. 37. n. 22. an excuſſio fiat, & locum habet in caſu auth. hoc ſi debitor C. de pignorib. ſtante ſpeciali hipotheca, D. Vincent. de Franch. in deciſ. 587. refert iudicatum per Sacrum Conſilium, quod ſic, & allegat Theſſa. in d. deciſ. 51. an excuſſio habet locum contra tertium poſſeſſorem conuētum actione hipothecaria pro dote

quod

Digitized by Google

quod ſic, ſecundum eundem. D. Vinc. in dec. 270 vbi addo, & dicam infra in concluſione, Hipothecæ.

Executio ſententiæ latæ contra defunctum poſſidentem feudum hæreditarium in actione perſonali, poteſt contra eius hæredem in ſubſidium exequi ſuper fructibus feudi prædicti, maximè quando debitum eſt modicum, & ita fuit deciſum in Sacro Conſilio, refert Afflict. in deciſ. 26. etiam vſque ad valorem feudi, Minado. in deciſ. 20. in fin. & ibi de materia, & eſt de mente Frecciæ in tract. de ſubſeud. lib. 2. in 6. limitat. ad Conſtitut. conſtitutionem diuæ memoriæ á num. 8. cum ſeq. fol. 155. in nouis, & iterum lib. 3. fol. 441. verſ. 5. num. 1. & Grammatic. pulchrè in deciſ. 103. num. 148. Surd. in tractat. de aliment. titul. 4. quæſt. 10. num. 28. & poſt num. 31. ibi, & quod fructus, vide Petr. de Gregor. de Iudic. in cauſ. feud. quæſt 53. num. 4. & omnino Camerar. in cap. Imperialem fol. 18. & ſeq. in magnis, & Gratian. lib. j. diſceptation. forenſ. cap. 42. num. . . Tam ſi fructus ſunt percepti, ſecundum Rubeum Alexand. in conſil. 164. num. 10. verſ. aut verò quærimus, quem refert, & ſequitur Iacob. Menoch. in tractat. de arbitrar. Iudic. caſu 560. num. 15. quàm ſi pendentes ſunt, vt per Rube. in loco, & numero citato, Afflict. in dicta deciſion. & deciſ. 240. poſt num. 10. verſic. in contrarium, & vide etiam eundem Afflict. in Conſtitut. ſi dominus in 4. notab. latiſſimè omnium Menoch. in dicto caſu num. 16. qui vigintiquinque Doctores allegat, ratio poteſt eſſe, quia fructus feudi non ſunt feudales, ſed burgenſatici, ſiue allodiales, Dominus Vincentius de Franchis in deciſ. 18 num. 10. poſt Frecc. in loco ſupra citato fol. 164. num. 64. & Surd. in dicta quæſt. 10. num. 26. Addentes ad Petrum de Gregor. in dicto tractat. q. 5. Gratian. in dicto cap. 42. etiam ſi ſunt à ſolo ſeparati, Roland. à Valle in conſil. 54. num. 30. volu. 3. Viui. in deciſ. 8. num. 8. in fine, & Surd. vbi ſupra poſt num. 31. videatur omnino Camerar. loco ſupra citato, & omnino Dominus Conſiliarius Rouitus in pragmat. 4. num. 54. de feud. An ius Nuzzoli, quod à Barone percipitur ex oliuis terrarum exiſtentium in Baronia dicatur feudale, vide Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par. 2. quæſt. 7. & del Caſtillo in deciſ. 15. num. 1. qui concludunt quod ſic, quando Baronia eſt conceſſa in feudum, & confert Camill. Borrell. conſil. 3. Hinc poſſet inferri ſi in fructibus naſcituris ex feudo ipſo poſſit exequutio fieri, & diſtinguendum eſt, quod aut feudum eſt ex pacto, & prouidentia, & iſto caſu non poteſt, quia ipſi pertinent ad ſucceſſorem, non ex perſona anteceſſoris, ſed ex perſona ſua, ſecundum Rubeum Alexand. in ſæpius allegato conſilio, & numero, verſ. aut quęrimus de fructibus ſpectantibus, Iacob. Menoch. in dicto caſu num. 17. qui Iſern. Afflict. Ruyn. & Camerar. allegat: aut feudum eſt hæreditarium, & hoc in caſu poteſt exequi ſententia poſt mortem vaſalli defuncti in dictis fructibus naſcituris, vt poſt Iſern. Afflict. Ruyn. Rube. & Camerar. ſcribit Menoch. in ſæpius allegato loco num. 18. quia volens ſuccedere in huiuſmodi feudo debet eſſe hæres anteceſſoris, qui cenſetur vna, & eadem perſona cum defuncto, & propterea tenetur ſatisfacere æs alienum à defuncto contractum, & vt in principio huius concluſionis dixi, exequutio iam dicta fit in ſubſidium, alijs bonis liberis non extantibus, in quibus poſſit exequutio fieri, ſecundum Rubeum in dicto loco, & alios quos citat, & ſequitur Menoch. in dicto caſu num. 20. Hodie pro debito feudatarij ſuſpenditur iuriſdictio, & mictitur Capitaneus ad exigendum introitus, vt ſatisfaciat creditoribus, vt Anna refert in ſingul. 180. in fine, & eſt de mente Frecc. quem ipſe non allegat in loco ſupra allegato ante num. 11. fol. 155. & ita fuit obſeruatum in anno 1600. ad inſtantiam creditorum Illuſtriſs. Marchionis Piſcariæ, vel hæres in feudo hæreditario creditoribus hæreditarijs tenetur pro concurrenti valore feudi ſoluere, aut cogitur illud vendere, vt de pretio eis ſatisfaciat, ipſoq; renuente vendere, poteſt carcerari, prout nouiſſimè deciſum refert per Sacrum Conſilium, facta relatione in Conſilio Collaterali, Dominus Vincentius de Franchis ſemper legendus, & in manibus habendus in deciſ. 704. par. 4. quem dum reſcriberem vidi: Hinc exequutio prædicta eſt facienda non in totum, ita quod vaſallus indigeat, ſed reſeruari debet quantum poſſit viuere, ſecundum Afflict. in dicta Conſtitut. poſt litem num. 14. & Menoch. in dicto caſu num. 21. Rouit. loco citato num. 50. licet aliter teneat Dominus Vincent. de Franch. tàm in deciſ. 1. quàm in dicta deciſ. 704. in princip. vide in materia Afflict. in dicta Conſtitut. ſi dominus in 4. notab. & in Conſtitut. fratribus in 3. notab. & ad principalem concluſionem D. Lanar. in conſil. 12. omnino doctiſſimus D. Rouit. in pragm. 3. num. 9. & 12. vſque ad finem, in titul. de ordin. Iudic. An fructus feudi poſſint alienari abſque aſſenſu, vide poſt Camerar. Surd. in dicta quæſt. 10. poſt num. 31. & Iacob. Menoch. in dicto caſu 560. colum. 1. & 2. & vide infra in concluſ. Vaſallus, & Dominum Rouitum vbi ſupra num. 53. & pro concluſione principali conueniunt ſcripta per Minado. in Conſtitution. in aliquibus in verb. comitum num. 42. & 43. & in deciſ. 13. & Mart. in voto 16.

Exequutores plures in teſtamento dati abſque clauſula (inſolidum) omnes ſunt conueniendi, & citandi, & ita fuit deciſum in Sacro Conſilio de anno 1597. refert D. Vincent. de Franch. in deciſ. 622. vbi iuribus, & authoritatibus Doctorum hoc comprobat; verùm datis pluribus Exequutoribus in teſtamento, ſi vnus ex eis eſt debitor hæreditatis, poteſt ab alijs conueniri, vel ab alio, ſecundum Bart. in l. qui proprio §. ſi duobus ff. de procurator. de quo meminit, & ſequitur Surd. in tract. de aliment. titul. 8. priuileg. 32. num. 3. adde Gratianum lib. 2. diſceptation. forenſ. cap. 329. num. 19. 23. & 24. quod procedit, non exiſtente hærede vniuerſali, ſecus ſi adeſt hæres vniuerſalis, quia vnus contra alium non agit, vt ibi, & quid fauore alimentorum, vide ibidem, vbi multa in materia, & in materia exequutorum vltimarum voluntatum, vide Ioannem Dilectum in tract. de arte teſtand. in titul. de tutor. & exequutor. Bellug. in Specul. Princip. rubr. 17. fol. 105. in nouis, vbi Borrell. in addit. fol. 106. à terg. Surd. in tract. de alimen. tit. 1. q. 53. & 94. & tit. 7. q. 9. & tit. 8.



Digitized by Google

priuil.32.& Viui.in dec.304.& Auendan.de exeq: mand.Reg.lib.1.c.4.num.43. & latè Gratia. in loco ſupra citato,& in pulchro caſu eundem in cap. 220.& DD. quos addo ad D. de Franch. in dicta deciſ.in noua impreſſione,& vltra Aufrer.ad Cappell. Tholoſ.dec.128.

Expenſæ factæ in infirmitate, & poſtea in ſepultura patris à pari iudicantur, Bal.per illum text. in l.in reſtituenda C.de petit.hæred.& gaudent eiſdem priuilegijs,D. de Franch. in deciſ.51.num.1.Thor. in compend.deciſ.fol.200.in nouis, Ant. Natt. in conſ.448.nu.14.Maſcard.in tract.de prob. concl. 804.in fi.vol. 2. Addent.ad Alexa.in l.filiæ meæ ff. ſolut.matrim.& Oliua ſuper rit.4.Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ num.5.in fin. & in d.num. cum ſeq. ſcribit,expenſas multipliciter conſiderari, aliquando dicit ipſe petuntur expenſæ funeralium Prælati mortui, vt in caſu Dec. in conſ. 117. Capic.dec.84. Addent. ad deciſ. Cappell.Tholoſ. 497.Foller.in Conſtit.peruenit num.20. Fuſc.in ſingul.98.lit.C.& Ann.in ſingul.258.& Thor.in d. ſol. ex quibus colligitur ad quid tenetur ſucceſſor Prælati,& ad quid tenetur eius hæres, & ad qd tenetur Collector ſpoliorum,quibus addendus eſt Nig. Campan. in Bulla Pij V. de ſpol. num. 38. cum ſeqq.fol.69. Aliquando petuntur quando maritus promiſit reſtituere integram dotem in caſu reſtitutionis ipſius, qui poteſt facto caſu reſtitutionis ipſius dotis retinere portionem à ſtatuto conceſſam, & expenſas funeris, ſecundum Franciſ.Cremen.C.in ſingular. 25. Aliquando pro veſtibus lugubribus, & ornamentis vxoris,vt per Alex. in l. ſi vſusfructus §. dos legata ff.ad legem Falcidiam, quia illę debentur vxori per hæredes viri D. Vincen.de Franch.in dec.413.vbi addo, & dicam infra in concluſ.Veſtes,& debentur vti expenſæ funeris,ſecundum D.de Franch. in d.deciſ. 413.num.1.& Mart.in vot.81.in fi.Aliquando petuntur tanquam erogatę in funere,vel in infirmitate,vt per Oliuam vbi ſupra,An creditor,qui erogauit, & impendit expenſas in infirmitate, vel funere,quæ à pari procedunt,eiſdéq; gaudent priuilegijs,vt ſupra præferatur alijs creditoribus habentibus hypothecam expreſſam anteriorem, videatur D.Vinc.de Franch. in d.deciſ.51. cum additis per me ibi,& Mart.vbi ſupra, Aliquando petũtur ab infirmo in eius beneficium erogatæ, etiam inuito,ſecundum Annam in ſingular.184.vbi refert deciſum, patrem fuiſſe cõdemnatum ad ſoluendũ expẽſas erogatas eius filio in infirmitate per quendam Fratrem S. Auguſtini,& ſequitur Fabius eius filius in addit.quibus aſſentit Cagnol.poſt Dec. in l.inuito num.7. ff.de regul.iur. vbi etiam alios caſus refert, in quibus expenſæ factæ per aliquem in alterius beneficium petuntur, prout idem facit Corſett.in ſuis ſingul.in verb.expenſa, col 1. Cotta in verb.beneficium inuito fol.57.& Vrſill.in deciſ. Afflict.149.num.7.Aliquando petuntur à Caupone,qui hoſpitem mortuum in ſua Caupona funerauit, & ſepelliuit ſuis expenſis,nam poteſt retinere bona illius mortui exiſtentia penès ipſum, donec ei ſoluantur expenſæ prædictæ, ſecundum Bald.in d.l. reſtituenda, quem refert, & ſequitur Marant.in ſuis ſingul.in verb.hoſpes fol.46. & vide ſi confert Seraph.in dec.925.num.3.Aliquando petuntur expenſa feminis,quæ ante omnia deduci debent,vt per Tiraquell.de retract.convent.§.5. glo.4.num.7.de quo meminit D.de Bott.ad Bart. in conſ.187.vol.1.poſt Alex.in conſ.77. in 2.dub. vol.5.An expenſæ cibariorum factæ per patrem filiæ ſuę nuptæ in domo ipſius patris poſſint repeti à marito,& ſic eius genero, Ioan. de Amic.in conſ.70.in 2.dub. à num.9. & ſeq. conſuluit,quod non,per tex.quem notabilem dicit in l. in rebus §. poſſunt,vbi gloſ.Bart.& alij ff. commod. omnino Surd.in tract. de alim.tit.6.q.5. Nota omnia iſta, quia non reperiuntur ſic collecta ſimul per DD. in l.fin.C.de negot. geſt. verùm allegans expenſas feciſſe tenetur eas probare, vt Bal. ſcribit in l. fi.§. in computatione num.2.C.de iur.delib. Maſcard. in tract.de prob.vol.2.concl.715. num.1. & Surd. in d.tract.titul.6.q.23.num.7.& 8. Hinc expenſæ circa refectionem Eccleſiæ Matricis debent fieri ante omnia de mero iure de quarta redditũum Epiſcopi, cap. quatuor, & ca. de redditibus 12. q.2.Afflict.in Conſtitut.quanto num.30.& ſi non ſufficit, omnes alij Clerici beneficiati tenentur contribuere in reparatione prædicta, ſecundum Afflict. ibidem,ibi an autem, & relato Afflict. ita conſuluit Rob.Marant.in conſ.58. ſubdens,quod vniuerſitas laicorum non tenetur in reparatione prædicta, allegat gloſ. in d. cap. quatuor, vide Cappell. Tholoſ.q.499.& Cępoll. de ſeruit.vrban. cap.59.num.14. & benè per Surd. in conſ.62.ſupra in concluſ. Eccleſia in fin. omnino Aluar. Valaſc.in conſult.179.par.2. vnde Afflict. vbi ſupra poſt Iſer. exclamat contra Epiſcopos,qui non ita faciunt tàm circa reparationem prædictam, quàm in non diſtribuendo pauperibus pro eius ſalute, quod pauci ſaluantur, ſequitur Marant.in dicto conſil. An expendens pro alio præſumatur facere animo donandi, vide gloſ. Bar. & alios in l. ſi paterno C. de negot. geſt. & Surd. in dicto tract. tit.1. q.59.ad fin. fo.57.à terg.& an expenſæ erogatæ per matrem in alendo filium, poſſint ab ea repeti,legatur quæſo idem Surd.in d.titul.6. q.8.vbi in Auo, & Auia etiam loquitur, quæ autem expenſæ debent ante omnia detrahi,& præcapi, vide Steph.Grat.lib.2.diſcept.foren.c.343.poſt Ann.Sen.in ſing.186. Thor.in compend.deciſ.fol. 200.col.2.& vide deciſ.Auenio.121.nu.1.& 2.

# F

FACVLTAS redimendi fundum poteſt vendi,vt nuncupatim voluit Alex. in cõſ.27.ad fi.vol.6 ſequitur Cagnol. in l.2. nu.36. cum ſeq. C.de pact.inter emptor. Tiraquell.de retract. conſang.§. 1. glo.7. num.31.& gloſ. 10. num. 123. Ioſeph Ludoui.in deciſ.Luc.47.& Paul.Fuſc in ſing.9.lit.F.Cannet. in

Digitized by Google

in cap.volentes fol.30.&111.& D.Maſtrill.ad Peтrum de Gregor. de conceſſ. ſeud. fol.286. à terg. Hinc facultas prędicta poteſt cum re cedi,vt idem Alexan.reſpondet in conſ.228.vol.6,quem cum alijs refert Flamin.Cart.in deciſ.75.nu.2. habensq; facultatem prædictam declarandi poteſt ſemel tantum declarare,ſecundum Dec.in conſ.35.num.4. verſ. videtur ſemel, de quo meminit Mangrell. ad Bar.in l.vnum ex familia ff.de leg.2.

Falcidia debet detrahi à quocumque legato, quam plus eſt relictum,quàm in hæreditate ſit,vel tantū quod hæredi non remaneat portio à iure determinata,vt ff.& C.ad leg falcid. fauore enim teſtantiū inductum eſt, ne inuiti ſine hærede decedant, §.1. inſtitut.de leg falcid. & pariter hæredis qui poteſt tres vntias ex hæreditate ſibi retinere, Guid. Pap. in dec.515.num.2.Item etiam conſideratur fauor legatariorum,qui legata cōſequi non poſſunt, niſi hæreditas adeatur, §.quantitas inſtit. de leg falcid. latè Surd.in tract. de aliment.titul.8. priuileg. 18. num.1.& Craſſ.de ſucceſſ. §.falcidia q.1.nu.5.quę etiam de legato pro alimentis facto detrahitur, l. alio ff.de alimen.& cib.leg Surd. in loco prædicto nu.2.Hinc de omnibus legatis,& fideicōmiſſis particularibus falcidia detrahitur,vt per Craſſ.in d.§. falcidia q.3.num.1.& 2. tàm ab inteſtato,quàm ex teſtamento,vt ibi num.3. vide in pulchro caſu D. Vinc.de Franch. in dec. 293. verùm id quod dixi ſupra de legato alimentorum, falcidiam detrahi, limitatur non procedere quando alimenta alicui pauperi,vel egeno etiam ſi dodrantem hæreditatis excedat,quia legatum illud reputatur pium, & de legatis pijs non detrahitur falcidia, auth. ſimiliter C.ad leg.falcid.Craſſ.in d.q.3. nu.5. quod tamen declara, vt ibi num.6. & ita in terminis legati alimentorum arguit Bar.in d.l.alio num.4.& latiſſimè Surd.qui alios infinitos citat in d. priuil. nu.3. & 4.& quid ſi pia cauſa eſt inſtituta hæres, an detrahat falcidiam ex dicto legato alimentorum,vide ibi num. 8. hinc per teſtatorem falcidia poteſt prohiberi,auth. ſed cum teſtator C.ad leg. falcid. Clarus latiſſimè in §.teſtamentum quæſt. . . . & Michael Craſſ.in d §.falcidia q.10. Iacob.Menoc. in tract.de præſump.lib.4.cap.198.num.2.& infra Cardinal.Mantic.de coniect. vltim. volunt. lib.4. art.10.num.28.fo.76.à terg.in nouis,& lib.12.tit.9 num.2.fol.377. & ex quibus verbis prohibita per teſtatorem intelligatur, vide eundem Card.Mant. in d.tract.lib.9.tit.13.fol.160. & ibi de materia, & Menoch.in d.cap.198. An hoc cedat in damnum hæredis, vel legatariorum reſtantium, ſi de aliquo legato particulari eſt prohibita falcidia, vide eundem Surd. in loco ſupra citato ſub num. 9. & ſeq. vbi latiſſimè explicat: & ad concluſionem principalem vide Card.Mant.in d tract.lib.7. tit.2. & 11.& in d.lib.9.tit.13.& multa lib.j.tit.13.& Conſtam de portio.rati q.160. aliqua per M.A. Pereg. de fideicom.art.3. num.14.62. & 109. & in art.4. num.43.& D.Vinc.de Franch.in deciſ.612.

Falſi pęna,vt quis puniatur, tria requiruntur, Dolus, Mutatio veritatis, & quod Alteri noceat;ita Aret. in tract.malefic.in verb.falſario in princ. Vulpell. in conſ.1.6.29.& 48.& Verall.in dec.5.par.2.addo videndum Honded.in conſ.109. volu.1. & quid ſi nemini noceat, vel vnum ex dictis requiſitis deficiat, an ſit punibilis, vide omnino Vulpell, in conſ.129. cum pluribus ſubſcriptionibus Doctorum, meminit Baiard.ad Clar.in §.falſum nu.307. poſt Alex.conſ.70.num.11.vol.1.Gabriel.in titul. de malefic.concluſ.5.Iacob.Menoch.de arbit.Iud. caſ.306.num.11.Carauit.in rit.281.in fi.Maſcard. in tract.de prob.concl.739.col.fi.vol.2.& Honde. in conſil ſupra allegato, Magon.deciſ.Luc.43.& quid ſi eſt ad nocendum ei, contra quem falſitas tendebat,iuxta tex.in l.damus C.de falſis,an ſit punibilis, vide Afflict.in deciſ.vltim.num.13.Foller. in verb.& ſi confitebuntur l'vlt.nu.102.fol.358.in nouis,Peguer.deciſ.80.poſt Socc.nu.16.& in notabili caſu D.Rouit.in 4.pragm.num.34.& ſeq.de falſ. in nouis: Hinc probationes in crimine falſi debent perneceſsè concludere, & non ex interpetratione,ſecundum Surd.in conſ.132. num.20. & Honded.vbi ſupra num.14.quia in dubio ſit interpetratio,vt falſitas euitetur, gloſ.in l.iuriſgentium §. ferè vbi Iaſ.num.10 ff.de pact. Menoch. qui ad id infinitos allegat in loco ſupra citato num.2.quibus accedunt Foller. in ver. item quod commiſit falſitat.num.15.Gabriel.in d.tit.concluſ.2.num.14 Viuius in opin.921.vol.3 Rola.in conſ.11.nu.34. vol.3.Rota Auenion.in deciſ.64.nu.7.& Maſcar. in concluſ.745.num.4.vol.2.Surd.qui ſupra n. 20. & Honded.in d.conſil.num.57.verùm falſitas ipſa in dubio non præſumitur, niſi probetur, quia nemo falſarius præſumitur, ſecundum gloſ. in cap. accedens in verb.non debeat, per illum text. de crimin.falſi,& ita poſt Bald. ſcribit Soccin. nepos in conſ.95.num.3.vol.2.& iterum in conſ.45.nu.6 & 7.vol 3. Marſil in conſ.51.num.33.& Maſcard. in d.concluſ.745.nu.1.& Iacob.Menoch.in tract. de præſumpt.lib 5.cap.20.num.j.Foller.in loc.cit. & Verall.in deciſ.3.par.2. Nam falſitas probationem exquiſitam requirit, adde videndum Gram. in conſ.75.in fi.in ciuilib. poſt Affl. vbi ſupra in 1.dub.ſm Mago.in deciſ.Luc.43.nu.3.vbi optimè Apoſtill.ibi diſtinguit,& declarat, quia delictum falſi eſt graue, odioſiſſimum, atrox, & deſtebilius homicidio,& adeo vitam hominis infamat,ex quo morti aſſimilatur, Apoſtill. ad Magon. in deciſ. Luc.42.& Honded.in d.conſil. alias potius præſumeretur error,quam falſitas,l.quoties §.tantundē vbi Bald.ſummè notat ff.de hæred. inſtit. omninò Surd.in conſ. 149. Quibus autem coniecturis, & præſumptionibus falſitas arguitur,legantur quæſo Maſcar.in d.tract.concl.740.à num. 8. cum ſeqq: & Menoch. in d. cap.20. num.7.cum ſeqq. & ex quibus diluitur, vel ſaltim extenuatur, reaſſumit idem Menoc.in loc.cit. à nu.44.vſque ad fi. quem non tedeat Lectorem legere,& iterum in cōſ.248. inter quas eſt illa,quæ à probitate bonæ vitæ reſultat, Aymo Crauett.in conſ.75.num.8.Gramma.in conſ.50.num.9.in criminalibus, Socci.Nepos in d.conſ.45.in fi. & Menoch.qui alios allegat in dictis locis.ſecundum quam bis conſuluit in notabili caſu; falſum quid ſit,& quot modis cōmittatur, vltra Menoch.de arbit.Iud. caſ.316. Maſcar. in d. concluſ.739.& Baiard.ad Clar.in d.§.falſum,adde videndum Farinac.in 5.vol.in titul.de falſis q.150. à num.1.& 6. An ſuſpitio falſitatis pro veritate habeatur, vide Viui. poſt Cacher. & alios quos allegat in dec.81.Theſaur.Iun.in q.47.par.1.& benè Ric.in dec.17.par.2.& quæ probationes requirantur,ibidem,& Verall.in d.dec.4.par.2.& Farinac.

de

de falſ.q. 152.num.1. & ſeq. & falſitatem committens qua pęna puniri debet, de iure communi eſt pęna deportationis cũ publicatione bonorum, l.1.§.fi. vbi Doctor. ff.de falſ. verùm teſtis committens, & dicens falſum in cauſa criminali capitali contra accuſatum innocentem, punitur pęna mortis naturalis, l.1.§.1.ff.de ſicar. Alex. in conſ. 55.in princ.vol.7.& Menoch.de arbitr.Iudic. caſu 306.in princ.videatur omnino Caball. in caſ. 165. col.1.& 2. In Regno autem deponens, atq; committens falſum in cauſa criminali, punitur pęna mortis naturalis per pragm.4. in titul. de falſ. vbi Carauit.in comment.ipſius in 6.notab. & in cauſa ciuili, pęna manus dexteræ, & perpetui exilij á Regno, vt legitur in dicta pragmat.& ibi Carauita in 9.notab. An producens falſum teſtem ad probandum falſum articulum, puniatur pęna falſi, licet poſtea renunciat,& Petr.Foller.in d.verb.item quod commi.falſita.poſt Bar.Bal. & Capyc. quos allegat, tenet quod ſic, quia non eſt ſimplex vſus, ſed concurrit fabricatio falſitatis, ſequitur Carauita in dicta pragmatica num. 150. & ſeq. & Caball.in caſu 144.in princ. cum declarationibus, vt ibi per Foller. & Caball. qui ſupra num.7. An ſubornans teſtes, vt falſum dicant, teneatur pęna falſi, eſto quod poſtea ab vſu deſiſtat, idem Foller. in loco ſupra citato num.55.tenet quod ſic, per l.ſi falſos, vbi Doctores C. de falſ. Addo Boer. in deciſ.319.num.6.vbi idem dicit de corrumpente, quia ſola attentio ſufficit, meminit Caball.vbi ſupra num.3.qui num.5. comprobat, hinc teſtibus, ſeu teſti tentato, plenè credendum eſt, vt poſt Bal. & alios tenet Grammat.in conſ.1.ad fin. in criminalibus, refert, & ſequitur D.Regens de Ponte in deciſ.16.num.24. accedit Farinac.in conſ.25.ad fin.& Intriglio.in dec.40.num.22.& de teſte mutante ſibi nomen in eius examine, qualiter puniatur, vide Carauit.in dicta pragm.num.112. reliqua in materia videas ibi apud Carauit. & Baiard. ad Clar.in d.§.falſum: Teſtis enim qui falſum deponit, tres perſonas offendit, cap. 1. de crimin. falſ.Carauit.in dicta pragm.num.12 qui benè declarat,& ideo potius error quàm falſitas pręſumitur, l.quoties §.tantundem, vbi Bald.ſummè notat ff.de hæred.inſtit.& & Surd.in conſ.149.vbi vidẽdum eſt, An falſitas, quæ committitur in ſcriptura priuata ſit punibilis, vide text.in l.1. §.in rationibus, vbi Bart.& alij ff.de falſ. Theſſaur.dec.171. latiſſimè Farinac.de falſ.q.150. num. . . & ſeq. Genua de ſcriptura priuata fol.31.& D.Rouit.loco citato à num.29.cum ſeq.

Familia Epiſcopi gaudet priuilegio fori tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, cap.fin. vbi Doctor. communiter de offic.Ordin.quia Epiſcopus multa priuilegia habet, ſequitur Capyc. in deciſ. 12. Clar.in §.fi.q.35. verſ. quęro nunquid familiares, Campan.in extrauag. de vita, & honeſt. clericor. num.21.fol.15.Theſſaur.in deciſ.22.num 6.Viui. in dec.116.num.1. Farinac. in titul. de inquiſition. q.8.num.4.& Steph. Gratian.in deciſ.233. num.1. cum ſeq. & nouiſſimè Iacob.Sbroz.de offic.Vica. lib.2.q.146.poſt num.2.verſ & alibi: Hinc infertur, Epiſcopum poſſe in eius diœceſi tenere familiam armatam, vt in facti contingentia conſuluit Rolan.à Vall.in conſ.37.vol.4 ſequitur nouiſſimè idem Sbroz.in d.tract.& libr. q.147. vbi in fine extendit etiam ad Vicarij ſeruientes ratione vnitatis perſonæ, & Curiæ cum Epiſcopo: An Notarius Actorum dicatur de familia Epiſcopi, vide latiſſimè per Gratian.in d.deciſ.num.6. vbi teſtatur opinionem affirmatiuam eſſe de iure veriorẽ, idem Gratian.latè lib.2.diſcept.forenſ.cap.340.& ſeq. & quid de ſeruitoribus, Scribis,& alijs, vide Campan.Theſſaur.Viui.& Gratian.in locis ſupra allegatis, quibus contradicit Carauit.in rit.49. nu. 24. An ſeruientes Epiſcopi, aut Vicarij, ſeculares, ſi delinquunt poſſint ab eorum Epiſcopo, vel Vicario puniri, vide Iacob.Sbroz.in d.q.146. verùm de eadem familia non dicuntur qui habitant ſub eadem claui, niſi ſimul viuant in vna, & eadem menſa, ad tex.in l.ſi quis ſit fugitiuus §. apud Celſum, vbi Angel.multum notandum, & menti tenendum reputat ff.de edil. edict. quem refert, & ſequitur Sard.in tract.de aliment.tit.6.q.13.nu.18 qui ad pulchram quæſt. per illum text. infert, & ad principalem concluſionem vide Iacob.Menoc. de arbitr.Iud.caſu 562. An dicitur familiaris Epiſcopi ex ſolo obſequio per triennium in eius domo facto, vide Ricc.in dec.283.& 288. par.2. ad concluſionem principalem, vide omnino Theſſ. Iun.in quæſt.38.par.3.ſi conſerunt ſcripta per D. Patignum in pragm.15.num.24. de militib. inter opera D.Rouiti.

Fęmina de iure communi ab inteſtato, & ex teſtamento ſuccedit ſicut maſculus, & inſimul cum eo, l. maximum vitium, vbi Imperator reddit rationem C.de liber.præter. & notatur in auth. de hæred. ab inteſt.venient.per totum, quia reſpectu ſucceſſionis ſublata eſt differentia ſexus, auth.in ſucceſſione C. de ſuis, & legitim. Hinc infertur, quod ſi fęmina ſuccedit in aliqua hæreditate, in qua eſt aliqua iuriſdictio, redditur capax illius iuriſdictionis, ſecundum Dec. in conſ. 32. num. 6. quem refert,& ſequitur Card.Pariſ.in conſ.4. nu. 12. in fi.vol.1.& Carauit.in rit.1.num.33. Adde Molin.in tract.de primogen.Hiſpan.lib.1. cap.13. num.14.& 15. & vide Foller. in prax. cenſual. fol. 194.num.11. Sed an fęmina de iure communi ſuccedat in feudo, & de iure communi regulariter non ſuccedit, cap.1.§.hoc notandum, vbi Iſern. & alij Doctores, & maximè Iacob.de Franch. in tit. qui feud.dare poſſunt, Dec. in l. fęminæ num.55. vbi Cagnol.num.3.ff.de regul.iur.Iacobin. in ſua inueſtit.in verb.& fęminis num.1.fol.20. Cardin. Pariſ.in conſil.ſupra allegato num. 2. & 3. Marſil. in ſingul.611.in med.Minado.in Conſtitut.in aliquibus fol.40. num.3. & ſeq. Roland. à Vall.in conſ.2.num.15.& conſ.42.num.2.vol.j.& iterum conſ.41.num.1.& 11.vol.3. Iul.Clar.in §.feudum q.73.in princip. Mandoſ.in conſil.Roman.347. num.12.lit.C.Viui.in opin.277.num.1. par.1. ſecundum nouiſſimam editionem, & Capriol. in tract.de ſucceſſ.lib.1.fol.169.num.446. & ſequen. Molfeſ.ad Napodan.in 4.par.q.13.fol.185. vide D.Conſiliar. de Georg. de feudis cap. 9. & 51. & Ludoui.Peguer.in dec.122.num.16.vbi limitationes refert, reddunt omnes citati Doctores infinitas rationes. Primò, quia arma ferre non poteſt. Secundò, ob publicam vtilitatem. Tertiò, ob periculum, quia ſecreta retinere non poteſt, & alias referunt Rolan.in d.conſ.41.num.11. & Iacob.de Franch.vbi ſupra, adde videndum D. Fab. Ann.

in

in conſ. 53. Tamen in præſenti Regno Siciliæ, maſculis non extantibus ſęmina ſuccedit in feudo, per Conſtitut ipſius quæ incip. in aliquibus, vbi Doctor. Regnicolæ notant, & teſtatur idem Pariſ. in conſil. ſupra allegato ſub num. 23. quibus aſſentiunt Mandoſ. ad Rom. tàm in conſ. 1. lit. E. quàm in addit. ſupra allegata, verſ. in Regno, Cagnol. in d. l. fęminæ num. 4. Rolan. in dictis conſilijs, & nu. 15. & 42. num. 22. Carauit. in d. rit. 1. num. 33. in fi. Viui. in loco ſupra citato num. 3. Magon. in deciſ. Florent. 54. num. 35. & 36. Capriol. vbi ſupra num. 450. Iacob. de Franch. qui ſupra, verſ. ſexto limita, & Molſeſ. in loco, & folio ſupra citato, & ante Marin. Frecc. de ſubſeud lib. 2. q. 12. num. 23. fol. 197. & in q. 49. num. 2. fol. 251. in nouis. & non per diſpenſationem, ſed de iure Imperiali, vt ibi, & poſt ſecundum Authorem in verb. ſępe ſui interrugatus num. 28. 33. & 43. & lib. 3. fol. 423. num. 30. in nouis, & D. Vinc. de Franch. in deciſ. 73. num. 14. etiam ſi feudum eſſet titulatum, ſecundum Frec. in d. q. 49. num. 2. prout vidimus noſtris temporibus in Comitiſſa S. Angeli Lombardorum, nunc Ducisſa Montis Leonis, in Principiſſa Scillæ, & Comitiſſa Nicoteræ, in Marchioniſſa Piſcariæ, & in Comitiſſa moderna Potentiæ; immò in hoc Regno fęmina ſuccedit in ipſo Regnò, prout ſucceſſit Regina Ioanna I. & II. teſtatur Frecc. in d. q. 49. num. 3. verſ. in hoc Regno, ſequitur Paul. Fuſcus olim Epiſcopus Rauell. & poſtea Sarnenſis in ſingular. 22. lit. F. & Horat. Mandoſ. in d. conſil. Roman. 367. verſ. exemplum, qui Bal. & alios allegat, Ludoui. Peguer. in deciſ. 115. num. 3. Molin. in d. tract. par. 3. c. 4. num. 5. & Cumia in prælud. ad cap. ſi aliquem num. 29. in fi. poſt Petr. de Gregor. in 4. par. q. 2. num. 1. Hinc etiam fęmina ſuccedit in feudo titulo emptionis quaſito, ſecundum Roman. in d. conſil. & num. in 4. fallent. vbi Mandoſ. lit. G. concord. allegat Paul. Fuſc. in ſingul. 84. lit. F & latiſſimè D. Fab. Ann. in d. conſ. 53. col. 1. maximè in hoc præſenti Regno, in quo omnia feuda ſunt emptia, & titulo oneroſo acquirũtur, cõuenit Clar. in d. §. feudum q. 16. Frecc. de ſubſeud. lib. 2. q. 57. num. 2. fol. 258. in nouis, poſt Roland. quem allegat in conſ. 23. vol. 1. verùm Iacob. Menoch. in conſ. 1. num. 446. & 470. non firmat opinionem iſtam, & Doctores pro vtraque parte, & opinione allegat, imò Rolan. in conſ. 41. vol. 4. videtur tenere contra ſupradictam opinionem affirmatiuam, vide ipſum, & ſimiliter Clar. in d. §. feudum q. 16. verſ. quid in feudo empto refert opiniones, & Minado. in loco ſupra citato num. 5. vide Frecc. in d. lib. 3. fol. 457. num. 3. & latiſſimè D. Georg. de feud. c. 34. & in multis alijs caſibus fęmina de iure communi ſuccedit, quos congerit Roman. in d. conſil. & num. ſequitur Iacob. in d. verb. & cum fęminis in 8. fallent. vbi etiam teſtatur de conſuetudine exiſtente in hoc Regno, Clar. Viui. & Iacobut. in locis ſupra allegatis, & in quibus alijs feudis fęmina de iure communi ſuccedit, & ſuccedere poteſt, vide D. Fab. in d. conſ. 53. Rolan. in dicto conſ. 23. & conſ. 42. num. 9. vol. 4. Surd. in deciſ. 95. num. 8. & omnino Capriol. in loco ſupra allegato num. 452. Hinc fęmina in Regno ſuccedit etiam in feudo plano, & de tabula, in quo locum habet dicta Conſtitut. in aliquibus, maſculis deficientibus, refert in Sacro Conſilio deciſum D. Vincent. de Franch. in deciſ. 7. vbi addo, & in multis caſibus, conditio fęminarum, ſeu mulierum, eſt deterior maſculorum, quos ad longum congerit Frec. de ſubſeu. lib. 2. q. 50. fol. 252. Marſil. in d. ſing. 611. Carauit, in d. rit 1. in 1. quæſt. & Petr. de Gregor. in tract. de conceſſ. feud par. 4. quæſt. 2. inter quos ſigna aliquos: nam Rex ſolet concedere officia viris, non autem fœminis, & peraro habet ad eas oſculum cordis, & quando vult facere gratiam fęminis, hoc in ſuo diplomate exprimit, vt per Frecc. vbi ſupra num. 3. quia earum conſilium eſt fragile, & infirmum, ibi nu. 5 eſt verum, quod poſt num. 6. verſ. 17. ſcribit, & temporibus ſuis teſtatur, officia, ſeu gubernium Arcis, & Inſulæ Iſclæ fuiſſe per Regem conceſſum Illuſtr. Conſtantiæ d'Auolos de Aquino Principiſſę Francauillæ, ſapientiſſimæ, & religioſiſſimæ, ex ſumma fide fuit commiſſa, & in fine dictæ quæſtionis plurimas fuiſſe mulieres ingenio, & virtute præcelebres viris comparandas, & Cumia in prælud. ad cap. ſi aliquem num. 203. qui de alijs mulieribus meminit, & noſtra tempeſtate fuit Sereniſſima D. Margarita de Auſtria: ò vtinam eorum exempla imitarentur mortales; Nota verò alium caſum, quia ſi ſunt duo patroni, maſculus, & fęmina, & ſunt diſcordes in præſentando, tunc præſentatus à maſculo præfertur præſentato à fęmina, ſecundum Bal. in l. 1. ff. de Senator. quem cum alijs refert, & ſequitur Marſil. in d. ſingular. verſ. eſt & alius, accedunt Dec. in d. l. fœminæ num. 48. vbi Addent. Arno. in epit. 59. Add. ad Abb. in cap. quoniam lit. A. de iur. patro. licet ſequens addit. Anto. Franc. diſtinguit, vt per eum ibi; Hinc tertio nota alium caſum, quod fœmina non poteſt eſſe teſtis in teſtamento ſicut maſculus, l. qui teſtamento §. mulier ff. de teſtam. §. teſtes inſtit. eod. rit. Alexa. in conſ. 70. num. 13. vol. 2. Marſil. in conſ. 22. nu. 2. Maſcard. in tract. de prob. concluſ. 763. num. 1. & ſeq. vbi num. 5. ampliat etiam procedere de iure canonico, allegat Alex. in d. conſ. nu. 16. & iterum in conſ. 177. nu. 6. eod. volum. Petr. Duen. in regul. 313. fol. 487. Ioſeph Ludou. in ſuis commun. opin. concluſ. 69. Viui. in opin. 968. num. 1. & ſeq. par. 3. Farinac. infra allegandus num. 55. & Honded. conſ. 63. vol. 2. ſecus in codicillis, & qualibet alia vltima voluntate, excepto teſtamento, in quibus fœmina poteſt eſſe teſtis, glo. in l. fi. ver. quinq; C. de codicill. Maſcard & Viui. in locis ſupra allegatis, Vrſill. in deciſ. Afflict. 134. num. 2. Villalob. in ſuis opinion lit. M. num. 144. fol. 45. & alter Hiſpanus Suarez in ſuis opinion. lit. M. fol. 172. & Farinac. de teſtib. q. 59. num. 64. apud quos ſunt aliæ limitationes, & recurrendum eſt, & Honded. vbi ſupra, Item fœmina, ſeu mulier non poteſt eſſe, ſeu non eſt idonea teſtis, de iure canonico in criminalibus, Alex. conſ. 19. num. 1. volu. 1. latè Duen. in regul. 315. Maſcar. in d. tract. concluſ. 762. vol. 2. Menoc. de præſumpt. lib. 6. cap. 37. num. 46. & 47. & ſuſius Farinac. in d. tract. q. 59. ſupra citata in primo caſu, & audiui in M. C. V. fœminas, ſeu mulieres in criminalibus non conuincere, & eſt de mente Farinac. vbi ſupra, & in quibus alijs caſibus fœminæ, ſeu mulieres ſunt deterioris conditionis maſculorum, recurre ad Dec. in d. l. fœminæ à num. . . . cum ſeqq. & in quibus ſunt melioris conditionis, vide eundem Dec. vbi ſupra num. 72. cum infini-

tis

tis ſeqq. Marſil. in ſing. 148. & Frecc. in ſæpius allegata quæſtione: Hinc & quartò, fœmina non poteſt eſſe teſtis in ſcriptura priuata, in terminis l. ſcripturas C. qui potio. in pign. habean. Ibi trium virorum, vbi Bal. notat, de quo meminit, & ſequitur Dec. in d. l. fœminæ num. 32. Apoſtill. ibi lit. B. dicit opinionem Bal. eſſe communiter approbatā, Duen. in d. regul. fol. 488. & alios ad id citat Anna Sen. in ſingul. 190. quibus aſſentiunt Rolan. à Vall. in conſ. 84. num. 3. Viui. in opin. 889. part. 3. & nouiſſimè D. Vinc. de Franch. in deciſ. 634. in fin. & Duen. in regul. 313. Quintò, inſuper fœmina non poteſt eſſe Curatrix furioſi, D. Vincent. de Franch. in dec. 348. num. 2. vbi addo, & ſi regulariter fœmina, ſeu mulier pōt eſſe curatrix, ſi vult, quia diſpoſitio auth. Matri, & Auiæ, habet etiam locum in cura, ſecundum D. Vincent. in d. deciſ. num. 1. Dec. autem in d. l. fœminæ num. 22. limitat opinionem iſtam, quod fœmina non poteſt eſſe curatrix furioſi, nō procedere in matre, quæ poteſt eſſe curatrix bonorum, vide eum. Infertur etiam ſexto, quod vbi extant maſculi, fęminis præferuntur in ſucceſſione, quæ non ſuccedunt, ſed debent iuxta facultates, & bona, ſecundum paragium maritari, vt legitur in Conſtitutio. Regni in aliquibus ſupra allegata: dixi ſupra in concluſ. Dos debita, dictamq; Conſtitut. exornat Viui. in opin. 812. par. 2. ſecundum nouiſſimam impreſſionem Aquilanam, & in materia vide Surd. in tract. de aliment. tit. 2. quæſt. 15. num. 93. & titul. 9. quæſt. 25 num. 13.

Feudatarius, vel emphiteota, qui expreſſim fatentur, ſe eſſe tales, ſed non conſtat quæ ſunt bona feudalia, vel emphiteotica, poteſt cogi ad demonſtrandū bona prædicta, vt poſt Hoſtienſ. & alios ſcribit Iacobin. in inueſt. feud. in verb. dictiq; vaſalli promiſerunt poſt num. 15. verſ. quid dicendum, & verſic. alij dicunt fol. 92. ſequitur Rola. à Vall. in conſ. 66. num. 5. & 6. vol. 3. & Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. Iud. caſ. 554. num. 1. verſ. primus caſus, qui allegat alios: Hinc ſi feudatarius, aut emphiteota, ſoluerit canonem, vel affictum, tenetur deſignare, & indicare, pro quibus bonis ſoluit, alias omnia bona per ipſum poſſeſſa præſumūtur feudalia, aut emphiteotica, Iaſ. in l. 2. num. 173. C. de iur. emph. Roland. vbi ſupra num. 6. & Seraphin. in dec. 1117 vbi ita iudicatum refert: Hinc etiam quod ſoluens fructus per longum tempus, & plures annos, licet non appareat inſtrumētum cenſus, vel de illorum cōſtitutione cēſetur veriſimiliter appoſitus, & cōſtitutus, quia nemo præſumitur iactare ſuum, l. cū de indebito ff. de prob. & ita tenet Seraphin. in deciſ. 1226. vide tamen Iacob. Menoch. de præſump. lib. 3. c. 131. num. 4. verùm ſi feudatarius, vel emphiteota, negat bona eſſe feudalia, aut emphiteotica, & de mendacio conuincitur, priuari debet, ſecundum Rom. in conſ. 70. num. 5. Iacob. in loc. cit. num. 16. Roland. in conſil. ſupra allegato num. 15. & ſeq. Menoch. in d. caſu in fi. Iul. Clar. in §. feudū q. 59. Pacian. de prob. lib. 1. c. 7. nu. 32. & quid in emphiteota, vide eundem num. 34. & ſeq. Ex prædictis infertur, an poſſit dominus cogere vaſallum ſuum ad oſtendendum titulum poſſeſſionis ſuæ bonorum feudalium, & fieri facere præceptum, vt iura ſua oſtēdat, quæ in caſtris habet, & dicendum eſt, quod non, ex deciſ. Bar. in l. 1. C. de conductor. dom. Augu. lib. 11. vbi dicunt, vidiſſe caſſari multos proceſſus ſic fulminatos, ſequitur Anna Sen. in alleg. 68. nu. 2. & iterum in alleg. 79. vbi ita iudicatum refert, accedunt prædictis Rolan. à Vall. in d. conſ. 66. num. 20. vſque ad fin. Addent. ad Affli. in Conſtitut. ſi quando lit. A. Campan. in cap. Regni 66. Iacobut. de Franch. in præl ud. feud. nu. 99. & ſeq. Camill. Borrell. ad Bellug. in Specul. Princ. fol. 103. lit. F. videantur omnino Iacobin. in loco ſupra allegato à num. 16. vſque ad 20. Afflict. in conſtitutio. ſi vaſallus poſt num. 3. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 17. author. Capyc. in inueſtit. feud. in verb. feudatariorum editiones fol. 181. Salern. ad Napolan. in prohem. Caroli fol. 41. Amede. de Ponte in tract. de laudem. q. 44. á num. 4. vſque ad fin. D. Reg. de Pont. in conſ. 58. & in tract. de poteſtate Prorcg. fol. 205. num. 37. & 38. poſt Cumiam in cap. ſi aliquem verb. in capite num. 43. Pacian. vbi ſupra num 84. poſt Afflict. deciſ. 265. num 87. & D. de Georg. de feud. cap. 47. num. 6. omnino Mart. in vot. 31. & 185. num. 4. & multa ad ornatum l. cogi C. de petitio. hæred. cumulant Mangrell. ad Bar. in eadem l. Alpha. Peruſ. in coll. 1184. Capiblanc. in tract. de Baronib. fol. 260. cum ſeqq. poſt Bellug quem non allegant in Specul. Princip. rubr. 28. fol. 149. & ſeq. & Pacia. qui ſupra n. 81. & in c. 61.

Feudatarius in Regno ſi decedit, legitima prole, ſeu legitimis hæredibus non relictis, ſequeſtratur feudum ad inſtantiam Regij Fiſci, detinendum ab eo per annum, computandum à die mortis feudatarij, infra quem ſummatiè, & de plano debet de poſſeſſione illius tractari, & poſt annum de proprietate per Agnatum, vt legitur in cap. Regni ex præſumptuoſæ 225. ſecundum ordinem Campan. & in terminis illius capit. multa cumulat Afflict. in deciſ. 195. vbi habetur, quando ſequeſtrum prædictum procedit, & quando non, & ſubdit, quod quando aperto, & claro iure apparet, & conſtat agnatum, ſiue conſanguineum feudatarij defuncti ſuccedere, tunc ſequeſtrum prædictum non fit, & ſi eſſet factum deberet reuocari. refert & ſequitur Campan. in d. cap. nu. 12. latè D. Conſiliar. Georg. de feud. c. 52. quod locum ſolum habet in feudalibus, non autem in burgenſaticis, vt ibi per Camp. num. 11. nec diſpoſitio d. cap. habet locum, quando agnatus, ſiue conſanguineus in poſſeſſionem feudi reperitur ante mortem feudatarij, á quo feudū emit, aut quādo capta fuit poſſeſſio ante mortem dicti feudatarij, ſecundum Annam Sen. in alleg. 1. num. 1. & 25. vbi multa alia cumulat, & refert ita deciſum, & quæ requirantur, vt diſpoſitio d. cap. procedat ibi num. 9. An poſt annum poſſit per agnatum, ſiue conſanguineum agi poſſeſſorio pro recuperatione feudi ſequeſtrati, Afflict. in dec. 196 refert per Sacrum Conſilium deciſum quod non; de quo meminit, & ſequitur Campan. in d. cap. nu. 17. ſed ſolum agere poteſt petitorio, vt ibi, quam Afflict. deciſ. limitat Ann. in d. alleg. non procedere quando pars petens reuocari ſequeſtrum, allegat habere Regium Aſſenſum, ſed dicit non teneri ad illius exhibitionem, item etiam limitatur d. cap. non habere locum in feudo, quod à Barone tenetur, & habetur, ſecundum Frecc. de ſubfeud. lib. 3. fol. 421. num. 21. in fi. in nouis, quia verba illius non poſſunt referri ad Baronem, ſed ad fiſcū

cuius

cuius fauore fuit factum, vt ibi, qui refert ita iudicatum, meminit Vrſil.ad Afflict.in d.dec.196 nu.2. An agens poſſeſſorio ſuper feudo contra fiſcum debet oſtendere de titulo ſuę poſſeſſionis, vide omnino Afflict. in conſtitut. ſi quando la 1. num.1. & in materia d.cap. multa cumulat Ann. in alleg.144. D.de Pont.in conſ.15.à nu.j & aliqua D.Carol. Tap.in l.fi.fol 222.ad fi. ff.de Conſtitut. Princip.& D.Fab.Ann. illud exornat in addit. ad alleg.ſui Genitoris 103.Mart.in vot.166.num.31. & 32.& D.de Pont in tract.de poteſt. proreg. fol. 205.& de omnibus in præſenti cóclus.adde Thor. in compend.deciſ.fol.509. in nouis, & D. Georg. loco citato.

Feudatarius an poſſit de feudo teſtari abſque conſenſu domini, & ſic Regio aſſenſu in Regno, & in hoc diſtinguendum eſt, aut feudum eſt hæreditarium,& poteſt in filium, ſeu in eius beneficium, aut in alium agnatum proximè ſucceſſurum diſponere abſque Regio aſſenſu,& domini conſenſu, Ita Iacob.de S Georg in inueſt.feud.in verb. & cum pacto quod de ipſo feudo nu.j.ſequitur Loffred.in conſ.11.poſt nu 43.Affl.in Conſt. hac edictali num. 8. & in conſtitut. conſtitutionem diuæ memoriæ nu.4.& ſeq. Capyc.in cap. Imperialem fol.9 in 3.lim.vbi Cametar fo.30.à terg.Campan. in cap.conſiderantes nu 33.Vrſill.in dec.Affl.119. num.6.Viuius in opin.274.nu.2.& ſatis pulchrè in dec.225.nu.45.& D.de Pont.in tract. de poteſtat. Proreg.fol.338. num.15. & ſeq. Menoch. in conſ. 439.num.8.& hoc eſt, quod voluit dicere Capyc. in dec.64.& diſpoſitio per feudatarium poteſt fieri tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate in proximè ſucceſſurum, reſpondet Rober.Maranta in conſ.79.num.21.qui allegat cap.1.circa fi. verſ. fratri vero, & ibi Iſer.& alios de alien.feu.ſequitur Mart.in vot.185.num.31. & 32. vide Capyc. in dec.115. Hinc non ſolum poteſt teſtari, modo quo ſupra, ſed fideicommiſſum facere, quia feudum hæreditarium venit in reſtitutionem fideicommiſſi, ſecundum Marant. qui pulchrè loquitur in d.conſ.nu.22.Viui.in deciſ.441.nu.11.& Frec. de ſubfeud.lib.3.fol.441. verſ.6.in nouis poſt Alexa. quem allegat in l. patroni ff. ad trebell. vide Petr. de Gregor.de conceſſ.feud.par.2. q.10. num.36. & 37.& M.A.Peregr.in tract.de fideicomm.ar.6. num.18.vide D.Georg.de feud.cap.47.num.10.& pragm.4.de feud.vbi D.Rouit. num.81. & quid ſi eſt feudum nouum, vide ibi per Frecc.in loc.cit. & an poſſit facere ſubſtitutionem de feudo prædicto vide Frecc.qui ſupra,& Camerar.in d.cap.Imperialem fol 60.lit.N. & D. de Ponte in conſ.33. num.13.& quid ſi eſt data poteſtas teſtandi, vide Camerar.in d.fol.60. An diſpoſitio valet ſi diſponit, ſed diſparibus partibus cum aſſenſu, vide eundem Frecc. de ſubfeu. fol.408. num.12. in nouis, Feudi enim ſucceſſio agnato proximiori ſucceſſuro, D.de Pont.in conſ.20.nu.6.clarius D.Conſil. de Georg.in ſua ſolẽni alleg.12.n.10.cum ſeq per tex.in c.j.ibi nulla diſpoſitione defuncti manente, vel valente de ſucceſſio. feudi,& Campan.in cap. Regni 188.num.33.confert Viuius in d. deciſ. nu. 12.& de intellectu d.cap.j vide Camerar.in d.cap. Imperialem fol.23.& 24.Alexan.Trentacinq.in conſ.1.num.22.volu.2. poſt Ann.Sen. in alleg.69. num.57.& quid ſi feudum eſt antiquum, & in eo viuitur iure francorum, prout in Regno in quo ſecundum Afflict.in conſtit. vt de ſucceſſionibus primogenitus ſuccedit, ſequitur Vrſill. in deciſ.ſupra allegata num.5.& Minado.in conſtitu. in aliquibus ſol. 6. num. 24. & ſeq. quia alijs filijs viuentibus ſimiliter iure Francorum reſeruata eſt vita militia, Minado.vbi ſupra num.30. An pater poſſit de eo teſtari in præiudicium ipſius primogeniti, Afflict.in deciſ.111.num. . . & iterum in deciſ.119.tenet quod non, quia totum ipſum feudum eſt legitima primogeniti, Frecc.qui alios citat in d.tract.lib.3.fol.449.verſ.19.in nouis, Anna in ſingul.197.& Minado.vbi ſupra nu.27. Petr.de Gregor.de conceſſ. feud. par.4.q.8.num.9. & 10. Cumia in cap.ſi aliquem in verb. antiquis nu.78. & D.Georg.in alleg.20.nu.21.& 30. Adde videndum D.Rouit.in pragm.11.nu.78. de feud. alia ratione comprobatur opinio Afflict. quia ius primogenituræ, lege diuina, canonica,& conſuetudinaria eſt firmata primogenito, ſecundum Petr. de Gregor.qui Afflict.ſequitur de conceſſ.feud. p.4. q.8.num. 9. & 10. & Cumia in cap. aliquem in verb.antiquis fol.350.num.78. verùm ſi feudatarius vult diſponere in extraneum non ei proximè ſucceſſurum non poteſt, vt per Marant. in ſæpius allegato conſil.num.20 & 21.Ann.Sen. in d. conſtitut.conſtitutionem num.121. cum ſeq. fol.111. à terg & hoc voluit dicere Capyc.in d.cap Imperialem fol.9.verſ.additiones: hinc poſſet inferri, quod refutatio feudi quæ fit in proximè ſucceſſurum, non indiget aſſenſu Regio, D. Georg.in alleg.17.num.45. quia non dicitur alienatio, Rol. in conſ.41.num.18.vol.2. & nouiſſimè D.Vincen. de Franch.in deciſ.663.num.4.vbi addo, debet tamen regiſtrari in Regia Camera Summariæ infra 15.dies, à die quo facta eſt, alias eſt nulla; & inualida.vt per D.Vinc.in d.deciſ. num.5. & D. Georg. vbi ſupra num.47. declara tamen, vt ibi num.44. & 45.& dicam infra in concluſ.Refutatio.Aut feudum eſt ex pacto,& prouidentia, & de eo non poteſt feudatarius teſtari, nec diſponere, quia nulla ordinatio defuncti valet, d.cap.1. ibi nulla ordinatio defuncti de ſucceſſ.feud.Frecc.in d.lib.3.f.441. verſ.6.& verſ.quando autem, Capyc.in deciſ.64. Cumia d.cap.ſi aliquem in verb.maritata nu.240. Clar.in §.feudum q.40.in princ. vide Capyc.in d.dec.115.etiam cum conſenſu domini, niſi conſentiant omnes ſucceſſores, ſecundum Ann.in loco ſupra allegato num.125.& 126. nec etiam pro anima, ibi num.128. & Capyc. in d.cap.Imperialem, vbi Camerar.à ſol.21. à terg. & 23. cum ſeq. nec de fructibus ipſius, Afflict.in dec.26.num.6.& Mart.in vot.20.num.17.verum de feudo nouo diſponit cum aſſenſu Regio, ſecundum Afflict.in conſtitut.in aliquibus num.16. Reliquas ampliationes,& limitationes, vide apud Iacob. in loco allegato ſol.49.& ſeq.Ann.Capyc.& Camerar.in dictis locis,& quid ſi per Dominum cócedentem fuit alterata natura feudi, an poſſit feudatarius de illo diſponere, vt in caſu per D. Georg. de feud. c.10.& vide eundem in cap.7.& ſeq.& in caſu Roland.in conſ.42.vol.1. & conſ.79. vol.2. vt quia conceſſum eſt feudum tibi,& hæredibus tuis quibuſcumque, & quibus dederis, vt per eundem Rolan.in conſ.10. in 2.dub.vol.3.de quo meminit Viui.in dec.341.n.12.& idem Rol.in conſ.1.col.j.

& conſ.

Digitized by Google

& conſ.84.col.fin.vol.4.omninò Mart.in vot.168. per tot.D.de Pont.in tract.de poteſt.Proreg.ſ.442 num.15.& 16. vide etiam D.Fab.Ann.in conſ.53. num. . . & ſeq.& propterea ſemper debet inſpici inueſtituræ tenor,qui attendi debet,vt dicam infra in concluſ.Inueſtitura; Aut feudum eſt antiquum,& recurre ad Afflict.in deciſ.111.vbi Vrſill.qui etiam de feudo nouo loquitur, & dixi ſupra,& dicam infra in concl.Feudum antiquum, An feudatarius poſſit concedere res feudi ad meliorandum ad certam partem fructuum, & non in pecunia,ſine Regio aſſenſu,vide Vrſill.poſt Afflict.in dec.129.in 5.dub.nu.13.& ſatis pulchrè,& ſubſtantialiter D.Vince.de Franch.in dec.561. vbi poſt lungam diſcuſſionem refert in Sacr.Conſ.deciſum quod ſic, Petr.de Gregor.de conceſſ.feud. fol.46.nu.4. & 8. licet D. Fab.Ann. aliter videtur tenere in conſ.51.col.1. Aut eſt feudum in quo viuitur iure Longobardorum, & in hoc recurrendum eſt ad Capy.in ſua inueſt.in verb.feudorum genera fol.219.& Mart.in vot.185.num.14. & ad principalem concluſionem, vide Clar. in d. q.40. qui valde ſe inuoluit, loquendo in terminis iuris cõmunis,& aliqua D.de Ponte de feud.in 11.lect. num.24.25.& ſeq.& 33.An feudatarius in Regno poſſit ſubinfeudare etiam particulares res feudi ſolitas,vide eundem in 1.lect.nu.55.& 81.

Feudi hæreditarij hæres, ſi inuentarium confecit ei non prodeſt,Alex.in conſ.28.num.18.vol.5. Loffred.qui verba formalia Alexan.refert,& ſequitur in conſ.14.num.43.Afflict.in Conſtit.conſtitutionem diuæ memoriæ num.9.ſequitur Rol.à Vall.in conſ.2.num.41.vol.1.& latiſſimè in conſ.44.nu.8. & 9.volum.3.Menoch.in conſ.1.num.315. Frecc. de ſubfeu.lib.3.fol.442.Petr.de Grego.de conceſſ. feud.par.2.q.10.Cannet.in cap.volentes fol.47.nu. 35.& Cumia in cap. ſi aliquem in prælud.Franciſ. Burſat.in conſ.1.num.37.conſ.3.num.26.conſ.30 num.45.conſ.31.num.13.conſ.49. num.49.& 50. conſ.89.num.34.& 38.qui meminit de Frecc.eúq; ſequitur Camerar.in cap.1.poſt num.95. verſ. aut loquimur in feudo hæreditario an agnat. fol.436. & num.84.fol.430.& Michael.Craſſ.in tract.de ſucceſſ.q.12.fol.24.poſt Pinell.in l.1.par.3. nu.93. C.de bon.matern.vbi nu.95.fol.560. tenet contrarium; ſecus ſi eſſet hæres feudi ex pacto,& prouidentia,vt per Alex.Frec.Petr. de Greg. & aliquos ex ſupra citatis,& vide Camerar.in d.c.1.in 8.q.& vide diſtinctionem quam fecit Vrſill.ad Afflict.in d.dec.112.in 1.concl. verùm de feudo hæreditario, nullibi mentio fit de vſibus feudorum,ſed tantum de antiquo,& paterno,ſecundum Frecc.de ſubfeu. lib.1.fol.9.nu.88. & ideo honor eſt cum hærede mori,argu.§.1.inſtit.ex quib.cauſ. manum. non licet,cum omnia feuda in Regno ſunt hæreditaria,& ſic præſumuntur,D.Vinc.de Franch. in deciſ.6.nu.3.& 9.D.Georg.in alleg.19.in fi.Capriol. in tract.de ſucceſſ.fol.27.nu.6.D.de Pont.de feud. in 20.lect.num.19.& ſi nu.20.& 21.fol.172.teneat contrarium;prout etiam facit Camerar. in d.cap. an agnat.num.146.quem allegat Capriol. vbi ſupra, communis enim forma inueſtiturarum feudi hæreditarij eſt in Regno, quando conceſſum eſt Titio,& hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, vt in cap.Regni conſiderantes 188. vbi Campan.num.21.& ante ipſum Afflict.in Conſt, conſtitutionem diuæ memoriæ nu.67.& 68. Frec. in d.lib.3.fol.452.verſ.29.fuſius Capyc.in d.inueſtitu.in verb.feudorum genera verſ.hæreditarium fol.234.& ſeq. Vrſill.in deciſ.Afflict.140.in princ. Iacob.de Franch.in prælud.feudor.num.56.&108 Minado.in conſ.1.num.53.Capriol. vbi ſupra fol. 26.&27. poſt Cumiam in d.cap.ſi aliquem in prælud.à num.269.cum infinitis ſeqq.Viui.in opi.307 par.1.num.8.D.Rouit. ſiue alius in pragm.4. nu. 124.de feud.D.Tap.in l.fi.fol.140. num.25.& 26. ff.de conſtit.Princip.D.Georg.de feud.cap.6. & ſi Cannet.in d.cap.volentes fol.49. aliter teneat, ſed communem formam inueſtiturarum ſequitur nouiſſimè D.Conſil.de Georg.in alleg.19. 1.2.colu. qui num.8.refert deciſ.Sacri Conſil.& latè Viui.in dec.528.& in pulchro caſu in dec.441.num.1.vbi num.11.dicit illud venire in reſtitutione fideicõmiſſi,ſed in hoc vide Rola in conſ.79.ſupra citato vol.2.& Camerar.vbi ſupra num.90. & dixi in præcedenti concluſ.& vide D.Georg.in alleg.21. num.61.& 62.qui loquitur de feudo conceſſo pro ſe,& hæredibus,& in feudo pro hæredibus ex corpore; feudum verò ex pacto, & prouidentia dicitur quando eſt conceſſum Titio, & filiis, ſeu liberis ſuis,ſecundum Capyc. in d.verb. feudorum genera verſ.ex pacto,& prouidentia fol.237.Iaco. de Franch.vbi ſupra num.111.& ſeq. Clar.in d.§. feudum q.9.Rol.à Vall.conſ.28.vol.3. Capriol.in d.tract.de ſucceſſ.fol.29.Petr.de Greg.de conceſſ. feud.par.2.q.8.Cumia in prælud.d.cap.ſi aliquem nu.246.& ſeq. Idem ſi in conceſſione dicatur pro filijs maſculis aſcendentibus, & deſcendentibus, ſecundum Clar.hic allegatum,& Alexan.Trentacinq. in d.conſ.1.num.49. vol.2. & quid ſi dictum eſt ſine hærede maſculo ex corpore deſcendente ibi num.42.poſt Pinell.in l.1.par. 3. num.88. de bon.matern.& multa cumulat Cannet.in d.cap. volentes à fol.49.cum ſeq.vide D.de Pont.de poteſt. Proreg.fol.430.& ſeq.differentias q; inter feudum hæreditarium, & feudum ex pacto, & prouidentia,reaſſumunt Frecc.in d.lib.3.à fo.438.cum ſeq. vſque ad fol.459.& Petr.de Greg.in d.tract.par.2. q.10. licet feudum eſſe, vel hæreditarium, aut ex pacto de iure non probatur, ſed authoritate DD. ſecundum D.Georg.in d.alleg.19.nu.24.& feudũ hæreditarium dicitur etiam ex pacto, & prouidentia,ſecundum Iſern.vt refert D. de Pont. de feud. lect.13.num.9.& 10.& Capyc.refert in deciſ.199 quod feudum terræ Padulę,& Boni habitaculi huius prouinciæ Principatus Citra, fuit conceſſum ex pacto,& prouidentia,& vide Afflict. in conſtit. conſtitutionem n.69.qui ad pulcram quęſt.infert: Hinc feudum conceſſum tibi,& liberis,cum clauſula in fine priuilegij appoſita (mandantes, quod reſpondeant tibi liberis, & hæredibus) dicitur ex pacto,& prouidentia,non autem hæreditarium,& ita iunctis duabus Aulis refert deciſum in Sacro Conſilio inſignis D.Vinc.de Franch.in dec.6.vbi iuribus, & Doctorum authoritatibus opinionem iſtam comprobat; Infertur ex ſupra adductis, q̃d feudum hæreditarium venit non ſolum in reſtitutione fideicommiſſi,vt ſupra,ſed etiam in petitione hæreditatis,D.de Pont.de feud.lect.19.num.15. & in lect.20.col.fi.& de pot.pror.fol.229.cum declarationibus,vt ibi,& Camerar.in c.1.nu.84.85. & 91.an agnat.D.Roui.in d.prag.4.nu.tot.&104

& D.

& D.de Geor.de feud,c.47.nu.9.& ſeq. & idem in d.alleg.19.num.28.declara,vt per prædictos,& Camerar.in d.c.1.nu.84.& 85. & D.de Pont.de poteſt.Proreg.fol.279.nu.9. quia natura ipſius eſt, vt ſuccedens in eo dicatur hæres feudi, & tãquam hæres inſtitutus à principio generationis ipſius, vt ibi nu.14.fol.280. & Camerar.qui ſupra nu.91. licet non ita clarè loquitur,& ſucceſſor debet habere qualitatem hæredis, & ſanguinis, idem D. de Pont.vbi ſupra num.17.quod intellige vt ibi,& eſt legitima filij primogeniti, vt dixi in præcedenti concluſione: & in legitimam imputari debet pro concurrenti valore ipſius feudi,ſecũdum D.Vinc. de Franch.in dec.368.vbi doctiſſimè more ſuo firmauit opinionem iſtam; & pro ea refert iunctis duabus Aulis deciſum in S.C.vbi addo alios:& feudatarius,ac poſſeſſor huiuſmodi feudi tenetur ad ſolutionem faciendam creditoribus hæreditarijs, & legatarijs,& alia onera vſq; ad concurrentem quantitatem valoris feudi,D.Vinc.de Franch.in dec.1.D.Georg in alleg.20.n.33. ſecundum D.de Pont.vbi ſupra nu.18.& 19.fol.281. nec non ad illud vendendũ,vt nouiſſimè in eodem S.C.fuit deciſum,vt teſtatur idem in ſignis,& memoriæ recolendæ D.Vinc.in dec.704.de quo memini ſupra in concluſ.Exequutio: Hinc infertur etiam,quod poſſidens feudum hoc hæreditarium, producens teſtamentum non abolitum,nec cancellatum,debet mitti in poſſeſſionem illius,ex remedio l.fi.C. de edi.diu.Adria.toll quod in feudis locum habet, ſecundum DD.ibi,Afl.in conſtit.,Regni hac edictali nu.8.& in dec.119.vbi Vrſill.Capy.in inueſt. in verb.feuda bonorum verſ.ex dicto fo.92.& clarius in cap.Imperialem fol.10. in 3. limit. & ſatis pulchrè Frec.in d.3.lib.fol.449.verſ.17.Cacheran. in dec.26.num. . . Rol.à Vall. in conſ.2. nu.30. vol.3.D.de Pont.in conſ.20.nu.5.in conſ.45.col.1. & conſ.62 num.18,19.& 20.& de feud. in 11.lect. nu.23.27.D.Georg.de feud.c.48.nu.12.& ſeq. & Thor.in compen.deciſ.fol. . . verſ.diſpoſitio l.fi. Franc.Burſat.in conſ.89.num.30. & ſeq. latiſſimè Viui.in dec.409.num.2.& ſeq.D.Maſtrill.ad Petr. de Greg.de conceſſ.feud.par.4.q.10.fol.155.& omnino D.Georg.alleg.12.à num. . . cum ſeq. Secus in feudo ex pacto, & prouidentia, quia prouiſio d.l.fi.ceſſat, ſecundum Frecc. in loco ſupra allegato in fi. hinc feudi hæreditarij ſucceſſor poſtquam ſucceſſorio titulo debetur, D. Georg. in d. alleg.19.nu.15. atq. vigore contractus,non iure hæreditario,Viui.in opin.310.ſub nu.4.par.1.quia inueſtitura, vel ſucceſſione acquiritur, D.Georg. vbi ſupra nu.10.debet eſſe hæres vltimi morientis, vt poſt Iſern. in multis locis, & alios quos allegat concludit Frec.in d.lib.3.fol.443.verſ.10.ſequitur Burſat.in conſ.2.nu.41.conſ.3.nu.1.& ſeq.& conſ. 49.nu.59.licet paulò ante refert Doctores contrarium tenentes,& idem tenet in cóſ.76.nu.j.& ſeq. & in conſ.89.nu.33.Rol.in conſ.28.num.12.vol.3. videatur vterq; Ann.in ſing.422.& ſucceſſor dicti feudi hæreditarij tenetur in debitis,& oneribus hæreditarijs pro rata.ſecundum D.Vinc.in dec.1.vbi addo, & in deciſ.704.& D. Georg. in allegat.20. nu 33.

Feudum antiquum, ſeu paternum, ſi in eo de nouo additur noua qualitas, dicitur nouum in illa qualitate addita, in alijs remanet antiquum, ita tenet Afflict.in conſtit. cùm circa iuſtitiæ nu. 12. & 14. vbi refert ſic deciſum in S.C. quem refert, & ſequitur D.Vinc.de Franch.in dec.7.nu.4. qui alios citat,& refert ita in eodem Sac.Conſ.deciſum, ſequitur Vrſill.ad Afflict.in dec.112.nu.7.Cumia in cap.ſi aliquem in verb.antiquis num.214. in fi. Ann.in ſing.193.Surd.in tract.de alime.tit.1.q.55. nu.27.& tit.9.q.21.nu.7.& D.Conſiliar.de Georg. in alleg.8.nu.12.videantur Rota Luc. in deciſ.47. colum.fin.in nouis,& D.Maſtrill.in deciſ.56. poſt Cumiam in d.verb.antiquis nu.37. Hinc feudum nouum ex pacto habet vim feudi hæreditarij, ſecundum D. de Pont. de feud. in 20.lect. num. 15. & iterum in lect. 22. num. 13. feudumq; conceſſum videtur eo modo quo conſueuit concedi, vt poſt Bero.ſcribit Surd.in d.tract.tit.4.q.19.num.6. Inferri etiam poteſt, an feudum præſumatur antiquum, vel nouum, vltra Ann.in ſing.663. cum Add.videantur Viui.in opin.281.par.1. Maſcard. de probat.concluſ.771.vol.2. Iacobut. de Franch. in prælu.feud.num.98.D.Georg.in alleg.4.nu.19. & omnino Iacob.Menoch.de præſump.lib.3.cap. 93.qui latiſſimè explicant, & Cumia vbi ſupra nu.95. & ſeq. & ſi feudum nouum à patre ſit emptum, & per eum filio primogenito datur, tenetur alijs fratribus dare partem pretij, inſpiciendo valorem eius, quod impenſum eſt, ſiue pluris, vel minoris, quod feudum valeat tempore mortis, & ita ſæpè iudicatum fuit contra communem, refert Minado.in conſtit.in aliquibus in princ.ſub nu.32. fol.8.quem refert,& ſequitur Ann.Sen. in ſingul. 200.& D.Fab.filius in conſ.26.num.6. & 7. & D. Rouit.in pragm.24.num.51.de feud.verùm eſt in electione ſecundogeniti, ſi vult partem pretij ſemel conſequi,& non vitam militiam, & è contra, ſecundum Frec.de ſubfeu.lib.3.in 33.differ. nu.4. & Minado.vbi ſupra nu.30. & Rouit. loco citato colu. 1. & ſucceſſio in feudis nouis extenditur ad fratres, & ſorores vtriuſque ſexus, vt in dicta pragmat. & quid in feudo quaternato, vide Paul. Fuſc.in ſingul.47.lit.F. Quid autem ſi feudum nouum conceditur iure antiqui feudi, an aſſumat naturam, & qualitatem ipſius feudi antiqui, Iul. Clar.in §.feudum q.8.verſ.ſed hic occurrit, tenet quod ſic, poſt infinitos quos allegat, & de communi teſtatur latè Viuius, qui etiam de Claro meminit in opin.282.par.1. in nouiſſima impreſſione, ſequitur Iacob.de Franch. in loc.cit. nu.96. qui rationes refert, & inter alias quod poteſt alienari in proximiorem abſque conſenſu domini; limita tamen quando cõceſſio eſſet facta ab aliqua perſona,quæ infeudare non poteſt, vt ibi num.97. quando autem feudum dicatur antiquum, vel nouum,aut paternum, vide Afl.poſt gloſ.in conſtit. conſtitu.diu.mem nu.59 in fi.latè Capy.in inueſt. feud.in verb.feudorum genera verſ.paternum,antiquum,nouum fol.210.& 211. qui plures reaſſumit concluſiones,Iacobut. qui ſupra, in §.diuiſ.à num.78.cum ſeq.& 92.Clar.in d.q.8.Cumia in d. verb.antiquis,& omnino Ceph.in conſ.173.& ſcribit Frec.de ſubfeu.lib.3.fo.397.nu.7.& f.409.n.14. quod feudum poteſt eſſe antiquum, & nouum reſpectu diuerſarum linearum,& ideo quãdo permutatur feudum antiquum cum nouo mediante aſſenſu Regis, hoc feudum nouum habebit naturam feudi antiqui,ſecundum D.de Pon.de poteſt.

proreg. fol.12.nu.10.qui infinitos allegat; An in feudo nouo pater poteſt filijs præiudicare, vide omnino Affl.in dec.112.nu.5.vbi Vrſill. eodem num. Rot.Luc.in dec.117.in nouis,& multa apud D.de Pont.de poteſt.proreg.fol.432.nu.11.& ſeq. & quid ſi feudum eſt antiquum, vide Afflict. qui ſupra,& Frecc.de ſubſeud.lib.2.fol.171.nu.3.& in quæſtione quæ incip. ſupereſt, & infra in concluſ. Pater ſtipulans.

Feudum quod à Rege tenetur,ſiue ſit caſtrum,ſiue non, poſſeſſorem nobilitat propter homines vaſallos,Ann.Sen.in conſtit. terminum vitæ num.2. qui allegat Iſern.in c.1.§.cæteri, qui dicatur Dux, vel Marchio,Frecc.de ſubſeud.lib.2.in §.authorit. nu.7.Capyc.in inueſt.feud.in ver.feudorum genera fol.207.Camill.Saler.in Addit.ad Napoda. in prohęm.conſuetud.fol.35.in nouis,Petr.de Greg. de conceſſ.feud.par.5.q.7.nu.8.& ſeq. Cumia in cap.ſi aliquem in verb.in capita,latè D.de Curte de feud.fol.1.á ter.ſub nu.3.& D.de Pont.de feud. fol.1.à terg.ſub num.3.& D.de Pont.de feud.in 7. lection.quibus aſſentiunt Maxill. in conſuet. Bari fo.49.num.31.ſecundum nouiſſimam impreſſionem Venetam,Viui.aut alius in dec.225.col.3. D. Rouit.in pragm.1.nu 8.de mercatu.offic. prohib. Iacob.de Franch.in prælud.feud.in 2.diuiſ. Secus ſi ab alijs, & non à Rege feudum conceſſum eſt, quia non nobilitat,ſecundum eundem D.de Curte in loco allegato num.4. vbi ita iudicatum refert per R.C.S. & Thor. in compend.deciſ.fol.359. & an ex conceſſione ſubfeudi nobilitas acquiratur, vide Cumia in d.cap in ver.ſubfeudararium nu.5. & ſi feudum ad Regem deuoluitur, nō poteſt dici amplius feudum,quia eſt quædam ſeruitus, & ipſi tāquam domino non debetur ſeruitus,vt per Affl. in prælud. feud.q.25,nu 6.& D.Georg. in alleg.5. nu.9.vide ſi conferūt ſcripta per D.de Pon,de feud, in 21.lect.à nu.6.cum ſeq. Niſi alteri per Regem concedatur,vt ibi per Affl.in d.nu.6. & cuius erint fructus dicti fendi deuoluti, vel hæredum vaſalli, aut domini, iuxta diſpoſitionem §. his conſequenter,vltra D.Vinc.in dec.19.& additos per me,vide D.de Pont.de feud.in 14,lect. à num.39. cum ſeq. fol. 134.

Feudum planum,& de tabula,dicitur quādo conceſſum eſt à Barone, tenendum immediatè, & in capite à Baronali Curia,& quod ſeruitium ipſi Baronali Curiæ præſtetur,nec in quinternionibus Regiæ Curiæ deſcriptum, ad differētiam caſtrorum, ſeu feudorum quaternatorum,quæ deſcripta ſunt in quinternionibus Regis,& ipſius Reg.Cur & ad collationem ipſius ſpectant,vt colligitur ex Iſer.in c.1.nu.10 de controu.feu. in ver.feudorum genera verſ.planum fo.239. Cumia in cap.ſi aliquem in ver.in capite,Capriol.in tract.de ſucceſſ.fol.225 nu.13.Iac.de Franch.in prælud.feud.nu.178. Marant.in ſuis ſing.in verb feudum fol.36.& ſatis pulchrè Viui.aut alius in dec.225.nu.13.& ſeq. aliqua per Frec.de ſubſeud.in 5.author.col.1.D.de Pont. de poteſt.proreg.fol.299.à num.1.cum ſeq.& de feud.in 1.lect.à nu.58.cum ſeqq. & Campan. in cap.conſiderantes ſub num.14. vbi etiam ſcribit, quod ſucceſſio in iſtis feudis planis, & ruſticis, eſt ſecundum ius commune feudorum, quia nōn eſt arctata ſucceſſio in linea collaterali, ſicut arctata eſt ſucceſſio in linea collaterali in feudis quaternatis vſque ad tertium gradum incluſiuè, poſt Iſern. & Affl.quos allegat, ſequitur Capriol.vbi ſupra nu.15. & quid ſi in conceſſione huius feudi interuenit Reg.aſſenſus,quis quaternabit,iuxta doctrinam Iſern.in conſtit ſi aliquis Baro,vide Affl in d. c.1.num.52.& 53.omnino D.de Pont.in d.1.lect. nu 66.& ſeqq.fol.13.& 14.& in d.tract.fol.299.& ſeqq.poſt Affl.quē allegat in dec.282.nu. . . reprobato Camerario,vnde fiſcales inuenerunt cautelam,dum Barones volunt ſubinfeudare aliquid de eorum baronijs,& Reg.aſſenſus impetratur,ponunt clauſulam, dum tamen in capite, & immediate à Reg.Curia teneat, ſecundum Camerar.in cap.Imperialem fol.69.col.3.in magnis, vbi aliqua de hac clauſula ſcribit,& Frec.in d.tract.q.34. fol. 223. in nouis, & latè Cumia in d. verb. in capita, ſcribit tamen D.de Pont in d.1.lect.num.68.quod hæc feuda plana, etiam ſi non exprimantur, tranſeunt cum vniuerſitate in conceſſione, & poſſunt à Barone abſq; alio aſſenſu alienari,locari, & vēdi cum præſtatione antiqui ſeruitij, & ſi à poſſeſſoribus alienantur, ſufficit ſolus aſſenſus Baronis, Afflict.in dec.243.& D.de Pont.vbi ſupra nu.94.& ibi multa,& vide latè per D.Roui.in rub.de feud. ſuper pragm.à num.49.cum ſeqq.

Feudum nō venit in generali obligatione bonorum per vaſallum facta ſine conſenſu domini, ita Alex. qui concor.allegat in conſ.2.nu.1.vol.4.in conſ.41 vol.6. Neguſ.in tract.de pignor.2.mēb.2.par.n.43 Affl.ſatis pulchrè in conſtit.conſt.diu.mem.nu.18 in conſt.fratribus nu.22.& in conſtitut.hac edictali nu.9.Rip.in l.obligatione generali num.35.ff.de pignor.Tiraq.in tract.conſang.§.1.gloſ.3.num.5. Aym.Crau.in conſ.256.nu.6.Gram.in deciſ.103. nu.110.Foller.in prax.cenſual.fol.194 nu.12. Capyc.in ſua inueſt.fol.90.& ſeq.Rol.in conſ.64.n.5. vol.2.Clar.in §.feudum q.35.Cannet.in cap.volentes fol.20. & ſeq. Cumi in cap. ſi aliquem in verb. maritata nu.395.Duen.in reg.317.Vrſil.ad Affl.in dec.26.ad fi. Ant.Gabr.in tit.de reg.iur. concl.12. Suar.in ſuis opin.lit.F.nu.93.Franc.Burſa.in conſ. 31.nu.13.& conſ.44.nu.1.& ſeq.Maſtril.in dec.86. nu.1.& Molf.in conſ.3.n.9.& ſeq.& quid ſi in obligatione interuenit Reg.aſſenſus,vide ibi poſt D.de Pont.quem allegat,hinc ſcribit Affl.in cap.Imperialem nu.78.prout ipſum refert,& ſequitur Surd. in conſ.30.nu.12. ꝙ ſi aſſenſus Reg. interuenit in obligatione feudi, pōt de iure ſuper feudo prædicto executio fieri ſine alio nouo aſſenſu: Cōcluſio noſtra principalis habet etiam locū,& procedit in feudo titulato cum aſſenſu,niſi expreſse in obligatione prædicta ſit dictum, ꝙ per debitorem obligetur talis Ciuitas, ſeu Terra titulo decorata, ſm̄ Affl.in dec.265.n.15.de quo memini,& ſequitur Minad.in conſt.in aliquibus ver.Comitum nu.35. vbi n.42.43.refert pulcram limitationem,ſecundū quam iudicatū teſtatur in S.C.& R.C.S.& omnino D,de Pont.in tract.de pot.pror.fo.251.n.37.38 Thor.in comp.deciſ.fo.207.col.j.vide in Loffre.in c.1.in princ.in tit.Epiſc.vel Abba.& Vrſil.ad Affl. vbi ſupra nu.22. Hinc in generali venditione non veniunt feudalia,ſm̄ Iſer.in cap.in generali nu.2.ſi de feud.defunct.militis, nec in generali permutatione, Alexan.in conſ.16. num.4. qui pulchrè loquitur volum. 2. An in generali conceſſione veniant regalia, vide Dec.in conſ.197.& Loffred.in

cap.I.

cap. 1. §. filij eod. tit. nec in infeudatum tranſeunt, niſi exprimantur, Minado qui concord. citat in loco ſupra allegato fol. 27. nu 7. nec in generali donatione, Affl. & Vrſill. in dec. 14. n. 17. Item nec in generali renunciatione feudalia veniunt, etiam ſi renunciatio ſit iurata. vt Rola. conſuluit in d. conſ. 64. & Capyc. vbi ſupra: Item feudum non venit in generali diſpoſitione, Mart. in vo. 193. in fi. Ad principalem concluſionem, & in materia, vide Paulum Fuſc. Epiſcopum Rauell. & poſtea Sarnen. in ſing. 45. lit. F.

Feudum in Regno an præſcribatur ſpacio 30. annorum, ſine præſentia Regis, & licet Iac. Menoch. in conſ. 2 nu. 312. & ſeq ex communi, & recepta ſententia affirmet ſpacio præ ſcripto 30. vel 40. annorum præſcribi, loquẽdo in terminis iuris communis, & ſi alij dicant requiri ſpacio centum ann. quos refert Ann. Sen. in conſtitut. conſt. diu. mem. nu. 187. qui videtur opiniones concordare, Clar. in §. feudũ q. 45. ſe inuoluendo diſtinguit, & M. A. Peregr. de fideic ar. 41. nu. 13. 17. & aliter Fab. Ann diſtinguit in conſ 129 n. 31. & ſeq. dicens, ꝙ in Regno poteſt feudum præſcribi inter priuatos, vel quota ipſius contra aduerſarium præſentem præſtando ſeruitium Curiæ ſpacio 30. ann. vide D. de Pon. de feu. in 3. lect. nu. 48. & ſeq. quando autem tractatur de præſcribendo contra fiſcum, requiritur cẽtenaria, ſiue bona ſint feudalia, ſiue burgẽſatica, per conſt. Regni: quadragenalem, quæ nõ requirit præſentiá, prout requirit cõſtitutio, quæ incip. conſuetudinẽ, vt ibi per D. Fab. & per eũdem in conſ. 127. nu. 10. quia feuda ſunt præſcriptibilia, & poſſedibilia per inueſtituras veras, vel præſumptas, D. de Pont. de pot. pror. fo. 205. n. 36. videatur D. Conſ. de Georg. in alleg. 3. á nu. 13. cum ſeqq. An in Regno procedat inueſtitura præſumpta, omnino D. Fab. in d. conſil. nu. 26. cum ſeqq. D. de Pon. in d. lect. 3. n. 49. & in 5. lect. nu. 49. poſt Affl. in dec. 324. in 1. dub. & D. Georg. de feud. c. 24. 26. 28. & c. 25. verũ Anna Sen. optimus cauſarum patronus in ſing. 194. dicit difficile eſſe in hoc Regno feudum præſcribi, & de anno 1576. deciſum refert, ꝙ non obſtante præſcriptione, & ſolutione adhoc per 30. annos poſſeſſor feudi illud reſtituat; An præſcriptio feudi hæreditarij facta contra patrem noceat filio in eo, & quid in feudo ex pacto, & prouidentia, vide Frecc. de ſubfeu. lib. 3. fol. 440. verſ. 4. An regalia, & quæ Principi reſeruata ſunt, poſſunt præſcribi, & quæ præſcriptio requiratur, & ſi Principis ſcientia requiritur, vide Aym. Crauet. de antiq. temp. pa. 4. in §. abſolutis differentijs num. 13. & ſeqq. fo. 243. vbi omninò, & D. de Pon. de feu. 5. lect. n. 45. & ſeq. f. 49 & ad principalem concluſionem D. Reg. de Curte fo. 74. in diuerſ. feud. nu. 109. & Mart. poſt abſolutam concluſionem habitum, & viſum in vot. 31. nu. 13 & D. Georg. loc. cit.

Feudum ꝙ apud eccleſiam reperitur, dicitur ad manus mortuas, ſeu perpetuas eſſe, Iſer. in c. 1. n. 3. de alien feud. Boer. poſt Luc. de Pen. in dec. 263. n. 10. & Ann. in conſtit. conſt. diu. mem. n 32. vbi reddit rationem, poſt Luc. de B. luſ. quia in feudalibus eccleſia non eſt facilis ad conueniendum, licet nu 33. & ſeq. impugnat rationem iſtam, dicens: eccleſiam poſſe conueniri coram domino feudi, & non põt dici potentior, & idem ſcribit in c. 1. nu. 52. & 53. de vaſall. decrep. æta. & quod eccleſia dicatur manus mortua, vltra ſupra citatos DD. Affl. deciſ. 101. & 324. tenet Camil. Borrel. ad Bellug. in Spec. Princ. rub. 14. § veniamus lit. A. C. N. fo. 95. 96. vbi multis alijs modis manus mortua dicitur. poſt Boer. in d. deciſ. nu. 10. 11. Amed. de Pon in tract. de laudem. q. 13. nu 19. & in pulcro caſu D. Vinc. in dec. 659. Raudenſ. de analog. c. 34. nu. 312 hinc inferri poſſet, ſi feudum poſſit teneri per Milites Hieroſolymitanos, vulgò dicti *Caualieri di Malta*, & ſi ſunt capaces ipſius, vterq; Ann. pater, & filius referunt DD. pro vtraq; opinione in ſing. 107. & inclinare videntur in negatiuã, quos ſequi videtur Capriol. in tract de ſucceſſ fo. 145. nu. 314. & D de Curt. in diuerſ. feud. fo. 183. ter. nu. 12. quibus aſſentit Menoch. in tract. de arbit. ud in addit. ad caſ. 231. n. 28. 29 quia ſunt Religioſi, niſi ſiñ eum dominus feudi concederet ipſi Militi ſcienter feudum, cum facultate ſeruiendi per ſubſtitutum, vt ibi nu. 30. poſt Crauet. quem allegat, & ſiñ iſtam opinionem negatiuam, audiui annis præteritis iudicatum per R. C. S. referente D. Tiberio Coppula, tunc Præſidente doctiſſimo eandem opinionem ſequitur D. de Pont. tàm de feud. fol. 93. quàm in tract. de pot. proreg. fo. 319. nu 9. & D. Theſſ lun. in quæſt. forenſi 18. par. 1. & Cannet. in cap. ſi aliquem fol. . . & ſi opinionem affirmatiuam amplectitur ex nouioribus Petr. Caleſat. vt refert D. Fab. in d. addi. in fin. D. Carol. Tap. in auth. ingreſſi fo. 487. n. 19. 20. & nouiſſimè Franc. Viui. non leuis eruditionis in dec 446. Hinc etiam Monacus, ſiue Monaſterium non ſuccedit in feudo, quia eſt incapax illius, vt refert deciſum Capy. in inueſt. feud. in ver. feudatarij habiles verſ. clericus f. 233. vbi etiam enumerat alias perſonas feudi incapaces, & in dec. 10 31. & 32 Vrſil. poſt Affl. in dec. 320. Minad. in conſtit. in aliquibus in 3 not. f. 102. à nu. 56. vſq; ad 83. D. Tap. in loco ſup. cit. fo. 481. & ſeq. omnino Menoch. in d. addit. à nu. 30. vſq; ad fin. vbi recurrendum eſt, Cannet. in cap. volentes fo 42. 43. & iterum f. 184. à ter. & in cap. ſi aliquem f. 220. vide tamen Pet. de Greg. de conceſſ feud. p. 4. q. 7. nu. 10. 11. vbi num. ſeq. refert quid ſeruatur in illo Regno, & Cumi. in d. cap. ſi aliquem in ver. maſculus, & quid de muto, cęco, vel aliter imperfecto, vide Cannet. ibi fo. 221. & ſeq. vbi obiurgat M. A. Floccar. & quid ſi eccleſia ex conceſſione Regia teneat feudũ, & eius prælatus delinquat contra dominum, an noceat eccleſiæ, vide D. Roui. in pragm. de bonis prodit. nu. 78 & ꝙ feudum poſſit legari eccleſiæ vti manui mortuæ, ponit Iacobin. de feud. fo. 30. nu. 5. & ad principalem concluſionem, & in materia vide D. de Pont. in d. tract. fo. 347.

Feudum quaternatum dicitur omne caſtrum in Regno, cuius collatio ad D. Regem pertinet, & debet deſcribi in quinternionibus Regiæ Cameræ, vt ſatis pulchrè declarat Capyc. in ſua feud. inueſt. in ver. feudorum genera in verſ. quaternata fol. 230. vbi plus ſubdit, quod hæc feudi ſpecies eſt in Regno peculiaris, nec in iure feudorum de eo mennem vidit Afflict. in conſtit. poſt mortem num. . . & in conſtit. ſtatuimus vt magnę nu. 10. Frec. de ſubfeu in 29 author. nu. 3. f. 358. & fol. 419. num. 1. in nouis, Petr. de Gregor. in tract. de conceſſion. feud. par. 1. quæſt. 2. omnino Cumia in cap. ſi aliquem in verb. in capite fol. 76. Vrſill. in deciſ. Afflict. 282. num. 1. Iacobut. de Franch. in prælud.

H 2 feud.

feud.num.174.& ſeq.Paul.Fuſc.in ſingul.41.lit.F. & pulchrè Rober.Maran.in conſ.79.nu.1.& ſeq. Capriol.in tract.de ſucceſſ.lib.3.ſol.225.nu.11.& ſeq.D.de Georg.de feud.cap.7.,& vide Thor. in compend.deciſ.ſol.209.col.2.& D.de Pont.videndus de feud. in 7.lect. num.10. cum infinitis ſeqq. ſo.61.vbi num.12.declarat,quale ſit feudum quaternatum,& quando eſt feudum conceſſum à Rege,an dicatur quaternatum, vide D.de Pont. de poteſt.Proreg.ſo.299.nu.5.& 6.& an dicatur quaternatum, ſi in conceſſione dicatur tenendum in capite à Rege, deficiente clauſula(immediatè)vide ibi num.12.ſol.300.& quando dicatur feudum quaternatum, ſecundum quid.& mixtum, vide eundem D.de Pont.in d.tract.ſol.292.nu.8.& ſeq. & de feud.in 1.lect.num. . . & ſeq.& in dec.11. num.36.& ſeq.& ad quem ſpectat collatio huiuſmodi feudi mixti,vide D.de Pont.in d.tract.f.294. nu.14.& 15.& ſol.301.nu.18.& 19.Hinc infertur, quod ſucceſſio feudi quaternati in Regno eſt in infinitum circa deſcendentes, per Conſtitut.Regni quæ incip.vt de ſucceſſionibus,vbi Affflic.in 3.notab.nu.4.& ſeq.& hoc etiam eſt de iure communi feudorum,vt notatur in cap.1.§.hoc quoq; qui feudum dare poſſ.ſecundum Afflict.in d.nu.4 & Iacobi.in ſua inueſt.in verb.parentes nu.5.f.18. à ter.& D.de Pont.de feud.in 12.lect.nu.17.f.109. In linea vero tranſuerſali vſque ad tertium gradũ notat gloſ.in d.conſtit.vt de ſucceſſionib. vt Frec. refert de ſubfeu.fol.419.num.4.in quæſt.quæ incip. inter quaternata feuda,& iterũ ſol.433.poſt Iſern. & Afflict. quos allegat in d.conſtit. 1.notab. refert ſequitur Capriol.in d.tract.fol.251. num.139. D.de Pont.de poteſt.proreg.in 9.lect.num.62. fol.85.licet de iure communi feudorum tranſuerſales, ſeu collaterales ſuccedunt in feudis,ſupple antiquis vſque ad ſeptimum gradum,D.de Pont. in d lect.12.nu.19.& DD. in d.§.hoc quoque, vbi Iacobut.de Franchis col.1.& Iacobi.in d.verb.parentes nu 6.Capriol.in loco alleg.nu.137.vbi alios allegat Cumia in cap.ſi quis aliquem in ver.tranſuerſales,& ſi de iure Romanorum vſque ad decimum gradum,D.de Pont.in dicto num.19.quando autem collaterales deſcendunt à primo acquirente, tunc in infinitum ſuccedunt, ſecundum Iacobi.in loco,& num.citato verſ.limitabitis,& de Franch.in d §.hoc quoq; nu.13.& vide D.de Pont.in d.9.lect.nu.60. In ſucceſſione autem Regni Ducatus,Marchionatus,ſeu Comitatus,collaterales admittuntur vltra centeſimum gradum, dummodo defuncti ſint,ſecundum Bal.in c.1.n.6. de feudo Marchiæ, Dec.in conſ.85.num.3.& in l.fi.num.9.C.vnde legitimi,Cumia vbi ſupra ver. antiquis,Molin.de primog.hiſpan.lib.1.c.3.nu.14 Frecc.in d.tract fol.433.in 10.differ.& Capriol.in loc.cit. An gradus debet computari ſecundum ius ciuile, vel canonicum, vide remiſſiuè D.de Pont. in d.lect 9.in fi & Cumia in d.cap.ſi quis aliquem in ver.vſque nu.13.An frater conſobrinus,ſiue patruelis, qui eſt in quarto gradu, ſuccedat in feudo quaternato fratri patrueli,& licet Conſtitu.prædicta,vt de ſucceſſionibus, includat tertium gradũ, excludendo quartum,& per interpetrationem receptam includit quartum,vt ibi per glo.in ver.debet etiam,D.Georg.in alleg.12.n.12.& colligitur ex DD.nẽpe Afſl.& Frec.ſupra alleg.quibus addo videndum Cumia in d.ver.vſque fol.94.& ſeq.tamen ex Cęſaris munificentia per cap.Neap.hodie ſuccedit,vt fatetur Frecc.in d.10.differ.ſequitur Vrſill.ad Afflict.in dec.293.vbi ſic deciſum refert Camp.in d.cap.conſiderantes n.34.omnino D.de Pont.in d.tract.fo.461.& ſeq.& d.cap.de quo Frec. mentionem facit eſt inſertum inter Reg.Prag.& eſt 4.in ordine Caraui.& 6.in ordine Rouit.in tit. de feud.& refert D.Georg.in loco,& num.ſupra citato, licet aliud ſit de iure communi feudorum, ſecundum Frec.in d.tract.lib.2.q.12.nu.8.& 20.& in q.14.& lib.3.f.442.An frater de iure communi feudorum,ſuccedat fratri in feudo nouo,quod nõ, ſecus de iure Regni, niſi in inueſtitura dicatur pro hæredibus ex corpore,vt poſt Affl.in d.deciſ.293 tenet D.de Pon.in d.12.lect.nu.22.& 26.fol.110. & an in feudo paterno frater vterinus ſuccedat,& quid è contra in materno frater conſanguineus, vide ibi per D.de Pont.nu.23.& ſeq.ad intellectũ d.conſtit.vt de ſucceſſionibus vide Loffr.in conſ. 38.num. . . & ſeq.Ann.Sen.in alleg.34.num.4. latiſſimè Cannet.in d.cap.ſi quis aliquem à fol. . . vbi Cumia,& Camerar.in quodam reſponſo poſt repet.d.cap.ſi aliquem per Cannet.fol.358.& ſeq. D.de Frãch.in dec.328.D.Lanar.cõſ.68.D.Ann. in conſ.113.num.18.& ſeq.& iterum in conſ.125. nu.5.cum infinitis ſeqq.& Campan.in d.cap.conſiderantes à n.8.vſq; ad 15.D.Georg.in d.alleg.12 alleg.11.nu.20.& alleg.17.nu.8.cum ſeqq. An conſtitut. prædicta habet locum in feudis planis,& de tabula,& in ruſticis,dic quod non, quia in illis eſt ſucceſſio ſecũdum ius commune,Frec.in loco ſupra alleg.fo.419.nu.4.Campan.vbi ſupra nu.14.& dixi ſupra in concluſ.Feudum planum; An parentes,ſiue aſcendentes ſuccedãt liberis in feudis,vide omnino Affl.in conſt.foriudicatorũ nu.2.& ſeq. & in conſtit.conſtitut.diu.mem.nu.66.& Cumia in d.cap.ſi aliquem ſuper rubr.á nu.39.cum ſeq. vſq; ad fin. Feudumq; quaternatum quod à Barone tenetur, non eſt verè feudum quaternatum,ideſt quo ad omnia,& quo ad oẽs effectus,ſed ſm quid. & quo ad quędam habetur regulariter vt feudum planũ,& de tabula,ex quo tenetur ſub Barone,& de eo ita iudicandum eſt circa alienationem,& collationem,vide Camer.in d.cap.Imper.ſo.69.lit.B. & Cumia in d.ver.in capite nu.9.& clarius n.10.& quę ſcripſi ſupra ex D.de Pon.in locis alleg.& circa ſucceſſionem,releuiũ,& certum ſeruitiũ,vide Frec.in d.lib.3.f.428.nu.14.in nouis,& in 28.auct. col.pen.in fi.& col.fi.in princ.& an ſufficiat aſſenſus Reg. in hoc feudo quaternato, ſm quid, circa eius alienationem,vide Ann.in alleg.45.nu.6.& 7. Amed.de Pont.in d.tract.de laudem.q.24.nu.67. & D.de Pont.tàm in d.tract.de poteſt.pror.f.291. & ſeq.quàm de feud.in d.lect.1.& ſcripſi ſupra. Hinc ſi hoc feudum quaternatũ conceditur ob ſeruitia præſtita,iudicatur,ac ſi eſſet emptũ,& ex tali cõceſſione,ſiue donatione euictio debetur,ſecũdũ Loffr.in cap.ſi Titius ſi de feu.defun.milit.de quo meminit Mãgr.ad Bar.in l.Aquilius ff.de don. vbi quid ſi euincitur ratione hipothecę.& dixi ſupra in concluſ.Euictio; verùm de hoc feudo conceſſo debet dominus à vaſallo ali, etiam ſi ob merita conceſſum eſt, quia per hoc non mutatur natura feudi, quo ad alimenta præſtanda, ſecundum Frecc.de ſubfeud.in 20.authorit.quem refert,&

ſequi-

Digitized by Google

ſequitur Surd.de aliment.tit.1.q.55.num.10. quia cùm feudum ſit beneficium, cap.1.§.fi.quib.mod. feud. amiſſ. vaſallus eſt obligatus ad antidora, vt per Surd. vbi ſupra num.54. An frater vtrinque coniunctus, in totum ſuccedat feudo, exclu- excluſo fratre ex vno latere tantum coniuncto, Vrſill.in deciſ. Afflict. 38. num.13. refert iudicatum quod ſic, ſequitur Cumia in dicto cap.ſi aliquem in verb. maior num. 13. & ſeq. fol. 217. & D. Fab. Anna in dicto conſ. 125. num.25. & ſeq. videantur in contrarium Milaneſ. in deciſ. 8. num.54. & ſeq. Molteſ. ad Napod. in 4.par. q.40. & D. Rouitus in pragm. 15. à num. 2. vſque ad 43.in titul.de feud.ſecundum nouiſſimam impreſſionem, in ſucceſſione autem feudi noui filij fratruum, & ſic nepotes non ſuccedunt.vt in dicta Conſtitut. vt de ſucceſſionibus verſ. filij autem fratruum, ſecus ſi eſſet feudum paternum, & antiquum,ita Campan.in prohęm.cap.Regni nu.28 & vide eundem in d. cap. conſiderantes in princ. omnino D.de Pont in d.tract.fol.252. à num.22.& ſeq. & quid in feudo refutato,vide ibi num.27. de feudo antiquo,& nouo, ſiue paterno ſcribit aliqua D.Vincen. de Franch.in dec.73.& 83. & latiſſimè Cumia in d. cap. ſi quis aliquem in verb.antiquis. Hinc in feudis sūt faciēdæ duę regulæ,quæ ſunt de natura feudorum,vna negatiua, ꝙ ſine aſſenſu nō ſunt alienabilia,quia intereſt reipublicæ, ne feuda alienentur ſine aſſenſu, ita D. de Ponte poſt DD. quos allegat in d.tract. num. 2. fol.240. & contractus feudalis eſt adeo nullus, ſi factus eſt ſine aſſenſu, iuxta Conſtitutionem Regni, vt nec ex eo confeſſio oriatur, idem D.de Pont.in tract. prædicto fol.254.num.31.& fol.431.nu.4. Altera regula eſt affirmatiua contraria,vt poſſint cum conſenſu domini alienari,ſecundum D.de Pont.in dicto tract.fol.433.num.14. vbi loquitur tàm de feudo hæreditario,quam antiquo,nouo,& etiam in feudo ex pacto nouo,vt ibi,& fol.440.nu.5. vbi nu.2. ſcribit, quod feudum cum poteſtate alienandi cōceſſum dicitur cōtra naturam ipſius feudi,verùm ſi feudum conceſſum eſt cum facultate alienandi, reſeruato domini aſſenſu, tenetur non ſolum dominus ad aſſentiendum, ſed habetur pro conſentiente, quando non habet iuſtam cauſam contradicendi,vt poſt Minad.& D. Lanar. tenet idem D.de Pont.in tract.ſępius citato nu.34. fol.305. & iterum fol.313. num.13. addo videndum eundem D.de Pont.in conſ.85. An feudum francum ita conceſſum poſſit alienari abſque domini aſſenſu, vide omnino D.de Ponte in dict.tract.fol.306. & ſeq.nu.37.vbi multa ſcribit poſt Camer. in d.cap. Imperialem.

Fidem bonam agnoſcere quilibet tenetur, l.quoties §.ſicuti ff.de adminiſtr.tutor. Tiraquell. in l.ſi vnquam in verb.donatione largitus num. 202. cum alijs allegatis per Surd.in tract.de aliment. titul.9. q.43.num.31. Hinc infertur, quod licet emptor cui mota eſt lis ſuper re per ipſum empta, teneatur illam venditori denunciare, ſecundum Dec. qui concordantes citat in conſ.74.quæ denunciatio debet eſſe ſolemnis cum libello, & copia citationis ex aduerſo, ſecundum Aret. in §. actionum autem num.18.verſ.quæro venditor inſtit. de act. Rip in l.quod te num.65.ff.ſi cert.pet.Cagnol.in l. venditor nu.4.ff.de iud. Villalob.in ſuis opin. fol 155.in paruis,deciſ.Auenion.tit.nu.7.Ant.Gama. in dec.79. Marcell. Calà in tract. de mod. articul. nu.615.& Ant.Theſſ.in dec.218.vbi Lector reperiet quid fuit iudicatum; tamen emptor poteſt bonam fidem, & veritatem agnoſcere, atque de euictione agere,etiam non facta denunciatione, ſi de iuſtitia euincentis conſtat, atque certum eſt venditori defenſionem non competere,vt ex communi teſtatur Franc.Burſat.in conſ.306.num.21.poſt Foller.ad Maran.in tract.Iudi.par.6.mēb.5.n.16. Surd.in d.q.42.nu.28. quia nemo tenetur temerè litigare,& malam cauſam defendere, vt per Bart. & Bal.in l.herennius §.j.ff.de euict.& Surd.vbi ſupra nu.30.& ita in terminis tenent Vrſill.poſt Afflict.in dec.49.num.2. & deciſ. Auenio.vbi ſupra, vide tamen deciſ.Luc.2.in nouis, verùm emptore victo, & non appellante á ſententia contra ipſum lata.poteſt venditor appellare, & pro ſuo intereſſe appellationem proſequi,l.ab exequutore §.1. ff.de appell. vide infra in concluſ.Venditor.

Fideicommiſſum an ſit quid fauorabile,vel odioſum, vltra Ann.in ſing 628.vbi plena addit.& Pau.Fuſ. in ſing.74 lit.F.vide Maſcard. in tract. de probat. concl.774.num.18.& ſeq.vol.2.Michael.Craſſ.in §.fideicommiſſum q.2.omnino Iacob.Menoch. in conſ.232.col.1.vbi à num.52.cum ſeq.refert coniecturas;& iterum in tract.de pręſump.lib.4.c.67 qui à num. 20. vſque ad finem optime diſtinguit, latè Card.Mant.in tract. de coniect.vltim.volunt. lib.7.tit. r.à fol.160.& nouiſſimè M.Anto.Peregr. in tract.de fideicom.art.1. num.23.cum ſeqq. & quando fideicommiſſi onus præſumatur repetitum, & continuatum à ſubſtitutis, vide eundem Iaco.Menoc.in d.tract.& lib.cap.69. & ex quibus coniecturis inductum à teſtatore cenſetur, vide Craſſ.in d.§.fideicommiſſum q.4.& 5.Iacob.Menoch.in d.tract.& lib.c.68. & Mantic. in d.tract. lib.6.tit. 12.nu.8.tit.14.nu.25.& 27.lib.7.tit.5. nu. 45.& alibi ſæpè,& Peregr.in d.tract.ar.5.& art.43 nu.2.& ſeq Surd.in dec.232.nu.6.& fideicommiſſum relictum familiæ vſque ad quem gradum extendi,& porrigi debeat, vide Mantic.in d.tract. lib.8.tit.12. num.37. & ibi de materia, & omnino Peregr.in d.tract.de fideicomm.art.30.vbi plures caſus diſtinguit,& conſiderat, & quos hoc nomen contineat,ibi num.15.& in art.22,nu.26. & vide Dec.in conſ.88.in fi.Rip.in d.§.diui n.66.& Franc. Becc. in conſ.24.num.24.& vbi in teſtamento per teſtatorem fit mentio agnatorum, intelligitur de familia ſua, idem Peregrin. in dicto artic. 22. nu. 20. & in fideicommiſſis quomodo ſucceditur in capita, vel in ſtirpes, vide Peregrin. in artic. 30. num. 20. 22. & ſeq. & Mantica in dicto titul. 12. num.32. & ſeq. dictio (ſemper) quid operetur in fidecommiſſis, vide Dec.in conſ.38. num. 2. verſ. & quod dicitur, Pariſ.in conſ.90.num.28.volu.2. Bocr.in dec.556.num. . . Menoch.in conſ.475. vbi etiam quando ex coniecturis inducatur, vel non.& fideicommiſſarius agens ad fideicommiſſum quid probare debet,vide Aym.Crau. in conſ. 61.nu.6. M.A.Nat.in conſ.400.Maſcar.in d.tract. concluſ.777.& ſeq.vol.2. Peregr. in ſępius allegato tract.art.44.& in deciſ.2. in 1.dub. & Menoch. in conſ. 207.num.31. 32. & ſeq. Gratian.lib.2.diſceptat. forenſ. cap.285. ſed quid per hæredem debet ante omnia deduci à fideicommiſſo, vide

Guid.Pap. in dec.296. M. Anton.in conſ.255. poſt Rom.in conſ. 276. num. 6. latiſſimè Menoch.in conſ.681.in 2.dub.poſt eundem Guid. Pap. in dec. 496. & ex quibus coniecturis fideicommiſſum transmictitur, vltra Doct. additos per me ad D. Vinc.de Franch.in deciſ.525.legatur quæſo Iacob. Menoch.in d. tract.de præſump.lib.4.c.201.à nu. 81.vſque ad fin.ſecundum nouiſſimam editionem qui ſatis doctè explicat, & vide multa in materia præſentis concluſionis apud Mart. in vot.3.

Fideiubere pro alio eſt ſpecies dilapidationis, & cauſat maximum periculum,& incómodum, vt poſt Did.Couar.affirmat Magon.in deciſ. Florent. 57. num.57.& in deciſ.Luc.9. num.12, & in deciſ.25. num.48.& fideiubendi neceſſitas eſt graue onus, Surd.in tract.de alimen.tit.3.q.3.nu.30. Hinc infertur, quod fideiuſſor pro alijs fideiubendo dicatur malè vti ſubſtantia ſua, vt poſt Angel. ſcribit Cott.in verb.fideiuſſor propriè ad finem fol.258. Marſil.in ſingul.574.Marcell.Calà de mod.articu. num.152.Viui.in dec.210.nu.Maran.in diſp.6.nu. 13.& iterum in conſ.102. num.12. vbi poſt Alex. quem allegat in l.ſi conſtante ff.ſolut.matr.ſcribit quod numeratur inter actus vergétiæ ad inopiam, quod nota pro mulieribus quæ poſſunt petere aſſecurationem earum dotium, quando mariti pro alijs fideiubent.

Fideiuſſio præſtita voce, ſeu oretenus, durat duobus menſibus, in ſcriptis vero perpetuo, l. pen. C.de fideiuſſo.& ita tenet Affli.in conſt.ſi vaſallus n.24. & ſequitur Baiar.ad Clar.q.95.nu.3. hinc Afflict. vbi ſupra dicebat, quod grauius punitur tranſgrediens mádatum Iudicis factum in ſcriptis, quá voce,& ideo Ann.Sen.in ſing.212. ſcribit,quod fideiuſſio non probatur ſine ſcriptura, allegat Alex. Curt.Loffr.& Gozad.apud quos verbum nullum de hoc,vt videri poſſunt, quia inſpexi, & legi, & miratus ſum de tanto viro, ſic concluſiuè affirmante prædictos allegando,poterat tamen allegare glo.in cap.1.in ver. in ſcriptis verſ.19. de cenſib.in 6.quæ dicit,quod in fidejuſſione, ſecundum quoſdam requiritur ſcriptura; & allegat d. l.pen. quæ non aliter ſcripturam requirit, verùm ille text.probat, quod fideiuſſor poteſt pro aliquo fideiubere in ſcriptis, & abſque ſcriptura tàm in cauſa publica, quàm in priuata, & ſic neceſſario non infertur,quod ſcriptura ſit de ſubſtantia fideiuſſionis; & ideo non video quomodo error D.Annæ alioquin oculatiſſimi poſſit ſaluari;eſt benè verùm, quod fideiuſſor non poteſt ſe obligare, niſi per ſtipulationem; l.Blanditus C.de fideiuſſo. Alex.in l.5.§.ſtipulatio num.3. & Iaſ. in §.ſatis acceptio num.2.ff.de verb.oblig.Afflict. & Vrſill. in dec.39.col.1.limitant tamen Alex.num.4.& Iaſo. nu.8. vbi ſupra in fideiuſſore pro dote, qui pacto nudo fauore dotis poteſt fideiubere. Item in fideiuſſione pro pia cauſa, & in fideiuſſione Reipublicæ,vt ibi per eos,qui iura,& Doctores allegant, fideiuſſioq. ſtrictam interpretationem recipit, d.l. Blanditus, Surd.qui alios citat in tract.de aliment. tit.9.q.31.nu.72. hinc infertur,quod fideiuſſor nó tenetur ad id,quod non promiſit, Rom. in conſil. 210.dub.1. in princ. qui dicit de hoc eſſe caſum rotundum in l.non à Iudice §.1. ff.de iudic. vbi fideiuſſio facta coram vna perſona, vel propter vná cauſam,ad aliam non trahitur, meminit D.Vinc. de Franch.in deciſ.601. num.2, & 3. qui in notabili caſu loquitur, & ibi latiſſimè de materia, nec eius obligatio extenditur ad intereſſe, ſed ad ſortem reſtringitur,l.quæro vbi glo.ff.loca. Surd.qui allegat concord.in d.q.31.num.5. quod intellige quádo fideiuſſor fideiubet habito reſpectu ad certam quantitatem ſortis,puta pro centum, ſed vbi ſimpliciter, & ſine determinatione quantitatis fideiuſſit, tunc obligatur, ſecundum Surd. qui ita declarat in d.q.31.nu 73.74 & ſeq. & iterum tit.8 priuil.50.num.2.quia videtur,& obligatus intelligitur in omnem cauſam, & caſum, qui ex natura negotij peruenit, Alex.in conſ.34.nu.5.vol 2.Caualcan.in dec.5 nu.1.2.& 46.par.1.Surd.in dec.212 nu.8.& Mart.in vot.2.nu.5.& 6.adde omninò Camerar.in cap.Imperialem ſol.52.in magnis, & vide Bal.in conſ.493.vol.3.

Fidiuſſor an liberatus cenſeatur, ſi creditor debitori pro quo fideiuſſit ignoráte fideiuſſore prorogauit tépus ad ſolutionem faciendam, inſignis D. Ant. Theſſ.in deciſ.125.nu.4. hoc modo diſtinguit, aut obligatio eſt ſimplex, & ſolutio dilata in diem, & ad certum tempus, & non obſtante prorogatione, fideiuſſor tenetur, poſt Hoſtienſ. Ioan. Andr. Anchar.Imol.Abb.Felyn.Alex Iaſ. Dec. Cagnol. Parid.de Puteo,Alciat.Gratia.Marſil.Strac Gabr. Viui.& alios quos allegat, & refert in fi.d.deciſ.ita per illum Senatum fuiſſe iudicatum, addo Viui. in opin.673.par.2.Henric.in ſuis commu. opinio. concluſ.77.lib.3.Camill. Borrell. in conſ.11.nu.19 cum ſeq Mart.in vot.2.nu.11. Theſſaur.Iun.in quæſt.forenſ.57.nu.1.par.2.Sempron.Aſcia in determi.197. & maximè ſi creditor in prorogatione dixit,citra præiudicium primæ obligationis,ſecundum Anton.Theſſar. in d. deciſ. num.5. vel dixit, cautelam cautelis addendo, Mangrell ad Bart.in l. Valerianus ff. de Prætor. ſtipulatio.§& Conſt. de portio.rati q.33. num. 8. aut quando fideiuſſor in obligatione ſe conſtituit principalem debitorem, prout quotidie fieri videmus in inſtrumentis, ſeu obligationibus,& hoc ſcribit Maxill.in Conſuet. Bari fol. 176 & 290. Tunc prorogatio fideiuſſori non prodeſt, & ita deciſum refert Theſſaur. Iun. in eodem Senatu Pedemontano in addit. ad deciſ. prædictam ſui Genitoris,quem in omnibus ſequitur in dictis Add. nec prorogatio prædicta facta per creditorem ſuo debitori inducit nouationé, quia illa non fit niſi expreſsè, iuxta l.fi.C.de nouat. & dicam infra in concluſione Nouatio, vt ſatis pulchrè firmat Camill.Borrell.in allegato conſil. nu. 23. & 24. Hinc fideiuſſor pro cauſa criminali liberatus non dicitur, ſi Iudex prorogauit dilationem principali,pro quo fideiuſſit, cum proteſtatione, citra receſſum à fideiuſſione præſtita, ſecundum D.Theſſaur.Iun. in addit. ſupra allegata, & in d.q.57.num.4. videatur omnino D. Vinc. de Franch.in dec.549.col.1.in fi. verſ.& alias accidit, vbi ponit practicam,quæ ſeruatur, vt fideiuſſor nó ſit liberatus, & Conſt.in d. q.33. verùm ſi debitor ob dilationem datam, ſiue prorogatam à ſuo creditore, eſt effectus non ſoluendo, fideiuſſor non poteſt conueniri,vt poſt Socci.Iun.firmat Surd.de aliment.tit.7.q.17.num.33.Ego valdè dubito de huiuſmodi opinione ex allegatis in princip.& poſt iſtius concluſionis, aut fideiuſſor ſe obligauit vſq; ad tale tempus,adeo quod ipſo elapſo nó teneatur,

plus

plus,& tunc facta prorogatione,liberatur,& vlterius non tenetur, ita probat text. in l. ſi cum hermes C. loca. & procedit opinio contraria relata per Theſſ.Sen.in d.deciſ.num.1.& 10. Gram.in conſil.ciuil.66. nu.62. Alphan.Peruſ.in coll.1513. Anchar.Iun.in q 42.num.24. par.3. vide omnino Thor.in compend.deciſ.fol.218. & ſeq. addo Iac. Menoch. in conſ.529. num.5. qui plures caſus diſtinguit, & conſiderat,& benè Decian.in conſ.72. num.13.& 45. in 2. vol. Hinc debitor principalis ex aliqua cauſa liberatus, non poteſt creditor recurſum habere contra fideiuſſorem, quia ipſe haberet recurſum contra principalem, cuius occaſione fideiuſſit, ſecundum Menoch. in conſ. 179. latè Gratia.lib.1.diſcept for c.12. & iterum lib.2. c.290.nu.38. & vide Marſil.in rubr. ff.de fideiuſſ. nu.267.& ſeq.

Fideiuſſor, vt ſit idoneus, debet eſſe eiuſdem fori, & iuriſdictionis,cuius eſt principalis,ſecundum gloſ. in l.neque fęmina in verb.non poteſt ff.de procur. Hinc clericus prohibetur fideiubere, ſupple pro laico,cap.1.de fideiuſſ.ſi tamen fideiubet, tenet fideiuſſio,quia multa facta tenent, l.patre furioſo ff. de his qui ſunt ſui, & tenet Rom.in conſ.409.n.7. allegat cap.peruenit,& cap.conſtitutus de fideiuſſ. ſequitur Iaſ.in l.1. num.10. ibi, ſeu veritas eſt ff. ſi quis in ius voc.& Ant.Gom. in tract.variar.reſol. in tit.de contract. cap.13.num. 18. Ego autem vt meum interponam iudicium ſolitus ſum adhibere diſtinctionem iſtam,aut clericus ſe obligat, vel fideiubet pro laico extraiudicialiter per inſtrumentum publicum manu publici Notarij,& licet debet ſe abſtinere à fideiubendo, ſecundum Iaſ.in loco ſupra citato,tamen obligatur,& fideiuſſio tenet,& procedit opinio Doctorum ſupra allegatorum,aut clericus ſe obligat, & fideiubet pro laico in iudicio,& penès acta Curiæ Iudicis laici, & ſecularis,& non valet tanquam obligatio,& fideiuſſio facta coram Iudice incompetente, l. 2. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. D.Vinc.de Franch.in dec.400.n.8. vbi addo,& de hoc eſt Ritus M.C.V.200.in verſ. nec ſe obliget clericus, vbi Carauit.nu 2.reddit rationem, quia cum Iudex ſecularis nulla in eo habet iuriſdictionem, non poteſt eius iudicio, & foro ſe ſubmictere etiam voluntariè,& cum iuramento, cap ſi diligenti de for.comp.vbi gloſ.in verb.manifeſtè,nec tacite,nec expreſsè, & ſi ſecus fieret, factum non valeret, nec teneret, vt ibi per Carauitam,quod etiam procedit, ſi de ordine Epiſcopi ſe obligaret,aut fideiuberet,quia priuilegium clericale eſt conceſſum ordini, ſeu collegio clericali,ita glo.magna verſus finem in cap. ſignificaſti de for comp.ſequitur Alexa.in conſ.8. poſt num.1 vol.1.Rolan.in conſ.4.num.9.& 10.vol.1. Ant.Gom.var.reſol in tit.de delict.cap.11.fol.399. Borrell.ad Bellug.in Spec.Princ.fol.55. & Viui.in dec.123. nu.1. adde Ricc.dec.159.num.14.& ſeq. par.2. & propterea Carauita eximius Doctor, & magnus practicus in d.rit.200. nu.3. ponit formã obligationis recipiendæ, & ſtipulandæ per laicum nomine clerici, vt talis laicus ſe obliget ſoluere tantam quantitatem pro tali clerico,non autem clericus ſe obliget penès acta ſoluere aliquid,& ad maiorem cautelam dat talem laicũ fideiuſſorem quem refert, & ſequitur idem D. Vinc. in deciſ. ſupra allegata col. fin. qui deciſum refert, fideiuſſores laici,qui pro clerico fideiuſſerunt penès acta M.C.V.de ſoluendo quicquid fuerit iudicatum non eſſe moleſtandos de menſe Decembris 1586. & de Carauita meminit etiam Caualc.in deciſ.32. nu.28. par.1. vbi multa ponit in materia, licet aliter vidit conſuluiſſe Camill.Borrell. in conſ.11.& malè, quia contra dictam deciſ.quæ facit ius in Regno, Afflict.in dec.190.ad fi.& alibi ſepè, Quid è contra, an laicus poſſit fideiubere pro clerico delinquente,vel ex alia cauſa coram Iudice eccleſiaſtico, eiuſque iuriſdictionem prorogare,vide omnino Bellugam in Spec.Princip. rubr.15. §.ſed quid dicas fol. 103. vbi in affirmatiuam inclinat, licet in finalibus verbis, dicat cogita, & Ricc.in dec.210.num.4.par.2. An filiusfamilias poſſit eſſe fideiuſſor,& fideiubere pro patre ſuo,ſtante ſtatuto,quod filiusfamilias non poſſit ſe obligare,niſi in præſentia patris, & de eius expreſſo conſenſu, prout eſt in Regno,Socc.Sen.in conſ.23 volum.4. latiſſimè conſuluit, quod non. meminit Vrſill.ad Afflict.in dec.308.nu.23.Caualc.in dec.32 nu.36. par.1.vbi ad id citat Bal.Bologn.Corn.Iaſ. & Deſider.Guid. & refert ita iudicatum,ſequitur nouiſſimè Molfeſ.in conſ.4.num. . . & latè D.Rouit. in pragm.1.à num. . . cum ſeqq.in tit. de Senat. Conſult.Maced.in nouis.

Fideiuſſor ſi eſt effectus non ſoluendo, nõ poteſt creditor petere á debitore,vt alium preſtet,ita conſuluit Alex.in conſ.60. vol.5. etiam ſi minus idoneũ illum recipiat,quia ſic recipiẽdo approbat eius cõditionem, vt ibi ſequitur Marſil. in rubr. ff. de fideiuſſ.nu 66.Villalob.in ſuis opin.lit.F. num.147. Ant.Gom.variar. reſol.in tit. de contract. cap.13. nu.13.verſ.ſi verò, & alter Hiſpanus Suarez lit. F. num. 127. quia periculum inopiæ ſuperuenientis ſpectat ad creditorem, & ſequitur Surd. qui alios allegat in tract.de alimen.tit.7.q.20.num.14.& 15 & ita conſuluit in terminis ipſe Surd. in conſ. 18. maximè num, 13. quæ concluſio procedit in fideiuſſore conuentionali,ſecundum Anto.Gom.loco ſupra citato; illamq; limita non procedere in fideiuſſore dato pro dote, qui ſi tempore quo fideiuſſit erat idoneus,& ſoluendo,& poſtmodum efficitur non ſoluendo; nam iterum ipſi mulieri caueri debet idoneè, vt poſt Angel.concludit Marſil.in d.rubr. ante num. 75. & ante eum Paris de Puteo in tract.de ſindic.in verb.fideiuſſor §.ſi Iudex nu.9 fol.127.in parũs, & conueniunt ſcripta per Surd. in d.q.20.nu.18.cum ſeq. & in d.conſ.18.& Surd. in d.quæſt.num.21 ſcribit,quod ſi fideiuſſor datus ſubſtantiam ſuam amiſit, debet de nouo præſtari, allegat iura, & Doctores. Limita ſecundo, in fideiuſſore dato in iudicio obligato ex Prætoria obligatione, ſiue ſtipulatione effecto non ſoluendo, quia iterum præſtari,& caueri debet,ſecundum Iaſ.in l. ſi ab arbitro in §.not. ff.qui ſatiſd.cogant. Afflict. in dec.172. nu.2. ibi ſecus in Pretorijs ſtipulationibus, Straccha de mercatur.lib.5.fol.224. num,2.in fi.Surd.vbi ſupra nu.14. & D.Vinc.de Franch.in dec.480.nu.5.vbi ita refert iudicatũ, & ſequitur in pulcro caſu Foller. in verb.examinati liberentur nu.20.fol.155.in nouis, Baiar. ad Clar. in q.46.nu.46.& Surd.vbi ſupra num.23.Hinc infertur,qui ſe obligauit,& poſtea effectus eſt non ſoluendo, & deterioris conditionis poteſt cogi ad præſtandum fideiuſſorem, non obſtante pacto in

inſtru-

Digitized by Google

inſtrumento appoſito, quod non poſſit capi, nec compelli ad præſtandum fideiuſſorem, vt poſt Barba. in conſ. 70. verſ. reſtat nunc videre volum. 3 concludit Viui. qui eum refert, & ſequitur in dec. 210. in fi. licet inuenire fideiuſſorem difficile ſit, l. 2 §. pen. ff. de iudic. pręcipuè in eo qui nihil poſſidet, & egenus eſt, vt per Surd. in d. tract. titul. 1. q. 125. num. 3. fideiuſſor enim idoneus non eſt, nec dici poteſt, qui caret bonis immobilibus, illaq; non poſſidet, & conſequenter poteſt à creditore vt ſuſpectus recuſari, Paul. Caſtr. Alexa. & Iaſ. in l. 2. ff. qui ſatiſd. cogan. Carau. in rit. 160. nu. 7. Viui. in opin. 293. nu. 3. par. 1. & Farinac. in tit. de carcerib. q. 33. n. 79. & ſeq. ſed ſi principalis debitor eſt diues, idoneusq; facultatibus, poteſt quilibet etiam non idoneus pro eo fideiubere, ſecundum glo. in l. mulier in verb. pręſtitiſſe C. de iur. dot. Afflict. in conſtitut. ſi vaſallus nu. 4. & Viui. in loco citato in fin. vbi poſt Marſil. dicit communem, accedunt Par. de Puteo in loco ſupra allegato §. fi. nu. 6. & latiſſimè Farinac. in d. q. 33. num. . . Hinc etiam idoneus dicitur nõ qui poſſidet immobilia, ſed etiam ille qui ea non habet, nec poſſidet, ſed habet bona mobilia, quæ de facili aſportari non poſſunt, vt ſi habet magnam hipothecam, aut multa nomina debitorum, vt poſt Bart. Angel. Imol. Alexan. & Marſil. ſcribit Carauit. in d. rit. num. 7. in fi. & Clar. in d. q. 45. verſ. cæterum in fi. & Farinac. vbi ſupra q. 33. num. 81. imò licet interdum plus eſt habere mobilia, quia portari, & aſportari poſſunt, quàm immobilia, ſecundum Luc. de Pen. in l. 3. ad fin. C. de venden. reb. ciuit. lib. 11. Hinc inferri poteſt, q̃d promictens dare fideiuſſionem tenetur dare, & præſtare in loco promiſſionis, & celebrati contractus, & de hominibus eiuſdem loci, ſecundum Bart. Ang. Alex. num. 3. Iaſ. num. 23. in §. neceſſaria, l. ſi fideiuſſor ff. qui ſatiſd. coga. Marſil. in dicta rubr. num. 162. Viui. poſt prædictos in opin. 297. vbi dicit communem pa. 1. quibus accedunt Boer. in deciſ. 69. num. 4. Gomez variar. reſolution. in d. cap. 13. num. 6. Suarez in ſuis commun. opinion. num. 158. lit. F. fol. 95. à terg. in paruis; Hinc etiam carceratus qui debet, & tenetur dare fideiuſſorem, debet illum dare in loco iudicij, ſecundum Clar. poſt Afflict. in d. q. 46. verſ. pone, Papienſ. licet Cauenſ. in pragm. malitijs teneat contra Affl. vide tamen Vrſill. poſt Afflict. in deciſ. 137. vbi diſtinguit; verum Farinac. in d. q. 33. num. 41. & 42. ſequitur Afflict. Clar. & alios, & num. 42. declarat, & benè, corroborantur prædicta ex alia Doctorũ concluſione, quod promictens facere emptionem de pecunia ſoluenda per emptorem pro eius, & euictionis ſecuritate, tenetur, & debet in loco contractus facere, vt poſt Alexand. & alios in dicto §. neceſſaria, concludit Ann. in ſingular. 415. aſſentit Vrſill. in loco allegato num. 4. Gom. vbi ſupra, & conueniunt ſcripta per Neguſ. nt. in tractat. de pignor. in 2. memb. 5. par. num. 18. ad fin. & ſi debitor promiſit ſuo creditori certum fideiuſſorem dare, poteſt eum cogere, vt alium ęque idoneum accipiat, ita poſt Marſil. Pinell. & Gom. affirmat Suar. vbi ſupra lit. F. nu. 156. dubito tamen de opinione iſta, ſi debitor cum iuramento promiſit; nam præciſè cogitur fideiuſſorem certum promiſſum dare, quia iurauit, iuxta gloſ. notab. & communiter approbatam ibi à DD. in l. ſi pecuniam ff. de cond. ob cauſ. ſed poteſt reſponderi ex dictis infra in concluſ. Iuramentum; ſecus ſi eſſet fideiuſſor ſemel datus, quia creditor non cogeretur ipſum liberare, etiam ſi alius magis idoneus offerretur per debitorem, ſecundum Suar. vbi ſupra num. 157. qui Iaſ. Afflict. Alciat. & Cagnol. allegat, An fideiuſſor datus in prima inſtantia, teneatur de eo, quod iudicabit Iudex appellationis, vide D. Vinc. de Franch. in dec. 208. in fin. 320. & 344. num. 2. & ſeq. & dec. 601. nu. 8. Viui. in opin. 299 par. 1. Clar. in d. q. 46. verſ. ſis tamen cautus, & Suarez in d. lit. F. num. 152. & addo ad d. deciſ. 208. & 310. & fideiuſſor qui promiſit ſoluere omne id quod apparebit Titium eſſe bebitorem, iuxta l. qui Romæ §. Augerius ff. de verb. oblig. ſi non fuit facta declaratio in vita, an teneatur, vide Marſil. in ſingul. 304. Vrſill ad Afflict. in dec. 146. num. 2. & in pulchro caſu Soec. Iun. in conſ. 47. nu. 18. & 19. vol. 3. omnino Pariſ. in conſ. 121. vol. 4. Gerard. in ſingul. 27. & Caualc. de tutor. num. 209. an & quando carceratus debet relaxari fideiuſſoribus, vel nõ, legatur quæſo Farinac. in d. q. 33. & fideiuſſor de iudicio ſiſti, vſque ad quod tempus tenetur reum præſentare, & quid de fideiuſſore iudicatum ſolui, & de parendo mandatis, vide omnino Farinac. in dicto titul. de carcerib. q. 34. à nu. 103. cum ſeqq. An fideiuſſor renunciãdo omnibus beneficijs, an intelligitur renunciare beneficio epiſtol. D. Adriani, & quid operetur renunciatio generalis omnium beneficiorum, vide omnino Bald. in conſ. 4. vol. 1.

Fideiuſſori ſoluẽti creditori, & ceſſis per eum actionibus contra fideiuſſorem, actio competit, quia ſoluens videtur emiſſe nomen debitoris, ſecundum D. Vincent. de Franch. in dec. 55. num. 12. allegat text. quem elegantiſſimum vocat in l. cum is ff. de ſolut. ſequitur Paul. Fuſc. in ſingular. 78. l t. F. & Conſta videndum de portio. rati quæſt. 22. alias fideiuſſori ſoluenti nulla competit actio cõtra fideiuſſorem abſque ceſſione, per l. vt fideiuſſor ff. de ſolut. & ita refert deciſum in Senatu Pedemontano D. Theſſaur. Iun. in addit. ad dec. 191. ſui Genitoris, ſed ſi fideiuſſor ſoluit illud, pro quo fideiuſſit poteſt agere contra principalem debitorem abſque ceſſione creditoris, vt ſibi ſatisfiat de pecunia ſoluta, damnis, expenſis, & intereſſe, ita Abb. in c. 2. in 2. notab. per illum tex. de fideiuſſor. ſequitur Viui. in deciſ. 210. num. 1. & in hoc ſufficit confeſſio creditoris, aſſerentis fuiſſe ſibi per fideiuſſorem facta ſolutio, vt Alexa. reſpondet in conſ. 90. vol. 3. num. 3. Rolã Vall. in conſ. 17. nu. 9. vol. 1. Petr. Duen. in regul. . . ampl. 4. Viui. in opin. 294. & 301. par. 1. ſecundum nouiſſimam impreſſionem, & in deciſ. 342. in fi. deciſ. Genuæ 50. num. 2. Surd. in deciſ. 118. nu. 1. latiſſimè omnium Maſcar. in tract. de prob. concluſ. 361. num. 1. cum ſeq & concluſ. 373. vol. 1. & concluſ. 783. vol. 2. & Maur. Burg. in tract. de laudem. par. 3. inſpect. . . quid autem ſi fideiuſſor promiſit, & ſe obligauit de iudicio ſiſti, & de iudicato ſoluendo, aut de redeundo ad carceres debitorem, an fideiuſſoris morte, fideiuſſio dicitur extincta, vide Iaſ. in l. ſi deceſſerit num. 4. ff. qui ſatiſd. coga. & Aym. conſ. 172. num. 10. & Menoch. conſ. 547. maximè declara tamen vt per Farinac. in tit. de carcerib. q. 34. nu. 34 35. 36. & 37. An ſententia lata contra principalem expi-

Google

expirat quo ad fideiuſſorem, ſi eſt de iudicio ſiſtl, vide Farinac.vbi ſupra à num.103.& ſeq. & an exequitur contra fideiuſſorem de ſoluendo iudicatum ſine nouo proceſſu, vide Affl.& Vrſil.deciſ. 182.

Fideiuſſoris approbator nõ tenetur creditori cui fideiuſſorem approbauit, ſiue laudauit, niſi doloſè, & ſcienter, eum vti idoneum approbauit, atq; affirmauit, l.eleganter §.fi.ff.de dolo. aut lucri cauſa approbator id fecerit, l.quod ſi ff.eod.tit. Bellug.in Spec.Princ.rubr 31.§.quamuis nu.16.& 17.f.154. in nouis, & Camill.Borrell.amicus noſter in conſ. 47.nu.74.& 76. vbi Menoch. & Ceph. allegat, ſequitur Steph.Gratia.in deciſ.69. nu.24. & 25. qui ſolum Cephal.allegat, & Surd.in tract.de aliment. tit.2.q.11.num.4.qui etiam de Cæphalo meminit, videatur Iacob. Menoc.in conſ.179.nu.2.quem Borrell.allegat, Farinac.in titul.de carcerib. q.33. num.87.& omnino Guttier.in tract. pract.quæſt. cap.132. par. . . vbi agit de intellectu l. cum oſtendimus §.fi.ff.de fideiuſſ.tuto. & nu.9 limitat, Anto.de Gama in deciſ.300.col.1. fideiuſſio enim operatur, vt pecunia ſemper exret, ſecundum D.de Franch.in dec.75.num.9.vbi addo, & in deciſ.635.nu.3.& de laudante fideiuſſorem ſcribunt Affl.& Foller.in conſtit.poſt mundi machinam, & Thor.in comp.deciſ. fol.218.& ad iſtam concluſ. adde Scmpron. Aſcia in determ.63.

Filia fœmina licet nõ admittaturad partem, an faciat partem in computatione legitimæ; maxima, & ardua eſt iſta quæſtio apud Doctores, in qua Capyc. in dec.158.plures refert opiniones, & Minado.in conſtitut.in aliquibus in 7.notab.num.10.fo.144. dicit, Capycium fuiſſe relatorem tantum, & vide iterum eundem in d.conſtitut. in 2.notab. nu.17. fol.71.& in conſ.2.Boer.in dec.104.Viu.in opinio. 812.nu.48.par.2.Paul.Fuſc.in ſingul.83.lit.F.Anton.Gabr.in tit.de legitima concluſ.2. vbi quinq; recenſet opiniones, Ann.in ſingul.215. & Anton. Theſſaur.in dec.159.octo opiniones refert, & variè in Senatu Pedemontano iudicatum refert, & alios remiſſiuè allegat Ann.Iun. in conſ.25. ad fi. ſufficit autem mihi dicere, quod inſignis, & omni tempore memorandus D. Præſ. Vinc. de Franch. in dec.549.ſatis accuratè, & doctè, atque ſubſtantialiter loquitur, & nu.3. referente Perill. D.Salamanca tunc Regio Conſiliario integerrimo, atque doctiſſimo, & poſtea digniſſimo, & meritiſſimo Regente apud Catholicam Maieſtatem, refert deciſum in hunc modum: Die 18.menſis Febr.1595. Neap.facto verbo de prædictis in S.R.C. per Magnificum V. I. D. Ioa. Thomam Salamancam Regium Conſiliarum, & cauſæ commiſſarium decreto S. R. C. declaratum eſt, Aureliam, & Camillam Iacutias ſorores, feciſſe, & facere partem in liquidatione legitimæ debitę quon. Cæſari Iacutio eorum fratri, in bonis quon. Ioan. Dominici Iacutij eorum communis patris; cum alijs quæ ibidem ponuntur in decreto prædicto; accedunt huic opinioni Robert.Marant.in ſuis ſingular. in verb.ſtante ſtatuto fol.132. Thor. in comp.deciſ. fol.222.& 317.col.2.Camill.Saler.in addit.ad Napodan.in conſuetud.ſi moriatur fol 96. Baiard.ad Clar.in q.78.num. . . & Capriol.in tract.de ſucceſſio.lib.1.fol.164.& ſeq.à nu.418.vſq; ad nu.429 Ad principalem concluſionem adde videndum M.A.Peregr.in tract.de fideico.à nu 17.cum ſeqq. quem etiam allegat D. Vinc.in d.deciſ.ad fin.& vide Mart in vot.69.

Filia fœmina excluſa propter maſculos, prout eſt in Regno, cui paragium debetur tẽpore nubilis ætatis, iuxta Conſtitu.Regni, debet interim habere alimenta, non autem intereſſe, ſeu fructus ipſius paragij, ſecundum vnam opinionem, vt per Ann. Sen. in alleg.70. Paul.Fuſc. in ſingular.100. lit.F. Georg in alleg 11.nu.6.D.Vinc.de Franch.in dec. 559.nu.2.& 3.qui alios allegat, vbi etiam addo, & vltra Surd.in tract.de aliment.titul.8. priuileg.33. num.4 & in tit.9.q.15.num 5.& tit.4.q.20.num.4. & 5. Thor.in compen.deciſ fol.223.vide tamen Alex.in conſ.18.nu.j.verſ.& vtrum vol.3.& eundem Surd.in d.tract.tit.5.q.1.nu 44.& D.de Pont. in conſ.50.col.fi.vol.2.qui aliter tenent, & de mẽſe Iunij 1553.fuit iudicatum in S.C.in cauſa D.Aluinæ de Piccolominibus, cum Ill. Marchione Illiceti. intereſſe deberi pro paragio, referente illo doctiſſimo Præſidente S.C.D.Hieronymo Seuerino, penes Balſamum, & quid ſi filia habeat matrem quis teneatur ad præſtandum ſibi alimenta, hæres patris, an mater, vide Surd.in d.tract.titul.1.quæſt. 105.

Filia, vel ſoror, quæ patri, aut fratri renunciauit, ampliſſima renũciatione, ſi ex filia, vel ſorore filij naſcantur, & ipſe ante patrem, aut fratrem decedunt, renunciatio prædicta filijs non obſtat, nec nocet, ex mente omnium DD. in l.qui ſuperſtitis ff.de acquir.hæred. Maran.in diſp.10.nu.9.Did.Couar. in cap.quamuis in 3.par.§.2.verſ.10 num.4.f.127. in paruis de pact.in 6. Rol.à Vall.in conſ.11. in 1.dub.maximè nu.4.vol.1. Ant.Gabr. in titul. de iure dotium concl.1.nu.43.& nouiſſimè D.Vinc. de Franch.in dec.67.vbi addo, num.1.ea potiſſima ratione, quia nepos venit ad hæreditatem Aui, vel Patrui ex propria perſona, licet gradum maternũ, ingrediatur; renunciatio enim intelligitur facta ſi hæreditas patris, vel matris ad eam deuoluatur, vt per D.Vinc.vbi ſupra, poſt Rolão. in d.conſ.& alios Doctores ſupra alleg. & adeo iſta concluſio, & opinio procedit, quod etiam ſi filij ſunt hæredes matris, quando ex eorum perſona veniunt, adhuc eis renunciatio non obſtat, vt per plura iſtam opinionem iuribus, authoritatibus, & rationibus, comprobat idem D.Vinc. in deciſ.ſupra alleg. num 7. & 8.& refert ita per Sacrum Conſilium deciſum, vbi in dicto nu.8. alios addo, & nouiſſimè Paſcal. de virib.patr.poteſt.par.3.c.7.num.53. & qualiter filij, vel nepotes, ſi ſunt hæredes matris agere debent, addo ad D.Vinc.vbi ſupra in nouiſſimis additionibus: Hinc filia, quæ patri renunciat renunciatione ampla, ſi habet fratres qui mortui ſunt ante patrem, poteſt non obſtante renuociatione ſuccedere, quia contemplatione fratruum facta cenſetur, ſecundum Bal.in l.pactum dotali in 4.q. vbi etiam Salyc.num. . . & Dec.in 5. lim. nu.9. C.de collat.& in conſ.31.col.1. verſ.cum ergo, & in conſ.308.num.3. Marant.in d.10.diſp.num.15. Rip.in l.qui Romæ §.duo fratres num.89. ff.de verb.obligatio. Capyc.in dec.190.nu.2. Minado. in conſ.22.nu.2.in princ.& in conſt in aliquibus in 3.notab.num.3.fol 96.Boer.in dec.62.in fi.& dec. 204.num.27.Gabr.vbi ſupra num.35.Vrſil.in deciſ.Affl.161.nu.5.Rola.in conſ.26.nu.33.volum.3.

Me-

Digitized by Google

Menoc. qui Bott. & alios allegat in addit. ad Dec. in d.l. pactum lit. I. latè D. Lanar. in conſ. 49. nu. 1. & ſeq. & H unde l. in conſ. 29. num. 79. vol. 1. poſt Cacher. in deciſ. 98. num. . . niſi ſecundum Minadoum in d. 3. notab. poſt num. 5. fol. 96. generaliter, & vniuerſaliter pro omnibus, & in omnem caſum, filia, aut ſoror renunciaſſet, faciendo pactũ reale per Aquilianam ſtipulationem; tunc renunciatio noceret, & pro hac limitatione citat multos, & in ſpecie Geminia. in d. cap. quamuis ad fin. qui pulchrè loquitur, & reddit ratioñe, quia pater voluit ſemel filiam excludere ob renunciationem, cuius voluntas durare videtur, niſi mutata appareat, & clarius in d. conſ. 22. num. 3. qui ſubſtantialiter loquitur, ſecundum D. Vinc. de Franch. in dec. 375. poſt num. 2. quia huiuſmodi renunciatio facta per Aquilianam ſtipulationem, & per pactũ reale. (pro ſe, ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſoribus) cum alijs clauſulis dicitur realis, prout S. C. iudicauit, teſte eodem D. Vincentio in d. deciſ. & num. verſ. viſum fuit Sacro Conſilio, vbi allego alios in apoſtillis meis, quibus addo D. Vincentium Siccolam olim huius Regni fiſci patronum, in quibuſdam allegationibus, quas ad pennam habeo in fauorem Benaducę Francolinę, cum Porta Piccirilli, vbi idem D. Vince. de Franch. propria eius manu in dorſo ipſarum refert ita deciſum, & dicã infra in concluſ. Renunciatio, quicquid in contrarium tenere videtur D. Lanar. in d. conſ. 49. num. 6 & Thor. in compend. deciſ. fol. 469. Tamen quando pater eſt mortuus ante fratres ipſius renunciantis, quia cum ius ſit eis quæſitum, ex dicta renunciatione, effectusq; ipſius fuit ſecutus, durat nihilominus effectus renunciationis prædictæ, & conſequenter excluditur, eſto quod fratres poſtmodum ſint mortui, vt declarat, & tenet Dec. in d. conſ. 31 num. 5. verſ. ſecus eſt, ſequitur Maran. in d. diſp. 10 poſt nu. 15. ibi ſecus eſt, Minado. in d. conſ. 22. nu. 2 verſ. ſecus tamen, vbi etiam allegat Ioa. Crot. idem tenet Capyc. in d. dec. 190. num. 2. verſ. non quando per ſuperexiſtentiam, quia cum fuit ſemel per renunciationem excluſa, ſemper durabit excluſa, & meminit de Dec. in d. conſ. & eſt etiam de mente Vrſill. in loco ſupra allegato num. 4. in fi. & ſeq. & Pariſ. in conſ. 26 num. 29. vol. 3. Capel. Toloſan. in deciſ. 459. vbi Add. verum ſi filia patri renunciauit cum iuramento, ipſo mortuo, nullis relictis filijs, & deſcendentibus, filia admitti debet ad eius ſucceſſionem, non obſtante renunciatione prædicta, vt poſt Angel. Gemin. & Georg. Nattara reſpondet Card. Pariſ. in conſ. 3. ad fi. vol. 2. Aymo Crauet. in conſ. 42. & ſequitur Viui. in deciſ. 225. num. 51. vide ſi confert tex. in l. 1. verſ. . . ff. de ſucceſſ. edict. videatur Alexa. Trentacinq. omnino in cõſ. 13. in vlt. dub. nu. 2 & ſeq. vol. 2. Ego autem ſemper dubitaui de hac opinione, & in præſentiarum perſiſto, tum ex ſupra allegatis, videlicet, ſtãte ampla renunciatione cum Aquiliana ſtipulatione, & pacto reali de non petendo, nec ſuccedendo, & pro iſta mea opinione allego Anton. de Alexa. in addit. ad Napod. in conſuetud. ſi moriatur in addit. quæ incip. limita ſecundo fol. 81. in nouis, Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 161. num. 3. Alex. quem nullus ipſorum allegat in conſ. 29. num. 5. verſ. patet ex verbis dictæ renunciationis vol. 3. quę ſimiliter in caſu ſuo fuerũt ampla, vt ex eo legi poteſt, meminit, & ſequitur Iac. Menoch. in conſ. 6. nu. 15 in fi. quod conſilium valdè confert pro iſta opinione, quam contra Pariſ. & alios ſupra citatos teneo; tum etiam, quia ſi rectè conſiderantur DD. quod ſtante dicta renunciatione, filia excludatur per d. l. pactum dotali, tamen non impeditur ſuccedere ab inteſtato. vt ibi per DD. ſed quando filia cum iuramento renunciauit, vt ſupra, vt eſt quæſtio noſtra, non procedit diſpoſitio d. l. pactum, quæ correcta eſt per dictam Decretalem quãuis de pact. in 6. per quam filia etiam ab inteſtato excluditur, & ad bona renunciata regreſſum habere non poteſt, vt per plura reſpondet, & concludit Alexa. in d. conſ. 29 poſt n. 3. verſ. præterea ſi rectè, quem ſequitur idem Cardin. Pariſ. in conſ. 26. nu. 7. & 17 & in conſ. 69. num. 24 27. & 34. vol. 3 & in d. conſ. 26. num. 51. & ſeq. plures allegat, & ſequitur dictum conſilium Alexa & iterum in d. conſ. 69. nu. 41. 47. 48. 51. 55. 57. & infra, vide interim Maran. in d. diſp. 10 num. 16 & Addent. ad Napod. in d. conſuetud. ſi moriatur fol. 84. & 88. ſed vt filia excludatur ob renũciationem, modo quo ſupra factam ab hæreditate illius de qua tractatur eſt neceſſe, vt ille in cuius beneficium ſit renunciatio ſit præſens tempore illius, vt puta, ſi eſt pater, aut mater, alias ſi eſt abſens, poteſt ſuccedere, non obſtante renunciatione, ſecundum Dec. in d. l. pactum dotali in 6. limit. num. 9. Aym. in d. conſ. 42. in fi. de quibus meminit Paul. Fuſc. in ſing. 97. lit. F. quibus aſſentiunt Cagnol. in l. fi. nu. 95. C. de pact. idem Aymo in conſ. 11. num. . . D. Minado in d. conſtit. in aliquibus in vlt. notab. num. 22. fol. 152. Addent. ad Alexan. in conſ. 155. num. 10 lit. D. vol. 7. Vrſill. ad Affl. in dec. 178. num. 4. latiſſimè omnium Rolan. in conſ. 81. col. 1. vol. 4. Surd. in dec. 133. num. 17. & Viui. in dec. 317. num. 7. vide ſi conferunt ſcripta per Piſanell. ad Napoda. in d. conſuetud. ſi moriatur fol. 84. vide tamen Couarr. in d. cap. quamuis in 3. par. fol. 119. in paruis, vbi diſtinguit; quam concluſionem, ſeu opinionem limita, niſi conſenſiſſet ille, de cuius hæreditate, ſeu intereſſe tractatur, ſecundum Cagnol. in d. l. fi. num. 96. Paul. Fuſc. in ſingul. 110. lit. F. Marant. in conſ. 108. num. 5. & nouiſſimè Ioa. Bapt. Conſt. in tract. de retrotract. fol. 152. num. 12. & Morot. in conſ. 22. num. 11. vel pro eis vti abſentibus ſtipuletur à patre, vel notario, vt per Addent. ad Theſſau. Sen. in dec. 63. verſ. verum ego, & vide Iac. Menoch. in conſ. 371. Sed an conſenſus illius, de cuius ſucceſſione, hæreditate, & intereſſe agitur, poſſit ſuperuenire, Dec. in ſæpius allegato c. nũ. 31. poſt num. 4. verſ. nam vt notat Bald. tenet quod ſic, per authoritates, & rationes quas allegat, ſequitur Aymo in d. conſ. 11. num. 4. & iterum in conſ. 19. num. 3, & Paul. Fuſc. in d. ſingul. 97. Accedunt Alex. in conſ. 113. nu. 18 vol. 6. Cagnol. in d. l. fi. num. 95. & Ioſeph Lodoui. in deciſ. Peruſ. 71. in fi. Hinc filia quæ paternæ, vel maternæ hæreditati renunciat, non prohibetur ex teſtamento ſuccedere, vt Bart. ſcribit in l. ſtipulatio hoc modo num. 4. vbi Alex. nu. 8. Iaſ. nu. 13. alijq; ſequuntur ff. de verb. oblig. Affl. qui benè loquitur in dec. 350. num. 8. Marania vbi ſupra nu. 25. Surd. qui alios citat in tract. de alimen. tit. 9. q. 25. nu. 39 & latè in deciſ. 14. nu. 4. & Molfeſ. ad Napoda. in 4. par. q. 25. nu. 4. fol. 214. qui dicit, quod debet cõferre dotem, videatur Theſſaur. Iun. in q. 95. par. 1.

alias

Google

alias tolleretur libera teſtandi facultas, vt ibi, & ideo renunciatio, quæ fit hæreditatis paternæ, vel maternæ deuolutæ, & deuoluendæ, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato vſque ad diem renunciationis, & in futurum ab inteſtato tantum, vt animaduertit, & docet D. Vinc. de Franch. in d. deciſ. 67. ſub num. 7. verſ. verba enim, imó plus ſcribit Affl. in deciſ. 350. ante num. 9. poſt Paul. de Caſtro quem allegàt, quod etiam ſi filia renunciaſſet futuræ ſucceſſioni ex teſtamento, non præiudicaret ſibi, ne auferetur libera teſtandi facultas, quæ eſt contra bonos mores, quem ſequitur Addit. ad eum ibi nu. 2. & Surd. in deciſ. ſupra allegata nu. 8. poſt Alex. in d. conſ. 29. nu. 5. Card. Pari. in d. conſ. 69. nu. 34. vbi de Affl. meminit, & Craſſ. in §. ſucceſſio num. 8. ſol. 499. Camill. Borrell. in conſ. 23. num. . . & Capriol. in tract. de ſucceſſ. ſol. 181. num. 511. & 512. & confert Marant. vbi ſupra nu. 26. Hinc pariter filia, quæ renunciat ab inteſtato, & ex teſtamento non prohibetur ſuccedere ex donatione ſibi facta inter viuos, ſecundum Affl in d. deciſ. vbi ita deciſum refert in S. C. vbi Vrſill. ibi ſequitur Surd. in d. deciſ. 14. & D. Lanar. in conſ. 55. nu. 8. hinc etiam filia, quæ cum iuramento patri renunciauit, ante ingreſſum monaſterij, ſi poſt profeſſionem moritur pater, admittitur monaſterium ad hæreditatem patris dictę Monialis, non obſtante renunciatione, ſecundum Socc. Sen. in conſ. 183. num. 4. vol. 2. Aym. Crauett. in conſ. 152. nu. 6. Couar. in d. cap. quamuis par. 3. §. 2. nu. 2. ſol. 125. in paruis, & Steph. Gratian. qui alios allegat in deciſ. 31. ad fi. vide ad totam iſtam concluſionem Molin. de primogen. hiſpan. lib. 2. cap. 3. num. . . cum ſeqq.

Filia dotata à patre, quæ in eius vita dotem recipit, non poteſt etiam auctis facultatibus petere ſupplementum, & ſi nupſit cum minori dote, quàm aliæ eius ſorores, quia dum pater dotem conſtituit, non debet quæſtio referri, quod incompetenter dotauit, cum ipſe melius, quàm alius ſciat conſilium capere, l. nec in ea ff. de adulter. ita tenet Alexand. in conſ. 34. nu. 4. vol. 4. quem ſequitur Dec. qui ſic reſpondet in conſ. 26. Affl. in conſt. fratribus col. 4 verſ. quid de quæſtione, quæ quotidie, & ita deciſum fuit in S. C. teſtatur Gram. in dec. 57. á nu. 37. & ſeq. & poſtmodum pluries ſic deciſum in eodem S. C. refert Camil. Saler. in Add. ad Napodan. in conſuetud. ſi moriatur ſo. 96. verſ. at in caſu noſtro, ſubdens de hoc nõ eſſe vlterius dubitandum cum pluries fuerit ſic deciſum, ſequitur Cott. in verb. dos conſtituta, Vrſill. ad Affl. in dec. 160. n. 3. Franc. Burſa. qui de communiori teſtatur in conſ. 48. num. 5. & 6. Ioſeph. Ludoui. in deciſ. Peruſ. 21. num. 52. & Maſcard. in tract. de probatio. concluſ. 571. num. 1. volu. 1. & Marant. in 10. diſp. num. 21. vbi in fi. limitat, videantur omninò Cannet. in cap. ſi aliquem ſol. 314. & ſeq. Ancharan. Iun. in q. 51. par. 1. Theſſaur. Iun. in q. 93. par. 2. & Ioa. Baptiſta Conſt. de portio. rati q. 164. à num. 2. cum ſeq. & Maxil. in conſuetud. Bari ſol. 201. nu. 63. & ſeq. & Thor. in compend. deciſ. ſol. 223. 224. & ſol. 227. quid autem ſi pater in eius teſtamento legauit dotem filiæ ſuæ, an ipſa poſſit petere ſupplementum dotis, vide D. Reg. de Pont. in conſ. 65. vbi allegat d. deciſ. Peruſ. vbi ſupra: Concluſionem principalem intellige, quando filia recepiſſet dotem à patre congruam, & competentem, ſecus ſi recepiſſet adeo tenuem, quod ipſa læderetur in magno exceſſu, tunc ſupplementum petere poſſet, ſecundum Alex. in conſil. ſupra allegato poſt nu. 4 verſ. niſi ſecundum eum, latè Menoch. in tract. de arbit. iud. caſ. 149. num. 15. vbi Caſtr. Curt. Sen. Iaſ. Socc. Dec. Curt. Iun. Gram. & alios allegat, addo Cannet. Ancharan Conſt. & alios ſupra allegatos Maſcard. in d. concluſ. col. 2. & 3. Menoc. in conſ. 8 in 1. dub. Mart. in vot. 59. Theſſau. in dec. 192. poſt num. 2. verſ. & hoc caſu, & ſecundum iſtam opinionem refert nouiſſimè iudicatum Steph. Grat. in dec. 27. nu. 2. ad materiam vide Menoch. in dicto caſu, cum apoſtillis eiuſdem de nouo impreſſis, licet remiſſiuè loquitur in eis: Quid autẽ ſi filia eſto, quod fuerit læſa in dote, cum iuramento renunciauit patri ampliſſima renunciatione reali, iuxta ea quæ diximus in præcedenti concluſione poſſit agere vt ſupra, & licet magna ſit altercatio inter Doctores, vt eſt videre apud Franc. Burſa. in cõſ. 249. maximè n. 63. & ſeq. qui infinitos Doctores tàm antiquos, quàm modernos allegat, tãdem concludit poſt Vrſill. quem allegat, & ſequitur in deciſ. Afflict. 322. poſt nu. 7. verſ. ego in practica, quod aut mulier, quæ renunciauit patri cum iuramento, eſt maior, ſupple in Regno 18. annorum, aut eſt minor; primo caſu dicit Vrſill. nunquam in practica quaſi potuiſſe obtinere, quod ei daretur reſtitutio in integrum, etiam data enormiſſima læſione, ſtãte inſtrumento renunciationis iurato, & cum clauſulis, & renunciationibus in forma, & ad hoc allegat multos Doctores, quibus aſſentiunt Addent. ad Alex. in conſ. 29. lit. B. volu. 3. vbi fatentur ſic iudicari vidiſſe in Senatu, congregatis claſſibus, & Couarru. in d. cap. quamuis par. 3. §. 3. verſ. ſeptima, niſi lęſio ipſa fuiſſet re ipſa ſatis magna, vt ibi per Vrſill. & idem proſequitur Franc. Burſat. in conſ. 75. nu. 5. qui pulchrè loquitur, vide Molin. lib. 2. c. 3. ſupra citato, Grattan. lib. 1. diſcep. forenſ. c. 148. & conuenit D. de Franch. deciſ. 247. Secundo caſu cenſet ipſe fore cum ea diſpenſandum, ne iuramenta ſint in necem æternam ipſius renunciantis, ſed eidem ſuccurrendum per reſtitutionem in integrum, & cum hac diſtinctione reſidet Franc. Burſat. in d. conſ. 249. nu. 63. & ſeq. licet idem Burſat. in d. conſ. 75. nu. 1. dicat, d. cap. quamuis habere etiam locum in muliere minore 25. annorum cum iuramento renunciante pro modico accepto, dummodo non interueniat dolus, aut læſio enormiſſima, allegat Roman. & Mandoſ. ad eum in conſ. 190. num. 2. vbi Roman. & Mandoſ. non diſtinguunt in filia maiore, vel minore renunciante, ſed generaliter loquũtur, & ſcribit Roman. poſt Feder. de Sen. quem allegat, quod d. cap. quãuis locum habet non ſolum in filia renunciante in manibus patris, ſed etiam ſi renunciauit in manibus fratris, inſignis autem, atq; doctiſſimus D. Vinc. de Franch in d. deciſ. 247. in princ. refert deciſum in S. C. fuiſſe reſciſſam renunciationem bonorum paternorum, & maternorum ex capite enormiſſimę lęſionis quæ dolo ęquiperatur, allegat concord. vbi ego alios addo in primis addit. impreſſis, & de nouo addo Menoch. qui in terminis loquitur, & conſuluit Ancharan. Iun. & M. A. Eugen. vt ibi; Nam data enormiſſima lęſione, difficile eſt inuenire modum, quo is qui ceſſionem, &

renun-

Digitized by Google

renunciationem obtinuit, poſſit eſſe ſecurus, quia enormiſſima læſio non poteſt quacumque verborum generalitate remicti, ſecundum eundem D. Vinc. in d. deciſ. poſt Caſſiodor. & alios quos citat, & iterum in dec. 665. col. fi. verſ. erat enim, & addo alios ad d. deciſ. 247. verùm non allegat Burſat. in dictis conſilijs ſupra citatis, nec diſtinguit inter maiorem, & minorem, prout faciunt Vrſill. Burſa. & alij Doctores ſupra; læſio autem enormiſſima dicitur illa, quæ multum excedit partem dimidiā, Didac. Couar. in d. cap. quamuis par. 3. §. 4. num. 5. fol. 136. verſ. tertia concluſio, Arius Pinell. in l. 2. par. 3. c. 1. nu. 7. fo. 420. in paruis C. de reſcin. vend. licet nu. 8. improbat diſtinctionem Doctor. inter enormem, & enormiſſimam læſionem, & vide Iaſo. in auth. ſacramenta puber. num. 43. vbi DD. in apoſtill. lit. C. C. ſi aduerſ. vend. & ſcribit Corn. in conſ. 133. num. 8 in fi. vol. 3. quod quando non datur tantum quantum valet quarta pars rei, dicitur quis enormiſſimè læſus, ſequitur Mart. in dicto vot. 59. nu. 5. & 11. vel quia quadraginta danda erāt, & data ſunt decem ſolum, hinc idem Corn. in conſ. 214. n. 4. eo. vol. reſpondet, filiam quę mille ex bonis patris conſequi poterat, ſi ſolum ducentum quinquaginta conſequuta ſit, dicitur enormiſſimè læſa, & iterum idem Corn. in conſ. 27. nu. 5. volu. 4. refert, & ſequitur Iacob. Menoc. in conſ. 1. nu. 494. qui nu. 496. ſcribit, patrem non poſſe aſſignare dotem filiæ minorem legitima, ſecundum crebriorem opinionem allegat Crauet. in cōſ. 236. nu. 3. vide Aff. qui diſtinguit in dec. 160. vbi Vrſill. omnino Maxill. in conſuetud. Bari fol. 199. nū. 41. 43. & ſeq. in nouis nu. 53. & 58. Cannet. in loco, & fol. ſupra citato, & Mart. in dict. voto num. 5. Sed quod tempus debet actendi, vt filia dicatur competenter dotata, Paul. Fuſc. Epiſc. Rauell. & poſtea Sarnen. in ſing. 102. lit. F. poſt princ. refert in S. C. fuiſſe deciſum debere actendi tempus matrimonij, poſt Bal. Paul. Caſtr. Marant. Gramma. & alios quos allegat, quibus addo Cannet. Anchara. Iun. Theſſaur. Iun. & Conſt. in locis ſupra allegatis, & & an auctis facultatibus patris poſt matrimoniū contractum poſſit filia maritata petere ſupplemētum, vt in principio noſtræ concluſionis, & Paul. Fuſc. in d. ſingul. verſ. & ideo poſt multos Doctores quos allegat negatiuè reſpondit, vide tamen Did. Couar. in d. cap. quamuis par. 3. §. 1. ſub nu. 2. fol. 122. & in cap. Rainuntius §. 1. nu. 8. de teſtam. Maxill in dicta conſuetud. fol. 20. & ſeq. & omnino Viui. in opin. 456. par. 2. ſecundum nouiſſimam impreſſionem, Cannet. & Anchar. in locis ſupra citatis, Surd. in conſ. 128. nu. 12. & omnino Theſſa. Iun. in q. 73. par. 2. Conſt. & Thor. vbi ſupra: Hinc poſſet inferri, quod filia dotata á patre, quo tempore pater habebat filios maſculos, qui ipſo mortuo ſucceſſerunt ei, hæreditatemq; adiuerunt, & demum mortui ſunt ab inteſtato, poteſt, & debet illis ſuccedere, quia dum filij adiuerunt hæreditatem patris, non tractatur amplius de eius patrimonio, ſed de bonis fratruum, à quibus ipſa non eſt excluſa, Marant. in 10. diſp. nu. 16. nam conſt. Regni in aliquibus excludens filias, intelligitur à ſucceſſione parentum maſculis exiſtentibus, ſecus tamen ſi tractatur de ſuccedendo fratri, eo caſu dicta conſtitutio non procedit, nec locum habet, ſed remanet in diſpoſitione iuris cōmunis, auth. defuncto C. ad Tertull. teſtantur Aff. in dec. 178 in 3. dub. vbi Vrſil. nu. 3. allegat concord. & nouiſſimè D. Vincen. de Franch. in dec. 171. vbi ita deciſum refert, vbi addo, & iterum in deciſ. 307. nu. 2. in fin. quæ deciſiones de iure Longobardo non procedunt, ſecundum Mar. antanium conſil. 27. num. 9.

Filia excluſa per conſtit. Regni ſtantibus maſculis, an nepos ipſius ex filio, & ſic frater excludat ipſam, Afflict. in ead. conſtit. quæ incip. in aliquibus n. 64. in proprijs terminis tenet quod ſic, quia nepos in locum patris ſui intrat, vt quemadmodum ſi pater viueret, excluderet ſororem á ſucceſſione patris communis, ita etiam filius filij, & ſic nepos, vt cōtrariorum eadem ſit diſciplina poſt Iſern. & Bald. quos allegat ſequitur Iaſ. in l. 2. num. 4. vbi etiam Dec. qui concord. citat nu. 6. C. de in ius voca. Minado. in d. conſt. in verb. filiorum num. 35. & ſeq. Viui. in opin. 812. nu. 5. par. 2. vbi in num. ſeq. comprobat concluſionem iſtam, & in dec. 415. num. 9. Anto. de Gama in dec. 59. num. 7. in fi. & dec. 314. nu. 4. & Caprioi. in tract. de ſucceſſ. fol. 160. num. 398. conferunt ſcripta per D. Vinc. de Franch. in dec. 32 num. 9. vbi addo, An neptis ex filio excludat ſororem, & ſic amitam ſuam, Afflict. in dicta conſtit. num. 65. format quæſtionem iſtam, & videtur concludere quod non, ex multis rationibus quas allegat, ſubdens, dictā conſtitut. non determinare quæſtionem iſtam, ſed remanere in diſpoſitione iuris communis, vt ęqualiter ſuccedant, ſed Minado. in eadem conſtit. in 3. not. ſub num. 84. ex profeſſo diſputat iſtam quæſtionem, vbi num. 112. & 118. fol. 120. & ſeq. tenet opinionem affirmatiuam contra Afflict. videlicet, neptem in locum patris ſuccedere cum omnibus iuribus, & qualitatibus, quæ patri competiiſſent, ſi ſucceſſiſſet, & dicit hanc opinionem tāquam veriorem in hoc Regno, vidiſſe ſemper receptam, & reſpondet ad Capyc. in dec. 21. & ad Grammat. in dec. 63. & vide Mart. in vot. 47. num. 5. & omnino D. Regentem de Pont in tract. de poteſt. Proreg. fol. 457. à nu. 37 vſque ad fi. vbi ex alijs authoritatibus, & Doctorum deciſionibus comprobat, & ſequitur opinionem Minadoi, & nouiſſimè D. Paſcal. de virib. pat. poteſt. par. 4. cap. 9. num. 20. vbi etiam citat D. de Franch. in dec. 32. nu. 9. & alios, vt ibi, D. Conſiliar. de Georg. de feud. c. 49. num. 12. & ſeq. & ſi confert Molin. de primogenit. Hiſpan. lib. 3. c. 8. num. 8. & ſeq. vide tamen Marant. in d. diſputat. 10. num. 17. Molſeſ ad Napoda. par. 4. q. 32. col. 1. fol. 130. & in q. 27. fo. 220. & in q. 28. & Io. Bapt. Conſt. in tract. de porti. rati q. 169.

Filiusfamilias exiſtens ſub patria poteſtate, ſiue agat, ſiue conueniatur in iudicio, debet patris conſenſus interuenire, l. fi. §. neceſſitatem C. de bon. quæ lib. vbi gloſ. & Doctor. quia integram perſonam non habet, nec eſt integer homo, alias iudicium eſt nullum, ſecundum Corr. in ſuis memor. in verb. filius familias fol. 272. in paruis, ſequitur Marant. in tract. iud. p. 4. diſt. 16. num. 30. D. Vinc. de Franch. in dec. 493. in princ. & Guid. Pap. quem nullus allegat in dec. 54. num. 1. ibi ideo proceſſus nullus, licet dicat opinionem iſtam non ſeruari in ſuprema Curia Parlamenti, quia de patria poteſtate nō curatur, vt ibi; ſed principalem concluſionem ſequitur Viui. in opin. 303. nu. 1. par. 1. Ioſeph Ludo.

in

in deciſ. Peruſ. 16. num. 1. & ſeq. Aſc. in Clem. in tract. de patr. poteſt. effect. 4. num. 1. & multa congerit idem Ioſeph in deciſ. Peruſ. 13. amplia iſtam concluſionem, quod hic patris conſenſus debet præſtari filio in iudicio, ac etiam requiritur in ſummarijs, & executiuis, vt per Cort. vbi ſupra, Arno. ſoliloq. 75. Vrſill. in deciſ. Affl. 180. num. 5. poſt Alex conſ. 59. nu. 1. vol. 2. Rol. à Vall. conſ. 46. nu. 3. volu. 2. latè Viui. in loco alleg. nu. 4 Ioſeph in d. dec. 16. nu. 2. Adden. ad Iaſ. in l. ſi quis mihi bona §. iuſſum nu. 20. lit. C. ff. de acquir. hæred. Clemen. in dicto loco num. 14. & D. Vincen. in allegata deciſ. num. 3. ſed dubium eſt, in quibus cauſis huiuſmodi conſenſus paternus interuenire debet, & in qua parte iudicij, Affl. in dec. 180. ad fin. ſcribit quod vbi de re litigatur, in qua patri vſusfructus non quæritur, tunc patris conſenſus non requiritur, & ſi interuenit, ſufficit in quacunque parte iudicij interuenire, & refert deciſum per M. C. V. & S. C. ſin autem patri quæritur vſusfructus, ſufficit vt conſenſus ipſius interueniat in quacunque parte iudicij, & ſubdit ita deciſum, ſed ſi agit, vel conuenitur filiusfamilias ſuper caſtrenſi peculio, vel quaſi, conſenſus patris non requiritur, Guido Pap. in d. deciſ. nu. 2. vbi in profectitio, ſiue aduentitio, aliter ipſe diſtinguit, vide eum; An autem in criminalibus requiritur conſenſus patris, ſiue filiusfamilias accuſet, ſiue ab alijs accuſetur, & licet inter Doctor. maxima ſit altercatio, vt ex allegatis per Iul. Clar. apparet in §. fin. q. 14. verſ. ſed quid ſi in filiofamilias, & Carauit. in rit. 201. num 5. & ſeq. tamen idem Clar. qui ſupra ſcribit, quod ſiue filiusfamilias accuſat, ſiue ab alijs accuſetur de crimine publico, patris conſenſus nõ requiritur poſt Caraui. in d. ritu num. 5. & Viui. in d. opin. num. 20 vbi refert ita iudicaſſe, & iudicari vidiſſe, in crimine autem priuato patris conſenſus non requiritur, ſecundum Viui. loco ſupra citato, verſ. & licet de plano, qui de communi teſtatur, tamen Clar. in dicto loco, verſ. ego certè, refert nunquã vidiſſe in practica dubitari an filiusfamilias in cauſis criminalibus agendo, ſiue defendendo poſſet eſſe in iudicio abſque patris conſenſu, ſed ſemper vidiſſe procedi, ſiue de crimine publico, ſiue de priuato ageretur, & ita vidiſſe obſeruari, quem refert, & ſequitur Carauit. vbi ſupra ad fin. qui idem affirmat, & relato Claro refert idem vidiſſe obſeruari Farinac. in titul. de accuſ. q. 12. nu. 10. de quo meminit Baiard. ad Clar. in loco ſupra alleg. num. 23 vbi ſimiliter teſtatur, ita practicari vidiſſe, dicit tamen Carauit. in dicto loco ad fin. quod quãdo opponitur de conſenſu patris in crimine priuato ſeruari communem, reliqua quoad concluſionem principalem vide Viui. & Aſcan. Clem. in locis allegatis. Hinc ſi filiusfamilias contrahit cum aliquo, & aſſerit viuere ſeorſum à patre, vel eſſe emancipatum, dicitq; mendacium, nullam pœnam pati debet, per pragm. editam de menſe Ianuarij 1588. quæ eſt conformis cũ deciſ. Gram. 12. quia contrahens cum alio, debet eſſe certus de conditione, & qualitate contrahentis, iuxta regulã iuris, qui cum alio, vbi Dec. nu. 1. infert ad ſimilem quæſtionem noſtrã ff. de reg. iur. Surd. in tract. de alime. tit. 7. q. 37. n. 43. & Mart. in vot. 25. n. 6. & ſeq. licet aliter ſit de iure, quia propter periuriũ, & mendacium filiusfamilias, ſic contrahendo, & aſſerendo deberet puniri extraordinaria pœna, ſm Vrſill. in deciſ. Affl. 308. n. 16. & Caraui. in pragm. per excellentem §. 16. n. 6. & ſeq. in tit. de Senat. conſ. Macet. & per cumulata ab Ann. in ſing 213. & Thor. in comp. deciſ. fo. 235. an ſufficit vt filiusfamilias habitauerit momẽto ſeorſum à patre, Vrſill. in d. dec. nu. 18. tenet ꝙ ſic, & refert ita iudicatum, ſequitur Gali. in prax. inſtrum fo. 125. nu. 25. An diſpoſitio d. pragm. per excellẽtem, procedat in obligatione oretenus, aut in promiſſione verbali per filiumfamilias facta abſq; præſentia, & expreſſo conſenſu ſui patris, Caraui. ibid. §. 7. nu. 6. & ſeq. tenet ꝙ ſic, non ſolum ex authoritatibus, & rationibus, quas ibi allegat, ſed ẽt ob intereſſe patris, ob quod facta eſt d. pragm. ſecundum eundem in §. 5. poſt nu. 14. & ſeqq. Thor. in d. comp. ſol. 165. & ſeq. licet aliter nouiſſimè circa hoc vltimũ ob intereſſe teneat D. Rouit. ſuper pragm. prædicta, ſequendo Gram. in d. deciſ. 12. An filiusfamilias poſſit pro patre fideiubere, ſcripſi ſupra in concluſ. Fideiuſſor, vt ſit idoneus. An filiusfamilias poſſit ſe pro pratre obligare alteri abſq; eius præſentia, & expreſſo conſenſu, vide Grauin. in rit. 164. p. 2. declar. 17. nu. 42 qui tenet non iuuari filiumfamilias exceptione Macedon. ſequitur Thor. poſt Paſcal. in compen. deciſ. f. 235. vbi refert ita iudicatum, & vide multa in terminis d. pragm. per excellentem apud Grat. lib. 3. diſcep. foren. c. 576.

Filius an poſſit dotem matris quæ tutelam ipſius adminiſtrauit retinere, donec reddiderit computum ſuæ adminiſtrationis, Soc. Sen. in cõſ. 180. in 1. dub. vol. 2. conſuluit ꝙ ſic, ex iuribus, & rationibus quas allegat, ſequitur Dec. in conſ. 349. nu. 10. Ann. in ſing. 214. & nouiſſimè Rola. à Vall. in conſ. 17. per tot. vol. 4. vbi ſimiliter in facti contingentia ita cõſuluit, ſed Ant. Neguſ. in tract. de pignor. in 1. mod. 5. par. nu. 36. & ſeq. latè diſcuſſo articulo, & quæſtione iſta tenet contra Socc. omnibuſq; ſuis argumentis reſpondet, & fundat eius opinionem ex l. j. §. taceat, verſ. nec retentio in fin. ibi, vt ſit omnium retentionum C. de rei vxo. actio. per quem tex. generaliter dotis retentio prohibetur, & ſubdit ad illum tex. Socc. non benè reſpondere, & refert n. 37. in fi. ꝙ contra Socci. pluries iudicauit, & iudicari vidit, ſequitur Gram. in conſ. ciuil. 114. & latè Caualca. de tuto. & curato. nu. 219. fo. 127. in paruis, q refert ita de anno 1570. iudicaſſe Rot. Florent. dicens etiam opinionem Neguſ. veram ſicut Euangelium, eamq; num. ſeq. cõprobat, & Viui. qui ſimiliter ita iudicatum refert in dec. 317. Conſt. de portio. rat. q. 8. n. 10. & nouiſſimè D. de Franch. in dec. 642. nu. 1. & 3. vbi ſm opinionem Neguſ. Caualcan. & aliorum ſupra alleg. refert deciſum per S. C. vbi nouiſſimè addo alios, quæ opinio põt corroborari ex dictis per Alex. in conſ. 192. volu. 7. & Gratia. lib. 1. diſcep. foren. c. 129. col. 1. Ego autem ſoleo circa concluſ. iſtam animaduertere, & diſtinguere hoc modo, nam ſi mater tempore ſuſceptæ tutelæ ſuorum filiorũ, fecit inuentarium ſolemne omnium bonorum ipſorum, & ſe obligauit finita tutela, bona illa reſtituere, cũ clauſulis neceſſarijs in inſtrumento, ſiue obligatione penès acta, cũ expreſſa hipotheca ſuorum bonorũ, tunc ob nõ redditũ compotũ, & rõnem adminiſtrationis, maximè ſi mater renũciauit omni legum auxilio, & in iſtis proprijs terminis conſuluit Rol. vidẽdus in d. cõſ. 17. qui legatur à n. 5. cũ ſeqq. ſequitur Steph. Grat. in deciſ. 179. num. 5. & 7. & nouiſſimè D. Georg.



Digitized by Google

in alleg.36.num.6. & hi omnes affirmant hoc caſu d. §.taceat non procedere, quia mater tutrix poteſt conueniri pro bonis certis in inuentario deſcriptis ad illorum reſtitutionem, non expectata aliter generali redditione computi totius adminiſtrationis, nec pro illis executio impediri poteſt, ſecundum magis cōem opinionem, de qua poſt Socci.teſtatur Rot.Bonon.in dec.90.in fi. in antiq. meminit de deciſ.prædicta Caualca.in d.tract.ſub num.214.& 216. & clarius idem Dominus Conſiliarius in d. alleg.nu.10. vbi magnum facit, quia exactio liquidi nō debet retardari per illiquidum, quibus addo doctiſſimum Surd. in deciſ. Mantua. 184. num.10.qui refert ita vidiſſe iudicatum in Senatu Montisferrati, in quo tunc præſidebat Roland.à Vall. & Senator erat Franc. Becc. viri grauiſſimi,& in alijs cauſis agitatis in Senatu, Domini ſecuti fuerunt hanc opinionem, cui valdè confert d.deciſ.Mantuan. vt ex ea videri poteſt, & ita ego bis iudicaui, addo Theſſaur.Iun.in q.28.par.2 Gratia.latè loco citato,& Paſcal.de virib.patr.poteſtat.par.3.cap.10.num.43.& ſeq.limitatur etiam diſpoſitio d. §. taceat, non procedere in muliere repetente eius dotes, & per hæredes mariti excipitur contra ipſam de adulterio, tunc eiſdem competit retentio, vt post Bald. & Salycet.oſtendit D. Vinc.de Franch.in dec.184.nu.3. Item limitatur non procedere d.§.taceat,in compenſatione,quando debitum eſt liquidum, quia compenſatio iſto caſu aduerſus dotem competit, ſecūdum eundem D.Vinc.in d.dec.642.num.2.qui infinitos citat,& ego addo alios.

Filius Regis, aut Ducis, ſeu Comitis, vel ſeudatarij, viuo patre poteſt appellari Rex,aut Dux, vel Comes, Cagnol.in l.2.§.exactis nu.51.fol.142.á terg. ff. de orig. iur. loquens de filio Regis, tenet quod ſic, ſequitur Paul.Fuſc.in ſing.114.lit.F.vbi idem ſcribit de filio Comitis, qui viuo patre poteſt appellari Comes, Iacob.Menoch.in conſ.677.nu.5. & 12.& de filio ſeudatarij loquitur Ann. Sen. in ſingular.219. qui viuo patre dicitur ſeudatarius quia ſunt vnum,& idem corpus, l.in ſuis ff. de lib. & poſthum.idem Ann.in conſtit. terminum vitæ num.24. vbi in filio Comitis loquitur, & D. Fab. eius filius in addit. ibi à nu.26. cum infinitis ſeqq. loquitur de filio Regis,Comitis,Marchionis,Ducis,& Baronis, verùm num.42.ſcribit, filium Regis, Ducis, Comitis, vel Baronis,viuis patribus ſic appellari, ſed procedi fictè, & impropriè, multosq; allegat, & inſuper dicit procedere ſpe tantum,non autem re, vt ibi latiſſimè, ad quem Lectorem remicto: Hinc filius, ſeu filij Doctorum potiuntur, & gaudent nobilitate eorum patruum ex dignitate Doctorali acquiſita,qui ſi delictum capitale committunt,decapitantur,vt in filio Doctoris Medici,refert fuiſſe deciſum in S.C. Anna Sen.in d.conſtitu.terminum vitæ num.22.& 25.& ita de anno 1578.fuit per M.C.V.& S.C.deciſum in perſonam cuiuſdā filij Doctoris,qui ob appenſatum homicidiū,fuit decapitatus, ſequitur Thor. in compen.deciſ.fo.234.Hinc etiam filius Doctoris collegiati almi Collegij Neap.dūm doctoratur non ſolum non ſoluit munuſcula,ſed gratis doctorari debet,prout Ann.Sen. refert fuiſſe obſeruatū in doctoratu D.Fabij ſui filij, & aliorum, in ſing. 216.quem refert,& ſequitur Viui.in dec.159.nu.1. qui alios citat,quibus accedunt Adden.ad Affl.in conſtit.Aduocatorum,Intrigl.in ſing.96. in fin. & D. Cirius Maſtrill. vir omnium virtutum genere ornatiſſimus in conſ.138.colum.fi.inter conſil.D. Fab.Ann.Alex.Rauden.de Anal.cap.22.num.85. An filius Regij Conſiliarij non natus Neap. poſſit admicti ad Collegium Doctorum,& gaudere priuilegio almi Collegij,vide D.Fab. de Ann. in obſeru.7.fo.127.ad iſtam concluſionem in princ.ad. de Molin.de primoge.hiſp.lib.3.c.6.nu.27. & ſeq. & Menoch.in conſ.677.num.12.

Filius ſi viuo patre, liberauit debitorem patris, mortuo patre cui ipſe ſucceſſit, an talis liberatio noceat filio, Iaſ.in l.filius paciſcendo num.5. C.de pact.tenet quod non,quia quemadmodum liberatio filij non nocet patri, d. l. filius, ita etiam poſt mortem patris non nocet filio eius hæredi, ideo filius poteſt exigere debitum ex perſona patris,non obſtante tali liberatione, allegat Bart.in l. filiusfamilias ff.de ſolutio.qui dicit duobus modis limitare hoc dictum, cum alijs concord. per Iaſ.allegatis,vide ſi conferunt ſcripta per Carau.in pragm. per excellentem §. 9. num. 18. in titul. de Senat. conſult. Macedon & quid ſi filius liberauit debitorem patris, aſſerens eſſe eius procuratorem, & re vera non eſt,an poſſit puniri de falſo,vide Bal.in conſ.14.vol.1.

Filius poteſt agere cōtra patrem diſſipatorem,ad repetendum dotem ſuæ matris mortuæ,vt ſalua fiat, Pract.Papien.in forma libelli ad dotem in glo.pro curatorio in fi. poſt Bart. quem allegat, ſequitur Boer.in deciſ.61.num.18.vbi dicit, per iſta euitari lites,quæ ſingulis menſibus orirētur inter patrem, & filium, & Surd. qui allegat alios in tract. de aliment.tit.8.in priuileg.26.poſt num.6. Molin.de primoge.hiſp.lib.1.c.16.& Theſſaur.Iun. in q.59. par.4.diſſipare autem, vel dilapidare bona,quando quis dicatur, vide Boer. remiſſiuè in d.deciſ nu.4. hinc Bal.in l.2.num.3.in fi.C.ſi quid in fraudem patro.dicebat, ex æquitate ſuccurrendum eſſe filijs,quando pater diſſipat bona ſua, vt aliqua ex eis ſeparentur pro alimentis neceſſarijs,& legitima & Bal.ſequitur Paul.Caſtr. Alexan. & infiniti alij quos refert Arius Pinell.in l.1.par.3.nu.75.fo.497. C.de bon. mater. latiſſimè omnium Surd. in loco citato á nu.5.vbi poſt 6.verſ.& quamuis in contrarium refert Bal.ſibi ipſi parum cōſtantem, & alios infinitos,qui contrariam tenent opinionem, quæ eſt communis,prout eſt opinio Bal.in d.l.2. vt Surdus fatetur,quam ipſe ſequitur, & reſpondet omnibus,quæ in contrariū adducuntur á nu.7.vſq;ad fi. & iterū titul.prædicto priuil.77.nu.7.& receptiorem appellat Pinell.in loco ſupra allegato, de quo Surd.non meminit, Molin vbi ſupra nu.9. verùm dicit ipſe, quod quo ad legitimam eſſet difficile in practica obtineri,ſecundū opinionem Bal.quia illa patre viuente,filio non debetur,ſecundū Craſſ. in §.legitima q.12.Viui.in opin.455.num.1. par.2. Aſcan.Clem.de patr.poteſt. effect.16. num.50. & omnino Surd.in d.priuileg.26.num.1.ſed ab Ario Pinell.& alijs citatis per eum, diſſentit Surd.vbi ſupra nu.7. vbi reſpondet ad quæ in contrarium adducuntur,etiam quoad legitimam, vide ipſum, videatur Gratia.lib.1.dicept.forenſ.cap.44.col.2. Scribit autem Pinell. vbi ſupra, quod patri poſſet interdici adminiſtratio,vel ſecundum Boerium

in

in d.deciſ.num.15. & ſeq. auferri,ſequitur Aſcan. Clement.in dicto tract.effect. 12. num.14. & ſeq. & opinionem Bal in d.l.2.vltra ſupra alleg. Doctores, ſequitur Suarez in ſuis opin.num.203.lit.F. & Cleme.in d.effect.16.nu.51.& effect.17. num.17. qui alios allegat,& idem Aſcan.Clem.refert aliud remedium ſuccurrendi filio contra patrem diſſipatorem in d.effect.12.ante num.16.fol.133.Hinc poſſet inferri,quod filius debet habere legimam ex bonis,& ſubſtantia patris mortui,non autem in pecunia numerata; eſto quod pater in eius teſtamento legaſſet titulo inſtitutionis filio,certam pecuniæ quantitatem aſcendentem ad dictam legitimam,quia poteſt filius refutare, & dicere ſe illam velle in bonis patris defuncti, ſecundum DD.in l. ſcimus §.repletionem C.de inoff.teſta. Ant.Gabr. in tit.de legitima concl.3.qui infinitos alleg. Viui. in opin.311.nu.1.p.1.Mich.Craſſ. in §.legitima q.15.num.2. qui omnes de communi teſtantur,& omnino M.A.Peregr.in tract.de fideicom.art.36 nu.71.& infra: verùm filio non datur, nec electio competit legitimã eligendi in omnibus bonis patris, ſed Iudicis arbitrio debet aſſignari in aliquibus bonis,ſecundum Ant.Gabr.in d.tit.concluſ.4 Viui.in d.opin. verſ.ſed aduerte; & iterum in opin. 455.nu.5.p 2.& M.A.Peregr.in d.art.36.nu.28.& 74.quibus accedunt Suar. in l. quoniam in prioribus in 11.ampl.num.7.C.de inoff.teſtam. fol.173. Adden.ad Iaſ.in l.filium quem habentem num.17 lit.B. C.famil.erciſc.Franc.Burſ.in conſ.84.n.12 & conſ.92.nu.11.& 12.Craſſ.in d.§.legitima q.16 & Aſcan.Clem.in d.effect.16.nu.41. Magon. in deciſ.Flore.35.nu.15.& Steph.Gratia.in deciſ.181. ad fin.& Honded.in conſ.66.vol.2. & an legitima competat ſuper bonis alienari prohibitis, vide ibi omninò, & quomodo debet eſſe arbitrium Iudicis in aſſignatione legitimæ filio faciẽdæ,vide Craſſum in d.§.legitima q. 17. poſt Doctores quos allegat; An filiusfamilias poteſt in vita patris agere, & vendicare bona ſua aduentitia per patrem alienata, Ludoui.Morot.in conſ.75.in 1.dub. diſcuſſo plenè articulo,conſuluit quod ſic,vbi infinitos allegát,& vide omnino Aluar.Valaſc.in conſult.69. ac etiam Anchara.Iun.in q.1.17.& 18. par.3. omnino Paſcal.de virib.patr.poteſta,par.1.cap.2. poſt Honded.in conſ.19.vol.2.& ad principalem concluſionem vide Iacob.Menoch. in tract. de arbit. Iud.caſ.163.de quo meminit Franc. Burſ. vbi ſupra.

Filiusfamilias in illis caſibus in quibus poteſt facere teſtamentum,veluti de peculio caſtrenſi, vel quaſi iuxta text.in §.1.inſtit.quib.non eſt permiſſ.facere teſtame.& ibi Doctor. Iul.Clar. §.teſtamentum quæſt.18. Aſcan.Clemen.de patria poteſt.effect.9 à num.5.cum ſeq.Ioſeph Ludouic.in ſuis comm. opinio.concluſ.61.fol.163. & Capriol.in tract.de de ſucceſſ. fol. 47.& ſeq. vel ſi eſt emancipatus à patre, vt dixi ſupra in concluſ.Emancipatio, quia filiusfamilias in peculio prædicto habetur pro patre familias,l.2.ff.ad Maced.& habetur in d.§.1.& merito de eo teſtari poteſt, vt ſupra, & tenet Roland. à Vall. in conſ.54. num.6.volum.3. & quod nam dicatur peculium caſtrenſe,vel quaſi, vltra DD.in d.§.1.legatur quæſo Surd.in tract. de alim. tit.4.quæſt.11.poſt Cappell.Tholoſan. in dec. 10. vbi Aufrer. in addit, ſcribit, quod ſeruientes publici Curiæ, dicuntur lucrari peculium quaſi caſtrenſe, inter quos poteſt connumerari Miniſter iuſtitiæ,ſeu Manigoltus: Hinc ſi filiusfamilias fecit teſtamentum de peculio caſtrenſe habebit hæredem ipſo ſui iuris effecto in alijs bonis, quia inſpicitur habilitas in dictis bonis tempore mortis, vt poſt Cephal. ſcribit idem Surd. in d. tract. titul.7.quæſt.4. num.19. vbi num.21. declarat, & qui debet alimenta præſtare,tenetur etiam de bonis caſtrenſibus ſoluere, Surd in d.tit.4. quæſt.11. num.20.vel ſi eſſemus in Ciuitate Neap. in qua filiusfamilias ciuis Neapolitanus in patria poteſtate exiſtens, poteſt teſtari de bonis maternis ei obuentis ex linea materna, per Conſuetudinem Neapolitanam, quæ incip. filiusfamilias, & an procedat in bonis ſitis extra territorium dictæ Ciuitatis. & quid in filiafamilias Neapolitana, quæ eo ipſo, quod nubit efficitur ſui iuris, eſto quod non fuerit emancipata, vide omnino oculatiſſimum Dominum Vincentium de Franchis in deciſ. 546. vbi ad ſaturitatem, & in deciſ.552. teneturq; filiusfamilias in caſibus prædictis, & debet eius parentes inſtituere, alias ipſis præteritis, teſtamentum redditur nullum, Iul. Clar. in §. teſtamentum quæſt.48. Viui. in opinion. 313. num.1. par. 1. ſecundum nouiſſimam impreſſionem, & Aluar.Valaſc.in conſult. 61. Craſſ.in d.§.teſtamentum quæſt. 45. & 51. quia præteritio aſcendentium annullat teſtamentum, ſicut præteritio deſcendentium, §. ſancimus in authent.vt cum de appellation. cognoſcit. & latè proſequitur D. Fab. Anna in conſil.103. num. 2. vbi pro Auia materna præterita per Nepotem conſuluit, & latiſſimè per eundem in conſ.130. & quid ſi in teſtamento in quo eſt præteritus Auus, & Pater, vel Auia à filiofamilias, ſiue nepote, adeſt clauſula codicillaris, an dicta clauſula operetur, vide Viui. in deciſ.420.num.20.& D.Fab.Ann.in dictis conſilijs, limita concluſionem noſtram quando filiusfamilias qui poteſt teſtamentum facere, vt ſupra, habet filios legitimos, & naturales, atque parenrentes,quia cum obtineant primum locum in ſucceſſione,non tenetur aſcendentes inſtituere,nec illis legitima debetur, ſecundum Viui. in d.opinio. 313.num.4.quem refert,& ſequitur Coſm. Nepita ſuper conſuetud.Catan. fol.80 vbi alias limitationes poſt Viui.refert,& reaſſumit,& D.Vincen. de Franch.in dec. 47. num.2. Nam filiusfamilias dicitur eadem caro cum patre,cap.dicimus §.hanc authoritatem 35. q.3. & bona patris dicuntur eſſe filij etiam adhuc eo viuente, l.in ſuis ff. de liber. & poſth.& ſuccedit patri, excluſo Auo, auth.in ſucceſſione C.de ſuis, & legitimis, & in l. 1. §. 1. ff. ſi tab. teſtamen. null. extab. & ad principalem concluſionem in principio poſitam, adde videndum D.Vinc.de Franch.in dec.4.in 1.dub. & Gratian. lib.3.diſcep.foren.c.576.col.1.

Filiusfamilias factus Sacerdos, vel Epiſcopus, aut Religioſus efficitur ſui iuris, quia de patria poteſtate exijt, verùm iura ſuitatis retinet, vt per Surdum de aliment.titul.6.quæſt.18.colum.fin. & vide Carauitam in pragmat. per excellentem §. . . in titul. de Senatuſconſult. Macedonia. & quando poteſt repetere alimenta patri, vel matri præſtita, vide eundem Surd.in d.tit.q.11.per tot. An filiusfamilias poſſidens feudum, in quo iure



Digitized by Google

ſrancorum viuitur, liberatur à patria poteſtate, vide D. Vinc. de Franch. in dec. 4. nu. 16.

Filij poſiti in conditione quando dicantur vocati, vel non, iuxta glo. vulgat. in l. Lutius la 2. ff. de hæred. inſtit. vide Iul. Clar. in §. teſtamentum q. 77. & ſeq. Ant. Gabr. in tit. de fideicom. concl. 4. Rol. à Vall. in conſ. 51. vol. 3. conſ. 34. nu. 55. conſ. 43. num. 38. vol. 4. Mandoſ. in conſil. Roma. 32. lit. R. Ann. Sen. in alleg. 10. num. 18. & alleg. 134. nu. 4. vbi Adden. Viui. in opin. 862. par. 2. in deciſ. 262. Alpha. Peruſ. in coll. 845. Anton. Theſſ. in dec. 96. num. 4. & ſeq. M. A. Peregr. in tract. de fideicom. art. 28. D. Fab. Ann in conſ. 10. D. Lanar. in conſ. 60. Magon. in deciſ. Flore. 27. & in deciſ. Luc. 59. num. 8. vbi Addent. Camill. Borrell. in conſ. 33. num. 32. & ſeq. fuſius Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. alias in tract. de præſump. lib. 4. cap. 76. Surd. latiſſimè in dec. 162. nu. 1. & 5. & in tract. de aliment. tit. 2. q. 14 & Honded. in conſ. 64. qui latiſſimè explicant, & multi referunt aliquando pro opinione gloſ. fuiſſe judicatum, & aliquando contra gloſ. ſimiliter iudicatum, nam ex coniecturis per ſupradictos relatis, ac per D. Maſtrill. in dec. 121. Seraph. dec. 946. & Gratia. lib. 2. diſcep. foren. c. 352. & ad cuius portionem cenſentur vocati, idem Gratia. in cap. 371. Anchar. ſun. in q. 31. par. 3. veritas colligirur, & qd ſi teſtator ad plures gradus ſubſtitutionis proceſſit an filij cenſeantur vocati ex teſtamento, vltra aliquos ex Doct. ſupra citatis, vide Menoch. in conſ. 335. nu. 5. conſ. 173. nu. 55. conſ. 227. nu. 4. & conſ. 420. nu. 5. & D. Maſtril. vbi ſupra nu. 14. & quid ſi in teſtamento fuit per teſtatorem appoſita clauſula, omni meliori modo, vide Honded. in d. conſ. 64 nu. 41. & quid ſi fuit appoſita clauſula codicillaris, vide Menoch. in d. conſ. 420. num. 17. vbi allegat Aym. Crauet. & Fab. Turre. in tract. de effect. clauſulæ codicill. q. 50. & 51. & ad iſtam concluſ. adde videndum Thor. in comp. deciſ. fol. . . & Alex. Trentacinq. in tract. de ſubſtit. c. 11. p. 4. & in conſ. 1. nu. 27. & ſeq. vol. 2.

Fiſcus tenetur ſoluere debita ad quæ delinquens tenebatur ſuis creditoribus, cuius bona ipſe confiſcauit, Iaſ. in l. quod nomine nu. 2. vbi plena apoſtil. ff. de cond. indeb. quia eſt loco hæredis, vt poſt Clar. & alios quos citat, tenet Surd. in tract. de alim. tit. 1. q. 31. nu. 10. tàm in oneribus, quàm in honoribus. l. 2. C. ad leg. Iul. de vi publ. maximè ſi cõfiſcatio eſt vniuerſalis, Petr. de Beninte. in dec. 91. nu. 2. Paul. Fuſc. in ſing. 136. lit. F. Anch. Iun. q. 25. par. 2. vide omnino D. Roui. in pragm. de bon. prodito. nu. 14. qui optimè diſtinguit, & Farinac. latiſſimè in tit. de delict. q. 25. nu. 169. & ſeq. plura ponit Mangrel. ad Bar. in l. inter eos §. bonis damnati ff. de fideiuſ. licet idem Surd. in d. tract. priuil. 59. in princ. tit. 8. dicat, fiſcum in bonis publicatis non eſſe propriè hæredem, ſequitur Rot. Auenio. in dec. 121. nu 6. verùm dicitur ſucceſſor vniuerſalis, quia in eum tranſeunt omnia iura condemnati actiuè, & paſſiuè, & efficitur ipſo iure dominus abſq; apprehenſione, & tenetur ſatisfacere omnibus creditoribus condemnati, vt ſupra, vt per Surd in d. priuil. 59. col. 1. & Farinac. vbi ſupra: Hinc etiam fiſcum teneri alere filios condemnati ex bonis per ipſum cõfiſcatis, vt per plura oſtendit idem Surd. in d. q. 31. col. 1. & 2. atq; legitimam aſſignare, ibi num. 3. vbi infinitos ad id citat, teneturq; dotare filias condemnati ex dictis bonis confiſcatis, ſm Petr. de Benintend. in d. deciſ. & Surd. qui concord. allegat in d. q. 31. nu. 16. dũmodo confiſcatio non deſcendat ex crimine læſæ Maieſtatis, ſm Pet. de Beninte. qui ſupra, licet hæc reſtrictio nõ placeat Surd. in d. q. 31. n. 16. & ſeq. vbi ad contraria reſpõdet, declara in per Surd. ibid. & Farinac. in loc. ſup. alleg. nu. 183. & ſeqq. & multa de fiſco ponit Affl. in plud conſt. Regni q. 15. vbi Adden. Hinc infertur, quod fiſcus nõ habet bona delinquentis tacitè hipothecata ante delictum, vel ẽt poſt, ſed ea habet tacite hipothecata poſt ſententiam diffinitiuam latam contra ipſũ ſm Clar. qui de cõi teſtatur in §. fi. q. 78. ad fi. refert & ſequitur Farinac. in tit. de delict. in d. q. 25. col. fi. verſus fin. verùm illa habet adeo obligata pro collectis, & tributis, vt pferatur creditoribus anterioribus, ẽt ius anterius habentibus, vt poſt Pract. Papieſ. probat Cott. in ver. collecta, ſequitur Cacher. in deciſ. Pedem. 95. nu. 32. Rola. à Vall. in conſ. 79. nu. 5. volu. 4 addo prag. 5. §. 15. vbi Foller. nu. 39. in tit. de adminiſt. vniuerſ. fiſcus .n. multa alia priuilegia habet, quæ congerit Bald. in l. 1. C. quan. fiſc. vel priua. An filius occidens patrem relictu filio, & ſic nepote occiſi, an ſuccedat in bonis feudalibus D. Rouit. in d. pragm. diſputat à num. 64. latiſſimè articulum, & tandem refert deciſum pro nepote, ſequitur D. de Pont. de pot. proreg. ſo. 423. & ſeq. vbi in fine meminit de d. deciſ. contra Fab. Ann. in conſ. 128. vide tamen Menoc. de arbit. iud. caſ. 356 nu. 122. in addit. vbi concordat opiniones; & quid in bonis burgenſaticis, an ob parricidium commiſſum per filium, fiſcus ſuccedat, vide Clar. in §. homicidium verſ. priuatur, & Doct. ſupra cita. Menoch. vbi ſupra num. 129. & ſeq. latè Farinac. in 4. vol. q. 120. num. 23. cum ſeqq. Theſſ. Iun. q. 80. par. 3.

Forenſis qui magnam moram traxit in Regno, non põt excuſari allegando ignorantiam alicuius conſtitutionis, aut ſtatuti ipſius Regni, ſm Affl. in cõſt. homines nu. 6. & ibi latè de materia, ad quem ſemper recurrendum dicit Vrſill. ad Affl. in dec. 290. n. 5. & vide Viui. in opi. 766. n. 10. & ſeq. p. 2. Gram. in conſ. crim. 25. n. 3. addo videndum D. de Franch. in dec. 521. maximè n. 14. & 15. cum additis per me ibid. & ad quæ onera tenetur forẽſis, vel non, Ant. Theſſa. in dec. 145. nu. 6. cum ſeqq. latiſſime diſputat, tandem iudicatum refert, ſeruandam eſſe conſuetudinem generalem, vt ad omnia onera teneatur, & pro illis collectari poſſit, exceptis tamen ſalarijs Medici, Ludimagiſtri, Chirurgi, Sindicorũ, Cuſtodum tempore peſtis, impenſis horologij campanarum, refectionis eccleſię, lampadis, & impenſis faciẽdis cauſa militiæ, vt ibi in fi. & ſequitur Ioa. Bap. Conſt. in tract. de portio. rati q. 203. nu. 8. dummodo eis forenſes nõ vtantur; ſecus ſi vtũtur, quia tenentur ſm ordinationes, & decreta R. C. S. & ſequitur ẽt D. filius ad d. deciſ. ſui Genitoris, qui pariter iudicatum refert, forenſes non teneri ad reparationem eccleſiæ, nec ad hoſpitandum milites; an teneantur ſoluere collectas pro bonis, quæ in alieno territorio poſſident, & licet de iure communi Doctores hinc inde altercantur, vt eſt videre apud D. Fab. Ann. in conſ. 59. colum. 1. tamen in Regno quæſtio iſta eſt ſopita per cap. Regni quod incip. In ſingulis 194. in ordine Nigri Campan. quod forenſes teneantur, vt ibi per D. Fab. num. 3.

num. 3. & videtur concordare Anton. Theſſaur. in dicta deciſion. num. 2. D. Vincent. de Franchis in deciſ. 22. verùm non tenentur ad ſolutionem debitorum vniuerſitatis contractorum ante habitationem, ſed tantum à die habitationis, ſecundum Campan. in dict. cap. in ſingulis num. 14. & Ann. Sen. in ſing. 211. poſt Aff. in conſtitut. dubitationem num. 2. An forenſes tenentur ad ſolutionem Doctorum legentium in publicis Gymnaſijs, & teneo quod ſic, ex dictis per Decia. in conſ. 14. in 1. volu. vbi conſuluit contra clericos qui obligati ſunt ad ſolutionem prædictam, quémadmodum tenentur ad ſolutionem tempore guerræ, & quis propriè dicatur forenſis, vide M. Anto. Euge. in conſ. 18. à num. . . & ad iſtam concluſ. vide Thor. in compen. deciſ. fol. 239.

Foriudicatus non poteſt facere teſtamentum, & ſi illud fecit ante foriudicationem eſt nullum, & ita fuit iudicatum in S.C. vt refert Paul. Fuſc. in ſing. 139. lit. F. meminit Thor. in compen. deciſ. in ver. teſtamētum, tum quia foriudicatus in hoc Regno pro mortuo habetur, ſecundum D. Vinc. de Fran. in dec. 102. 213. & 276. & iterum in dec. 689. nu. 5. etiam quoad alimenta, vt ibi nu. 6. & D. de Ponte in conſ. 69. quod comprobauit in caſu d. deciſ. 213 & conſequenter eſt inteſtabilis, & teſtamentum eſt nullum, vt ſupra, vt poſt Bero. tenet Ioſeph Ludouic. in ſuis comm. opin. concluſ. 3. verſ. infertur ſo. 5. quia poteſt impunè occidi, per conſtit. Regni pęnam eorum, D. Vinc. in dictis deciſ. 213. nu. 25. & 276. nu. 1. Cumia in cap ſi aliquem in verb. maſculus num. 7. tum quia efficitur ſeruus pęnæ, D. Ann. Iun. in conſ. 9. num. 31. & conſ. 13. in fi. D. de Pont. vbi ſupra, & D. Ann. allegat Marant. in l. is poteſt num. . . ff. de acquir. hæred. qui idem dicit de condemnato perpetuo ad Regiam Triremes, qui ſimiliter ſeruus pęnæ efficitur, ſequitur Franc. Burſat. in conſ. 48. nu. 26. Craſſ. de ſucceſſ. ab inteſt. in §. teſtamentum q. 28. & addo ad D. de Franch. in dec. 140. num. 8. in addition. nouis, licet contrarium videtur tenere Ant. Gama in dec. 362. quia ſecundum eum ibi num. 1. in med. & num. 3 hodie nemo benè natus ex cōdēnatione efficiatur ſeruus pęnæ; tum etiam quia foriudicatus, nec dominium, nec poſſeſſionem retinere poteſt, D. Vincent. in d. dec. 213. nu. 11. & D. de Pont. in d. conſ. Hinc foriudicatus efficitur inhabilis ad ſuccedendum tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato, quia deportato ęquiparatur, adeo quod in vita patris filius foriudicatus eſt ob eius delictum prorſus inhabilis ad ſuccedendum, & locum alijs facit ad ſuccedendum, vt poſt Iſern. tenet Cannet. in d. cap. ſi aliquem fol. 219. & Cumia in d. verb. maſculus n. 4 & ſeq. vide tamen Craſſum in d. tract. §. inſtitutio q. 3. & 5. poſt Clar. in §. teſtamentum q. 20. verùm durante vita ipſius foriudicati, ſi feudum poſſidet, feudum prædictum pręoccupatur á fiſco ſecundum Cumiam in loco ſupra cita. ante nu. 8. dummodo parentes, liberos, aut fratrem, vel ſororem nō habeat, iux. conſt. Regni ob filiorū culpas, ſed ſi filius foriudicatus in vita patris deceſſit, fiſcus non ſuccedit ei, ſed frater ſecundogenitus, vel ſoror in capillo, fiſco in totum excluſo, ſm̃ terminos d. conſt. & ita tenet Cumi. in d. ver. maſculus n. 172 & 173. vbi num. ſeq. exornat d. conſt. ob filiorum, vide ſi confert D. de Pont. de pot. pror. f. 426. n. 19 Hinc ſm̃ conſt. ſi quando, vaſallo foriudicato feudū aperitur illi à quo tenetur, allegat D. de Pōt. de feud. lect. 6. nu. 35. an fiſcus non extantibus parentibus, & alijs vt ſupra, excludat agnatos, vide Cumiam in d. ver. maſculus num. 6. & in verb. mortis nu. 6. niſi feuda ſint ex conceſſione Regia, vel alio iuſto titulo acquiſita, in quibus aſcendentes liberis nō ſuccedūt, vt in conſt. foriudicatorū bona verſ. niſi intellige in feudo nouo, D. Vinc. in dec. 3. nu. 2 vbi addo, & vltra Cumi. in d. cap. ſi aliquem in ver. rubrica nu. 39. f. 69. ſecus ſi eſt feudum antiquum, ſm̃ D. Vinc. in d. deciſ. nu. 2. in quo aſcēdentes liberis ſuccedunt, ſequitur Cumi. vbi ſupra n. 48. reliqua bona ipſius foriudicati, ſi liberos non habet, fiſco applicantur, intellige vſq; ad tertium gradū, d. conſt. foriudicatorum in princ. & Camp. in cap. Regni 155. n. 19. ſi vero liberos habet natos, & cōceptos ante foriudicationem, cōnumerata perſona foriudicati liberis, pro rata, & numero liberorum, bona ipſa per fiſcum noſtrum annotari volumus, videlicet, ꝙ ſi vnicum filium tm̃. habet, bona prædicta inter fiſcum, & ipſum pro ęqualibus portionibus diuidātur; & ſi duos habet filios, fiſcus in tertia parte admictatur, & ſic per conſequens ſeruata forma conſt. prædictæ foriudicatorū bona, & hoc ēt voluit dicere D. Vinc. in d. dec. 563. nu. 1. & clarius Rob. Maran. in conſ. 71. ad fi. & quid ſi filij sūt concepti poſt ſentētiam foriudicationis, an ſuccedant, vide D. Vinc. de Franch. optimè loquentem, & diſtinguentem more ſuo in d. dec. 102. & quid ſi feuda ſunt diuidua, vide D. de Pont. in deciſ. 23. nu. 13. & quid ſi foriudicatus habet liberos, qui sūt in pupillari ætate, an interim ſit dādus balius, ſi feudalia poſſidet, dic quod ſic, vt legitur in d. conſt. ſi quando in princ. & D. Vinc. in d. dec. 213. nu. 13. & ſi feudū habuit foriudicatus à Barone, vel Comite cui debet aperiri, vide ibid. & dixi ſupra cum D. de Pont. An maritus foriudicatus, poſſit impunè ab vxore occidi, iuxta d. conſt. pęnam eorum, vel ab ipſa mandari, ꝙ ab alio occidatur, doctiſſimus D. Præſ. Vincent. de Franch. atque omni laude digniſſimus in d. dec. 276. á nu. 4. & ſeq. nu. 8. & 9. tenet opinionem negatiuam, pro qua iudicatum refert, quia vxor tenetur præſtare fidem, vt ibi, cū ſint duo in carne vna, & eſt ſocia diuinæ, & humanæ domus, l. ſi aduerſus C. de crim. expil. hęred. & propterea fuerunt vxor mandās, & occidēs mandatarius, ambo torti, vt ibi; An foriudicatus ſi eſt captus à birruarijs, atq; ligatus, & per ipſos dicitur carceratus, poſſit impune occidi, & occidens teneatur, vide Aff. in d. conſt. pęnam eorum nu. 75. in fi. & ſeq. Farinac. poſt Foller. in tit. de carcer. q. 32. ante nu. 54. Grand. de bell. exul. in 18. ſpecial. nu. 2. & iterum in ſpecial. 21. n. 2. & quid ſi fuit datus ordo à Iudice, vt foriudicatus ducatur viuus, vel mortuus, vide ibid. Farinac. & Foller. per ipſum citatū, foriudicatio non ex omni crimine fieri debet, ſed pro illis tm̃, vbi venit imponenda pęna mortis naturalis, aut ciuilis, vel deportationis, vt poſt Iſern. Aff. & alios oſtendit D. de Pont. de pot. pror. f. 30. nu. 47. vbi nu. 48. refert ita fuiſſe declaratū per ſententiam Regiam, iunctis Tribunalibus; & dū hanc concluſ. exemplarem vidi D. Rouit. in prag. 3. n. 34 in tit. de ſent. foriud. ſm̃ nouiſſimam impreſſionē, vbi tenet, ꝙ foriudicatio non habet locum, niſi vbi venit imponenda pęna mortis naturalis tantum,

& non allegat D.de Pont.vbi ſupra : Hinc vt poſ-
ſit ad ſententiam ſoriudicationis deueniri, debet
delictum vt ſupra conſtare, ſaltim per indicia ſuſ
ficientia ad torturam, vt videtur tenere Affiict. ſe-
cundum vnam opinionem, in d.Conſtit. pęnam
eorum in n.requiſito in princip. licet in verb. ſed
iſti moderni aliter tenet, contra quem in hoc vide-
tur tenere contrarium Petr.Caball.in 3.cent. caſu
256.& clarius ipſum obiurgat D.Rouit.vbi ſupra,
& Foller.declarat Affiict.in verb.& ſi confitebun-
tur el 3.nu.20.& Farinac.in tit.de inquiſ.q.2.verſ.
ſubamplia poſt nu.7. & verè cum reuerentia Affl.
in d.verſ.ſed iſti moder.non benè loquitur, quia
in cauſis criminalibus,& maximè capitalibus, non
poteſt per Iudicem citatio ad informandum,& ad
capitula expediri', niſi indicia vrgeant pro tortura
inferenda, vt in pragm.39.in titul.de offic.Magiſt.
Iuſtitiar.de qua meminit Viui.in dec.121. num.1.
Item & ſecundo confirmo opinionem iſtam, qđ
indicia debent præcedere torturam, ſecundum
opinionem primo loco recitatā ab Affli. in princ.
d.num.47.ex pragm.10.§.1.in tit. de exul.vbi cō-
tra commictentes receptum, vel tentantes com-
mictere, poſſit citatio expediri, exiſtentibus indi-
cijs, quæ ſufficiunt in alijs delictis, ſecundum ſtabi
limenta huius Regni, licet aliquos vidi dubitari;
tamen cum ſuper hoc ſermonem haberem cum
integerrimo, & magnæ intelligentiæ D. meo do-
mino. D. Ferdinando de Quadra omnium virtu-
tum genere ornatiſſimo, qui longo tempore fuit
Iudex criminalis M.C.V.& in præſentiarum Re-
gius Conſiliarius meritiſſimus, quem ad maiora
ſpero videre, qui dixit mihi, quod M.C.V.& S.C.
ſeruat opinionem Affliſt in princ. d. num. rela-
tam, quod debent præcedere indicia ad torturam,
& aliorum ſupra citatorum, dempta contumacia,
verum aduerſus citationem ad ſoriudicandum, ac
ſententiam ipſam foriudicationis multa poſſunt
opponi à conſanguineis,& agnatis ipſius delinquē-
tis citati, ſecundum Gramm.in conſ.1.poſito poſt
eius deciſiones num.3.4.5.& ſeq.Campan.in dicto
cap.155.nu.19. verſ.& quando non eſt citatus fol.
144.Foller.in verb.ſoriudicentur à num.7.& ſeq.
& vide etiam ipſum in verb.vel eos verbal.& in
verb.fiat relatio nuntij fol.50. in nouis, D.Vinc.de
Franch.in dec.560.& in dec.639.colu.2.in qua re-
latione facienda tota vis conſiſtit,& ſcio valdè fuiſ
ſe per practicos in eadem M.C.laboratum : Hinc
conſanguinei agnati,& affines ſoriudicandi debēt
citari ſpecialiter, adeo quod ſinguli, ſeu vnuſquiſq;
citari debet in ſtrictiori, & vlteriori gradu, ſecun-
dum D.Vinc.de Franch.dec.516.nu.3.nec citatio
generalis ſufficit, vt per eundem Dominum ibi,
niſi cōſanguineus, aut affinis eſſet abſens à Regno,
vel in longinquis partibus, tunc ſufficit citari ipsū
per edictum ſi domum non habet, ſecundum eū-
dem D.Vinc.in addit.ad d.deciſ.516. debet etiam
ipſe ſoriudicandus citari in domo ſuæ ſolitæ habi-
tationis,& in qua ſua familia, & alij de domo ha-
bitant præſentibus ipſis de eius domo, & familia,
idem D.Vinc.in dec.514. Thor.in d.compen. fol.
84.col.2.& in pulchro caſu eundem fol.503.& ſeq.
nec ad citationem ad ſoriudicandum, & ſententiā
ſoriudicationis deueniri poteſt, niſi elapſo anno,
inquit idem D.Vinc.in deciſ.515.num.4.& 5. poſt
Foller.in verb. ſoriudicentur poſt num.1. annuſq;
currit à die forbanni, vt in d.conſtit. pęnam eorū,
ibi à die banni editi, & expreſsè ſcribit D.Vinc.in
d.deciſ.515.Foller.vbi ſupra num.1.ſol.139.in no-
uis, ſequitur D.Rouit.in d.pragm.1.colu.1.verùm
credo, quod in M.C.V.in qua forbannum non fit,
annus currat à die vltimæ contumaciæ contractæ
ſuper citatione ad capitula, quæ ſolemniter fit in
eadem M.C.V. ſedente ipſa pro Tribunali, & fa-
cit bannire inquiſitum, vt eſt de mente Foller. in
verb.banniantur poſt num.3.verſ.licet ſol.125. in
nouis,& ideo D.Vinc.de Franch.in dec.322.nu.2.
& dec.560.nu.3. inquit, citationem ad capitula eſ-
ſe præambolum ſententiæ ſoriudicationis, & ro-
bur ſumere ſententiam ipſam á dicta citatione,
quæ ſolemniter debet fieri, & cum ſolemnitate,
l.libellorum ff.de accuſar. ſecundum Cauenſ.in
pragm.inoleuit colum fin.prout ita quotidie fit,&
obſeruat dicta M. C. V. quod debent ſic facere
obſeruare alia Tribunalia, & Curiæ ſubordinatæ
ad ipſam, §.fi.inſtit.de ſatiſd. & dum ſupra dixi, ꝙ
aduerſus citationem ad ſoriudicandum, & ſenten
tiam ſoriudicationis multa poſſunt agnati, & cō-
ſanguinei ipſius inquiſiti citati opponere, ex Grā-
matic.Foller.Campan.D.Vinc.de Franch.& alijs,
vt ſupra, ac ex eodem Gram.in conſ.152. inter ci-
uilia, qui ſi in oppoſitionibus quas faciunt, grauan
tur, ab eadem M. C. poſſunt vti grauati offerre
ſupplicationem in S.C.ac Domino Præſidi ipſius,
per quem fit prouiſio, ſeu decretum, ꝙ M.C.V.
faciat verbum in eodem S.C. ſi ſententia ſoriudi-
cationis non eſt lecta,& publicata ipſa M.C.V ꝓ
Tribunali ſedente; & ſi grauantur à Regijs Au-
dientijs, vel alijs Curijs inferioribus expediuntur
prouiſiones ſuperſeſſoriales, acta, & per dies, cum
clauſula, dummodo ſententia prædicta ſoriudica-
tionis non ſit lecta, & publicata R.A. ſedente', vel
Curia pro Tribunali ſedente, vt ſic docet fieri D.
Vinc.de Franch.memoriæ recolendæ in dec.688.
qui verè voluit omnia nos docere,& ſcripta relin-
quere ad futuram rei memoriam, cuius anima
ſemper requieſcat in pace, ſequitur nouiſſimè D.
Conſiliar. Rouitus nemini ſecundus in d. pragm.
colum.penul.ſecundum vltimam, & nouiſſimam
impreſſionem,& quid ſi poſt rectāCuriam,& ſē-
tentiam prolatam, comparet inquiſitus, vel agna-
tus, aut conſanguineus, & opponunt aliqua, quid
prouideri debet, ac etiam per viam reſtitutionis in
integrum, vide eundem D. Conſiliarium vbi ſu-
pra : Hinc ſi opponitur per conſanguineos aliqua
nullitas notorie apparens ex actis contra ſenten-
tiam ſoriudicationis, vel acta ordinatoria, etiam
non exiſtente ſoriudicato carcerato, debent ad-
micti, & audiri, ſecundum eundem D.Vinc.in
d.dec.688.& vide pro deciſ. prædicta ſi conſeruat
ſcripta per Carauit. in rit.269. num.20. licet con-
tra deciſ.prædictam iudicatum refert D. Maſtrill.
in dec.161.num.18.& audiui ab aliquibus Domi-
nis Iudicibus eiuſdem M.C.V. d.deciſ. non fuiſſe
receptam in caſu prædicto, nec in practica obſer-
uatam, & poteſt colligi ab eodem D.Vincen.in
fine dictæ deciſ. cum fiſcus prætendiſſet hoc fuiſ-
ſet nouum, & in futurum poſſe præiudicare, fuit
ſuperſeſſum, vt ibi; Nec ſoriudicatus carceratus
pōt impediri opponere, ea quæ ab agnatis,& con-
ſanguineis non fuerunt oppoſita tempore citatio-
nis ad ſoriudicandum,& ipſius ſoriudicationis ſen-

ſen-

Digitized by Google

tentiæ, vt per eundem D. Vinc. de Franch. in dec. 674. qui ita deciſum refert, & ſententia foriudicationis fuit nulla declarata, & iterum in dec. 688. num. 1. & ita iudicauimus in R. A. Calabriæ Vltra de menſe Auguſti 1614. in cauſa D. Gregorij Ioppoli, & decretum fuit confirmatum Neap. ſic ordinante S. E. Peruentoq; foriudicato in poſſe Curiæ, & facta recognitione ipſius, & quod ſit ipſe, & de eius indemnitate conſtat ſine aliqua probatione ſententia foriudicationis exequitur ad mortem naturalem, vt dixi poſt D. Vinc. de Franch. in dec. 213. ad fin. dummodo ſententia, & foriudicatio ſit legitimè, & ritè facta, cum requiſitis neceſſarijs, vt ſupra dictum eſt, aduerſus quam ſolum de nullitate in hoc Regno dici poteſt, ex allegatis per me in d. addit. & Baiard ad Clar. in q. 94. nu. 63. ſecus in ſtato eccleſiaſtico, vt per Farinac. in tit. de inquiſ. q. 11. quæ foriudicatio non fuit ex gratia de iure communi, ſed tantum in Regno per dictam conſti. pœnam eorum, vt ibi per Doctores, & pôt colligi ex D. Vinc. in d. dec. 213. & vide multa per D. Rouit. in d. pragm. & Thor. in d. compen. deciſ. fol. 241. An minor po... it foriudicari, vide Anna in ſingul. 379. Foller. in verb. foriudicentur num. 7 Farinac. in d. q. 11. à nu. 26. cum ſeqq. & D. Maſtri. in dec. 161.

Frater ſi mutuat pecuniam alteri fratri, & ambo ſunt in poteſtate patris, ſi in repetitione pecuniæ mutuatæ frater opponit exceptionem Macedoniani, an exceptio prædicta obſtat, Iaſ. poſt glo. magnam in l. frater à fratre num 35. ff. de cond. indeb. tenet quod exceptio ipſa nô poteſt per fratrem qui mutuam pecuniam accepit, opponi, & conſequenter tenetur ad ipſius reſtitutionem; Ego vt verum fatear, dubito valdè de huiuſmodi Iaſ. opinion. in hoc Regno per pragm. 1 in tit. de Senatuſconſult. Macedon. per quam filiuſfamil. in poteſtate patris exiſtens, prohibetur alteri ſe obligare, niſi in præſentia patris, & de eius expreſſo conſenſu, vt ibi, & conſequenter teneo, poſſe fratrem, qui mutuam pecuniam recepit, opponere dictam exceptionem Macedonianam contra alterum fratrem, vide ſi conferunt ſcripta per Paſcal. de virib. pat. pot. par. 3. cap. 6.

Fori priuilegium non amittitur per ſatiſdationem datam de ſoluendo iudicatum, ita Affiict. tenet in dec. 133. num. 4. ſequitur D. Vinc. de Franch. in dec. 601. num. 18. Idem in præſtante cautionem de iudicio ſiſti, qui non renunciat dicto fori priuilegio, Ann. in ſingul. 413. vbi idem ſcribit de promittente parere mandatis Curiæ, & idem in petente copiam libelli, ſecundum Maran. in tr. ct. Iudic. par. 4. diſt. 12. num. 11. nec forus originis tollitur ob delictum alibi commiſſum, D. Vinc. de Frăch. in dec. 147. licet forus delicti ſit principalior, & potentior, idem D. Vinc. in dec. 37. num. 1. An forus mutetur ex ſuperuenienti priuilegio, vide omnino eundem Dominum in dec. 544. nu 3. & ſeq. verum priuilegium fori, pupillis, viduis, & alijs miſerabilibus perſonis cõceditur, vt notatur in l. 1. C. quand. imperat. inter pupill. & vid. & in conſtit. ſtatuimus vt magnæ, & in pluribus ritibus, vt meminit Dñs Vinc. de Franch. in deciſ. 531. nu. 4. & habetur per Vrſill. ad Affiict. in dec. 257. & per eundem Dñm Vinc. in dec. 100. vbi addo, quod priuilegium fori, ſeu electio data dictis perſonis miſerabilibus, vt ſupra intelligitur de foro alias competente, ſecundum Affiict. in d dec. 257. nu. 4. vbi Vrſill. eodem num. Carauit. in rit. 233. nu. 7. Campan. in cap. Regni 42. num. 10. & nouiſſimè D. Vinc de Franch. in d. dec. 601. num. 17. qui ſolum Affiict. poſt Iſer. allegat, ſed fori priuilegium contumax amittir, vt per D. Vinc. de Franch. poſt Doctores quos allegat in dec. 417. num. 1. vbi addo alios, An Iudex ſecundarum cauſarum, ſeu primarum appellationum poſſit eligi per perſonam miſerabilem in eius forum, teneo quod non, ex d. l. 1. ibi lenitatis noſtræ iudicium, & in verb. comitatui noſtræ, copiam ſui facere, vbi gloſ. in verb. comitatui, id eſt præſentiæ noſtræ, & ex cap. Regni 205. vbi permiſſum eſt, coram Iuſtitiario prouinciæ, ſeu regionis, vbi Campan. num. 8. & dicit Napoda. ibi, quod in Capitaneis non vendicat locum d. cap. & teſtatur ita extare ordinationem in Cancell. & ad iſtam concluſionem adde videndum Thor. in compen. deciſ. fo. 239. & ſeq.

Frater vtrinque coniunctus præfertur in ſucceſſione alteri fratri coniuncto ex vno latere tantum, Pract. Papienſ. in forma libell. pro hærede ab inteſtato in gloſa nullis fol. 117. in magnis, ſequitur Capra in conſ. 149. in 2. dub. Hier. Gabr. in conſ. 136. nu. 6. vol. 1. Paul. Fuſc. in ſing. 143. lit. F. Craſſ. de ſucceſſ. §. ſucceſſio ab inteſt. q. 31. num 3. Viui. in opin. 354 num. 1. par. 1. & in dec. 469. num. 1. Capriol. de ſucceſſ. fol. 248. nu. 119. Magon. in deciſ. Florent. 148. num. 1. Surd. in dec. 139. num. 1. & D. Vinc. in dec. 619. colu. 1. & Mart. in vot. 124. nu. 1. vbi in num. ſeqq. infert ad quæſtionem, ſi patruus vtrinq; coniunctus excludat patruum coniunctum ex vno latere tantum, in ſucceſſione nepotis vtrinque coniuncti, idem dicendum eſt, quod præfertur etiam in ſucceſſione fratri vterino, ſecundum Viui. in opin. 335. in princ. ead. par. 1. vide in pulcro caſu Roman in conſ. 296. in fi. vbi apoſtill. & Viui. in d. dec. 369. & in opin. 334. Hinc ex prædictis inferri poteſt, quod fideicommiſſum factum cippo alicuius domus, intelligitur ſecundum ordinem graduum, vt proximiores de cippo intelligantur, & primo vocentur fratres vtrinque coniuncti, & deinde ex vno latere tantum coniuncti, vt notabiliter conſuluit Socc. Sen. in conſ. 49. num. 1 volu. 1. per tex. in authent. ceſſante C. de leg. hæred. accedunt Alex. in conſ. 88. num. 1. vol. 1. Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 16 M. A. Peregr. de fideico. ar. 19. nu. .. & art. 22. & Marant. in ſuis ſingul. in verb. teſtator fol. 138. vide Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 8. tit. 12. nu. 16. Nonum in conſ. 34. Iaco. Menoch in tract. de præſumpt. lib. 4 c 84. Honded. in conſ. 75. vol. 1. Seraph in dec. 812. & benè Alexan. Trentacinq. qui loquitur in materia fideiuſſoria in conſ. 8. & 9. vol. 1. & conſ. 16. & ſeq. eod. vol. & Peregrin. dec. 111. vide in notabili caſu D. Vinc. de Franch. in deciſ. 633. Hinc etiam infertur, quoad legatum factum fratribus ſuis, veniunt, & concurrunt ad legatum prædictum primo fratres vtrinq; coniuncti, ſecundum Paul. de Caſtr. in l. fi. C. de verb. ſign. quem ibi Iaſ. ſequitur, & Addent. ad eũ, & Marcar. in tract. de prob. concluſ. 1415. num. 5. vol. 3. & de Paul. Caſtr. ſolum meminit M. A. Nat. in conſ. Alex. 31. in verb. coniunctus vol. 2. An huiuſmodi concluſio locum habeat in ſubſtitutione, adeo quod debeat attendi coniunctio ſan-

guiniſ

guinis,vel affectio,& votum teſtatoris, vide Alex. in d. conſ. 31. ſupra citato num.4. Tiraquell. de retract.conſang.§.11.glo.1.num.14. Aym.Craue. in conſ.43. Campan. in cap. Regni 165. num.94. M.A.Nat. in conſ.130.num.7. Hier.Gab. in conſ. 121.vol.1. Craſſ.de ſucceſſ.q.57. & in §.fideicommiſſum q 12.in fi.& omnino Iac.Menoc. in tract. de præſumpt.lib.4.c.75. & de renunciatione facta per ſororem patri,& fratribus,an intelligatur in fauorem omnium fratruum tàm vtrinque coniũctorum,quàm conſanguineorum, Loffr.in conſil. 32.ſub nu.7.& ſeq.videtur tenere quod ſic, quem cum alijs refert,& ſequitur Ann.in ſing.440. vide Molfeſ.ad Napod.in titul.de renunc.q.2.num.8. & 10.& Campan.in loco ſupra citato num. . . An frater teneatur alere fratrem egenum,videndus eſt Surd.in tract.de alimen. titul.1.q.25.num.1.cum ſeq.

Fructus legitimæ debentur à die mortis teſtatoris, Alex.conſ.69.num. . . vol.j.D.Vinc.de Franch. in dec.16 num.13.& in dec.374.num.2. vbi alios addo,accedunt Viui.in opin.310 in fi. p.1. & Fab. Ann.in conſ.130.num.33.& Ludoui.Peguer.in dec.125 quæ concluſio procedit,eſto quod fructus ſint ab hærede bona fide conſumpti, vt ibi nu. 34. & quando fructus legitimæ debeantur,dum reuocatio fit per titulum de inofficioſis dotibus,& inofficioſis donationibus,vide omnino D. Fab. Ann.in obſeru. 5. vbi in fine reperitur quid fuit deciſum, ac etiam D.Vinc.de Franch.in deciſ 558.à num.5. vſq; ad fin.qualiter autem debent taxari , ſeu ad q̃ rationem fructus legitimæ legati,vide Steph.Gra. in dec.41.nu.61. vbi dicit, quod taxari debent ad rationem quinque pro centenario, poſt Cephal.& Caualc.quos allegat,& D.Vinc.de Franch.in dec. 559 vbi addo,& à quo tẽpore debẽtur fructus, ſeu intereſſe legati facti,iuxta titul.C.de vſur.& fruct. legat.vide omnino D.Vinc.de Franch.in dec.583. & Gratia.lib.2.diſcep.foren.cap.vlt.nu. . . & ſeq.

Fructus dicuntur deductis expenſis in ipſis factis , l. fructus vbi Doct. ff.ſolut.matr.Cott. in verb. fructus fol.281. Affl.in conſtit.ab officialibus num.1. vbi limitat,Tiraq.in tract.de retract.conſang.§.15 glo.1.in princ.Paul.Fuſc.in ſingular.150.Viui.in opin.778.par.2. Duen.in regul.387. Verall.in deciſ.fin.par.1.Suar. in ſuis commun.opin.num.360. lit.F.Surd.in deciſ.282.num 31. & in tract. de aliment.tit.8.priuil.82.nu.7.& tit.9.q.12.num.15.& q.41.num.24.Valaſc.in conſult.83. num.15. & D. Maſtrill.in deciſ.112. Hinc fructus pendentes iudicantur res immobiles,ſecundum Tiraquell.in d.tract.§.1.gloſ.7.num.37.quia pars fundi ſunt, l. fructus pendentes ff.de rei vend ſequitur Vrſill.in deciſ.Affl.26.num.6. Paul.Fuſc.in ſing.149. lit.F. Ioſeph Ludoui.in ſuis opin.concl.48.verſ.eius quidem fo.111.à ter.Machel.in patroc.15.n.12. & patroc.16.col.1. & dicuntur extare per cautionem interpoſitam, D.Vinc.de Franch.in dec.613.n.16. in fi.ſecus ſi ſunt á ſolo ſeparati,aut maturi, & de proximo ſecandi,quia inter mobilia connumerãtur,ſecundum Doctor.ſupra citatos, quibus addo Surd in dec.97.num.10.& ſeq. vide Seraph.in dec: 177.hinc inferri poteſt ſi in venditione fructuum pendentium habet locum ius congrui, Afflict.in conſtit.ſancimus §.1.num. 4.tenet quod ſic ; contrarium tenet Tiraquell.vbi ſupra num.42.& 53. per rationes quas adducit , ſequitur Guttier.in tract.pract.quæſt.par.2.q.79 num.2.& colu.fin.& Seraph. in deciſ.174. & dicam infra in concluſ. Ius congrui : Hinc etiam vendito fundo ſimpliciter, veniunt, & comprehenduntur fructus pendentes, l.Iulianus §.ſi fructibus ff.de act.emp. Tiraq.in loco citato nu.42. Vrſill.ad Affl.in dec 32.in fi. & in dec.77.in fi.Caualc.in dec.16.num.14.par.2. D de Franch.in dec.334.in fi. Theſſaur. qui prædictos, & alios allegat in dec.55.num.2. poſt Boer.in dec. 229.Stephan.Grat.in dec.175.num.1.Surd.in dec. 291.col.1.& Mart.in vor.139. & an fructuum appellatione veniat intereſſe,& quãdo,vide omnino D.de Franch.in dec.642.nu.7.13 & 14.

Fructus futuri,& pendentes,an veniant in obligatione vniuerſali,Neguſan.in tract.de pigno. in 2.par. 3.memb.num.45.tenet quod ſic, poſt Bart.quem allegat , dummodo res principalis ex qua fructus futuri naſcituri ſint , eſſet in bonis debitoris tempore obligationis, ac etiam ſint nati,vel ſaltem ſati, aut concepti tempore obligationis apud ipſum debitorem,ſecus ſi apud alium, vt declarat gloſ.in l.potior § ſi de futura,quam ibi approbant Bar.& Salyc.ff.qui potio.in pign.vt refert Neguſ. in loco ſupra alleg.& num. in n. accedit idem Salyc.in l.j. C. de part pignor. Magon.in deciſ. Florent.124. num.12.& omnino doctiſſimus Surd.videndus in dec.97.nu.12.& 13 addo videndum gloſ in l.1.in verb.vtile ff.de Saluian.interd. & vide D. de Ponte in conſ.32.& conſ.34.in fi.& in materia M.A. Peregrin.in tract.de fideicom.ar.49.nu.16.17.& 18. Hinc ſi fructus ſunt percepti pendente iudicio in hipothecaria veniunt Iudicis officio,non autem iure actionis,ſecundum Capy.in dec.177. num.2. vide tamen tex.in l.ſi fundus §.in venditione verſ. interdum ff.de pignor.& Farinac.in dec.794. poſt Afflict.in dec.278.nu.5.& omnino Ricc. in reſol. 322.intellige quando dominium manet penes debitorem,vt declarat,& intelligit D.Vinc.de Fran. in deciſ.613.num.17.& 19. qui omnino videatur Hinc etiam fructus dicuntur tacite hipothecati locatori pro affictu fundi cum prælatione,l.ſi in lege §.Colonus ff.loca.l.in alijs ff.in quib.cauſ.pign.vel hipot.laté Decia.qui ita reſpõdit in conſ.50.vol.3. ſequitur Caualc.in dec.28.num.11.& 12.par.1. & in dec.27.num.23.par.2. poſt Neguſ.in tract.de pigno.par.4.memb.2.num.148.videatur omnino D.Theſſaur.Iun.in quæſt.forenſ.28.par.2.& Gratian.lib.1.diſcept.forenſ.cap.25.& Paſcal.de virib. patr poteſt par 4.c.6.num.64. Caſtill. in deciſ.10. num.5.& ſeq & Sempron.Aſcia in dec.116. An fructus percepti ex meliorationibus , veniant in reſtitutione, adeo quod non compenſantur cum fructibus,Affl in dec.87.nu. . . tenet quod non, refert,& ſequitur D.Vinc.de Franch. in dec.191. ſub num.11. vbi addo alios ; & qualiter liquidatio, ſeu probatio fructuum fieri debet , Ioſeph Ludo. in deciſ.Peruſ.87. breuiter ſcribit, quod debet articulari, & probari, quod non ſolum ex tali fundo in quo lis vertitur, anno quolibet percipiuntur tot fructus,ſed etiam ex locis circumſtantibus,& cõuicinis tot fructus fuerunt percepti, & percipiuntur,allegat Corn.in conſ.301. volu.3. & ante eum ſic docet M.A.Natt.in conſ.510.in fi.qui ſimiliter de Corn.meminit,ſequitur Maſcard.in tract.de prob.concl.817.vol.2.Mangre.ad Bart.in l.cotem

§.qui

Digitized by Google

§.qui maximos in fi.ff.de public.Marcell. Calà de modo articul.num.137.& 138.fo.75.& num.287. fo.99.& nu.416. omnino Surd.deciſ.282.nu.26.& ſeq. qui Corn.Natt.Maſcard.& alios citat, addo videndum Seraph. in deciſ.1152.deciſ.955. 1245. num.7. & 5399. quæ liquidatio fieri debet in minori ſumma, ſecundum eundem Seraph. in deciſ. 1397. & 1210. & quomodo ſit concipienda ſententia, quando quis condẽnatur ad fructus, legatur quæſo D.Vinc.de Franch.in deciſ.687. & in materia huius concluſionis vide Cauaica. in d.deciſ.28. num.9.& in addit.poſt Pract.Papienſ.in forma libelli in actione perſonali nu.14.& 22. M.A.Peregri.de fideic.ar.49.nu.16.17.& 18.& D.de Pont. in conſ.32.& 34.in fi.

Fructus percepti per filios primi gradus pendente conditione fideicommiſſi, non imputantur eis in trebellianicam, vt poſt infinitos quos allegat conſuluit Rol.à Vall.in conſ.30.in 1.dub.vol.1.& iterum in conſ.31.in vlt.dub.vol.4.ſequitur Honde. in conſ.63.num.113.& ſeq. volu.1. M.A. Eugen. in conſ.38.num.23.& col.fin.Iacob.Menoch.de arbit.iud.caſ.256.nu.32. cum ſeq. vbi ampliat, & limitat, prout hoc ordine etiam vtitur M. A. Peregrin.in tract.de fideicomm. art.49. in 2.temp.à num.55.& ſeqq.Molin.de primogen.hiſpan lib.1. cap.17. Honde.in conſ.63.num.113. & ſeq. vol.1. M.A. Eugen.in d.conſ.num.23.col.fin.Craſſ in tract.de ſucceſſ.§.trebellianica q.11.nu.2. & quid ſi venirent detrahendæ duæ quartæ, an fructus imputentur eiſdem, vide Gabr.in titul.ad trebell.concluſ.1.nu.11.Iacob.Menoch.in conſ.164.num.33. conſ.277.num.2.& iterum in conſ.686.nu.25.vbi quod ſic, ſed receptiſſima eſt opinio in cõtrarium teſte eodem Menoch. parum ſibi conſtante in dicto caſu 256.nu.35.in fi.& M.A.Eugen.in d.conſ. num.25.ſecus ſi ſunt percepti à nepotibus, & alijs vlterioris gradus, qui illi imputant fructus prædictos, ſecundum Rola.Menoch.& Peregr.in dictis locis; An hæres extraneus imputet illos, vide omnino Iacob.Menoch. in dicto caſu à num.50. vbi quatuor in medium recenſet opiniones; fructus autem percepti ab hærede rogato, quando veniũt reſtituendi, & quando non, vltra Doctores in l. in fideicommiſſariam ff.ad trebell.& Iac.Menoch.in dicto caſu num.1.cum ſeq. & M.A.Peregrin.in d. art.49.fo.271.qui tria tempora conſiderat, videlicet poſt aditam hæreditatem, poſt caſum fideicõmiſſi.& purificatæ conditionis; & ad principalem conditionem hic poſitam, vide Surd. in deciſ.21. Mart.in vot.8.num.70.& infra Theſſaur.Iun.in quæſt. foren.50.par.1.Rol.conſ.78.nu.11.& 12. & omnino Honded.in conſ.& num.ſupra citato.

Fructus feudi vaſſallo mortuo poſt Kalendas Martij ad quem ſpectant.ſ.ad hæredes vaſalli, vel ad dominum, vide D.Vinc.de Franch.in dec.19.vbi infinitos alios addo, quibus accedunt Surd.in tract. de alimen.tit.7.q.14.nu.34.D.de Pont.in dec. 12. & de feud.fol.133.& ſeqq. nu.39.& ſeq.& quid de fructibus clerici beneficiati decedentis à dictis Kalendis Martij, vſque ad Kalendas Septembris, ad quem ſpectant, & quomodo de iure communi diuidi debent inter hæredes beneficiati mortui, & nouum beneficiatum, vide Vrſill.in deciſ.Affl.168. nu.6.Paul.Fuſc.in ſing.104.lic.C. D.Vincen.de Franch.in deciſ.79.in fi.Viui.in dec.8.nu.11. & D. de Pont.in deciſ.12.omnino Ioa.Bapt.Conſt. in tract.de portio.rati q.29. & aliqua in q.155. col.fi. vide Honded.in conſ.85.vol.2.verùm fructus beneficiati mortui, qui in eius vita non fuerunt exacti, ſunt Reuer.Cameræ Apoſtolicæ, quia cenſentur ſpolia, ſecundum Seraphin.in dec.604.num.1. & vide Ioſeph.Ludoui.in deciſ.Peruſ.33.colum.1. Iac.Menoch.de arbit.Iud. caſ.172.nu.13. in addit. Plot.in l.ſi quando §.33.C.vnde vi, & Seraph.in deciſ. 683. & fructus beneficiati qui in primo anno deceſſit, ad quem ſpectant, vide omnino Farinac.in dec.660.& quomodo beneficiato ſuccedatur, vide Seraphi.in dec.604. Hinc fructus rerum dotalium qualiter diuidi debent inter hæredes viri, & vxorem, ſeu eius hæredes, vide Conſt.in d.q. 155.Viui.in d.dec.8.num.3.poſt Tiraq.de retract. conuent.§.5.glo.4.num.4.Aymo.in conſ.268.n.5. Nauarr.in conſ.7.tit.de ſucceſſ.ab inteſtat.num.3. & 6.in fi. Surd.in dec.211.num.11.20.& 27. & de alime.tit.1.q.33.num.25.& ſeq, & qualiter fructus diuidi debent inter venditorem fundi cum pacto de retrouendendo, & emptorem, ſi pendentes sũt, quando fundus reemitur, vide Viuium vbi ſupra num.13.poſt Cagnol.Tiraq. & Ioſeph.Lud. quos allegat Henric.in ſuis commun.opin.conclu.110. lib.1.Theſſaur.in deciſ.56. Conſt.in d.tract. q.36. omnino Steph.Gratia.in dec.76.qui pulchrè limitat; & de fructuum diuiſione facienda inter hæredes vſufructuarij, & proprietarium, vide Viui. in dec.10.& D.Vinc.de Franch. in dec.168. nu.7. vbi addo; reliqua vero circa diuiſionem fructuũ, in alijs caſibus vide apud Viuium in d. deciſ. allegata poſt Molinam de primogen. Hiſpan. par.3. cap.11.

Fructus iuriſdictionis ſunt condemnationes pecuniariæ, damna, pęnæ, & mulctæ, Bar.in l.fi. ff.ſolut. matrimo. & ſpectant ad illum dominum in cuius iuriſdictione fiunt, Capyc.in ſua feud. inueſt.in verb.feudorum genera verſ.fructus fol.224. Frec. de ſubfeud.lib.2.in 13.author. Paul. Fuſc. in ſing. 97.Surd.in conſ.53.col.1.& Petr.Caball.in caſ.267 num.2.& in notabili caſu Petr.Bellug. in Speculo Princip.fol.528.á terg.in nouis, Mangrell.ad Bar. in d.l.fi.poſt Frecc.in d.tract.poſt 17.q.2.authorit. num.8.fol.308.& iterum in 3.author.nu.43. hinc prouentus dicuntur fructus iuriſdictionis, ſecundum Paul. Fuſc. vbi ſupra, & Theſſaur. Iun. in conſil.poſito poſt deciſ.ſui Genitoris 132. num.5. & appellatione prouentuum, fructuum, emolumentorum, & aliorum obuentionum, quæ veniãt, vide Iacob. Menoc. in ſuo eleganti conſ.66. Ann. in ſing. 421. vbi Addent. licet remiſſiuè loquitur Anto. Theſſaur. in deciſ.250. & Camill. Borrell. in ſuo notabili conſ.1.nu.61.cum ſeqq. hinc banna quæ emanantur, dicuntur fructus iuriſdictionis, ſecundum Capyc.in dec.27.nu.30.& Mart.in vot.164.n.12.& ad iſtam concluſ.adde D.Maſtril. in dec.145.& in addi.ad Petr.de Greg. de conceſſ. feud.fol.227.

Fructus domus dicuntur, intelliguntur, & debentur, quanti condemnatus, ſeu conuentus fuiſſet illam conducturus, non quanti domus potuiſſet locari, vt decidit Bart. in l. in ſumma §. pen. ff.de condi. indeb. vbi menti tenendum per illum tex. reputat ſequitur Iaſ. ibi num.2.poſt Alex.conſ.108. col.fi. verſ.quod autem vol.1.conſ.181.num.1.volum.2.

conſ.31.

Digitized by Google

conſ. 31. colum. fin. & 141. in 2. dub. vol. 5. Cott. in verb. creditor habitando fo. 146. in paruis, Ioſeph Ludoui. in ſuis commun. opin. concluſ. 14. verſ. inſertur 135. poſt Natt. in conſ. 53. num. 1. Marcell. Calà de mod. articul. nu. 594. & ſeq. fo. 138. Surd. in tract. de alimen. tit. 6. q. 8. nu. 22. q. 11. nu. 40. & tit. 9. q. 38. nu. 2. & omnino in deciſ. Mantua. 270. dicit tamen D. de Boct. ad Bar. in d. §. pen. in hoc debere attendi ſolitam penſionem, & qualiter peti debet, vide Iaſ. in §. actionum autem num. 188. & 190. inſtit. de actio.

Fructus dotis collocatæ in tuto, vel ſi vxor eſt aſſecurata pro concurrenti quan titate ſuarum dotiũ, viro ad inopiam vergente, ſi ſuperſunt alimentis vxoris, poſtquam ſententiam aſſecurationis profertur, ita vt de fructibus bonorum, vxor ſe, & ſuos alat, iuxta formam iuris, & docet D. Vinc. de Franch. in dec. 617. nu. 7. q̃ ſpectant ad virum, ex ſententia Bart. in l. ſi conſtante num. 104. ff. ſolut. matrim. deductis tamen oneribus matrimonij, ſequitur Alex. ibi col. pen. num. 38. & alij in eadem l. ſi conſtante, Surd. in tract. de alime. tit. 1. q. 39. n. 3. q. 41. num. 11. & infiniti quos D. Vincentius refert in d. deciſ. à num. 2. cum ſeq. vbi videndum eſt, & vide infra in concluſ. Mulier.

Fundus dotalis non poteſt alienari, quia per legem Iuliam prohibetur, toto titul. ff. & C. de fund. dot. & inſtit. quib. alien. licet, vel non, in §. 1. rationes prohibitionis ſunt plures. Prima, ob ſexus fragilitatem, d. §. 1. in fi. Secunda, fauor ipſius mulieris, ne indotata remaneat. Tertia, quia fauor publicus verſatur in eius beneficium, ipſam eſſe dotatam, Surd. latiſſimè in tract. de alime. titul. 8. priuil. 36. num. 2. & in dec. 86. col. 1. Iaco. Menoc. in conſ. 559. & Barbo. videndus in l. 1. par. 1. nu. 5. & ſeq. ff. ſolut. matrim. ne ipſi contingat, vt priuata dote inopia laboret l. 1. §. 8. cum lex C. de rei vxo. actio. & non ſolum maritus ſine vxore, & vxor ſine marito, nec omnes ſimul poſſunt alienare, quia alienatio eſt eis prohibita, vt ſupra, & ſcribit Paul. de Caſtro in l. cum vir num. 3. ff. de vſucap. & Surd. in loco citato num. 1. & non ſolum non poteſt alienari, ſed nec etiam obligari, l. fi. C. de reb. alien. non aliena. quam gloſ. allegat in d. §. 1. in verb. aliena, vbi etiam Areti. & Paul. de Caſtr. in d. l. cum vir num. 4. quos Surd refert in d. priuileg. 36. num. 2. de cuius l. fin. intellectu, dixi ſupra in concluſion. Emphiteota, qui prohibetur, quia prohibita alienari non veniunt in generali obligatione, ſecundum Alexa. in conſ. 168. num. 6. vol. 2. vbi Natt. in addit. loquitur in terminis noſtris, & Marant. in tract. de multiplici alien. num. 64. & 300. & in pulcro caſu Anto. Theſſaur. in dec. 193. verùm de iure communi ſunt multi caſus in quibus fundus dotalis alienari poteſt, quos congerit Anchar. lun. in q. 8. colu. 1. par. 3. inter quos ob neceſſitatem victus, & famis, Sempto. Aſcia in determ. 50. num. 6. Scaglion. in commentar. d. pragm. num. 43. & pro alendo ſe, filijs, & marito, idem Aſcia in determin. 165. Vrſill. ad Affl. in dec 10. Gratia. lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 107. num. 10. & multa ponit in cap. ſeq. & vrgente ære alieno mariti, quia debita cenſentur quoq; ipſius vxoris, vt ſit particips infortunij mariti, l. ſi cum dotem §. ſi maritus ff. ſolut. matrimo. Anchara. vbi ſupra num. 2. allegat Dec. in l. 1. C. vnde vir, & vxo. fundus autem dotalis tunc dicitur quando eſt datus marito inæſtimatus, d. §. & cum lex, quem glo. allegat in rub. ff de fund. dotal. in fi. & tunc propriè cenſetur quando marito traditus eſt, l. dotale §. 1. ff. de fund. dot. Bar. in l. de diuiſione ff. ſolut. matrim. & Marant. in d. tract. num. 48. aut quando fundus eſt traditus marito æſtimatus ad ſciendum valorem ipſius, vt poſtea probari poſſit, an maritus illum damnificauit, vt poſt Bald. Iaſo. Socci. Ruin. Neuiz. Socc. Iun. Pariſ. Rola. Couarr. & Rot. Rom. oſtendit Iaco. Menoch. in tract. de præſumpt. lib. 3. cap. 74. num. 15. quibus accedunt Maſcar. in tract. de probatio. concluſ. 663. num. 13 volum. 2. & Ioſeph Ludoui. in ſuis commun. opin. concl 10. ver. limitatur decimo fol. 20 vide tamen Viuium in dec. 161. & in pulcro caſu Nonium in conſ. 54. D. de Pont. in conſ. 71. col. fi. Rol. in conſ. 64. in 4. vol. Seraph. in dec. 1207. Honded. in conſ. 41. vol. 1. & D. Maſtrill in dec. 194. Alexa. Trentacinq. in cõſ. 9. col. 1. & 72. vol. 2. Theſſ. Iun. in q. 21. par. 3. & benè Gratia. lib. 1. diſcept. foren. c. 38. col. pen. & fi. & vide Honde. in conſ. 14. in 2. dub. vol. 3. hinc Iacob. Menoch. in d. cap. 74. extendit opinionem de qua ſupra duodecim modis, poſt Didac. Couar. & alios Doctores quos citat, ad quem vna cum Couar. ſufficit Lectorem remittere, cui aſſentiunt Maſcar. in d. concluſ. num. 11. cum ſeq. & Ludouic. in d. concluſ. à 1. limit. cum ſeqq. fo. 19. à terg. & 20. & Nonius in conſ. 106. nu. 1. 2. & 3. verùm eſt animaduertendum, in quantum Couarru. per Menoch. & alios modernos allegatus practic. quæſt. cap. 28. poſt nu. 4. verſ. ſecundo ſcribit, quod æſtimatio fundi in dotem dati, & traditi, non facit emptionem, quando eſt dictum inter contrahentes, quod fundus ille in caſu diſſoluti matrimonij reſtituatur, habita ratione augumenti, & diminutionis arbitrio boni viri, quem ſequitur Ludoui. in loco citato in 3. limit. & Menoch. in d. cap. 74. n. 18. procedit etiam ſi fuit conuentum, quod dictus fundus reſtituatur ſimpliciter, quia intelligitur appoſita illa clauſula (habita ratione augumenti, vel diminutionis) ſecũdum Couar. vbi ſupra, verſ. tertio colligitur, quem ſequitur Menoch. loco allegato nu. 19. & Ludouic. in d. concluſ. lim. 3. verſ. & quando eſt conuentum, ſubdit tamen Couar. quod in iſtis caſibus, fundus in dotem datus conſentiente vxore, poteſt alienari, licet regulariter fundus dotalis alienari prohibetur etiam conſentiente vxore, vt ſupra dictum eſt, ſequitur Ludouic. vbi ſupra, verſ. & quando, quod verum non puto, tum ex rationibus relatis per Doctores in princip. huius cõcluſionis, ob quas prohibetur alienatio fundi dotalis, quàm etiam in hoc Regno ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ, in qua eſſet difficile ſubſtineri validitatem dictæ alienationis abſque Regia diſpẽſatione, & hoc iure vtimur, adde quod contra Couarr. tenet Barboſ. quem poſt hæc ſcripta vidi in d. l. 1. par. 5. num. 1. in fi. Hinc fundus dotalis dicitur, ſiue res quæ datur, & traditur in dotem marito, ſit immobilis, ſiue mobilis pretioſa, ſecundum Marant. in loco ſupra allegato num. 49. qui allegat gloſ. & Bar. in auth. ſiue à me C. ad velleia. eſto q̃d matrimonium ſit contractum per verba de futuro, & ſic habet locum in ſponſo, per leg. Iul. ff. de fund. dot. etiam ſi mulier alienauit de conſenſu viri, ibi nu. 51. poſt Bal. quem allegat in l. ſi prædium C de iur. dot. vbi limitat, & adeo procedit hæc cõcluſio,

cluſio, quod etiam ſoluto matrimonio per mortẽ viri, adhuc remanet ſundus dotalis. l. etiam direm pto ff. de fund. dotal. & Maxill. in conſuetud. Bari fo. 229. num. 10. vide Gratia. lib. 2. diſcept. forenſ. c. 292. ad fi. vbi declarat, & conſequitur, nec vxor poteſt alienare. nec pater eius, ſi ei fuerit reſtitutus, quia ſeruare tenetur pro filia in ſecundo matrimonio, per auth. ſed quamuis, vbi glo. C. de rei vxor. actio. Bal. in l. rem quam poſt gloſ. ibi C. de iure dot. ſequitur Marant. in loco ſæpius citato nu. 52. quia tenetur ad redotandum filiã, adeo quod pater compelli poteſt officio Iudicis, ac etiam multa indicta, & captis pignoribus, atque poni in carceribus, ſecundum Caſſan. in conſuetud. Burgu. in titul. des ſucceſſ. ſol. 1076. in nouis; ſed ſi fundus dotalis eſt reſtitutus mulieri per hæredes viri, tunc poteſt ab ipſa alienari, quia perdit nomen, & ius, & priuilegia dotis, ita notabiliter tenet Bal. in l. 1. C. ſi ſine cenſ. vel reliquis, quem refert, & ſequitur Marant. in d. num. 52. in fi. & Moder. Scribentes in rubr. ff. ſolut. matrim. in illa quæſt. an dos ſoluto matrim. dicatur dos, vbi Barboſ. in 4. par. num. 28. & Molfeſ. ad Napoda. in tit. de iur. dot. in 3. quæſt. num. 21. ſol. 473. Hinc etiam ſi ſundus dotalis fuerit alienatus, ſiue à marito, ſiue ab vxore, vel ab omnibus, ſimul poteſt per quemlibet ipſorum alienatio reuocari, etiam ſi fuiſſet iurata, vt poſt gloſ. in d. §. & cum lex, & Imol. oſtendit Surd. in d. priuil. 36. nu. 3. & in d. deciſ. Iacob. Menoch. in d. conſ. 559. ante num. 2. & nu 3. Barboſ. in loco ſupra citato num. 15. & 30. & Intriglio. in ſingul. 108 nu. 1. & idem procedit in hærede mariti, vel vxoris alienantis, ſecundum Menoch in d. conſil. nu. 4. videatur Peregr. in dec. 44. vbi etiam an poſſit fundus dotalis per maritum alienatus, per vxorem vendicari conſtante matrimonio, vide tamen aliquas declarationes relatas per Intrigl. in d. ſingul. per tot. ſed an Maritus, & vxor in caſu alienationis dicti ſundi dotalis, teneantur de euictione emptori, & ad pretij reſtitutionem, eſto quod euictio ſit promiſſa, vide omnino Iaco. Menoc. in d. conſ. 559. à n. 6. cũ ſeqq. qui ſatis eleganter loquitur poſt Imol. quem allegat, & ſequitur in l. cum vir nu. 14 & 17. ff. de vſucap. & Barboſ. in loco ſupra alleg. ſol. 217. Thor. in compen. deciſ. ſol. 179. & quid ſi ſundus dotalis tempore quo matrimonium ſoluitur, reperiatur cum fructibus pendentibus, debeat ſic reſtitui, vide omnino Barboſ. in l. diuortio §. interdum col. 1. ff. ſolu. matrim. & dixi ſupra in concluſ. Fructus: Hinc ſi alienatio prædicta fundi dotalis eſt nulla reſpectu principalis alienantis, eſt ẽt nulla reſpectu fideiuſſoris, ſecundum Iacob. Menoch. in d. conſ. in fi. poſt Bald. Alexa. & alios quos allegat; & rei, ſiue fundi dotalis quis eſt dominus conſtante matrimonio, ſcilicet maritus, an vxor? vide text. in l. doce Ancillam C. de rei vendic. Ioa. de Amic. in conſ. 20. num. 22. & ſeq. Robert. Marant. qui pulchrè loquitur in conſ. 94. nu. 2. & cõſ. 83. num. 5. Borrell. in conſ. 54. num. 2. & Surd. in d. priuil. in princ. poſt Pincll. omnino in l. 1. par. 3. num. 17. & ſeq. C. de bon. mater. & D. de Pont. in deciſ. 19. & dixi aliqua ſupra in concluſ. Dos in fi. An fundus dotalis propter famem, vel alimenta poſſit alienari, vide omnino Surd. in d. priuil. 36. & dixi ſupra, & in d. deciſ. 86 num. 6. & 8. vbi etiam ſcribit, prohibitionẽ alienationis fundi dotalis non comprehendere alienationem neceſſariam, & in caſu dictæ deciſ. fuit per Senatum iudicatũ, quod liceret mulieri alienare partem fundi dotalis pro redimendo, & excarcerando marito à carceribus, quia per alienationem dictæ partis, vxor non remanet in totum indotata, & ita vidi pluries per Collaterale Conſilium ſeruatum, adde videndum Farinac. in deciſ. 112. & quando mulier læditur in dimidia dotis, valet eius obligatio, & pro alia dimidia annullatur, & ita Senatus Pedemont. iudicauit, vt Theſſ. Iun. in addit. ad dec. 223. ſui Genitoris, & adde, quod fundus dotalis poteſt conſtitui ex quolibet pacto, quomodocumq; ſubſecuto, Mart. qui pulchrè loquitur in vot. 13.

Furtum an ſit caſus fortuitus glo. in l. 1. in ver. alio in fi. de poſſ. tenet eſſe caſum fortuitum, allegat l. eũ qui §. idem ſcribit ff. de furt. quia ſine culpa poteſt fieri, & qui illud allegat tenetur probare, ſecundũ Gratum in conſ. 100. num 13. volu. 2. ſed gloſ. in §. præterea in verb. debet in medio, inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. tenet, furtum non poſſe fieri, ſine leuiſſima culpa, & ſic non eſſe caſum fortuitum, ſequitur alia gloſ. in l. cum duobus §. damna in verb. ſubreptum ff. pro ſoc. vbi Salicet. num. 2. ſcribit, furtum non comparari caſui fortuito, ſequitur Areti. in §. ſed iſte num. 4. inſtit. de actio. & Roman. in conſ. 413. ſub num. 10. quia committi, non poteſt ſine aliquali præcedenti culpa, vt ibi per Rom. & Alex. & in conſ. 45. poſt num. 1. vol. 1. & Mago. in deciſ. Luc. 2. num. 11. adde videndum Pariſ. in conſ. 156. vol. 4. Niſi ſit factum ab vxore, vel famulo egregiæ reputationis, vel alio modo, ſecundum exempla tradita á Salic. & Aret. in locis ſupra alleg. ac Rom. in d. conſil. omnino Vrſill. in deciſ. Aſt. 150. poſt nu. 28. quibus accedit Magon. in dec. 2. nu. 2. & tunc furtum inter caſus fortuitos computatur, omnino Mart. in vot. 58. num. 2. & vide Iaco. Menoch. in tract. de præſumpt. lib. 6. cap. 61. num. 20. & omnino Farinac. in 6. vol. in tit. de furtis q. 169. ſol. 32. Theſſau. Iun. in q. 9. par. 4. Furtum eſt enim difficilis probationis, Iac. Menoch. qui de furto nocturno loquitur de arbitr. iudic. caſ. 116. num. 14. Maſcard. qui generaliter loquitur in tract. de probat. concl. 830. num. 1. vol. 2. quia verè probari non poteſt, ſed per indicia, præſumptiones, & coniecturas, Curt. Iun. in conſ. 256. num. 13. & eſt communis opinio, vt fatetur Addit. ad Mago. in d. dec. 2. lit. B. & latiſſimè Maſcard. in d. concluſ. num. 3 & 4. qui infinitos citat, & Iacob. Menoch. in d. cap. 61. qualiter autem furtum in genere probari debet, vide D. Pet. Foller. in prax. crimin. in verb. capiatur informatio à num. 17. vſque ad 20 ſol. 16. in nouis, Farinac. ſemper legendum in tit. de inquiſ. q. 2. à nu. 14. vſque ad 21. Iac. Menoch. in d. cap. 61. à num. 21 cum infinitis ſeqq. Theſſaur. Iun. in dicta quæſt. & aliqua in materia per Maſcard. in d. tract. concl. 831. Mart. vbi ſupra num. 4. & 5. & Farinac. in dicto titul. de furtis q. 176. ſol. 100. & Ricc. dec. 169. par. 2. Hinc furtum committit, qui Columbos ab alieno Columbario capit, ſecundum Guid. Pap. in dec. 218. nu. 2. etiam in ſuo exiſtentes, aut illos occidens, ſequitur Baiar. ad Clar. in §. furtum nu. 91 vbi allegat Caſſan. & Farinac. in d. tit. de furt. q. 175 num. 9. Item venantes in nemoribus, aut ſyluis muro, vel ſepe circumdatis, & clauſis, vbi ſunt

feræ

ſeræ incluſę, furtum committunt, M. A. Natt. in conſ. 375. num. 9. item furtum committunt Gabelloti qui exigunt vltra id, quod eis debetur, Affl. in conſt. puritatem num. 15. & Mangrell. ad Bart. in l. etiam C. de furt. Farinac. vbi ſupra q. 173. n. 53 & ſeq. vbi ampliat, vide Menoch. in caſ. 443. furtũ etiam committit qui Gabellam fraudat, Farinac. vbi ſupra q. 172. nu. 1. vbi ſunt limitationes; item furtum committit, qui aſportat meſſem ex prædio alieno, etiam ſi eſſet communis, inſcio ſocio, ſecundum eundem Natt. in conſ. 31. nu. 1. & 4. per l. rei communis ff. pro ſoc. & l. ſi ſocius ff. de furt. hoc tamen intellige, quando dolo malo, aut malo animo ſocius capit, & ſubtrahit rem communem, ſecundum Alex. in conſ. 127. nu. 14. vol. 4. & Campan. in cap. Regni ad hoc nu. 105. verſ. fateor, confert Rot. Luc. in dec. 114. & 144. in nouis, & Surd. in tract. de alime. tit. 8. priuil. 39. num. 5. Item furtum committit, qui fructus in prædio alieno colligit, & aſportat, M. A. Natt. in conſ. 263. nu. 6. & Surd. in loco allegato num. 7. etiam ſtante neceſſitate, vt ibi, licet ipſe teneat contrarium, vide eum, ſecus ſi non aſportat, nec amouit, quia de furto nõ tenetur, Affl. in conſtit. ſi quando in fi. lib. 3. quem ſequitur Campan. in d. cap. ad hoc num. 120. verſ. & ſimiliter, & Surd. in d. num. 7. Rom. in ſing. 214. vbi optima additio; & tales inuenti furari vuas per officiales abſque ſententia ducuntur per ciuitem cum vuis ad collum, Baiard. ad Clar. in q. 8. num. 13. & 14. Farinac. in tit. de delict. q. 21. n. 136. in fi. vel fuſtigari debent, ſecundum Cagnol. in l. quæ propter nu. 6. ff. de regul. iur. Item furtum committunt Caſcerij, qui pecuniam Menſæ, ſeu Banci eis creditam, in proprios vſus conuertunt, ſeu conſumunt, inſcijs Bancherijs, ſecundum Caball. in caſ. 136. quia illa vtuntur vltra vſum deſtinatum, & infert contra commodatarium, depoſitarium, & pignus recipientem, qui furtum committunt, quando vtuntur vltra vſum deſtinatum: Hinc etiam furtum committit, qui alienas arbores incidit, & aſportat, ſiue amouit, ſecundum Card. Pariſ. in conſ. 111. nu. 24. vol. 1. quem refert, & ſequitur Baiard. ad Clar. in d. §. furtum num. 92. Auendan. de exeq. mand. Regum cap. 4. num. . . verſ. ſed mihi: videatur in hoc Petr. Foller. in conſtitut. Regni Iuſtitiarij nomen nu. 88. vbi etiam an arbores debent eſſe fructiferæ: Item furtum committit, qui ligna, vel ſarmenta de ſilua, vel vinea mea capit, & aſportat, Campan. in d. cap. ad hoc ante n. 122. Item furtum committit, qui rem à filiofamilias patri ſubreptam ſcienter emit, Aret. in §. ij qui num. 2. inſtitu. de oblig. quæ ex delicto, ſequitur Baiard. ad Clar. loco citato nu. 119. Item cõmittit furtum, qui rem furtiuam ſcienter emit, poſt Marſil. in pluribus conſilijs tenet Baiard. vbi ſupra nu. 117. Farinac. in d. tit. q. 177. fo. 107. vbi an teneatur reſtituere vero domino, reſtituto pretio, & ideo Vrſill. ad Affl. dec. 369. n. 5. refert talem ementem ſcienter rem furtiuam ob delicti conſumationem fuiſſe per M. C. V. condemnatum per quinquennium ad triremes, refert, & ſequitur Baiar. vbi ſupra, & probatur in l. ſi liberam C. quod cum eo, quam Affl. allegat in d. deciſ. n. 3. Hinc etiam furtum committit, qui rem alienam ſcienter vendit, §. furtiuæ in fi. inſtit. de vſucapio. quia venditor, & emptor ſunt correlatiui, l. 1. C. de cupreſſ. lib. 10. Item furtum committit, qui filiofamilias in poteſtate patris exiſtenti vincit in ludo, quia ipſe non habet liberam adminiſtrationem pecuniæ, aut rei in ludo amiſſæ, ita Bald. in rubr. C. de cond. ob turp. cauſ. ſequitur Summa Angel. in verb. ludus num. 7. vbi Add. Caranit. in pragm. per excellentem §. 8. nu. 31. de Senatuſconſ. Macedo. Aſcan. Clem. in tract. de patr. poteſt. effect. 2. nu. 23. Viui. in opin. 468. in fi. par. 2. Baiard. ad Clar. in d. §. furtum num. 120. & 123. vbi allegati Doctores etiam extẽdunt ad vincentem ſeruos, monacis, & alijs non habentibus liberam adminiſtrationem, quibus accedit Iaſ. in l. ſeruus in fi. ff. de cond. indeb. vnde non ſolum vincens tenetur pęna furti, vt ſupra, ſed etiam pecuniam victam non lucratur, ſed tenetur illam reſtituere, vt per Viuium loco citato num. 18. Item nota alium caſum, in quo quis furti tenetur, quando ſcienter accepit rem alienã pignori, ſecus ſi ignoranter, ſecundum Paul. de Caſtr. in d. l. ſeruus, qui pro caſu dicit allegaſſe Florentiæ, quem refert, & ſequitur Iaſ. ibi, & refert Bald. dicere illam l. eſſe menti tenendam contra famulos ſcholarium pignorantes libros dominorum: Item furtum committit emẽs rem mobilem à ſeruo, l. ſi liberam in fi. C. quod cum eo, D. Rouit. in pragm. 1. num. 4. de empt. & quid de emente rem à Zingaro, ibi: Hinc etiam furti pęna tenetur, qui ſcienter rem furto ſubtractam receptat, & vti fur, & eadem pęna, vti principalis fur puniẽdus eſt, vt deciſum fuit in Regio Conſilio Cataloniæ refert Ludoui. Peguera in dec. 25. quem refert, & ſequitur Baiar. ad Clar. in q. 60. ſub num. 59. vbi fatetur deciſ. prædictam eſſe veriſſimam, quicquid in contrarium dixerunt Marſil. & alij Doctores, quos idem Baiard. refert loco citato, & cum Peguera, & Baiardo cõcordat Rob. Maran. in conſ. 78. in 2. dub. vbi nu. 4. poſt Bal. quem allegat, ampliat in creditore recipiente ſciẽter rem furtiuam in pignus, & pragm. 10. eod. tit. vbi D. Rouit. num. 2. & Bertaz. in conſ. crim. 66. vol. 1. vbi num. 2. dicit, vt receptator teneatur pęna furti, duo copulatiuè requiruntur, allegat text. in §. conceptum verſ. præterea, vbi Aret. inſtit. de oblig. quæ ex delicto. Item etiam pęna furti tenetur, qui lanam ab aliquo recepit, vt pannos faceret, & domino daret, & poſtea aufugit, & ex lana prædicta pannos non fecit, ſecundũ Petr. Foller. in fragment. in titul. de furtis num. 129 fo. 411. in nouis; An furti pęna tenetur ille penes quem res furata fuerit recepta, & quomodo teneatur nominare à quo illam habuit, vide Clar. in §. fi. q. 21. in fi. Maſcard. in tract. de prob. concluſ. 833. vol. 2. omnino Iaco. Menoc. in tract. de præſumpt. lib. 5. c. 29. vbi plures caſus diſtinguit, & conſiderat, de quibus meminit Baiard. ad Clar. in §. furtũ num. 16. & ſeq. benè Viui. in dec. 147. & nouiſſimè Farinac. in d. titul. de furtis q. 177. fol. 106. poſt Cæphal. conſ. 341. num. 30. & ſeq. & Ricc. in dec. 50. par. 1. qui plures caſus conſiderat, dummodo de indemnitate rei furatæ conſtet, ſecundum Maſcard. in d. tract. concluſ. 819. num. 4. ac de dominio, ſeu quaſi dictæ rei furatæ peragere volentem contra furem, vt notabiliter Aymo Crauet. conſuluit in conſ. 244. col. 1. quia in criminalibus non præſumitur indemnitas, vt per Aym. loco prædicto; An ſtracciaroli, vel reemptores

bono:

bonorum reddātur ſuſpecti, ex eo quod dicunt, ſe non recordari, à quo emerunt, vel ab incognitis, vide Clar. in q. 21. in fin. Gomez de delict. cap. 13. poſt num. 12. Natt. in conſ. Alex. 5. vol. 1. Farinac. in d. q. 177. & Ricc. vbi ſupra in princ. An vxor, vel nouerca aliquid accipiens poſt mortem viri à domo ipſius, quando furtum committit, vel non, & quomodo puniatur, & qua actione non adita hæreditate per hæredem, poſſit conueniri, vide omnino Iacobi. in l de his C. de furt. & quid ſi ſtat vidua in domo viri, vide Alexa. in conſ. 129. num. 2. vol. 4. Menoch. de præſumpt. lib. 5. c. 2. num. 13. & Campan. in d. cap. ad hoc num. 144 qua pęna fures puniri debeant de iure communi, & Regni, vide Campan. in d. cap. ad hoc, D. Vinc. de Franch. in deciſ. 415. & 521. & qua pęna puniantur fures nocturni in perſonas itinerantium per intus Ciuitatem Neap. & ſuburbia, vide Regiam Pragm. de furt. noctur. plectentem pęna vltimi ſupplicij, quæ fuit ampliata contra exteros furantes ibi, de nocte, D. Vinc. de Franch. in dec. 521. vbi addo, & qualiter dicitur furtũ de nocte, vide M. A. Natt. in conſ. 469. D. Rouit. in d. pragm. & ſi ſunt plures qui furtum committunt, an quilibet teneatur in ſolidum, D. Rouit. vbi ſupra poſt Iſern. quem allegat; benè verùm eſt, quod latrones publicarum ſtratarum puniuntur regulariter pęna vltimi ſupplicii, D. Maſtrill. vt cæteros omittam in tract. de indult. cap. 33. vbi num. 2. tenet etiam ſi furtum ſit minimum, dummodo ſit factum cum violentia, vt ibi, & num. 5. ampliat, ſiue furtum ſit factum extra Vrbem, ſiue intra Vrbem, poſt Dec. quem allegat, addo videndum eumdem D. Maſtrill. in deciſ. 147. colu. 1. & qui dicantur latrones publici ibid. nu. 5. & ſeq. & puniuntur à quocumq; capiẽte per Reg. Prag. 5. in fi. in titul. vbi de delict. quia præuentio locum habet, & per Commiſſarios Cãpaneæ, & Regias Audientias Prouinciales proceditur contra eos, aliter quam eſt diſpoſitum per d. cap. Regni ad hoc, ex poteſtate conceſſa ab Excellentiſs. Prorege, eiusq; Collaterale Conſilio, nempè velo leuato, quibus verbis vtitur Imperator in l. de ſubuerſis C. de naufrag. lib. 11. allegat Marant. in tract. iudic. par. 6. in verb inquiſitio nu. 146. ad modum belli, & manu militari, vt omnibus eſt notum, quid autem importent verba, & poteſtas prædicta militaris, vide Ioa. Grand. in tract. de bello exul. quaſi per totum, & ſimiliter contra committentes, ſeu committere tentantes recaptũ vigore Regiorum Bannorum, ac Pragm. proceditur modo quo ſupra, addo D. Maſtrill. in d. tract. & cap. 33. num. 9. qui latrones publici, ac recaptum committentes, ſunt excluſi ab indultu generali, & ab immunitate eccleſiaſtica, vt ibi, vbi etiam num. 10. extendit ad piratas, qui in mari deprædantur, & num. 11. maius eſt enim delictum furti, quam homicidij, ob maiorem pęnam, quæ imponitur, ſecundum Dec. in conſ. 65. quem refert, & ſequitur Surd. in d. priuileg. 39. num. 3. ſed Soccin. Sen. in eodem caſu Decij in conſ. 157. vol. 2. conſuluit contrarium; verum pro concordia amborum videndus eſt Baiard. ad Clar. in §. homicidium num. 215. & Farinac. in 3. volum. q. 103. num. 198. & ſeq. fol. 523. & in 4. vol. q. 119. num. 2. & pro opinione Socc. faciunt verba Conſt. Regni terminum vitæ, & D. Maſtrill. de indultu cap. 28. num. 1. licet regulariter furtum ſit omni iure prohibitum, ſecundum Campan. in d. cap. ad hoc, & Surd. in d. priuileg. in princ. Tamen tempore neceſſitatis famæ, ſeu careſtiæ, licitum eſt furari, vt poſt alios concluoit Clar. in d. §. furtum verſ. & quandoq; Viui. in opin. 346. par. 1. D. meus de Alphano in l. 1. num 267. vſque ad 281. ff. de offic. eius, & ſatis pulchrè Surd. in d. priuileg. nu. 7 vſque ad fi. cum declarationibus tamen quas ipſe refert poſt Dñm meum vbi ſupra; excuſatur autem fur à pęna furti, pluribus modis, & cauſis, vt eſt videre apud Clar. in d. §. furtum à verſ. excuſatur, cum ſeqq. fol. 17. à terg. cum ſeqq. Indicia vero furti, & eorum excluſionem ponit Afflict. in Conſtitut in quæſtionibus num. 20. Campan. in d. cap. ad hoc, alias in cap. Regni ſi iuſtè 146. in ordine num. 64 & 65. Maſcard. in d. concluſ. 831. & Farinac. in d. titul. de furtis q. 176. num. 50. & ſeq. & omnino in q. 174. fol. 57. Hinc ſi furtum fuit commiſſum, & neſcitur à quo, præſumitur commiſſum à vicinis, argum. l. dominus horreorum ff. loca. & ita poſt Bart. tenet Paris de Puteo de ſindica. in verb. tortura el 3. §. mandauit Rex, vbi etiam dicit, quod in hoc iudicium ſumit vires à lege diuina. Blanch. qui alios allegat in l. fi. nu. 412. ff. de quæſt. Iacob. Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 212. num 5. & in tract. de præſumptio lib. 1. q. 89 nu. 89 94. & 95. & lib. 5 eod. titul. cap. 31. nu. 18. Maſcard. in d. concluſ. 831. num. 13. cum alijs infinitis concord. allegatis per Farinac. in titul. de indic. & tort. q. 52 num. 127. vbi oſtendit poſt Doctores quos citat communiter ex hac præſumptione oriri indicium ad torturam, quam num. 131. ſcribit procedere in homine, ſeu vicinis malę conditionis, & famæ, poſt Blanch. Menoc. Maſcar. & infinitos alios quos allegat, imò Vulpell. in conſ. 65. nu. 2. ſcribit iure cautum non reperiri, vt ex ſola vicinitate poſſit eſſe locus torturæ, niſi alia concurrant, puta quod quis furari conſueuerit, vel in ea ſpecie ſit homo malę conditionis, & famæ, vbi ad Iaſ. & Boſſ. allegat, & num. 3. dicit tex. in d. l. dominus horreorum loqui in ſeruo, & alia vili perſona, meminit Farinac. in dicto num. 31. in med. ſecus ſi vicini eſſent bonæ conditionis, & famæ, quia talis pręſumptio nihil operatur, ſecundum Afflict. in dicta conſtitut. in quæſtionibus num. 19. in fin. & Foller. in verb. capiat informatio. num. 35. & Farinac. in d. nu. 131. prout in ſimili dicitur de furto facto in aliquo hoſpitio, ſeu caupona, quia ſi neſcitur à quo, poſſunt torqueri domeſtici, ſerui, & familiares ipſius cauponis, vel hoſpitantis ſecundum Farinac. qui infinitos allegat in dicto titulo quæſt. 37. num. 158. dummodo prædicti ſint viles perſonæ, & malæ famæ, quia non concurrentibus alijs, ſi ſunt bonæ conditionis, & famæ non poſſunt torqueri, vt ibi num. 160. ſicut etiam poteſt dici de furto commiſſo in domo, quia regulariter præſumitur commiſſum ab vxore, alijs domeſticis, & conuerſantibus in ea, ſecundum Blanch. in d. l. fi. nu. 414. cum alijs allegatis per Farinacium in dicta quæſt. 37. num. 159. quia adhibetur eadem diſtinctio de qua ſupra per Farinacium num. 160. quæ nota, quia nouem annis iam elapſis habui in facto in Terra Balneoli, & ita conſului, & obtinui à perito viro, an furti indicium oriatur contra eum, qui in loco commiſſi furti fuit

viſus, vide eundem Farinac. in q.36. num.63. ſ.373

An fur poſſit de conſocijs interrogari, vidẽdus eſt omnino Farinac. in d. titul. de indic. q.43. à nu.43. cum ſeqq. Furti etiam tenetur ſi creditor accipiendo aliquid, ſimulat ſe creditorem, & non eſt, ſecundum Strach. in tract. de mercatu. ſo.26. nu.31. in paruis, benè facit quod ſcribit Afflict. in conſtit. mercatores poſt num.3. Imò ſi creditum conſecutus eſt, & aſſerit ſe creditorem, incidit in falſum, ſecundum Strach. vbi ſupra, allegat l. creditor C. de falſis, & ideo in Regno extat Reg. Pragmatica, quæ eſt 7. in ordine, in titul. de falſis, per quam prouiſum eſt, quod petentes debitum alias ſatisſactum, puniuntur pęna corporali, vt ibi, vbi etiam Scribentes ſuper illa, & vide de iure communi, & municipali, Caball. in caſu 169. Farinac. de furt. ſo.88. num.732. intellige quando creditor exegit, & ſic delictum fuit conſumatum, ſecundum Caball. vbi ſupra, & D. Rouit. in d. pragmat. vbi ſic deciſum refert, ſequitur Ricc. in dec. 40. p. j. & Thor. in comp. dec. ſo.397.

Fuſtigatio, ſeu mitra, vel berlina, vt aliqui catenam vocant, multum frequentatur, & obſeruatur, maximè in M.C.V. & alijs Tribunalibus Regijs huius Regni, contra fures, mariolos, burſarum inciſores, & alios, vt infra, licet enim pęna fuſtigationis non ſit capitalis, ſecundum Bart. in l. tranſigere num. . . . C. de tranſact. & Marant. qui de communi teſtatur in tract. Iudic. par.4. diſt.2. nu.5. & Iul. Clar. in §. fin. q.70. verſ. eſt etiam pęna, ibi, ſed quæro: mitræ autem pęna connumerari ſolet inter corporales, vt Clar. teſtatur in loco citato, verſ. mitræ, quicquid tamen ſit de iure, quod fuſtigatio non ſit corporalis, magis tamen afficit corpus, quam mitra, & forſan magis infamat, & eſt adeo grauis, & grandis ob grauem quam infert iniuriam, & infamiam, quia pro turpibus, & infamibus delictis imponitur, quæ ęquiperatur morti, ſecundum Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. q.80. num.40. & 41. & imponi ſolet non ſolum furibus, & alijs, vt ſupra, verum etiam truffatoribus, teſtibus falſis, blaſphematoribus, & alijs vilibus perſonis, & ita ſeruari in Vrbe, teſtatur Farinac. in titul. de delict. & pęnis quęſt.19. num.29. quem refert, & ſequitur Baiard. ad Clar. in dicta q.70. num.3. 4. & 5. & iſti marioli, vulgo dicti (*taglia borze*) qui fatentur infinita furta commiſiſſe, & plura marſupia inciſiſſe, ſufficit ex furtis confeſſatis, verificari duo, vel tria, ex quibus poſſint ad mortem condemnari, vt in caſu Gramma. in dec.48. quæ deciſio fuit obſeruata Romæ de anno 1575. refert Farinac. in titul. de inquiſ. q.2. poſt num.15. verſ. quæ tamen locum non habent, & ad iſtam concluſ. adde videndum Ricc. in deciſ. 103. par. 2.

## G

GAbellam licet clerici, & alij immunes non teneantur ſoluere de bonis quæ ab ipſis aſportantur, tamen publicano tenentur denunciare, & ab eo recipere cartellam, ſeu bulletinum, alias bona prædicta ſequeſtrantur, & detinentur, ita Rolan. à Vall. qui concord. allegat in conſ.79. num.92. vol.3. & conſ.71. nu.22. vol.4. Ioſeph. Ludoui. in ſuis com. opin. concluſ.15. verſ. iſti clerici, & in illat.20. Ferrett. de gabellis nu.172. vbi mentionem facit de Regia Dohana Ciuitatis Neap. Maſcard. in tract. de prob. concl.834. nu.4. & 5. vol.2. & Steph. Gratia in dec.148. col. fi. Hinc gabella dicitur munus reale, quia pro rebus ſoluitur, ſecundum Bar. in l.1. col. fin. C. de murileg. & in quo loco lib.11. ſequitur Marant. in conſ.81. nu.3. & pariter dicitur munus ordinarium, Rom. in conſ.198. quem allegat M. A. Natt. in conſ.139. nu.13. maximè quando per ſtatutum, aut legem imponitur, Ferret. in d. tract. nu.22. eamq; ſoluere tenetur clericus negotiator pro rebus, quæ cauſa mercimonij portantur, & negotiantur, ſecundum DD. in cap. quamquam de cenſib. in ſexto, latiſſimè Campan. in extrauag. de vit. & honeſt. cler. in verb. priuilegio nu.209. ſecundum nouam impreſſionem, & Ferret. in d. tract. nu.424. ibi prædicta limitant, & Foller. ad Maran. in 4. par. diſt.11. in fi. & vide ſupra in concluſ. Clericus, verùm ad eius ſolutionem debet compelli per Iudicem eccleſiaſticum eis competentem, ſecundum Ferret. vbi ſupra in fi. & quid ſi imponitur ob magnam neceſſitatem, puta guerrę, an clerici teneantur ad ſolutionem ipſius, vide Campan. in dict. verb. priuilegio nu.198. Gabellotus, ſiue Gabellarius recipiẽs ſpontè à clerico gabellam, an incurrit aliquam excommunicationem, vide Campan. in d. extrauag. nu.207. vbi citat Concord. & Nauar. in conſ.5. in tit. de immun. eccleſ. & gabella, datium, vel vectigal, idem ſunt, ſecundum DD. qui ęquiuocè iſtis nominibus vtuntur, vt per Boſſ. in tit. de vectigal. nu.2. & Ioſeph. Ludo. in d. concl.15. in princ. Hinc gabellæ non debent ſola lucri cupiditate imponi, ſed cum rationabili cauſa, ſecundum Rol. in conſ.91. n.25. 31. & infra vol.2. de quo meminit Ioſeph Lud. in d. concl.15. verſ. gabellæ ſo.38. qui ſubdit, quod vt plurimum ſolent adminiſtrari per certos homines peruerſos, & à vulgo nuncupatos porcos canes, qui contra mentem imponentiũ ipſas multoties querũt extorquere per fas, & nefas, etiã vltra id, ꝙ eis iuſtè debetur, nimirum ſi in dubio eſt cõtra eos pronũciandum, vbi allegat Boſſ. poſt Socc. & Corn. & ideo gabellæ prædictæ, & noua vectigalia imponi nõ poſſunt ſine Principis licentia, per l.2. C. noua vecti. impo. nõ poſſ. cap. innouamus de cenſ. Capy. dec.148. nu.j. & latè in ſua inueſt. feud. in ver. clauſulæ verſ. gabellas ſolus ſo.114. Campa. in d. extrauag. in verb. priuilegio num.102. fol.17. in nouis, & in cap. Regni 167. in fi. Ferrett. de gabell. nu.84. in princ. Ioſeph Ludouic. in d. concluſ. verſ. iſtas gabellas, latè Montanar. in pragm.6. nu. 20.

20.fol.28.á terg.in titul.de adminiſt.vniuerſ.& deciſ.caſ.conſcient.cap.125.num.13.fo.292.Mart.in vot.160.& Farinac.in 6.vol.in titul.de ſurt. q.172. num.66.ſo.52. & Auendan. de exeq. mand. Reg. lib.1.c.6.vide omnino Gramma.in conſil.ciuil.69 Imo imponentes gabellas ſine licentia Principis, & Regio aſſenſu, non ſolum ſunt excommunicati excommunicatiune Bullæ cœnæ Domini, vt in eadem Bulla legitur, & meminit deciſ.caſ.conſc. fo.418.nu.79. quæ loquitur etiam de domo panis, ſed etiam criminaliter puniri poſſunt, Ferret. & Montanar.in locis citatis, quibus accedunt gloſ.in d.cap.innouamus in glo.fi. & Farinac.in d. q.172. num.67.vide tamen Gramma.in d.conſ.69.à quibus autem gabellis,datijs, & collectis,perſonæ eccleſiaſticæ etiam in minoribus, ſunt exemptæ, & immunes,& exigentes ab eis, peccant mortaliter, atque ad reſtitutiunem tenentur,& ſunt ipſo facto excommunicati, per dictam Bullam cœnæ Domini,oſtendit deciſ.caſ.conſcien.in d.cap.125.nu. 16.ſo.291.à terg.& ſeq. vbi nu.17.ampliat, vt nec eorum Prælatus poſſit eos cogere ad contribuendum gabellis, datijs,& collectis prædictis, alias eſt excommunicatus, allegat cap. non minus de immunit.eccleſ.vide Steph.Gratia.lib.2. diſcep.fore. c.390.à nu.17.cum ſeqq. Imò non poſſunt clerici ſponté capitulari nomine illas promictere ſine aſſenſu Papæ, cap.aduerſus de immunit. eccleſ. & ibi ponit alias ampliationes, & limitationes, quas per te legere poteris, Ann.Sen.in alleg.13. & in d. cap.vide materiam gabellarum, & Ludouic.in d. concl.15.Hinc non ſoluentes gabellas iuſtas,ſed illas ſraudantes,peccant mortaliter, & tenentur ad reſtitutionem,vt per deciſ.caſ.conſc. in loco ſupra citato nu.30.ſo.294.alijſq; pęnis plectuntur, vt per D.Rouit.in rubr.de vectigal. Imo ſurtum committunt ſecundum Farinac.in d.q.172.à nu.1. vbi ſunt limitationes, & de quibus rebus gabella ſolui debet,vide Pract.Papien.in ſorma libelli ſuper ſolutione pedagiorum ſo.58. à ter.& Gabellæ qualiter ab Vniuerſitatibus imponantur, & an maior pars minori præiudicet, vide Capyc.in d.dec.148. & gabella quæ exigitur in aliquo loco, qui poſt affictum eſt auctus, an cedere debeat in beneficium Affictatoris, vide Dec.in conſ.4.& Rip.in l.ex toto nu.4.ff.de leg.1.

Gabellarius,ſiue Gabellotus,qui gabellam conduxit, poteſt vendere bona nõ ſoluentium gabellam ipſam, ſecundum Bar. in l. creditor nu.3.per illum tex. vbi Alex.ſequitur in addit.ff.de actio.empt. & Ioſeph Lud.in ſuis com.opin.concl.15.ſo.37. Hinc non ſolum poſſunt vendi bona ob nõ ſolutionem gabellæ, vt ſupra, verum etiam pro pœna incurſa per ſraudantem ipſam, Alex.in loco ſupra citato, quem ſequitur Cott.in verb.collecta ad fin.Ioa.de Amic.in conſ.110.nu.21. Auenda.de exeq.mand. Reg.lib.j.c.7.nu.4.quæ pęna ſraudantis,ſiue tranſgreſſoris,debetur Gabelloto, etiam ſi in cõtractu locationis nihil ſit dictum,ſecũdum Ioa.de Amic. in d.conſil.num.20.Boer.in dec.180.Campan.in cap.Regni 2.nu.15.& Ludoui. in d.concluſ.& ſol. idem dicendum eſt contra non ſoluentes collectas qui poſſunt per communitatem, ſeu cõductorem collectarum vendi bona non ſoluentium illas,Bar. Alex & Cott.in locis ſupra citatis,ſequitur M.A. Natt.in conſ.611.n.1.& capi pſonas nõ ſoluentiũ, Carau.in rit.127.n.3. & pęna commiſſa tp̃e vnius Gabelloti,ſeu Datiarij, debetur ipſi etiã poſt tempus finitum ſuæ conductionis,vt reſpondet Ioa.de Amic.in d.conſil.nu.25. & conueniunt ſcripta per D.Vinc.de Franch.in dec.76.vbi addo:dummodo gabella prædicta ſit impoſita inter ciues,quia à forenſibus,& perſonis non ſubditis imponi, & exigi non poteſt per Reg.Pragm.ſecundum Mangrell. ad Bar.in l.vectigalia ff. de public. & ita Collater. Conſil.ſeruat, & ordinat, & Gabellotus neceſſitate vrgente, poteſt cogi ſoluere ante diem aduenientis ſolutionis illud, quod fiſco debet ex cauſa condnctionis gabellæ,ſecundum Iaſ.in l.in diem nu.3.ff.de cond.indeb.per l.1.C.de cond.ex lege, vbi Bal.extendit illum tex. ad emptores gabellarũ qui cogi poſſunt pro neceſſitate Reipublicæ, ſiue Ciuitatis ſoluere ante tempus,& Saly.ibi dicit,hoc frequenter practicari Bononiæ contra Conductores,& Datiarios gabellarum, & refert Marſil.in ſingul.355.in eadem Ciuitate vidiſſe pluribus vicibus fieri,ſequitur Roder.Suar. in l.poſt rem iudicatam in 7.limit.ad leg.Regiam fol.617. in paruis ff.de re iud.Iaſ.in §.ſed hæc quidem nu.8.& 9.inſt. de act.eſt benè verum,quod Conductori, ſeu Gabelloto,vel alteri debitori fiſci ſoluenti ex neceſſitate ante tempus, vt ſupra, debet in eius beneficiũ deduci interuſurium medij temporis, & eidem bonum fieri,ſecundum Bal.Salic.& Iaſ.in locis ſupra citatis,quibus accedunt Tiraq.in tract. de retrac.conſang.§.1.glo.18.nu.37.Surd.in tract. de alimen.tit.8.priuil.77.nu.9.& Intrigl.in ſing.89.& quid ſi neceſſitas non vrgeat, an debitor fiſcalis, vel Reipublicæ cogi poſſit ſoluere ante diem,vide Salic.in d.l.1.& Suarez in loco ſupra alleg.num.6. & quid ſi conductori gabellæ durante anno locationis,& conductionis interuenit aliquod impedimentum iuſtum abſque culpa ſua, quid ſit faciendum,vide omnino Affl.in conſt. officiorum nu.3. & per quantum tempus gabella locari debet, vide ibi num.4.& Gabellotus exigens vltra id, quod ei debetur, pęna furti tenetur,vt dixi ſupra in cõcluſ. Furtum: & gabella vbi debet ſolui, Bal.in l.1.ff.de contrah.empt. dicit debere ſolui in loco cõtractus qui inſpici debet,idem videtur tenere in l.vniuerſa in fi.C.de precib.Imper.offer.ſequitur Caſſan.in conſuet.Burg.in tit.de gabell.nu.12.&13.ſo.24.in nouis,latiſſime Steph.Grat.lib.j.diſcep.ſoren.c.11. licet allegat Bar.in contratrium in l.1. §.forma ff. de cenſib. & de iure cõi ſolui debet ab emptore, Ioſeph Lud.in deciſ.Peruſ.113.n.3.& ſemel ſoluta non debet iterum ſolui,idem Ludo.in dec.114.vide ſi conueniunt ſcripta per D. Maſtrill. in deciſio.87.

Gloſæ authoritas eſt adeo magna,vt maior ſit aliorũ DD. omnes alias authoritates antecedit, vt poſt Bar.ſcribit Iaſ.in l.vt vim col pen.nu.34.ff.de iuſt. & iur. vbi Apoſtil.lit.D. & quando non reperitur tex.ſufficit gloſa pro textu, & Dec.ibid.ſequitur, eiuſq; laudes refert Cott.in ver.iuris ciuilis ſol.. in paruis,ſequitur D.Vinc.in dec.578.nu.15. & iterũ in dec.588. nu.8. præualetq; opinioni Paul. Caſtr. ſecundum eundem D.Vinc.in dec.174.nu.2. quibus aſſentiunt Rol.à Vall.in conſ.73.nu.13. & ſeq. vol.3.& alij per me allegati ad d.dec.174.

Gradus computatio in materia ſucceſſionis. fit iuxta iuris ciuilis diſpoſitionẽ,non aũt iuris canonici,ſm

Corn.in conſ.57.num.2.& conſ.202.nu.1.volu.1. addo glo.in §.1.In ver.neceſſarium,vbi apoſtil.Aldobrand.inſti.de gradib.vbi etiam extendit ad tutelam, adeo quod Auus excludit patruum tàm à ſucceſſione,quàm à tutela, Anton. Theſſaur.in dec.15.& fit huiuſmodi gradus computatio dempto ſtipite, Alex.in conſ.125.num.8.vol.5. & Did. Couar. de ſponſal.par.2.cap.6.§.6. ſub nu.8. ſo.69 & ibi de materia.

Gratia Principis de ſui eſſentia, an requirat ſcripturam, Alex.in conſ.107.num.5. volu.7. negatiuè reſpondet, vbi iura, Doctores, & rationes allegat, ſequitur Boer.in dec.348.num.5.Caſſiad.in deciſ.8.in tit.de reſtit.ſpoliat. Franc.Marc.in deciſ.513. num 4.Ann.Sen.in alleg.47.num.8. & conſuluit Nauarr.in conſ.1.in titul.de priuileg.Gratiam factam à Papa non requirere ſcripturam,& idem in gratia facta à Principe ex certa ſcientia ,affirmat, ſed poteſt teſtibus probari, ſm̃ Viuium qui infinitos allegat in opin.350.par.1. vbi in fine remiſſiuè limitat in quinque caſibus, Petr.Bellug. in Specul. Princip.rubr.14.§ reſtat ſub num.9.fol.101.à ter. in nouis,poſt Bald.quem allegat,ſcribit,quod de eſſentia gratiæ non eſt neceſſaria ſcriptura, ſi tamen habet probare,& fidem facere in iudicio eſſet neceſſaria ſcriptura, ſequitur Afflict.in deciſ.319. ſub num.10.& Borrell. ad Bellug. vbi ſupra lit.C. Mangrell.ad Bart.in l.1. C.de diuerſ.reſcrip. & in l.teſtium C. de teſtib. & nouiſſime Marcell. Calà de modo artic.nu.1557.ſol.249. vbi nu.1558.dicit poſt Felyn.quem allegat in tribus caſibus, gratia poterit probari per teſtes, vt ibi per eum, qui ſic practicaſſe refert: Hinc gratia lauiſſimè interpetrari debet,Surd. qui allegat concord in tract. de alimen.tit.9 q 31.num.43.51.& 62. & ad principalem concluſionem videatur omnino Maſcard. in tract.de prob.concluſ.845.vol.2. & Molin.de primogen.hiſp.lib.2.c.7.num.55.& ſeq. quæ gratia delictum extinguit D.de Franch. deciſ.433. & ſtatim,quod Rex dicat,fiat, eſt perfecta, Affl.dec.253.meminit D.Vinc.in dec.62.n.2.&326.& ſucceſſor non poteſt illam vti perfectam reuocare, D.Rouit.in pragm.1.nu.12.de reuoc.gratiæ.

Gratiæ Pontificum in conceſſione beneficiorum vltimis voluntatibus ęquiperantur,vt poſt Roma.in conſ.348.num.5.concludit Iacob.Menoc.de arbit. iud.caſ.480.num.5.vbi etiam allegat Dec. & Gig. ſequitur Horat. Mandoſ. ad Rom. vbi ſupra, qui dicit communem, nec morte concedentis expirát cap.ſi ſuper gratia de reſcript.in 6.Gabr. in tit. de præbend.concluſ.1. vbi ponit ampliationes, & limitationes, vide multa apud Borrell. ad Bellug. in Spec.Princ.ſol. . . Guid.Pap.in dec.491.Camp. in cap. vulgaris famæ, Guttier.pract.qq. c.74.& 75.& D.Petr.ad Capyc.in dec.136.& quando gratia dicitur ſubreputitia, vide Baiard.ad Clar.in q.59 nu.72.& ſeq.D.Maſtrill.de indult. q.45. nu.13. D. Vinc.de Franch.dec.330.vbi addo.

Grauatus in menſura auditur infra annum, M. A. Natt.in conſ.265.in fi.Foller.ad Marant. in 4. par. diſt.11.num.45.Ann.in ſing.230.Marcell.Calà de modo articul.num.363. in fin.ſol.107. & Camill. Borrell.in conſ.84.in fi. licet Anna vbi ſupra,de veritate ſe remictit ad Ioan.Ceph.in conſ.36.nu.7. vbi duas refert opiniones.

Grauatus filius ſi ſine liberis deceſſerit, hæreditatem reſtituere ſub conditione: poteſt duas quartas detrahere, videlicet,legitimam ſtatim,& trebellianicam purificata conditione, vt per glo.& Doctores in l.Papinianus §.meminiſſe,vbi Cagnol.num.10. dicit illam per totum Mundum ſeruari ff.de inoff. teſtam.& in ſcholis,atque palatijs approbatam, vt ibi,& Ann. Iun.in conſ.25.in 9.concluſ.quia legitimę onus ſimponi non poteſt, l. qm̃ in prioribus C.de inoff.teſtam.ſequitur Rol. à Vall.in conſ.25. num.9.& conſ.78.vol.1.& iterum in conſ.9.nu.1. vol.4.qui infinitos allegat,quibus accedunt Vrſill. in deciſ.Affl.367.num.7. Madoſ.in conſil.Roma. 185.lit.C. Franc.Becc.in conſ.23.Apoſtill.ad Iaſ.in l.filium quem habentem num.6. C.famil.erciſcu. Deciſ.Rotæ Auenion.147.&Ann.in d.conſ.in 10. concluſ. & ad quam quantitatem hæreditatis dictæ duæ quartæ aſcendunt,vide text.in l.quamquá C.ad leg.falcid.Vrſill.in deciſ.Afflict.ſupra citata num.7.omnino Rolan.á Vall.qui declarat in conſ.12.col.pen.& fin.vol.1. & an grauatus vt ſupra, teneatur ad præſtationem legatorum; legatur Aymo Crauett.in conſ.16. quid autem ſi trebellianica eſt prohibita, etiam filijs primi gradus, vide Cagnol.vbi ſupra num.11.& omnino D.Vinc. de Franch.in deciſ.11. & ſi filius ſuit purè inſtitutus, & grauatus reſtituere modo quo ſupra, nam legitimam tantum detrahit,Alex.in conſ.26.nu.7 vol.1. Dec.in conſ.319. num.4. & Cagnol. vbi ſupra colu.fin.Marant. in ſuis ſingul. in verb. hæres ſuus ſol.43.& Surd.in deciſ.251.in fi. An idem procedit in patre, vel matre, aut alijs aſcendentibus, quibus legiuma debetur,vide Marant.vbi ſupra, verſ.an autem, & quid ſi legitima eſt ſemis, vide Franc.Becc. in conſ.ſupra allegato, vbi tenet contra Bal.& Aym.in conſ.50. contra quos etiam tenet M.A.Eugen.in conſ.11. vbi ita conſuluit, & iterum in conſ.38.num.17. & 18. Ann. in dicta 10.concluſ. & nouiſſimè D.Theſſaur. Iun.in dec. 252.vbi in fin. iudicatum refert contra Bald. & Aym. & ibid. Dominus filius in addit. quibus refert deciſum pro opinione iſta,ſequitur Molin de primogen.hiſpa.lib. . . cap.17.num.7. Hinc grauatus filius onere fideicommiſſi conditionalis modo quo ſupra, interim dicitur verè dominus, Dec.in conſ.322. Surd.qui concord. citat in tract. de alimen.tit.7.q.5.num.9.vbi dicit hoc probari in l.2.§.ſed quia noſtra C. commun.de leg. & vide ſupra in concluſ.Bona ſubiecta, & quid ſi filius eſt grauatus purè reſtituere hæreditatem,tunc ſolum legitimam detrahit, Alexa.conſ.26.num.7. vol.1. Dec.conſ.319.num.4.Cagnol.in d.§.meminiſſe colu.fin.& Aym.conſ.200.in fi. An filius grauatus modo quo ſupra, teneatur ad præſtationem legatorum,vide Aym.conſ.16.

Ha-

## H

Habilitatio à iuramento obtenta per debitorem non impedit interrogationem, & liquidationẽ inſtrumenti contra ipſum via ritus, ita Frece. in tract. de præſent. inſtrument. par. 6. nu. 14. Vrſill. in deciſ. Affl. 31. num. 2. D. Vincent. de Franch. licet prædictos non allegat in dec. 670. num. 4. & in dec. 801. n. 14. vbi hanc concluſionem ponit in ſummario, ſed in textu, ſeu corpore deciſ. non reperitur; ratio eſt, quia dicta habilitatio non tollit vires contractus, ſecundum D. Vincent. in d. dec. 670. nu. 2. quia vt plurimum fiunt parte non citata ad effectum agẽdi, vt ibi, vt quis valeat ſuis iuribus experiri, vt per Vrſill. loco citato nu. 3. poteſt etiam alia ratio reddi, quia eſto, quod eſſet ſublatum iuramentum per dictam habilitationem, tamen remanet pęna in inſtrumento, quæ ſola ſufficit pro liquidatione inſtrumenti liquidi, ſecundum dictum rit. 166. qui alternatiuè loquitur; quid autem ſi quis fuerit habilitatus, ſeu abſolutus à iuramento ad effectum agendi, vel excipiendi, an cẽſeatur abſolutus, etiam ad finem reſcindendi contractum, adeo quod alia abſolutio non requiratur, vide Affl. in deciſ. 322. num. 11. Minſinger in obſeru. 57. cent. 2. Rot. Bono. in dec. 14. in antiq. Vrſill. ad Affl. in d. dec. 31. nu. 4. Viui. in opin. 2. nu. 10 poſt Couar. lib. 1. varia. reſol. cap. 4. nu. 6 Muſcatell. in prax. S.C. in gloſ. periurij nu. 13. & 14. fol. 64 M. A. Natt. in conſ. 166. nu. 24. & omnino Anto. Gagliar. in tract. de abſolut. à iurament. c. 3. nu. 35. qui latiſſimè explicant, & hinc inde DD. allegantur pro vtraque parte, & opinione, dicit tamen Gagliar. in fi. d. num. opinionem Affl. poſt Caſtr. per ipſum allegatum, affirmatiuã in praxi obſeruari, ad quæ vide etiam D. Biloct. in tract. de abſol. à iuram. c. 8. f. 29.

Habitationem ſi quis dare promiſit, ſi in domo ſua ipſam ſemel dedit, poſtea vult eum expellere, & aliam habitationem dare, poteſt variare, & hoc facere, ſecundum Affl. in conſtit. quiſquis ante nu. 7 allegat tex. in l. ſi ſterilis 9. fi. ff. de act. empt. qui refert ſic in facto reſpondiſſe, & fuit ſibi miſſum Xenium, & pro iſta opinione fuit in S.C. deciſum teſte eodem Affl. in dec. 146. ſequitur Rol. à Vall. in conſ. 22. nu. 1. in fi. vol. 1. Iac. Menoch. in conſ. 62 nu. 11. vbi allegat Affl. in conſtit. Comitibus in fin. & Ann. in ſing 417. licet Vrſill. ad Affl. in d. deciſ. teneat cõtrarium, ex authoritatibus, & rationibus per eum ibi adductis, & Surd. in tract. de alim. tit. 4 q. 4. nu. 7. relatis Affl. Rol. & Menoch. dicit ſubſiſtere in hac opinione, & ſimiliter tenet cõtrarium, & reſpondet ad d. §. fi. quæ autem debentur illi cui habitatio relicta, & debita eſt, vide Surd. ibid. à n. 3. cum ſeq. & in tit. 2. q. 3. & Vrſill. in deciſ. Affl. 284. num. . . & quis dicatur habitator, vel habitans, vide quæ ſcripſi ad D. Vinc. de Franch. in deciſ. 597.

Heres poſt mortem defuncti cõficiens inuentarium ſi omnia in eo non ſcribit, ſed cęlat ponere, & deſcribere aliqua bona hæreditaria ad quid tenetur, & ad quam pęnam incurrat, Ant. de Gama in deciſ. 122. & 148. videtur tenere, quod in duplum teneretur, cum declarationibus, vt ibi, eximius vir ille Fab. Ann. cuius anima requieſcat in pace in conſ. 96. poſt infinites Doctores moder. quos more ſuo allegat, reſpõdet, hæredem amittere totum beneficium inuentarij, illudq; eſſe nullum, vide omnino D. Theſſaur. Iun. in quæſt. forenſ. 10. par. j. & in tract. de inuentar. vbi nu. 6. limitat, ſi in inuentario adeſt proteſtatio addendi, vel minuendi, & Gratia. lib. 1. diſcep. forenſ. c. 34. col. 1. & quomodo inuentarium debet fieri per hæredem, ne inſolidum, & vltra vires teneatur, vide M. A. Natta in conſ. 574. omnino Rola. à Vall. ſemper legendum in conſ. 73. per tot. vol. 2 Caualca. de tutor. & curato. nu. 58 64. & 106. Franc. Burſat. in conſ. 2. nu. 46. vol. 1. vbi de Natt. & Rola. in dictis cõſilijs meminit, Ioſeph. Ludouic. in ſuis commun. opin. concl. 16. fol. 53. & Craſſ. lib. 2. de ſucceſſ. §. inuentarium & Honded. in conſ. 53. vol. 1. verùm ſi inuentarium eſt factum ſecundum loci conſuetudinem, etiam non ſeruatis ſolemnitatibus l. fin. C. de iur. delib. valet, & hæres non tenetur creditoribus, ſi omiſit ponere in eo bona etiam dolosè, ſed tantum ad pęnam dupli, ſecundum deciſ. Genuæ 35. num. 1. & 2. in antiq. vbi num. 3. ponit formam inuentarij, quæ Genuæ ſeruatur ſecundum eius conſuetudinem, addo Honded. in conſil. ſupra allegato, quod fundatum eſt in conſuetudine, Capyc. in deciſ. 101. meminit de tali conſuetudine Ricc. in dec. 67. par. 1. & ſcribit Anchar. Iun. in q. 18. num. 7. & 8. quod Iudex poteſt de illa ſe informare in camera, & nouiſſimè D. Theſſaur. Iun. in d. q. 10. & quando, & quanto tempore inuentarium incipi, & finiri debet, vide Roman. in conſ. 83. volu. 2. vbi Mandoſ. in addit. lit. B. Bero. in q. 62. Vrſill. ad Affl. in deciſ. 66. Villalob. in ſuis opinion. lit. T. num. 5. in opinion. 351. par. 1 Caualc. vbi ſupra num 80. Franc. Burſat. in conſ. 96. num. 2 Migon. in deciſ. Luc. 40. num. 3. & Craſſ. in d. §. inuentarium quæſt. . Hinc etiam hæres ſe immiſcens in hæreditate ſine proteſtatione de conficiendo inuentarium, poteſt nihilominus inuentarium conficere, dummodo illud infra tempus legitimum faciat, ſecundum Franc. Burſ. in d. conſ. 96. num. 4. qui de communi teſtatur, ac veriori opinione poſt Caualca. quem allegat in d. num. 80. ſequitur Ioſeph Ludouic. in d. concluſ. 16, fo. 52. verùm ſi illud fecit poſt tempus, non valet, ita D. de Pont. in conſ. 33. num. 8. An hæres cum beneficio legis, & inuentarij dicatur propriè hæres, in qua quæſtione Doctores noſtri variarunt; nam Ann. Sen. in ſingular. 233. ſcribit non eſſe propriè hæredem, poſt Caſſan. quem citat, quia perinde eſt, ac ſi ab hæreditate ſe abſtinuiſſet, ſecundum D. Minado. in conſ. 17. num. 3. ſed Dñs Vincent. de Franch. in deciſ. 83. num. 2. tenet, hęredem cum dicto beneficio, eſſe verè, & propriè hæredem, & allegat Caſſaneum per Annam allegatum, Peregrin. in deciſ. 21. num. 4. ſubdens, quod quàtenus eſt in hæreditate tenetur habere ratum factum defuncti, & poſt Pinell. obiurgat Grammat. in deciſ. 93. aliter tenentem, quam deciſ. pro certo affirmat non eſſe Sac. Conſ. cum

tempore ſuo vti Aduocatus, & Conſiliarius, vidit iudicari contrarium, omnino Theſſaur. Iun. in q.60.num.14.& 16.par.4. etiam ſi factum defuncti ſit nullum, ſecundum eundem D. Vinc.omnino videndum in dec.665. An venditor poſſit contrauenire venditioni ab ipſo nulliter factæ, vide Tiraquell.de retract.conſang.§.1.glo.9.num.33.& Honde.in conſ.3. num.78. & an eius hæres ibi nu.79.vol.1. Hinc etiam ſi hæres prędictus promiſit ſoluere creditoribus, aut legatarijs ſimpliciter, intelligitur de bonis hæreditarijs, & ſaluo legis beneficio, ſm Bald. in l. fi. C. ad leg. falcid. de quo meminit Aff.in dec.399.num.13.& Ann.in ſing.234.quibus accedere videtur Surd.in dec.132. col. pen.in fin.imò ſi dictus hæres cum beneficio legis, & inuentarij ſe obligauit proprio nomine ſoluere legata,non tenetur ad illorum ſolutionem, niſi vti hæres cum prædicto beneficio,ex traditis per Minado. in deciſ.25.& ita nouiſſimè fuit in Sac.Conſilio iudicatum refert D.Vinc. de Franch. in dec.648. de qua memini in apoſtillis meis ad eundem in dec.323. Hinc etiam hæres durante tempore conficiendi inuentarium, non poteſt conueniri à creditoribus hæreditarijs, l.fi. §. donec,& ibi DD. C.de iur.delib. & D.Vinc. de Franch. in dec.352. vbi addo,& vltra Vrſill.ad Aff.dec.66. & Surd.in tract.de alim.tit.8.priuileg.11.num.1. vbi num.2. poſt infinitos DD.quos allegat,ſcribit hanc exceptionem impedire litis ingreſſum,vbi limitat n.3. & 4. in ſolutione alimentorum, & legatorum piorum,pro quibus poteſt conueniri etiam durante termino prædicto, poteſt etiam hæres conueniri, ſi poſt aditionem promiſit ſoluere,quia tūc ex noua promiſſione conuenitur,non ex antiqua,ſecundum eundem Surd.in d.tract.titul.6.q.3.num.52. An hæres filius cum dicto beneficio poſſit reuocacare alienationem feudi factam per patrem defunctum,vide diſtinctionem quam DD.ponunt in cap.1.§.an agnat.Aff.in conſtit.conſtitutionem diuæ memoriæ à num.7. cum ſeqq.& in dec.112. num.2.Ioſeph Ludoui.in ſuis com. opin. concluſ.16.fol.47.& 53.Surd.in d.tract.tit.4.q.10.num.11. cum infinitis ſeqq.& Roland.in conſ.44.vol.3. & vide ſupra in concluſ.Feudum, verùm text.in d.l. fi.debere in hoc Regno corrigi, quod hæreditas deberet ſimpliciter adiri, vel repudiari, ſecundum D.de Franch.in dec.200.nu.322.Hinc hæres cum beneficio legis,& inuentarij,ante omnia poteſt petere ſeparationem bonorum, eſto quod hæreditas ſit ſoluendo, Menoch.in conſ.667. Seraph. in dec.430.& vide Surd. in dec.310.num.14.& 322.nu.6 & quid ſeruatur Florentiæ in terminis d.l.fi. vide Rauden.de analog.c.28.nu.68. & in terminis pręſentis concluſ.vide Paſcal.p.1.c.2. à nu.65.

Hæres dicitur eadem perſona cum defuncto, pro ea tamen parte pro qua eſt hæres, pro alia vero dicitur extraneus, Bart.in l.2.§.ſed ſi nullus num.3. ff. de Prætor.ſtipulat.allegat l. cum à matre C. dę rei vendic.ibi, pro qua portione, Arius Pinell.in l.1. par.3.num.79.verſ.generaliter fo.514.in paruis C. de bon.mater.Anto.Gom.variar.reſol.lib.2. de contract.c.10.ſub nu.3.fol.225.Paul.Fuſc. in ſing.16.lit.H. Craſſ.de ſucceſſ.§.hæreditas q.16.nu.12 Suarez in ſuis opin.lit.H.nu.3.& Surd.de aliment. tit.9.q.41.num.12. Hinc infertur, quod hæres pro illa parte, pro qua eſt hæres agere poteſt, ſecundū Grauinenſ.qui in terminis ritus 166.loquitur in comment.dicti ritus par.2.declar.3.nu.6 & Gilt. in prax.inſtrum.fol.95.num.10. Item pro illa parte pro qua eſt hæres debet conueniri, Steph.Grat.in dec.146.num.3.& ſeq.& pro parte,pro qua eſt hæres,confundit actionem,Surd.in dec.224.num.20 & 21.Duen.in regul.18. in 1.limit. & pro ea parte pro qua eſt hæres,contractum approbare tenetur, Vrſill.ad Afflict.dec.393.num.13.Item etiam hæres excluſus cenſetur pro ea parte, pro qua eſt hæres,ſm Pinell.in d.nu.79. verſ.eadem,& pro dicta parte repellitur,D.de Pont.in conſ.33. nu.7.& tenetur habere ratū factum defuncti, pro illa parte, pro qua eſt hæres, vt dixi ſupra, etiam ſi eſt hæres cum beneficio legis, & inuentarij, ſecundum D. de Franch.in dec.83.num.2.vbi addo,& illi ſtare etiam ſuper re propria hęredis, Seraph.in dec.157 nu.2.allegat Rol.in cōſ.30.n.29.& 30.vol.4.Hinc etiam hæredes tenētur prò portionibus hæreditarijs.l.pro hæreditarijs C.de hæred.act.Iaſ.in l.2.§.& harū ff.de verb.oblig.D.Vinc.de Franch.in deciſ.201.num.1.& in deciſ.581.num.1.quod non procedere dicit idem D.Vinc.de Franch.in d.deciſ.203. in legato alimentorum, quia tunc poteſt quilibet ex hæredibus in ſolidum conueniri, quæ limitatio nō procedit, ſecundum eum, quoad alimenta præterita,qa in eis ceſſat omnis fauor,ſecus quoad alimenta futura,quia eſt arbitrarium; & ita in S.C.referi deciſum, ſequitur Ioſeph Ludoui. in deciſ.Peruſ.92. num.1. 14. & 15. de quo meminit idem Dominus in addit.ad d.deciſ.203.& ego etiā ibi addo alios, videatur Surd. omnino de aliment. tit.5.q.14.num.5. An pro legato dotis facto filiæ, poteſt per ipſam agi inſolidum contra vnum ex pluribus hæredibus, vide Surd. & alios quos addo ad d.dec.203.& D.Vincen.in d.deciſ.581. An hæres tenetur habere ratum factum defuncti nullū, dixi in concluſione præcedenti,Iacob.Menoch.in conſ.89.nu.19.81.& ſeq. vbi latiſſimè declarat doctrinam Bar.in l.poſt mortem ff.de adoptio.quam Brocardicam appellat, & in conſ. 125. vbi an hęres poſſit reuocare bona alienata per defunctum ſubiecta fideicommiſſo,quod non,& vide D.de Pont.de poteſt.Proreg.fol.203.& D.de Franch.in deciſ.665.num.4.& 5. Hinc hæres poteſt ratificare omne factum, & geſtum nomine defuncti, vt poſt Bart.Angel.& Alex.affirmat Dec.in l.eius §. placebat num.13.ff.ſi cert.peta.Hiero. Gabr. in conſ.80.num. 3.volum.1.Ioſeph Ludouic. in ſuis commun.opin.concluſ.16.verſ.infertur 88 fo.54 Factum enim hæredis reputatur factum defuncti, Dec.in loco citato,qui intelligit hanc cōcluſionem & opinionem procedere in his quæ in hæredem tranſeunt,in his verò quæ non tranſmittuntur factum nomine defuncti per hæredem ratificari nō poteſt,allegat tex.in l.is cui,vbi Bar. ff.rem ratam haberi,& ad ornatū d.l.cum à matre, vltra Gram. in dec.93.vide Ant.Gabr.in tit.de regul.iur. concluſ.11.Pinell.in loco ſupra alleg. num.79. & ſeq. fo.511.num.81.fo.521.Cacher.in deciſ.Pedemon.67.Alphan.Peruſ.collect.62.Ioſeph Ludouic.in d.concl.16.illat.82.fol.46. Craſſ.in d.q.12.nu.12.& ſeq. D.Vinc.de Franch.in dec.665. Hondet.in conſ.3.num.47.& ſeq.volu.1.& Fachine.controu. iur.lib.10.c.55. Hinc dubitari poteſt, ſi hæres fideiuſſoris,qui pro venditore fideiuſſit vendente do-

mum

Digitized by Google

mum, aut fundum vti ſuum, poſſit contra factum fideiuſſoris defuncti venire, & illud improbare, tex. in l. fi. C. de euict. videtur dicere quod ſic, quẽ Bart. & ibi dixerunt eſſe ſingularem, & nouum caſum, & neſcire al bi, vt Iaſ. refert in l. 2. §. ex his nu. 3. ff. de verb. oblig. quia hæres fideiuſſoris debilior, eſt obligatus cùm acceſſoriè, & ex facto alterius teneatur, & non principaliter, & ex facto proprio, aliasq; rationes ex Menoch. & Cephalo refert Ioſeph Ludoui. in ſuis com. opin. concl. 14. verſ. ſexto limitatur fo. 54. & Pinell. vbi ſupra ſub num. 83. verſ. limitatur decimotertio fo. 535. quod nota pro limitatione d. l. cum à matre, vide interim Aluar. Valaſc. in conſult. 69. num. 20. D. de Ponte de poteſtat. proreg. fo. 203. & Honded. in d. conſ. num. 71. & 72. de qua limitatione valdè dubitabo, prout antea dubitauit Vrſill. in deciſ. Affl. 393. in fi. quia hodie fideiuſſores dùm fideiubent, & ſe obligant in ſcriptis, mediante publico inſtrumento, ſe conſtituunt principales debitores, & promiſſores, & ſe obligant, ac promictunt, prout ipſi principales debitores, cum renunciationibus ſolitis, prout etiam in propoſito dixi ſupra in concluſ. Fideiuſſor, & ideo recedo à limitatione prædicta: An hæres venditoris poſſit ex propria perſona rem ſuam nulliter alienatam vendicare, Laderch. in conſ. 138 conſuluit, quod ſic, ſed vti hæres teneatur de euictione ad totum id quod eius intereſt, qa ius vendicandi non confunditur, allegat Alex. in l. ſi debitori in princ. C. de pact. ad principalem concluſionem, & ſcripta hic, vide Cachera. in dec. 180 Molin. de primog hiſp. lib. 4. c. 1. & Paſcal. p. 1. c. 2. à nu. 45.

Hæres grauatus à teſtatore dare ſalmas quindecim vini talibus fratribus anno quolibet, ſi velit dare vineam dictis fratribus ex qua percipiuntur dictę ſalmę quindecim, eiſq; curam vineæ relinquere, poteſt illis inuitis facere fauore exercentis munificentiam, vt per Bald. in l. ſi quis argentum §. ſi vero, per illum tex. C. de don. nu. 6. ſequitur Gerard. in ſingul. 34. & alios allegat D. Lanar. in cóſ. 54. num. 1. quibus accedunt Arno. in ſoliloq. 28. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gloſ . . num. 20. Ann. in alleg. 63. num. 3. & in alleg. 104. num. 21. Gutt. lib. 1. pract. quæſt. c. 147. & Surd. de aliment. tit. 9. q. 41. num. 4. & vide eundem Surd. tit. 8. priuileg. 82. & in materia Ioa. de Amic. in conſ. 46. & hæres in re certa inſtitutus non dato hærede vniuerſali, cenſetur hæres vniuerſalis, ad tex. in l. 1. §. ſi ex fundo ff. de hæred. inſtit. Hinc ſi ſunt duo hæredes inſtituti quilibet in certa quantitate, vel vnus in vna quantitate, alter in maiori, in reliquo hæreditatis efficiuntur hæredes vniuerſales pro ęquis portionibus, detractis prius dictis quantitatibus, per tex in l. ex facto la 2. verſ. ita igitur ff. de hęred. inſtit. & ita vti Arbiter iudicauit meritiſſimus olim S. C. Præſes D. Vincen. de Franch. in dec. 554. hinc etiam ſi mentio hæredis in aliquo actu non ſit, intelligitur quia quilibet ſibi, & hæredibus prouidere creditur, & cenſetur, l. pactum ff. de probation. Cagnol. qui concord. allegat in l. lecta num. 77. ff. ſi cert. peta. & Paul. Fuſc. in ſing. 43. lit. V.

Hæreditas pacto alicui dari non poteſt, nec vlla ratione hæres dantis conueniri poteſt, l. hæreditas C. de pact. conuent. vbi gloſ. in verb. nulla, ſequitur Ioa. Dilect. de arte teſtan. fol. 41. num. 2. in paruis, Anto. Gama in dec. 386. poſt num. 1. Villalob. in ſuis commun. opin. lit. P. à num. 1. cum ſeq. & alter Hiſpa. Suarez in eadem lit. P. & omnino D. Biloct. videndus in tract. de abſolut. à iurament. fol. 64. & 65. & Honded. in conſ. 40. nu. 2. & 9. vol. 1. & conſ. 69. num. 34. & ſeq. Niſi ab aliquo poſt mortem dantis bona ſtipuletur, vt tenet gloſ. ſupra allegata in fi. quam vti pulchram allegat Iaco. Menoch. in in conſ. 1. num. 166. & Biloct. vbi ſupra fo. 65. quia hæreditas non eſt viuentis, nec datur, l. hæreditas la 1. ff. de hæred. & actio. ven '. & in l qui ſuperſtit s ff. de acquir. hæred. vel niſi etiam ille, de cuius hæreditate agitur conſentiat, Iaſ. in l. fi. ante nu. 8. vbi Dec. num. 4. & Cagnol. num. 64. C. de pact. idem Dec. in conſ. 475. num. 22. Gozad. in conſ. 97. nu. 2. & conſ. 98. num. 5. Aym. Crauet. in conſ. 22. & conſ. 19. vtrobique num. 4. & iterum conſ. 51. num. 1. & Menoch. in d. conſ. 1. num. 165. & ſeq. Viui. in opinio. 578. num. 5. par. 2. Ioſeph. Ludoui. in deciſ. Peruſ. 71. ad fin. Villalo. & Suarez vbi ſupra, Theſſ. lun. q. 95. par. 1. & latè D. Paſcal. de virib. patr. pot. par. 3. cap. 7. num. 20. & ſi fiat alteri pactū, de cuius hæreditate non agitur, qui non conſenſit, an valeat, etiam iuramento interueniente, & vide Alex. Trentacinq. conſ. 41. col. 2. vol. 2. vide deciſ. Rotæ Luc. 98. in nouis, Mart. in vot. 36. num. 19. & ſeq. vide alias limitationes, quas Viuius, & Villalobos referunt in locis ſupra citatis, & in materia vide Anto. Theſſaur. in dec. 225. poſt Cacher. Viuium, & alios quos allegat Mart. in vot. 55. & omnino Honded. in conſil. ſupra alleg. per tot. & Paſcal. hic alleg. col. 1. Rauden. de analog. c. 25. qui plures caſus diſtinguit.

Hæreditas enim aſcendentiū, magis debetur deſcendentibus, quam deſcendentium hæreditas aſcendentium, vt probatur in l. ſcripto in fi. ff. vnde lib. Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſump. 8. num. 2. & id eo filio legitima debetur iure naturæ, Cardi. Pariſ. in conſ. 93. num. 45. vol. 2. & Alciat. in loc. cit. & Surd. in tract. de alimen. tit. 1. q. 19. num. 6. 7. & 8. & ſi non minus piè hæreditas filiorum parentibus debetur, quàm ę contra, l. nam & ſi parentibus ff. de inoff. teſtam. & gloſ. in d. l. ſcripto in fi. vbi pater ſuccedit filio in ſolatium amiſſionis ipſius, prout idem Surd. ſcribit in d. tit. 1 q 11 num. 26. & 27. quæ poſt aditionem deſinit eſſe hæreditas patris, & efficitur proprium patrimonium filij, vt notatur in l. 1. §. veteres ff. de acquir. poſſ. & dixi ſupra in concluſ. Filia dotata à patre ad fin. adde Surd. in d. tract. & titul. q. 116. num. 1. & Cumiam in cap. ſi aliquem in verb. . . & in hærede adeunte hæreditatem tranſeunt iura actiuè, & paſſiuè, vt probatur in l. hæreditas ff. de regul iur. & notatur in l. 1. C. ſi cert. peta. cum ſimilib. ad principium noſtræ concluſ. adde videndum Paſcal in d. c. 7. vbi ex Alex. in conſ. 28. vol. 3. conſiderat dupliciter pactum, videlicet affirmatiuè, & negatiuè.

Hypotheca tacita quę fauore dotis inducta eſt non ſolum vxori competit pro dote ſibi reſtituenda, ſed etiam marito pro ea conſequenda, vt probatur in l. 1. §. & vt plenius, vbi D D. C. de rei vxor. actio. Anton. Neguſ. in tract. de pignor. in 4. mod. 2. par. num. 2. de quibus meminit Surd. in tract. de alimen. tit. 8. priuil. 50. num. 3. quia priuilegium tacitę hipothecæ principaliter datur actioni, & nō perſonæ d. §. & vt plenius, ibi in huiuſmodi actione &

& Neguſ.firmat in loco ſupra citato num.29. nec hipotheca iſta tacita à lege inducta fauore dotis, tollitur per expreſſam conuentionalem, vt notat glo.in l.ſi C.de pact.conuent & Neguſ.in loco ſupra citato num.82. ſequitur Surd. in d tract.tit.1. q 42. num.45. Hinc hipotheca dotis incipit à die promiſſionis ipſius dotis, non autem ſolutæ.vt plu ries iudicauit S.C.Neap. teſtatur D.Vinc.de Fran. in dec.677.poſt num.6.vbi iuribus,authoritatibus, & rationibus more ſuo hanc opinionem probat, accedunt Gram.in conſil.ciuil.114 num.2 Card. Pariſ.in conſ.102.num.16.& ſeq. vol.3 Villalob. in ſuis com.opin.lit.A.nu.23. ſo.13.& D.de Bott. remiſſiuè ad Napod.in conſuetu.quarta in ſ.253. & Tiraq de retract.conſang.§.1.gloſ.10.num.113. addo videndum Molſeſ.ad Napoda. in 6.par. q.2. num.16.& ſeq. ſo.469.& in 7.par.q.15.num.18. & ita intelligi debet Ann. in ſing.419 quicquid in contrarium conſuluit D.de Pont.in conſ.80.nu.5. & ſeq. & Mart.in vot.13.nu.9. & quid in tacita hipotheca vide ibid. quæ hipotheca etiam per horam vti anterior contrahitur, & conſideratur D. Vinc.de Franch.in dec.649 num.3. & ſatis pulcrè Mart.in vot.75. eſto quod ſit tacita anterior, quæ præfertur expreſſæ poſteriori, Rip. in l.priuilegia num. . . ff.de priuileg.credit.Neguſa.in d.tract. in 5.mod.2 par.num.10.vbi extendit etiam ad bona poſtea quæſita, & vide D. de Pont. qui ſupra col.1.In qua veniunt etiam bona ſutura, & nomina debitorum.Capyc.in deciſ.129.num.4.Rip.in l.2.§.ſi.num.11.ff de priuileg.credit.& rub.ff.in quib.cauſ.pign.ad ſi.Neguſa.in d.tract. in 2.mod. 4.par.num.165 & Didac.Couar.pract.quæſt.c.29 num.4. An creditor poſterior qui actualiter pecuniam ſuo debitori numerauit, præferatur creditori anteriori,& priori, in tempore qui ſolam confeſſionem pecuniæ habet ab eodem debitore, Careli. Cort. in ſuis memorial.in verb.creditor prior tenet quod ſic,ex iuribus, & Doctoribus quos allegat,ſequitur Rip.in l.priuilegia n.23.in 2. ſall.allegat Vrſill.in deciſ.Aff.401.in ſi Maſcar.in tract. de prob.concluſ.372.nu.9. vol.1.Marcel.Calà qui pulchrè loquitur in tract.de modo articul.nu 1209 in ſi.qui dicit tunc pendere in facto ſo.216.à terg. Steph.Gratia.in dec.125.num.5.Cauale.in dec.32 num.10.par.1. & ſecundum opinion. Cort. & ſequacium conſuluit Iaco.Menoch.in conſ.720.qui ad contraria reſpondit, Theſſaur.Iun. in q 51.p.3. & Paſcal.de vitib.patr.poteſt.p.1.c.8.num.77.vbi num.78 declarat, quæ hipotheca ſi ſimplex abſq; precario, & conſtituto, non datur contra tertium poſſeſſorem, niſi prius excuſſo principali,iuxta auth.hoc ſi debitor C.de pignor.Ioſeph Ludouic. qui concord.citat in deciſ.Peruſ.45.n.1. vbi etiam extendit, ſi ex cauſa dotis agatur, ſequitur Theſſ. in deciſ.51.num.4.& D.de Franch.dec.270.vbi addo; cuius auth. diſpoſitio procedit etiam quando habet quis rem ſpecialiter obligatam,vt poſt Theſſaur.loco citato refert deciſum in S.C.Neap.D.de Franch in dec.587. addo Fachin.lib.8. controuer. iur.cap.105.qui optimè hanc opinionem tuetur,& ad contraria reſpondet,quæ hipotheca præſcribitur ſpacio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes,toto titul. C.ſi aduerſ.credito. Aff.in conſtit.duram conſuetudinem nu.3.in ſi.& nu.5.& melius in dec.139. Pariſ.in conſ.150. n.2. vol.1.Sed dubium eſt à quo tempore currat præſcriptio, Alex.in conſ.58.num.10.vol.5.reſpondet, præſcriptionem currere à tempore quo excuſſio facta fuit,quia non valenti agere, non currit dicta præſcriptio,l.1.in ſi.C.de annal. excep. & ibi alias allegat rationes,quæ videri poſſunt, contrariam opinionem tenent Balb.Neguſ.& alij quos allegát, & ſequuntur Doctores in apoſtillis ad eum ibi Vrſill.ad Aff.vbi ſupra num.2. Ann. Sen in ſing. 257. vbi in medio teſtatur contra Alex. eſſe communem opinionem; quibus aſſentiunt Maſcar.in tract.de prob. concl.7.num.13.vol.1.Anto.Gama in dec.21.num.5. & Steph.Grat.in dec.15.colu.2. & Pacian.de probatio.lib.1.cap.47.num.19. & 21. videatur idem Ant.Gama in dec.99.num.3.& 4. & an hipotheca competat,& detur pro alimentis, vide D.Vinc.de Franch.in dec.686.nu.5.& Steph. Gratia.in deciſ.poſt Surd.quem allegat, & omnino Gratia.ipſum lib.2.diſcept.foren.c.266.

Homicidium ex iracundia commiſſum, quomodo puniri debet, vide omnino Anto.Theſſaur.in dec. 178.& Farinac.in 3.vol.q.91.à num.1. vbi concludunt,quod homicida debet mitius puniri,vt ibi p eos,& Campan.in cap.Regni 252.num.28. vbi in num.ſeq.refert cauſas minorandi pœnam homicidij,Farinac.in 4.vol.q.126.à num. . . cum ſeq. & Petr.Caball.de omni genere homicid.num.197 & ſeq. refert tamen D.Theſſaur.Iun. in addit. ad d.deciſ.ſui Genitoris; quod inquiſito quodam qui quandam mulierem occiderat cum ſecuri, quia reperijt ipſam incidentem in eius prędio, licet confeſſus fuit,quod deliberato animo occidiſſet, ſi inuenerit incidere ligna; fuit tandem condemnatus per Senatum ſua vita durante ad Triremes, vide tamen limitationes ad iſtam concluſionem quas reaſſumit Farinac. in d. q.91. num.30. cum ſeqq. *Hinc* poſſet inferri, an pęna ordinaria homicidij puniri debet percutiens aliquem in capite cum ſaxo,aut alio inſtrumento apto ad interficiendum, ex qua percuſſione mors ſit ſecuta; eſto quod homicidium ſit in rixa commiſſum, Iul.Clar.in §.homicidium verſ.dicitur etiam culpoſum fol.23. ex allegatis per ipſum, videtur tenere, homicidam teneri pęna extraordinaria,ſequitur Maſcard.in tract.de prob.concluſ.864. num.4.11. & 12. vol.2. contrarium in terminis conſuluit Octauian.Vulp. in conſ.126.per tot. vbi ad Gram.Marſil.Signore. Bal.& alios allegatos per Clar. loco citato ſigillatim reſpondet, & ſcribit, homicidam debere puniri pęna ordinaria ipſius homicidij, ſed ab eius conſultatione, & opinione diſſentit, atque recedit Maſcar.in d.conclu.num.15.prout ego ipſe etiam recedo ex rationibus per Clar.& Maſcard.allegatis, quia verus dolus in iſto homicida non poteſt conſiderari, dolus enim operatur contra homicidá condemnationem pęnæ ordinariæ, ſequitur Farinac.in 4.vol.q.126.num.134.& 135.& videas interim Doctores allegatos per Maſcard. vbi ſupra á nu.8.vſque ad 11.& Baiar.ad Clar.in d.§.homicidium num.7. & de homicidio commiſſo cum baculo, & percuſſione facta in ſpatulis, conſuluit Marſil.in conſ.7.per tot. & de homicida qui hominem inimicis ſuis trucidandum tradidit, quod debeat vltimo ſupplicio condemnari,puniri,& affici iudicauit Senatus Mediolanenſis refert Clar. in d. §.homicidium verſ.pluribus modis ſo.24.per tex.

in l.3. §. Item ſi quis author ff. de ſicar. cui in caſu ſimili, & notabili, accedit D. Theſſau. Iun. Senator meritiſſimus in addit. ad deciſ. 31. ſui Genitoris, & homicida verus qua pęna puniri debeat, vide D. Vinc. de Franch. in dec. 192. nu. 2. in quibus autem caſibus homicidium ſit licitum de iure, vide ſupra in concluſ. defenſio, & Surd. in tract. de alime. tit. 8 priuil. 40. num. 5. & 6. Hinc prouocatus ſi excedat modum in ſe defendendo, non tenetur de toto, ſed de tanto, Aret. in conſ. 80. ad fin. Affl. in conſtitu. ſi ciuiliter agens num. 6. Arno. in ſoliloq. 22. & ſeq. Vrſill. in deciſ. Afflict. 206. num. 5. & 6. Addent. ad Roman. in ſing. 3. Rober. Marant. in conſ. 62. nu. 6. & Rot. Luc. in dec. 14. & dec. 42. in nouis, addo videndum Foller. in prax. crim. in verb. recipiantur defenſio. reorum fol. 276. & 277. in nouis: Tu autem amantiſſime Lector, ſemper conſidera, ſi poteſt præſumi animus contra homicidam occidendi, vel non, ex dictis, & allegatis per Maſcard. tàm in d. concluſ. 864. vol. 2. quàm in concluſ. 97. & 98. vol. 1. & Baiard. ad Clar. in d. §. homicidium nu. 6. & ſeq. licet remiſſiuè loquatur, vide in materia Afflict. in conſtitu. terminum vitæ, & omnino Farinac. in d. q. 126. Homicida autem ad quid tenetur hæredibus occiſi, vide Clar. in d. §. homicidiũ, verſ. tenetur etiam, vbi Baiard. num. 67. & ſeq. latè Farinac. in q. 119. á num. 95. cum ſeq. de homicidio ſimplici, & deliberato, ſcribit Caball. in loco citato num. 4. & ſeq. vbi num. 104. ſcribit de homicidio voluntario, & num. 197. & ſeq. ponit de homicidio culpoſo, & num. 264. ſcribit de homicidio per mandatum commiſſo, & num. 388. cum ſeqq. ſcribit de homicidio animo deliberato, inſidijs, & proditoriè, & de homicidio per aſſaſſinium, vbi num. 471. cum ſeqq. & num. 549. cum ſeq. ſcribit de homicidio vęneno commiſſo.

---

# I

IMaginem Dei Saluatoris, Virginis Matris Beatiſſimæ, vel Sanctorum, deturpans, aut percutiens, vel ſimilia faciens, pęna mortis naturalis puniri debet, Boer in deciſ. 301. num. 18. vbi refert, quendam pro crimine iſto fuiſſe prius condemnatum ad amputationem manus, & deinde ad caput, Luc. de Penn. in l. 4. col. 1. C. de ſpectacul. lib. 11. ſequitur Cauenſ. in pragm. vltima, Alex. Roman. in comment. pragm. de blaſphemia num. 104. & 105. & latiſſimè Farinac. in titul. de delict. q. 20. ſub num. 68. & conueniunt ſcripta per D. Vinc. de Franch. in dec. 504. & D. Maſtrill. in tract. de Indul. c. 25. nu. 15. & Thor. in compen. deciſ. ſo. 267.

Immunitas quæſita, & conceſſa patrifamilias ob numerum 12. filiorum non amictitur, ſed durat, licet poſtea aliqui moriantur, vt poſt Ioan. Andr. Bart. Imol. Paul. Caſtr. Socc. & Loffred. concludit Ann. Sen. in ſing. 241. vbi refert opinionem iſtam fuiſſe obſeruatam in decretis generalibus Regię Cameræ Summariæ, & ita die 4. Auguſti 1571. fuit per eamdem iudicatum, referente illo doctiſſimo Præſidente Dño de Dauid, poſtea Regēte, & Locumtenente eiuſdem Regiæ Cameræ meritiſſimo, ac Comite Rocchæ Rainolæ, quibus accedunt Rol. à Vall. in conſ. 52. in vlt. dub. vol. 2. D. Carol. Tapia nunc meritiſſimus Regens, omniumq; genere virtutum ornatiſſimus in l. fi. ſol. 220. num. 34. ff. de conſtit. Princip. & inſignis, atq; doctiſſimus D. Anton. Theſſaur. in deciſ. 267. nu. 8. vbi refert ita per Senatum iudicatum, Alex. Raudenſ. in tract. de analog. cap. 22. num. 139. Paſcal. de virib. patr. pot. par. 4. c. 4. nu. 18. & ſeq. addo Iacob. Menoch. in conſ. 487. qui dicit etiam durare mortuo patre, & extenditur ad bona poſt immunitatem ipſam acquiſita poſt Alex. Nati. Couarr. quos allegat in fin. dicti cõſilij, & procedit iſta concluſio, ſiue filij ſint maſculi, ſiue fęminæ, etiam ſi ſunt nuptæ, & religionem ingreſſi, vel ingreſſæ, ſecundum Rola. in d. conſ. nu. 4. & 6. in fi. Theſſaur. in d. deciſ. num. 5. Raudenſ. vbi ſupra num. 149. & Paſcal. loco citato num. 311. & Camill. Borrell. in conſ. 28. num. 56. qui loquitur de filijs fęminis quæ nubunt poſt immunitatem conceſſam poſt Boſſ. & Roland. quos allegat: Hinc immunitas iſta excuſat à muneribus realibus, ſeu patrimonialibus, q̃ hodie in hoc Regno per collectas, ſeu Gabellas ſoluuntur, vt per D. Vinc. de Franch. in dec. 259. nu. 1. Hinc etiam matri 12. filiorum quæ poſſidet bona tamquam propria, hęc immunitas prodeſt, ſecundum eundē D. Vincent. in d. deciſ. à num. 2. cum ſeq. & nu. 13. in fi. ſequitur D. Theſſaur. Iun. in addit. ad d. deciſ. ſui Genitoris: An proſit Auo habenti nepotes ex filio viuos, D. Vinc. in ſępius allegata deciſ. à nu. 14 vſque ad fin. qui numerum faciunt 12. filiorum, tenet quod non, & refert in addit. nouis ad d. deciſ. impreſſis de anno 1594. fuiſſe ita iudicatum, licet ego non habeo in deciſ. meis impreſſis de anno 1588. quæ fuit prima impreſſio 2. par. deciſ. vide Paſcal. vbi ſupra nu. 20. ſed D. de Boctis in addit. ad Bart. in l. prouidendum C. de Decur. lib. 10. refert de anno 1555. iudicatum per Regiam Cameram Summariæ, hanc immunitatem fuiſſe Auo conceſſam ob numerum 12 filiorum, & nepotuum, & ſic contra id, quod refert D. Vinc. vbi ſupra, & hanc vltimam opinionem ſequitur Ant. Theſſaur. in d. deciſ. 267. nu. 6. qui idem refert per illum Senatum iudicatum, meminit de Theſſaur. poſtea D. Vincent. in addit. prædicta ad dictam eius deciſ. quæ reperitur duplicata poſt deciſ. eiuſdem D. Vinc. 4. par. & de Theſſaur. ego etiam memini in addit. meis ad d. deciſ. 259. verum D. Senator Theſſaur. Iun. in addit. prædictis diſtinguit, q̃d aut Pater, Auus, vel Nepotes ſunt viuentes, & immunitas non prodeſt, & procedit opinio, atque deciſ. D. Vincent. & ſubdit ita per illum Senatum pluries fuiſſe iudicatum, aut Pater, vel Auus ſunt mortui, & prodeſt, vt ibi, & procedit ſecunda opinio: An mortuo patre expirat, atque ceſſat immunitas iſta, quod non, vt dixi ſupra ex Iaco. Menoch. addo nunc Surd. in deciſ. Mantuan. 123. qui iudicatum refert, illam non extingui, nec ceſſare, ſed durare, ratio principalis eſt fauore Reipublicæ ob procreationem tot liberum, cum intereſt

ipſius

Google

ipſius tantis hominibus repleri, nam iſta eſt cauſa principalis immunitatẽ ipſam concedendi, vt poſt Rola.in d.conſil.& alios docet idem Surd.in deciſ. ſupra allegata num.5.qui alias authoritates, & rationes in medium adducit, Paſcal.in d.loco nu.21. addo nouiſſimè Molſeſ.ad Napodan.in 4.par.q 30 nu.9.fo.228.vbi num.10.refert practicam, quæ ſeruatur hodie in R. C. S. ſecundum eius inſtructiones, licet regulariter immunitas conceſſa ex aliqua cauſa, ea ceſſante, deberet ipſa ceſſare, l. cura §.deficientium ff.de muner.& honor. Surd.qui Tiraq.& alios infinitos citat in tract.de alim.tit.1. q.7.nu.9. An filij in vtero exiſtentes proſint ad obtinendum immunitatem iſtam, Anto. Theſſaur.in d.deciſ.ante num.9.negatiuè tenet, vide ſi conferunt ſcripta per D.Ann.Iun.in collect.394.videatur in hoc propoſito Ioa Bapt.Conſt. in tract.de retrotract.fol.5.num.4.& Camill.Borrell. in conſil.ſupra citato, qui loquitur in filio abortiuo; verũ in multis caſibus ex cauſa neceſſitatis immunitas hęc nõ ꝓdeſt patri 12.filiorũ, quos ſatis notabiliter reaſſumit Robert.Maran.valdè in practica verſatus in conſ.81.num.13.& ſeq. ad quem Lectorem remitto, Rauden. loco ſupra citato num. 137. & Paſcal. qui ſupra, & in prouiſionibus Reg. Cam. quæ expediuntur, inſeruntur: Hinc ratione oneris ob bellum impoſiti, vel pro fugandis hoſtibus ne ingrediantur ciuitatem, immunitas iſta non extenditur, vt per Theſſaur.in d.deciſ.num.15.& Marant.vbi ſupra num. 14. Item vltra prædictos eadem immunitas non prodeſt quoad ſolutionem laudemij, vt Alexa reſpondet in conſ.123. nu.4.& ſeq.vol.5. ſequitur Amædeus de Ponte in tract.de laudem.q.46.fol.147.in paruis, & Ann.Iun. in ſingular.vlt.inter ſingul.ſui Genitoris ad fin. & in materia noſtræ concluſionis principalis, vide Rol. in d.conſil. & Theſſaur.Sen.& Iun.in d.deciſ.267 quid ſi pater immunis 12. filiorum ſoluit aliquid ad quod non tenebatur, vigore immunitatis prædictæ, an ſibi præiudicat, Alex. in conſ.33. num.1. vol.5.reſpondet, quod præiudicat ſibi in eo, quod ſolutum eſt, ſed non in alijs, ſequitur M.A.Natt.in conſ.77.num.15.conſ.446.num.16.conſ.627.nu. 18.Iacob.Menoch.in conſ.75.num.70.D.Lanar.in conſ.14 num.5.conſ.27.nu.49. conſ.32. num.9. & conſ.41.in fi.& Surd.de alimen.tit.4.q.16.num.29 niſi ſolutio eſſet facta per 30.annos, vt ibi per Alexand.cum quo conueniunt M.A.Nat.in conſ.274 in fi.& Anto.Gabr.in tit. de iure immun. concl.1. num.10.Alexand.Raudenſ.vbi ſupra num.135.& ibi vide de materia, & eundem in nota. caſu c. 40. num.16.& ſeq. Hinc etiam immunitas conceſſa alicui, ab oneribus, collectis ordinarijs, & extraordinarijs, ſolitis, & inſolitis, non extenditur ad onera quæ imponuntur ratione peſtis, vel belli, ſecundum Doctores omnes in l.ſi ex toto, vbi etiam Ripa num.17.qui de communi teſtatur ff.de leg.j. ſequitur Rola.à Vall.in conſ.5.nu.26.vol.1.Plot.in l.ſi quando 9.1.num.27.C.vnde vi, Viuius in opin. 367.num.1.par.1.Campan. de vit. & honeſt. cler. in verb.priuilegio num.113.Ann.Iun.in ſing.698 in fi. vbi remiſſiuè, videatur Cacher.in dec.38. nu. 14.15.20.& 21.& deciſ.91.num.8.& Rauden. in d. cap.22. num.30. niſi immunitas fuerit conceſſa ab omnibus, & quibuſcumque oneribus, tunc extenditur etiam ad onera peſtis, vel belli, aut alterius magnæ neceſſitatis, ſecundum Plot.in loco, & num. ſupra citato verſ.ſed vbi diceretur, & Viuius in d.opin.num.3. videatur interim Rol. in d.conſ. 52.in 3. dub. Hinc immunitas conceſſa à Principe, vel ab eo, qui loco Principis eſt, ex cauſa, & titulo, contractus reuocari non poteſt, Rola.à Vall.in conſ.76.num.13.vol.2.& in d.conſ.5.num.53. Cacheran.in d.deciſ.91.poſt num.10.& ſeq. & alios allegat Iacob.Menoch.in conſ.540.num.13.Hinc etiam immunitas conceſſa generi perſonarum, domui, vel familiæ, omnibus de illa domo, vel familia competit, l.1.§.fin. ff.de iur.immun.cum ſimilibus allegatis per M.A.Eugen.in conſ.92.nu.3 vbi num.6.ſcribit, quod quando eſt conceſſa ſimpliciter, in dubio cenſetur perſonalis, & Ann.in d. ſingul.vlt. niſi ex mente, vel coniecturis appareat quod ſit realis, quia tunc perſonæ nominatio non attenditur, ſecundum Eugen.in d.conſ.num 42. & 45.

Impeditum ſe allegare non ſufficit, niſi etiam probetur, quod ſi non fuiſſet impeditus adimpleuiſſet illud ad quod tenebatur, & quod fecit tantum ob remotionem impedimenti, ad tex. in l.qui cõmeatus, vbi Bar.notat ff de re milit.& in l.2.§.ſed quod diximus, vbi DD.ff.ſi quis cautio. Alexan.in conſ. 49.nu.5. vbi DD. in Apoſtill. vol.2. Aym. in conſ. 151.num.22.Carauit.in rit.263.in fin. Iacob.Menoch.de arbitr.iud.caſ.118.in fi.Verall.in deciſ.72. par.2.Surd.in deciſ.203. num 17. & in tract. de alimen.tit.4.q.15.num.5.& Marcell.Calà de mod. articul.num.590 fo.137. Fului.Pacia.de probatio. lib.2.cap.47. num.3. & quando impeditus debet proteſtari, vide Vrſill.ad Afflic.in dec.29 num.4. Farinac.in tit.de inquiſ.quæſt. . . num.59.& Verall.vbi ſupra, & in deciſ.ſeq. Pacian. qui ſupra num.23. An impedimentum poſſit ſolo iuramento probari, concurrente qualitate perſonæ, atque Iudicis arbitrio, vide Carauit.in d.rit num.2.DD. in d.§.ſed quod diximus, Miſinger. in obſeruat.92. cent.3.& Viui.in opin.368.par.1 ſecundum nouiſſimam editionem, & Maſcar.in tract.de probatio. concluſ.885.vol.2. & Pacian. loco citato num.24. & ſeq. quæ autem ſunt cauſæ impedientes ne inſtantia currat, vel vt appellatio non efficiatur deſerta, vide Ioſeph.Ludoui.in deciſ.Peruſ.36.Vrſil. ad Affl.in dec.50.& omnino D.Anto.Theſſa.in dec.10.à num.2.cum ſeqq. eſt benè verum, quod impedimentum non excuſat illum, qui cauſam præſtitit, d.l.2.§.fi. ff.ſi quis cautio. & pariter ſi remoueri poteſt, & non remouetur, cap fi. vbi Abb. de elect.Surd, qui concord.citat in tract. de alime. titul.7.q.36.ad fi. cauſas autem iuſtas, ob quas aliquis ob impedimentum à comparendo, & contumacia excuſatur, enumerat Farinac. videndus in d.quæſt.à num.52.cum ſeqq. & vide Seraph.in dec. 1206 nu.2.

Impenſam eſſe factam, demonſtrat euidentia loci, vel natura rei in qua ſubminiſtrata eſt, vltra Maſcard. in tract.de prob.concl 716.num.1.& 718. num.1. vol.2. voluit etiam Iacob.Menoch.in tract.de arb. iudic.caſ.503.num.1. & 2. Hinc allegans feciſſe talem impenſam, tenetur probare, quia eſt quid facti, vt poſt Bald.Corn.Iaſo.Bertran.Socc.Iun.& Maſcard.docet Iacob.Menoch. vbi ſupra num 5. quæ teſtibus, libro rationis, coniecturis, & alijs modis probari poteſt, vt per Iacob. Menoch. in

dicto

Digitized by Google

dicto loco à num. 4. cum ſeqq. vbi videndum eſt, verum impendens in alienum negotium, non repetit quando dominus contradixit, quia non dicitur gerere vtile negotium, l. fi. vbi DD. notant C. de nego. geſt. Surd. in tract. de alime. tit. 6. q. 5. num. 15. & 16. niſi impenſa eſſet neceſſaria, quia repeti poteſt ab inuito, & contradicente, vt poſt DD in l. quod in vxorem C. de nego. geſt. concludit idem Surd. in loco citato nu. 20. vide ſi conueniunt ſcripta per Vrſill. in deciſ. Afflict. 149 Regulariter .n. modica impenſa non poteſt repeti in caſibus in quibus non ſolet repeti, l. in rebus §. poſſunt, vbi gloſ. notat ff. comod. ſecus ſi eſſet magna, vt per Surd. in d. tract. & titul. q. 8. nu. 80. quæ autem dicatur modica, vel magna impenſa, Doctores conueniunt debere ſtari arbitrio Iudicis, ſecundum Iaco. Menoch in d. tract. caſ. 88. nu. 26. & ſeq. Maſcard. in d. tract. concl. 76. n. 9. & 10. vol. 1. & Surd. vbi ſupra nu. 81.

Impoſtores ſunt qui ſua calliditate homines decipiũt vnum pro alio eis vendentes, & puniuntur pœna ſtellionatus, per l. 3. ibi, ſed & ſi quis merces, vbi gloſ. & DD. ff. de crim. ſtellion. Stracch. in tract. de mercatu. ſo. 248. num. 20. in paruis, Iul. Clar. in §. fi. q. 83. verſ. ſi quis impoſturam, vbi varias pęnas illatas contra impoſtores refert, ſequitur Iac. Menoch. de arbit. Iudic. caſ. 383. maximè in addit. & Marſil. in ſingul. 318. hos appellat Zuntatores, & vti fures ſunt puniendi, vt ibi per eum, meminit Baiard. ad Clar. in d. q. 83. num. 13. & vide eundem Marſil. in ſing. 431. in fi. & Petr. Caball. in caſ. 177 Hinc poſſet inferri contra illos qui vadunt ad plateam, vel alia loca publica, offerendo de frumento plus debito, vt alij carius emant, qui poſſunt extraordinariè puniri, Aret. in §. pen. inſtit. de public. iudic. & ij Dardanarij, ſiue Reuenditores appellantur, vt notatur in l. annonam ff. de extraordin. crim. Iacob. Menoch. in caſ. 383. vbi in addit. dicit hos committere etiam monopolium, addo videndum D. Rouit in pragm. 1. num. 2. de annon. Hinc annonæ cura, ſiue frumenti Præfecto Vrbi, fuit demandata, l. 1. §. cura carnis ff. de offic Præfect. Vrb. & ideo Excellentiſs. huius Regni Prorex, cum voto Collateralis Conſil. cogit dominos frumenti ad vendendum etiam viliori pretio, taxando pretium pro ſubſtentatione neceſſaria Regni, D. de Frãch. in dec. 9. vbi latiſſimè addo.

Incendiarij qui ob inimicitias doloſè, & data opera comburunt domum exiſtentem intus Ciuitatem, aut Terram, ſiue Oppidum, puniuntur pęna mortis naturalis per Conſtitut. Regn. qui doloſè, vbi Iſern. & Afflict. ſecus ſi eſſet commiſſum in pago ſeu extra Ciuitatem, vel Terram, vt ibi per DD. ſequitur Foller. in fragm. ſol. 381. num. 13. & f. 421 num. 200. in nouis, Viui. in opin. 439. par. 1. Iacob. Menoch. in tract. de arbit. iudic. caſ. 390. nu. 26. 31. & ſeq. Iul. Clar. in §. fi. q. 68. verſ. incendiarij, licet prædictam diſtinctionem non faciat, prout non diſtinguit Ioſeph Ludouic. in deciſ. Peruſin. 25. num. 5. & ſi num. 6. dicit poſt Menoch. multum operari Iudicis arbitrium, & latiſſimè omnium exuberans Doctor Proſper. Farinac. in 3. volum. q. 110. num. 5. ſo. 803. & qualiter incendiarius doloſus de iure canonico, ſiue ſit laicus, ſiue clericus puniri debeat, ibi num. 15. & quomodo dolus in materia iſta probari debet, vide Alexa. in conſ. 74. vol. 6. quando autem incendium lata, vel leui, aut leuiſſima culpa fuit immiſſum, quomodo incendiarius puniri debet, vide Vulpell. in conſ. 150. Iac. Menoch. in d. caſu, & copioſè omnium Farinac. qui verè omnes ſuperat in d. q. 110. à num. 16. cum ſeqq. & quando fuit commiſſum lęuiſſima culpa in ommictendo, ibi nu. 24. ſo. 807. & quando prę-ſumatur immiſſum culpa inhabitantium, vide omnino Magon. in deciſ. Florent. 111. & Farinac. in d. quæſt. cap. 2. à ſo. 811. cum ſeq. & quando domus alicuius comburitur culpa ſua, vel caſu, ad euitandum ignem ne vltra procedat, debet damnũ communiter reſarciri, cum pro communi vtilitate factum ſit, ſecundum Afflict. in conſtitu. pater-norum num. 32. in fin. addo Ioan. Bapt. Conſt. de portio. rati q. 5. num. 2. & ſeq. & in caſu iſto ſolet pulſari campana pro igne extinguendo, ſecundum Campan. in cap. Regni 85. ſub num. 8. & quando ignis pro comburendis reſtucijs proprijs in Regno imponi debet, vide cap. Regni 29. vbi Camp. hodie contra hos incendiarios doloſos proceditur ad modum belli per viam extraordinariè poteſtatis per Reg. Tribunalia vigore Reg. Prag. delli 89. capi.

Incola eſt maior quacumque alia ciuilitate, & hoc nomen ſignificat habitationem ex proprio facto, incolatusq; non tollit originem quæ tolli non poteſt, vt declarat D. Vinc. de Franch. in dec. 546. n. 28 & 29. & eſt idem quod habitator, l. pupillus §. incola ff. ad municip. & vide Surd. in conſ. 59. col. 1. & remiſſiuè dixi ad D. Vinc. in dec. 197.

Incertitudo non ſolum reſpectu quantitatis vitiat ſtipulationem, l. ita ſtipulatus, vbi de materia ff. de verb. oblig. atque rei legatæ legatum, l. Titia cum teſtamento ff. de lega. 2. & omnem aliam diſpoſitionem, vt docet Marſil. in rubr. C. de prob. num. 359. & Surd. in tract. de aliment. tit. 8. priuil. 17. in princ. ſed etiam ratione perſonæ legatarij cui legatum factum eſt, quia debet eſſe certa, Alexand. conſ. 109. num. 5. vol. 5. & Surd. qui alios allegat in d. priuileg. num. 3. & 4. Tamen fauore alimentorum circa rem legatam incertam, quàm circa perſonam legatarij incertam ſubſtinetur, vt probat Surd. vbi ſupra nu. 2. & 5. vbi videndum eſt, vide infra in concluſ. Legatum licet alicui.

Indultus factus à Sereniſſimo Rege noſtro Philippo Tertio, motu proprio, vt fuit illud de anno 1599. & 1600. ob ſucceſſionem, & ingreſſum poſſeſſionis Regni, & ductionem Sereniſſimæ Reginæ ſuæ vxoris, & aliud de anno 1605. ob natiuitatem Sereniſſimi Principis ſui filij primogeniti; iſtæ enim ſunt cauſæ quæ Principem mouent ad concedendum indultum, vt inquit Iul. Clar. in §. fi. q. 59. verſ. ſcias autem, vbi Baiard. num. 7. & D. Maſtrill. in tract. de indultu cap. 1. in princ. vbi etiam appellat decretum gratioſum ob gratiam generalem, quã Princeps delinquentibus facit, poſt Sfort. & alios quos allegat, & idem eſt, ac ſi diceretur indulgentia, vt in dicto Indultu, ibi Indulgentia, quod verbum generale eſt, & comprehendit ſub ſe omnem remiſſionem, l. Indulgentia C. de ſente. paſſis, D. Maſtrill. qui concord citat in d. cap 1. num. 3. & 4. hinc Indultus dicitur ab Indulgeo, Indulges, quod aliud non eſt niſi remictere, qui etiam ad carceratos extenditur, vt in ipſo legitur, ibi ſiue rei in carceribus, & oſtendit, atque probat Clarus in d. q. 59

ad

ad fin. Ann.Sen.in ſingul.240.Ioa.Grand.de bello exul.ſo.46.ante num.25.& ſo.36.ante num.2. vbi refert ita iudicatum,& obſeruatum, & Farinac. in titul.de inquiſ.q.6.in fin.latiſſimè D. Maſtrill.in d.tract.cap.3.num.22.& cap.12. vbi videndum eſt,qui ampliat ad carceratos in domo,vel palatio, aut Vrbe, ſub fideiuſſione,& Campan.in cap.Regni 12.num.12. quia Rex erga eius ſubditos vtitur miſericordia in d.cap. Item extenditur ad cōdemnatos ad furcas, & triremes, & alias condemnationes,vt in dicto Indultu,ibi,ſiue iam condemnatio facta fuerit, & probant Clar.& Farinac.in locis ſupra alleg. & D.Maſtrill. in d.tract. cap.11. & in cap.15.& 16.cum ſeqq. intellige tamen de condemnatis ad triremes,qui non ſeruiunt, & ſuper eis ducti,& aſportati non ſint,idem D.Maſtri. in d.tract.cap.42 nu.5.vbi num.6.declarat; & an indultus prædictus comprehendat mortuos, vide Campan.vbi ſupra nu.14. & omnino D.Maſtrill. vbi ſupra cap.3.in 1.quæſt.ſol.31.& ſeq. an comprehendat, & extendatur ad accuſationem nondum inſtitutam, & delicta adhuc non delata, vide Campan.in d.cap.num.13.& D.Maſtrill.in cap.9. fol.51. quæ omnia locum habent, & procedunt quoad illos tantum, qui legitimam remiſſionem, & pacem ab offenſis habuerint, in caſibus in quibus partis remiſſio neceſſaria eſt, vt in dictis indultibus,vti latiſſimè D.Maſtrill.cap.24.An indultus poſſit fieri, & concedi parte non concordata,vide Campan.in d.cap.nu.8.Carauit.in pragm.1.q.19. in titul.de exulib. & D.Maſtrill. in d.cap.24. verum in dictis indultibus enumerantur aliqui caſus in quibus partis remiſſio non requiritur, ibi declarantes etiam inter caſus,vbi D.Maſtrill.in d.tract. cap.25.poſt Clar.& alios,quos allegat fo.249. hinc ſi quis animo deliberato, & nocendi, cum ſclopo rotato, & exonerato, immiſit ictum cum ſclopo contra alium, ſed non vulnerauit,an poſſit indultu prædicto gaudere abſque partis remiſſione,Iul. Clar.in d.q.59.verſ.adde verſus fin.ibi,ſed hęc omnia intellige, tenet quod gaudere non debet ſine partis remiſſione, ſubdens,quod ita in anno 1559. Senatus obſeruauit, de quo meminit Farinac.in d.q.6.num.21.corroboratur opinio prædicta,quia ex immiſſione,& exoneratione ſclopi ad nocendū dicitur ille contra quem immiſſus eſt offenſus, vt poſt Bart.Paul.Caſtr.& alios ſcribit Octauia.Vulpell.in conſ.88.num.6.vbi num.7. ex ſolo inſultu cum armis, & admenatione abſque alia percuſſione contra aliquem, dicitur offenſus, allegat text. in l.item apud Labeonem §. 1. ff. de iniur. & refert ſe pro fiſco patrocinante, fuiſſe millies iudicatum in Statu Vrbini, accedit Angel. Areti. In tract. de malefic. in verb. admenauit, videatur Honded. in conſil. 103. num.8. & 43. vnde cum ex dicta exoneratione ſclopi, & immiſſione ictus,ſit offenſus ille cui immiſſus fuit,oritur actio iniuriarum, & conſequenter partis remiſſio requiritur, offenſio enim dicitur omne factum, quod pęnam meretur, ſecundum Bart.in l.licitatio §.q licitè num.3.in fi. vbi Roma.nu.7.verſ.1.ex regula ff.de publica.per l.ex teſtamento ff.de manumiſſ. teſtam. verum text.in dictis indultibus, ibi,vbi tamen vulnera, aut percuſſiones ſecutæ non fuerint, valde ſtringit contra ſupradictam opinionem per me relatam, in qua adhuc perſiſto, & ſi D.Rouit. & alij in pragm. 1. de abolit. in nouiſſimis ſcriptis tenent,non requiri partis remiſſionem; An dicti indultus extendantur ad delicta futura, Campan. in d. cap. num.20. tenent quod non, ſequitur D. Vinc.de Franch.in dec.468. vbi addo alios, & D. Maſtrill.in d.tract.cap.6. inſuper in dictis indultibus exceptuantur, atque non comprehenduntur aliqua delicta atrocia, pro quibus non poteſt quis dicta indulgentia gaudere, ibi declaramus in hoc edicto non comprehendi crimen læſæ Maieſtatis, vt eſt videre apud D.Maſtrill. in d. tract. à cap.26.ſo.251.vſq; ad cap.43.ſo.350.& ſeq. & Baiard.ad Clar.in d.q.59.à num.98.cum ſeqq. & inter alia delicta eſt homicidium, ſeu vulnus proditorium ſclopo rotato, aut aliter illatum, quando dicatur homicidium, ſeu vulnus proditorium, & aliquis proditoriè occiſus, videndi ſunt Bart.in l.reſpiciendum §.delinquunt ff.de pęn. Afflict. in deciſ.265.num.64.& ſeq. vbi Vrſill.num.70.Campan.in cap.Regni 13.ſub num.31.& ſeq.Clar.in §.homicidium verſ. proditoriè ſo.23. à terg. Farinac. latè in titul. de delict.q.18.num.73.cum infinitis ſeqq. Baiard.ad Clar. in d. §. homicidium num.22.& ſeqq. & in q.68.num.106.& ſeq.& D. Maſtril.vbi ſupra cap.29.ſo.279.& ſeq. Ricc.in dec.80.& 168.par.1. & quis dicatur proditor, & quæ ſint ſigna proditionis, Campan. in d. cap. & Baiard. in d. q. 68. Sufficit aūt dicere in hac quæſtione, quod iunctis Tribunalibus Sac.Reg.Conſ. & Reg.Cam.Sum.ordine Excellentiſſimi Domini Proregis huius Regni, fuit deciſum in hunc modum: Per Sacrum Regium Conſilium, & Regiam Cameram Summariæ, declaratum eſt, vulnus proditoriè illatum in indulgentia exceptum illud eſſe, quod eſt illatum contra amicum ſub colore, & ſimulatione amicitiæ, & quæ ſequuntur. & propterea vulnus, ſeu homicidium commiſsū ab inimico cum ſclopo rotato comprehendi in indulgentia prædicta, & inquiſitum debere ipſa gaudere, prout ſic fuit in caſu dictæ deciſ. per dicta Tribunalia, refert D.Vincent.de Franch. in dec.713.& ſi aliter M.C.V.iudicauerat,vt ibi,conuenit Octauia. Vulpell.in conſ.59. in princ. Hinc in terminis dicti indultus, ſi filiofamil. fuit vulnus illatum, an poſſit pater ſolus remictere iniuriam factam filio, tàm deſcendentem ex lege Cornelia, quàm ex Prætoria, & licet magna ſit controuerſia inter Doctores, vt eſt videre apud Pinell.in l.1.par.3.num.105.C.de bon.matern. vbi per optimas rationes tenet contra communem affirmatiuam,quam communem affirmatiuam tenet Viuius in opin 607.par.2.in impreſſis Aquilæ de anno 1582.& Clar. in §.fi.q.58. verſ.quęro nunquid, vbi relata dicta communi opinione dicit,quod Senatus Mediolanenſis eam non ſeruat, ſed vult, vt in remiſſione facienda interueniat conſenſus vtriuſque, patris, & filij; verum quando non interueniunt cędes, vel vulnera, ſolet per eundem Senatū approbari remiſſio facta à patre ſolo, Afcan. Clemen.in tract.de patr.poteſt. effect.8. refert ſimiliter opiniones hinc inde, prout in ſimili facit Farinac.in titul.de accuſ.q.14.num.34.vbi nu.37. in omnibus ſequitur,& approbat opinionem Clari vbi ſupra, & fatetur ſic in Vrbe vidiſſe ſeruari, & de Claro etiam meminit, & nouiſſimè ſequitur D.Vincent.de Franch.in dec.315.ad fin. Tamen

quia

quiá indulgentia prædicta loquitur per verba pluralis numeri, ibi, qui legitimam remiſſionem, & pacem ab offenſis habuerint, merito remiſſionem requiri ab vtroq; ſ. patre, & filio, prout in terminis indulgentiæ tenet D. Vinc. de Franch. in d. dec. 715. Sed quid ſi filius qui paſſus fuit iniuriam eſt bannitus, an poſſit pater pro ea agere actione iniuriarum, D. de B. ꝰ ad Bart. in l. ſi fine §. qui patris ff. rem rat. habe. refert in S. C. deciſum quod ſic, de anno 1558. exceptuatur etiam à dicta indulgentia occidẽs officialem regalem, vt ibi, & ſcribit latè D. Maſtrill. vbi ſupra c. 36. à nu. 8. an comprehendatur officialis Baronis, vide ibi per D. Maſtrill. in §. ampl. per tot quod ſanè intellige quando occiditur ex cauſa, & intuitu officij, ſecus ſi ex odio, & inimicitia particulari occidatur, tunc occidens debet dicta indulgentia gaudere, ſecundum D. Vinc. de Franch. in dec. 326. qui ita iudicatum refert, & ibi addo alios, at etiam D. Maſtrill. in d. cap. 36. ante nu. 22. fo. 326. & ita fuit iudicatum per M. C. V. & S. C. de anno 1616 in fauorem illorum de Pico, ordinatur etiam in dictis indultibus, quod carcerati tàm pro debitis publicis, quàm priuatis, debent relaxari per certum tempus cum fideiuſſione idonea de redeũdo ad carceres elapſo dicto tempore, ac etiam debitores non carcerati non moleſtentur per certum aliud tẽpus, vt ibi legitur, verſ. ad huc decernimus, ſed quæ dicantur debita publica, vel priuata, vide text. cum gloſ. in §. ſoluitur verſ. item ſi quis inſtit pro ſocio; & ad quæ debita non extenditur dicta indulgentia, vide D. Maſtrill. in d. tract. cap. 46. fol. 367. & dixi ad D. Vincent. in deciſ. 151 in addit. antiquis, & nouis, An extenditur ad introitus Regales, mercedes, & donationes per Reges factas, & an videantur exceptæ, vide Campan. in dicto cap. 12. num. 11. An procurator, vel quilibet alius poſſit petere declaratoriam indultus, vide ibi per Campan. ad fi. & D. Vincent. de Franch. in deciſ. 314. vbi addo, & D. Maſtrill. in cap. 23 nu. 33. & 34. vbi nu. 35. refert quid ſeruatur in illo Regno; An vaſalli Baronum comprehendantur in hoc indultu, vide D. Maſtril. in d. tract. c. 3. nu. 11. c. 21. nu. 5. & ſuſius c. 45. nu. 5. poſt DD. quos allegat, & an Barones, ſiue eorum officiales poſſint cognoſcere cauſas indultus, idem Maſtrill. in d. c. 15. nu. 3. An ex dicto indultu cenſeatur ſolũ remiſſa pęna, vel etiam bona, ex verbis ipſius ibi quæ ad noſtrum fiſcum, & in verb. dummodo pęna, vel multa decidi põt, videas interim Campan. in d. c. 12. nu. 9. & 10. D. dę Pont. in conſ. 66. D. de Franch. dec. 213 vbi addo, & latè D. Maſtrill. vbi ſupra c. 21. & 22.

Iniuria fit per admenationem, & eleuationem manus in aliquem, Aret. in tract. malefic. in verb. admenauit in princ. Baiard. ad Clar. in §. iniuria in princ. & lati ſſimè Farinac. in 3 vol quæſt. 105. nu. 7 fol. 562. per text. in l. item apud Labeonem §. 1. ff. de iniur. Hinc habens culicellum, ſeu baculum in manibus, ſi cum illo minatur aduerſus aliquem actione iniuriarum tenetur, vt ibi per Farinac. num. 8. ſicut etiam retinens equum freno, nam dicitur perſonaliter equitantem offendere, quamuis illum non percutiat, ſecundum Farinac. in loco citato num. 9. poſt Vulpell. Baiard. Viui. & Theſſaur. quos allegat, & ſequitur, & ſubdit, quod iſta iniuria dicitur facto illata, vt ibi num. 7. Iniuria enim dicitur omne id, quod non iure factum eſt, §. 1. inſtitut. de iniur. & ff. eo. l. 1. & committitur, ſeu inferri dicitur tribus modis: Primò, facto, aut re, cum quis pugno pulſatus eſt, vel baculo verberatus, aut fuſtibus cęſus, & ſic manibus in aliquem infertur. Secundò, verbis quando manus non inferuntur; ſed dicitur conuicium in aliquem, d. l. 1. §. iniuriarum autem iuncto §. iniuria inſtit. eod. titul. Tertiò, inferri, & committi dicitur iniuria, ſcripto, puta per libellum famoſum, l. vnica C. de libell. famoſ. & dicto §. iniuria, vel per literas miſſiuas, aut per aliam ſcripturam, l. lex Cornelia §. ſi quis, & §. fin. ff. de iniur. & dicto §. iniuria, Farinac. in dicta quæſt. 105. num. 2. & 3. poſt Clar. in dicto §. iniuria in princ. & infinitos alios quos citat Dñs Vincentius de Franchis in deciſ. 533. num. 1. & ſcribens literas famoſas, & eas ſecretè mittens alicui, qua pœna debeat puniri, vide Dñm Rouitum in pragmat. de iniur. num. 6. Hinc malum quod homines dicunt per ſcripturam, eſt grauius quam verbis, quia ſcriptura nunquam amittitur, vt colligitur ex d. l. vnica, quam ſic ponderat D. Vincentius vbi ſupra num. 4. quia illa ſcriptura ſemper loquitur, Magon. in deciſ. Lucenſ. 26. num. 21. & in terminis libelli famoſi Andr. Gail videndus in obſeru. 104. par. 2. nam libellus famoſus ſic deſcribitur, eſt compoſitio in ſcriptis in infamiam alicuius, quod quis probare non vult, & in publico iactata, vel in loco vbi inuenitur, Summ. Angel. in verb. famoſus libellus, meminit Farinac. in dicta quæſt. 105. nu. 421. fol. 624. & probat text. in dicto §. iniuria ibi, vel ſi quis ad infamiam, & contra facientes, & fabricantes famoſum libellum ſtatuta eſt pœna mortis naturalis, ſecundum Angel. & omnes Doctores antiquos in d. l. vnica, quos omnes allegat, & ſequitur D. Vincentius de Franchis in dicta deciſ. 533. num. 6. & 7. qui etiam Plaz. Carauit & Menoch. allegat, & refert ſemper ita fuiſſe ſeruatum per Magnam Curiam, & Sacrum Conſilium, addo Petr. Caball. in caſu 271. & Farinac. in dicta quæſt. 105. num 422. & 423. & Baiard. ad Clar. in quæſt. 68. num. 62. & ſi Clarus ibidem in verb. libelli famoſi auctor ad finem, teſtatur ſe nunquam vidiſſe pro libello famoſo impoſitam pœnam vltimi ſupplicij, ſed tantum extraordinariã, de quo ſic loquente meminerunt Baiard. ibi. num. 65. & Farinac. vbi ſupra num. 426. ſed ab ipſo recedit D. Vincentius vbi ſupra poſt num. 6. & ſeq. & retenta opinione, quod faciens, ſiue fabricans famoſum libellum ad infamiam alicuius, debet puniri pœna mortis naturalis, ſecundum communem, & practicatam, atque obſeruatam opinionem in Magna Curia Vicarię, & in Sacro Conſilio, vt fatetur Dñs Vincentius in dicta deciſione, dicendum eſt etiam eadem pœna puniri debere mandantem, ſiue conſulentem, ſecundum Farinac. in dicta quæſt. num. 442. & ſeq per dictam legem lex Cornelia §. ſi quis ibi, dolo malo fecerit, quod quid eorum fieret, vbi etiam allegat Iaco. de Aren. Hoſtien. & alios, & nu. 446. extendit contra legentem famoſum libellum, quod an ſit verũ, vide ibi cum duabus limitationibus, quas ipſe adducit, maximè ſi legens eſt imperitus, & ignarus, adeo ꝙ vix ſciat legere literas latinas, tali caſu non

cenſetur illum dolo legere allegat Franc.Burſat.in conſ.93.nu.13.& ſeq quod conſilium eſt valdè notabile, & ſingulare in hoc, vel ſi cauſa delectationis, & occaſione legẽdi, aut ex ſimplicitate, Claud. Bertaz.in addit.ad conſ.237.ſui Genitoris lit.D. in criminalibus, & Caualc.in dec.35.par.5. vel etiam ſi iocosè legerit Caualca. vbi ſupra, aut oſtenderit à quo famoſum libellum habuit, Cephal.in cõſ.341. num.29.& ſeq.& nu.49. vſque ad fin. Hinc enim affigens, & ponẽs famoſum libellum, debet puniri pęna mortis naturalis, d.l.1.in fi.& alios citat idem Farinac.in loco ſupra citato nu.457. quod amplia etiam ſi non eſt affixus, quia ſufficit illum reperiri, ſiue in domo, aut in publico, aut quocunque alio loco publico, vel priuato, vt poſt Odofr.& Angel. oſtendit D.Vinc.in d.deciſ.num.8. vbi Angel. loquitur de ſcedula reperta ſuper Altare, Andr.Gail in d.obſer.104.hinc d.l.1.loquitur in diffamatione extraiudiciali, non in diffamatione iudiciali, ſecundum Pet.Caball vbi ſupra, qui allegat etiam Hondedeum in conſ.112. à nu.5. cum ſeqq.& num.18 vol.1. an pęna d.l.1.teneatur qui libellum Principi porrexit, in quo famam alicuius inſectatus fuerit, vel accuſationem contra aliquem propoſuit de aliquo delicto, quod nõ probauit, ſed ſuccumbuit, Honded.in proprijs terminis conſuluit in d.conſil. quod non; verùm accuſator fuit punitus pęna pecuniaria, vt ibi, & reſpondet ad d.l.1.in vlt.reſponſ. & illi conſilio ſe ſubſcripſerunt Ioa.Paul.Lancello, & M.A.Eugen. Item extende contra retinentem libellum famoſum, ſecundum Farinac. vbi ſupra nu.454.& pariter contra componentes, ibi nu.458 Item contra inuenientem, & non corrumpentem, aut non cõburentem, ſed tenorem illius alijs manifeſtantem d.l.1.ibi, ſi vero non ſtatim Cephal.in d.conſ.341.nu.3.& 4.Claud & Caualc.in locis ſupra citatis, & Farinac.qui ſupra nu.460.& Ludoui. Peguer.in deciſ.77.Alexa.Trentacinq. in conſ.78. nu.1.vol.1.& ibi multa in materia d.l.1.quia præſumitur author delicti, vt per prædictos, intellige tamen ſecundum eundem Farinac. vbi ſupra nu. 462. & ſeq. qui multis alijs modis poſt DD. quos allegat extendit leg.prædictam à nu.466. vſque ad 481.& à d.num. vſque ad fin. limitat ſeptem modis, vbi recurrendum eſt; Hinc libellum famoſum faciens, puniri debet pęna mortis, vt ſupra, ſiue in eo poſita ſint vera, ſiue falſa, ſecundum glo.3.in l.eũ qui nocentem ff.de iniur. vbi allegat d. l. 1. & poſt Rom.Cottar.Plaz & alios tenet Carauit. in rit.fin. ad finem, quibus accedit D.Vincen.in d.deciſ.nu.7 vbi alios allegat, ſubdit tamen Caraui.loco prædicto verſ.tamen, procedere quotieſcumque in libello eſt deſcriptum delictum pro quo diffamatus veniret puniendus pęna mortis, alias ſecus, quia pęna Iudicis arbitrio imponeretur, allegat Petr. Cyn. Angel & Petr.à Plaz. accedit Petr. Foller. in verb. & ſi confitebuntur nu.107.f.331.in nouis, vbi plus dicit, quod nec locus eſt torturæ, ſi pro delicto nominato in libello famoſo, imponitur pęna vltra relegationem, Baiar.ad Clar.in d.q.68.nu.62.verſ. adde, & Farinac.qui alios addit in d.q.105.nu.424. contrariam opinionem ex profeſſo tenet D.Vinc. de Franch. memoriæ recolendæ in ſępius allegata deciſ.nu.9.& ſeq.vbi pluribus authoritatibus, & rationibus eam probat, & ſubdit nu.12.ꝙ in M.C.V. & in S.C.fuit pluries iudicatum, quod faciẽs libellum famoſũ pęna mortis puniretur, vnde à deciſis per S.C.non eſt recedendum, maximè in facto dubio in quo iudicari debet, ſicut per alios iudicatũ eſt, vt ſcribit idem D.Vinc.in dec.722.in fi. poſſet tamen opinio contraria procedere, quando ex delicto appoſito in famoſo libello atrox iniuria non infereretur, puta ſi eſſet infamatus, quia ſtultus, ignarus, vilis, vel deploratæ conditionis, vt eſt de mente D.Vinc.in d.dec.533.poſt nu.10. verſ.item dicebatur; ſed quanto tempore durat actio iniuriarum facta per libellum famoſum, idem Farin. in tit.de inquiſ.q.10.nu.24.poſt Plot.quem allegat tenet, quod per lapſum anni, & diei tollitur, omnino Ann.Iun.in coll.517.eſt benè verum, quod qualitates, & requiſita d.l.1. ante omnia debent verificari, & probari, vt ſit locus pęnæ ipſius, ſecundum Cephal.in d.conſil.ad fi.& Burſat.vbi ſupra.Hondedeus in conſil.ſupra citato nu.17.& Caualc in d.dec.35.nu.5. Pęna autem alterius iniuriæ commiſſæ facto, vel re, eſt regulariter Iudici arbitraria attenta facti, loci, & qualitate perſonarum, vt eſt tex.notab.in §.in ſumma vbi DD inſt.de iniur.Carauit.in loc.alleg.nu.19.deciſ.Catalon.13.nu.18.& 19.in fi.Theſſa.in dec.18.nu.1.& dec.229.num.7 verſ.nihilominus, & latiſſimè Farinac.in d.q.105. ſub n.56.fo.570.& appendentes picturas obſcenas ante oſtium alicuius, qua pęna debent puniri, vide Caball.in caſu 71. & de faciente petriata, & macriatas, vide pragm.ſupra citat.vbi D.Rouit. verũ inter iniurias datur aliquis gradus, quia aliquæ iniuriæ ſimpliciter dicuntur atroces, l.lex Cornelia §.ſic itaq; ff.de iniur.§.atrox inſtit.eod.tit.quæ iniuria atrox iudicatur ex qualitate facti, loci, dignitate, & qualitate perſonarum, quibus allata eſt, d.§. atrox, Iacob.Menoc.de arbit.Iudic.caſ.263.à n.1. cum ſeqq. qui ad cognoſcendum quando iniuria dicatur atrox plures caſus conſiderat, ſequitur Teſſ.in d.dec.229. de quo meminit idem Menoc. in addit.ad d.caſ.& latiſſimè omnium Farinac.in d.q.105.in 4.inſpect.per tot.à fo.585.& ſeq. vbi 18 colligit concluſiones, inter quas iniuria facta clerico, aut ſacerdoti dicitur atrox, l.atrocem ibi, cum eſſet in ſacerdotio C.de iniur. vnde vltra excõicationem ad quam percutiens clericum, aut ſacerdotem, iuxta cap.ſi quis ſuadente Diabolo, & dixi in concluſ.Clerici, grauius puniendus eſt, ſm̃ Menoc. in d.tract.caſ.389.n.15.& ſeq.& Farin.in d.inſpec. 4.nu.195.hinc Viui.in dec.46.nu.1.refert R.A.iudicaſſe de anno 1583. & condemnaſſe quemdam laicum ad exulandũ per ſeptemnium à prouincia ob alapam manu vacua in faciem cuiuſdã Clerici Sacerdotis illatam, & prædictam ſententiam fuiſſe per S.C.confirmatam, vt ipſe teſtatur, quia alapa manu vacua illata, dicitur lęuis iniuria, vt ibi nu.6. poſt DD.quos allegat, & in fi.d.num.refert de anno 1590. ita iudicatum; contrarium, & benè firmat Farin.vbi ſupra nu.207.210. & ſeq. vbi reputat talem iniuriam per alapam manu vacua factã, inter graues, & atroces, dicens hanc opinionem veriorem, quia eſt iniuria perſonalis quæ grauis reputatur, vt ibi nu.210.ſiue ſit nobilis, ſiue humilis ille, cui illata fuit, addo Campa.in cap.Regni 149.n.13. & propterea mihi videtur, ꝙ ſententia R.A. vt ſupra per Viuium relata, fuit ſatis mitis, quia iniuria illa ſacerdoti facta, fuit Deo facta, & totã eccleſiã tangit, Carau.in d.rit.fi. nu.9. immò iniuria facta cleri-

Google

clerico operatur, quod crimen ſit publicum, & capitale, l. ſi quis in hoc genus C. de epiſc. & cler. allegat concord. D. Vinc. in ſępius allegara deciſ. 533. num. 6. in princ. cum pro iniuria facta clerico, eccleſiaſticæ perſonæ, & alijs perſonis miſerabilibus, poteſt in Regno procedi ex officio contra offendẽtes, ex quo reputatur atrox, per cap. Regni 149. ſupra citatum, vbi Campan. & Carauit. in loc. cit. num. 8. in fi. competitq; clerico offenſo in ſua perſona variatio, & electio fori, vt Ann. Sen. ſcribit, & docet in alleg. 146. per tot. meminit, & ſequitur Viuius in dec. 27. vbi refert pluries iudicatũ per Reg. Audientiam, ſecundum illam allegationem, & tacito Anna. & Viuio plenè diſcuſſo articulo, refert nouiſſimè iudicatum in S. C. inſignis D. Vinc. de Franch. in dec. 597. vbi iuribus, rationibus, & legibus Regni hãc opinionem probat, prout ante probauit Ann. in d. alleg. & miror profecto, quomodo D. Vinc. non allegauit, poſtq̃ omnes DD. allegat, & honorat, ſed quare qs grauius tenetur pro alapa, q̃ pro pugno poſtquam maior lęſio fiat cum pugno, vide Campan. in d. cap. poſt nu. 13. & quãdo in offendente clericum habet locum pęna capitalis, & quæ debent concurrere, vide Campan. vbi ſupra nu. 14. Hinc etiam iniuria reputatur atrox illa, quæ fuit illata Doctori, quia inferẽs punitur pęna legis Iuliæ de vi publica, ſm̃ Guido. Pap. in dec. 88. nu. 5. Aym. Craue. in cõſ. 168. n. 10. Menoc. in d. caſ. 163 nu. 17. & ſeq Baiar. ad Clar. vbi ſupra nu. 48. & Farinac. in loc. & quæſt. ſępius cit. nu. 203. quibus accedit Rot. Auenio. in dec. 58. & D. Roui. in prag. 1. nu. 5. de cuſtod. reor. Hinc etiam dicitur grauis, & atrox iniuria illa, quæ fit in eccleſia alicui Sacerdoti tempore celebrationis diuinorum officiorum, illiſq; turbatis, ob quam poteſt imponi pęna vltimi ſupplicij, quatuor tamen cõcurrentibus, de quibus apud Baiar. ad Clar. in d. §. iniuria nu. 49. & Farinac. loc. cit. nu. 206. Item reputatur grauis, & atrox iniuria illa, quę fit cum baculo verberando aliquem, aut fuſtibus cædendo Farinac. loco allegato num. 215. & qua pęna debet puniri, vide Gramm. in dec. 27. Campan. in cap Regni 140. Gramm. in dec. 68. nu. 10. Caraui. in rit. 68. & Theſſau. in dec. 224. vbi refert condemnatum fuiſſe ad triremes illum qui percuſſit Guardianũ Monaſterij in clauſtro ipſius Monaſterij: Hinc ẽt dicitur atrox iniuria, atq; graue delictũ reputatur, vulnus in faciem alicuius illatũ, vel ſi oculus eruatur, ſm̃ Menoc. in d. caſ. 263. nu. 27. ex quo vulnere eſt perpetua cicatrix remãſura, & propterea inferẽs debet grauiter puniri ob tale delictum, & iniuriam, excepta morte naturali, vt poſt Floria. Aret. Boer. Mõteleo. Gome. & alios oſtendit Farin. in tit. de delict. & pęnis q. 18. nu. 97. & 100. quia cicatrix, & difformitas non debet extimari in homine libero, qui non recipit extimationem, vt ibi latiſſimè per eum nu. 98. & Menoc. de arbit. Iudic. caſ. 577. in fi. appellat hoc delictum impium, & atrox, addo videndum D. de Pont. in tract. de pot. proreg. fo. 13. qui refert notabilem caſum deciſum contra vulnerantem in faciem, qui fuit condẽnatus ad pęnam vltimi ſupplicij; verùm ſi cicatrix, aut vulnus in faciem poſſit pileo, aut bireto tegi, & cooperiri, non punitur cõmittens grauiori, ſed leuiori pęna, ſm̃ Farinac. d. num. 98. in fi. quomodo autem iniuria diluitur, vide Addent. ad Mago. in dec. 57. & in materia Farinac. in d. q. 105. in 7. inſpect. fo. 207 & ſeq. & qualiter delictum famoſi libelli in genere probetur, vide d. l. 1. ſupra alleg C. de famoſ. libell. & Muſcatell. in prax. crim. fo. 143. & 144. nu. 8. q. 10 in paruis.

Inops propriè dicitur ille, q̃ nihil habet in bonis, pauper verò qui parum habet, Dec. in auth. præterea poſt nu. 16. verſ. ſed ſaluari põt C. vn. vir. & vxor Affl. in dec. 179. nu. 2. vbi Vrſill. num. 5. & Surd. in tract. de alime. tit. 9 q. 35. nu. 36. & Menoc. de arbit. Iud. caſ. 65. nu. 9. ſcribit Iudicis arbitrio debere relinqui, quis dicatur inops, & eſt de mente Vrſill. loco citato, & quis dicatur pauper, ſimiliter Iudicis arbitrio relinquitur, vt per Menoch. in d. caſu, & Vrſill. vbi ſupra, & Surd. in loc. cit. n. 35. & ad principalem concluſionem vide eundem Surd. in dec. 61. Paupertatis verò priuilegia, vltra Cornel. Benincaſ. in ſuo tract. de paupertat. vide Cauenſ. qui aliqua enumerat in rit. 290. à num. . . cum ſeqq. & an pauper qui inter perſonas miſerabiles connumeratur, gaudeat priuilegio l. vnic. C. quan. Imperator, vide Viui. in dec. 222.

Inſtitutio facta per teſtatorem aſcendentem in perſonam filiorum, & in filiorum filios, quando dicatur facta ordine ſucceſſiuo, vel ſimul, & ſemel, & quando eſt facta per tranſuerſales de fratre, & eius filijs, etiam quod non ſint nominati nomine proprio, vide Bar. & alios in l. Gallus in § quidam rectè ff. de lib. & poſth. Alex. in conſ. 13. volu. 4. vbi DD. in apoſtill. Didac. Couar. in cap. Rainutius §. 2. de teſtament. Iul. Clar. in §. teſtamentum q. 80. Viui in opin. 45. p. 1. Cacher. in deciſ. P. demo. 81. Michael Craſſ. in §. hæreditas q. 4. & in §. inſtitutio q. 20. Card. Mant. in tract. de coniectur. vlt. volunt. lib. 4. tit. 7. in nouis, latè Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. lib. 4. cap. 70. & 71. M. A. Peregr. in tract. de fideicom. art. 17. & nouiſſimè D. Vinc. de Franch. in deciſ. 633. qui multum ſubſtantialiter loquitur iuxta morem ſuũ, apud quem reperitur quid fuit deciſum, & vide etiam ad hanc concluſionem Ludoui. Peguer. in dec. 99. & in notabili caſu Peregrin. in dec. 111. & Molin. de primoge. Hiſp. lib. 1. c. 6. à num. . . cum ſeq.

Inſtrumenta, & aliæ ſcripturæ vſque ad concluſionem in cauſa poſſunt produci, & præſentari, tum ex diſpoſitione iuris cõis, cap. cum dilectus de fid. inſtrum. tum etiam ex diſpoſitione Reg. Prag. 11. in titul. de ord. Iudic. & nõ vltra, quia facta concluſione in cauſa, dicitur omnino liquere de ea, vt per Fely. in d. cap. in princ. & licet prædicta ſint vera, de iure tamen hodie præſentantur, & recipiuntur vſq; ad ſententiam, & de illis ratio habetur, quia cauſę cẽs in Regno sũt ſummarię, & in eis proceditur ſola facti veritate inſpecta, per cap. Regn. de teſtãtes, & prag. 1. in titul. de ord. Iud. & conſequẽter cõcluſio nõ nocet, vt ex Noſtratibus Regnicolis affirmat doctus, & magnus practicus Carauit. in rit. 238. in fi. & in ritu ſeq. & de iſta obſeruantia meminit Viui. in opi. 386. nu. 2. p. 1. qui Caraui. nõ allegat, ſed ipsũ allegat, & ſequitur in dec. 235. n. 8. in fi. cum num. ſeq. vbi comprobat obſeruantiam prædictã, & Muſcat. in prax. S. C. in gloſ. ſcripturæ nu. 8. & nouiſſimè D. Reg. Carol. Tap. in 3 to. iur. Regn. fo. 118. & quid ſi sũt ſcripturæ priuatę, q̃ producuntur, & pręſentãtur poſt cõcluſionem in cauſa factã, quę fidem nõ facerẽt, ſed poſſent cõprobari, vide Affl. in dec. 272. vbi Vrſill. vel eſſent ſcripturę

priuatæ ſine teſtibus, an de eis debet haberi ratio, vide in dictis duobus caſibus omnino Carau.in d. rit.238.nu.3.& 4. de quo meminit D. de Franch. in dec.631.nu.1.vbi concludit,terminum ad cōcomitandum ſcripturas priuatas poſt conclusum in cauſa non dari,allegat Aff. in d. deciſ. & Piſanell. ibi in addit.& impugnat Vrſill.ad Aff.ibi:Hinc ſi inſtrumentum eſt ab aliquo in iudicio productum in pergameno abſque neceſſaria ſubſcriptione teſtium,ſi producens, videns quod non facit, repetit illud,vt ſubſcribatur à teſtibus,vt iterum poſſit illud coram Iudice producere,an poſſit,Luc.de Pen. in l.ruta ad fin.C.de omn.agr.deſer.lib.12. format iſtam quæſtionem , & diſtinguendo ſic concludit, aut terminus in cauſa eſt datus,& elapſus,& non poteſt; aut non eſt elapſus,& poteſt,Bartol.de Capua in Conſt. inſtrumentorum nu.4. tenet inſtrumentum in iudicio productum non ſubſcriptum à teſtibus in numero oportuno,iuxta terminos d. conſtit.non probare,nec fidem facere,vbi rationes refert, vide Mart. in vot.21.nu.7. & vot.141. nu.1. Hinc etiam poteſt quęri, ſi petens, exhibitionem, vel productionem inſtrumēti, videtur illud approbare,Aym.Crauet.in conſ.275.nu.2. ſcribit quod ſic,ſequitur Surd.in dec.199.nu.6.& Rot.Genue. in dec.49 nu.2.quæ loquitur de exhibitione librorum,& refert ita iudicatum,ſed D.meus Alpha. in auth.ſi quis in aliquo documēto nu.59.C.de eden. non admictit opinionem iſtam , quia petens exhibitionem inſtrumenti, ſeu libri , quem non vidit, ſed ignorat eius tenorem,& continentiam non videtur approbare ex regula l.mater ff. de inoff.teſt. & pro iſta opinione Dñi mei , conueniunt ſcripta per Alex.in conſ.70.poſt nu.11.vol.j.ſubdit tamen idem Dñs meus,quod ſi facta exhibitione inſtrumenti,ſeu libri,videt,& pars nihil opponit, tūc approbare videtur, dummodo inſtrumentum ſit validum,& authenticum,ſecundum Alex.loco ſupra citato : Hinc etiam inſtrumentum,vel ſcripturam in iudicio producens, videtur fateri omnia contenta in eo,vel ea eſſe vera,& approbare,ſecundum Innoc.in cap.cum venerabilis in verb. inſtrumentum,vbi alij ſequuntur de exceptio.Card.Pariſ.in conſ.79.nu.3.vol.3.Ioa.de Amic. in conſ.71.nu.1. Vrſill.in deciſ.Aff.14.nu.4.latè Horat.Mandoſ.in conſ.Rom.23.lit.B.Caualc.in dec.1.nu.25.& in dec.45.nu.26.& ſeq. in addit.par.1. Rot.Gen.in deciſ.81.nu.j.& in dec.1.vbi dicit,ꝙ tanta eſt confeſſio huiuſmodi ex hac productione , vt probatio de errore non admictatur in contrarium,poſt Iaſ. quem allegat Loffr.in conſ.11. nu.22. vide tamen Ioſeph.Lud.in ſuis opin.concl.70.verſ.quando, in medio fo.149.à ter.& omnino Surd.in deciſ.Mantua.267.

Inſtrumentum quando eſt illiqudum, & venit liquidandum per aliud inſtrumētum,debet in citatione quæ expeditur aduerſus debitorem ad inſtantiam creditoris, de vtroq; fieri mentio, vt reus debitor magis certus,& inſtructus veniat,ſm̄ Caraui.in rit. 167.ante nu.30. quem refert, & ſequitur D. Vinc. in dec.420.& clarius in dec.623.vbi ita ſeruari teſtatur,& iterum nu.20.& ſeq. & loquitur de citatione inſtrumenti publici,Regia diſpēſatione vallati,vt ibi nu.5. in qua ſic debet dici, ſed dubium eſt an ſecundum inſtrumētum liquidans primum illiquidum produci debeat in forma probāte,vt ſit ęquè authenticum, ſicut primum,Rit.M C.V.167 requirit ꝙ ſic, vbi Carauit. ante d.nu.30. ſubdit tñ ꝙ ſi non eſt reaſſumptū in forma probāte ſufficit quod ſit alia ſcriptura publica,dummodo de illa etiam fiat mentio in citatione,vt ibi,de quo meminit,& ſequitur Tartagl. in prax.rer.ciuil. c.1. ante nu.38. confirmatur opinio prædicta, quia inſtrumenti liquidatio pōt fieri per omne genus probationis,ſm̄ D.Vinc.in dec.366.nu.9.& in d.dec.420 nu.4.vbi addo,licet Ann.in ſingul.257.ſimpliciter teneat,ꝙ inſtrumentum liquidans illiquidum, debet eſſe authenticum ſicut aliud, & ita vidiſſe practicari affirmat,ſed ſuperior opinio Carauit.& ſequacium practicatur,quæ pōt cōfirmari ex dictis, & allegatis per D.Vinc.in d.dec.623. ſi modo inſtrumentum ſecundum,vel alia ſcriptura liquidās primū Curia pro Tribunali ſedente præſentetur, & producatur,ſm̄ eūdem D.Vinc.tàm in d.deciſ. 420.quam in d.dec.623.Hinc etiam pōt inferri,ꝙ ſi citatus eſt debitor ſuper tenore publici inſtrumenti ante vltimā contumaciam, vel ipſa purgata per comparitionē de ſero,antequam fiat inſtantia, in ſequenti Curia præſentauerit depoſitum, an ſufficiat pro ipſius inſtrumenti liquidatione impediendа,vide omnino D.Roui.in prag.4.de inſtrum. liquid.qui ad partes diſputat,& ſatis ſubſtantialiter loquitur: inſtrumenti.n.illiquiditas eſt tantę conſiderationis,vt poſſit de ea cognoſci,etiam parte nō opponente,ſm̄ Frecc.in tract.de præſent.inſtr.p.7. q.2.n.16.ſo.21.in antiq. de quo meminit D.Roui. in prag.de inſtrum.liquid.nu.10. quia inſtrumentum liquidandum ſm̄ formam rit.166. debet eſſe liquidum ex omni ſua parte , adeo ꝙ nulla egeat probatione extrinſeca,vt in rit.167.verſ.item intelligitur,vbi Caraui.in 1.q.nu.14.poſt Frec.in d.q.7. à nu.j.ſo.16.nec pactum appoſitum in inſtrumēto, vt illud ſit liquidum,eſto ꝙ non ſit,operetur liquidationem ipſius,D.Rouit.vbi ſupra num.23. poſt Frecc.quem allegat.& aduerſus liquidationem inſtrumenti publici,& liquidi, multę exceptiones in promptu Curia ſedente per debitorem poſſunt allegari,quas longa ſerie reaſſumpſit Grauinen.in comm.d.rit.166.par.5.declar.32.& 33. & Caraui. ibid.quibus probatis in prōptu debitor ipſe euitat carceres,vt per prędictos DD.& Franc.Anto.de Iudice Rober.in prax.liquid.inſtr.4.conſid.à n.51 cum ſeqq ſo.50.& ſeq.in paruis,& Galte.in prax. inſtru.ſ.243.& ſeq.& aliqua per Borrel.ad Bellug. in Spec.Princ.ſo.195.in nouis,& quæ dicatur probatio promptuaria,vide Frec.in d.tract. p.16.q.1. ſo.107.& ſeq.& ſupra alleg.DD. & alios quos remiſſiuè allegat D.Rouit.in loco ſupra citato nu.12 & 13.ſo.30.& nu.29.cum ſeq.in nouis : hinc teſtes qui per debitorem ad probandum ſatisfactionem producuntur , poſſunt recipici etiam poſt inſtrumēti præſentationem,ſed in Banca,ſm̄ D.de Boſt. in addit.ad d.rit.166.ſo.241.in opere D. Tap.& recipiūtur quoad ſatisfactionem tātum, & iſti teſtes qui de ſatisfactione deponunt,requiritur vt ad illū actū ſint rogati,nec ſufficit, vt propter aliud opus aſſerant fuiſſe præſentes,ſm̄ D.Roui.loc.cit.nu.30 in nouis,vbi quotidianū reputat, licet aliæ exceptiones opponātur in prōptu,vt ſupra,& ita vidi iudicatū per M.C.V.de anno 1612.& confirmatum in S.C. videatur in pulcro caſu Thor.in cōp.deciſ. ſo.275.verùm creditor qui vult replicare aduerſus



Digitized by Google

probationem prõptuariam debitoris, non eſt audiendus, ſed ordinariè, dato termino audiri, & agere debet, quia d. rit. 166. non concedit illam niſi debitori ad tollendũ illius rigorem, vt euitet carceres, ita oſtendit de Iudice Roberr. in d. 4. conſid. nu. 54 f. 52. quem refert, & ſequitur Galt. in d. prax. f. 228. num. 28. vnde ſi ſunt elapſi 20. anni à die natiuitatis actionis in inſtrumento contemptæ, non põt procedi contra debitorem vigore d. rit. 166. ſed via ordinaria, ſecundum alium rit. 167. ſupra alleg. in princ. vbi Caraui. nu. 1. qui ampliationes, & limitationes refert, ſed dubium eſt quando 20. anni debent computari. ſ. á die celebrationis inſtrumenti, vel á die quo potuit agi, & inſtrumentum liquidari, D. de Franch. in deciſ. 341. diſputat ad partes, & tandem deciſum refert terminum prędictum eſſe computandum à tempore quo liquidari potuit, licet in alia Aula refert iudicatum, dictos 20. annos cõputari à die promiſſæ ſulutionis, ſed pro prima opinione quam veriorem puto, conferunt Rom. & Aym. additi per me ad d. deciſ. 341. limita in inſtrumento cenſus, quod reſpectu tertiarum, põt via ritus liquidari etiam elapſis 20. annis, ſecũdum Frecc. de ſubfeud. lib. 2. fo. 159. num. 37. in nouis, de quo meminit addit. ad Tartagl. in prax. rer. ciuil. c. 1. nu. 153. & Alex. Trentacinq. in conſ. 39. num. j. vol. 1. ita intelligi debet Carauí. in d. rit. 167. nu. 32. Hinc etiam inſtrumentum capitulorum matrimonialium facta promiſſione in eo ſoluẽdi dotes, matrimonio demum contracto per verba de prȩſenti, poteſt liquidari ſecundum formam d. rit. 166. dummodo conſtet prius, dictum matrimonium fuiſſe contractum vt ſupra, aut per confeſſionem partis debitricis in iudicio factam, vel per fidem Parochi, cui plenè ſtandum eſt, quia verſatur in ſpectantibus ad eius officium, vt Viuius docet in dec. 489. nu. 9. & eſt expreſſum in Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. j. verſ. habeat de reform. matrim. & ita refert deciſum in S. C. D. Vincent. de Franch. in dec. 366 quia liquidatio inſtrumenti poteſt fieri per omne genus probationis, vt ſupra, meminit de dict. deciſ. D. Scipio Rouit. in loco ſupra allegato; verùm ſi per maritum ſit adimplendum aliquid aliud, debet ante omnia prius adimplere ex parte ſua, & de adimplemento conſtare, iux. tex. in l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. ſi inſtrumentum prædictum eſſet vltra citroq; obligatorium, vt poſſet agere via ritus, vt dixi ſupra in concluſ. exceptio adimplementi, alias non poſſet liquidari, vt ibi, vide tamen Ann. in ſing. 248. Viui. in dec. 39. nu. 2. & 3. & Galt. in d. prax. inſtrum. fo. 61. num. 7. Hinc etiam inſtrumentum liquidum quod ex forma ſtatuti habet executionem paratam, vt in d. rit. 166. poteſt non ſolum exequi contra debitorem principalem obligatum, ſed etiam contra eius hæredem conſtito prius ſummariè eſſe hæredem, ſecundum Carauit. in rit. 178. num. 5. qui infinitos citat, ſed licet opinio iſta ſit vera, & alibi obſeruatur, tamen in Regno non procedit contra hæredem prædictum debitoris, quia contra ipſum via ritus prædicti ad liquidationem, & interrogationem procedi non poteſt, vt ad literam legitur in d. rit. 178. in fin. ibi, nam hæredem debitoris, & ibi Caraui. expreſsè notat nu. 2. & Foller. in prax. cenſual. in verb. tãquam res iudicatas num. 21. ſed ordinariè contra eum procedi debet, & hoc iure vtimur per dict. ritum paulò ante citatum; verùm ſi liquidatio inſtrumenti fuit facta contra debitorem tempore quo viuebat, contra quem fuerunt expeditæ literæ executoriales pro quantitate liquidata, ipſo mortuo, poſſunt literæ prædictæ executoriales exequi contra hæredem debitoris realiter, quia citatione præcedente ad dicendum cauſam quare &c. & conſtito ipſum eſſe hæredem per præambolum, vel aliã ſcripturam, vt ſatis notabiliter ſcribit, & docet D. Vincent. de Franch. in deciſ. 405. ad fin. vbi addos limita tamen illud, quod dictum eſt ſupra ex dicto rit. 178. non procedere in inſtrumento cenſuali, quia cũ illud habeat in hoc Regno executionem paratam per Pragm. 1. in titul. de cenſib. poteſt exequi ſecundum terminos dictæ Reg. Pragmaticæ realiter, & perſonaliter pro principali, & cenſibus ſtante pacto reſciſſorio, & exequutiuo in inſtrumento exiſtente, quod validum, & ſeruandum eſt, reſpondet Hieron. Gabr. in conſ. 152. vol. 1. vbi in fine conſiderat etiam ſtylum Notariorum, & dixi ſupra in concluſ. Emptor cenſus, Tàm contra perſonas, res, & bona illorum, qui originaliter huiuſmodi cenſualia vendiderunt hæredum, ſeu vniuerſalium ſucceſſorum, ſed etiam contra perſonas & bona quorumcumque ſingularium detentorũ rerum, iurium, vel bonorum, ſuper quibus cenſualia ipſa fuerunt ſpecialiter onerata, quandiu illorum detentio fuerit, nulla principalis debitoris diſcuſſione facta, vt ad literam legitur in d. pragmatica verſ. hac edictali lege, ſed animaduertendum eſt, in quantum ſtatuitur per dictam Regiam Pragmaticam, quod contra hæredes, & vniuerſales ſucceſſores illorum, qui cenſualia vendiderunt, detur prompta, & parata executio realiter, & perſonaliter, debet intelligi de hæredibus, qui hæreditatem adierunt abſque beneficio inuentarij, quia in eos trãſeunt actiones actiuæ, & paſſiuæ; reales, & perſonales, C. vt actiones ab hæred. incip. & contra hæredes dentur in rubr., & nigro, Surd. in tract. de aliment. titul. 6. quæſt 8. num. 6. & 108. & in quæſt. 22. conſtito prius eſſe hæredes defuncti, vt ſupra dixi ex D. Vincentio de Franchis in dict. deciſ. cum alijs per me ibidem additis, & in ſpecie tenet Petr. Foller. in comm. d. pragm. verſ. tanquam res iudicatas nu. 18. & ſeq. fol. 210. in nouis, ſecus tamen dicendum eſt in hæredibus qui adieunt hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, nam contra eos non datur captura perſonæ, ſed iudicio, & via ordinaria conueniri debent, vt poſt Salycet. Soccin. & Anton. de Canario ſcribit, & concludit Petr. Foller. vbi ſupra num. 20. fol. 211. cum quibus conueniunt Dec. in l. ſi debitori num. . . . C. de pact. Auguſt. Bero. in quæſt. 57. & Anton. Gabr. in titul. de ſtatutis concluſion. 12. num. 3. Licet iſta ſint vera de iure, & in aliquibus partibus huius Regni ſeruantur, & maximè in primo capite diſtinctionis ſupra relatę de hærede ſimpliciter adeunte, tamen in Magna Curia Vicariæ non ſeruatur, ſed tantum contra hæredes exequitur realiter pro cenſibus ſuper bonis hæreditarijs, emanatis prius contra ipſos aliquibus præceptis, vel contra ipſos citatio expeditur ad dicendum cauſam quare non debet contra ipſos exequi pactum executiuum in inſtrumẽto adiectum pro ſolutione tertiarum, per quos ad impediendum ſolutionem tertiarum poteſt

opponi, & dici de nullitate; ſecundum D. Carol. Tap.in 4.tom.iuris Regni fo.22.num.137. & 138. vbi reperies quid fuit deciſum ad relationem ornatiſſimi, & integerrimi D.D.Ferdinandi jà Quadra, tunc temporis Iudicis M.C.V.deinde Regij Conſiliarij meritiſſimi, cuius anima requieſcat in pace, vbi idem D.Tapia refert eius laudes, licet maiores mereretur, Thor.in d.compen.fo.188.Item non ſeruatur diſpoſitio dictæ Reg.Pragm. quoad capturam perſonalem cõtra tertium poſſeſſorem poſſidentem rem cenſui ſubmiſſam, ſed ordinariè partibus auditis, debet contra ipſum agi, vt ſcribit quædam addit.incerti Authoris poſt tract. de Iudice Roberto, & aliorum fol.415. in nouis, dicens in M.C.ita ſeruari, ſubdens, nõ ſeruari opinionem Follerij in loco allegato num.22.29.& 32. & ſi in aliquibus partibus, & prouincijs huius Regni ſeruatur, vide tamen D.Rouit.in d.pragm. à nu.15. Quid ſi inſtrumentum cenſuale eſt infra libram capitalis pretij, & tertiæ decurſæ excedunt libram, reperiturq; à Iudice ad contractus, & duobus teſtibus ſubſcriptum literatis, an poſſit liquidari via ritus contra debitorem, idem D.Carol. Tap.nunc meritiſſimus Regens apud Catholicam Maieſtatem in 3.tom.iuris Regni fol.157. latè diſputat, & tandem iudicatum refert de anno 1603.potuiſſe liquidari, quia conſtitut.Regni inſtrumentorum robur reſpicit tempus contractus, quæ in hoc Regno eſt in viridi obſeruantia, ſecundum eum, licet in contrarium adducebatur Ant.in ſingular. 466. qui nihil facit pro dicta opinione contraria, quia in alijs terminis diuerſis loquitur, vt eſt videre apud eum; an pragm. prædicta de cenſibus habet locum in inſtrumento venditionis annuorum redditum, idem D.Regens de Tapia in dict.4.tom. fol.9.& ſeq. tenet quod ſic, dixi ſupra, quod indiſtinctè in inſtrumentis cenſualibus apponitur pactum reſciſſorium, & executiuum, quod eſt de iure validum, quid ſi in inſtrumento prædicto reperitur per debitorem fuiſſe factam falſam aſſertionem ſuper corporibus, ſeu corpore, ſuper quibus fuit conſtitutus cenſus; an inſtrumentum, ſiue contractus debet reſcindi ob dictam aſſertionem non veram, ratione indiuiduæ voluntatis, ex quo emptor, ſiue creditor aliter non contraxiſſet, iuxta doctrinam Bart. in l. græcè §. illud ff. de fideiuſſo. vide omnino eundem D.Reg.de Tapia vbi ſupra fo.13.& 14.& Thor.in d.compen. f.120. verùm ſi vnum ex pluribus corporibus ſubmiſsũ eſt ſufficiens pro capitali, & amplum, vt vtar verbis Iuriſconſulti in l.ſi quis in pignore §.fin.ff.de pignor. act. licet in alijs ſit facta aſſertio non vera, quia reperiuntur alia corpora obligata, tamen cõtractus prædictus non poteſt, nec debet reſcindi, & peti ſors principalis, & ita pluries per Rotam Romanam fuit iudicatum, refert Farinac.in deciſ. 342.& 345.& in dec.290.in fi. ſequitur Mart.in vot.76.maximè num.8. addo, quod idem fuit deciſum in Sacr.Conſ.Neap. de anno 1573. & 1587. & finaliter die 11.Maij 1600.in cauſa Roberti Genuenſis, cum Ioa. Vincentio Curcione, eodemq; modo reſoluitur, & reſcinditur contractus prædictus, ſi fuit per debitorem, ſeu venditorem alienatum corpus, ſuper quo fuit impoſitus cenſus; & ita de anno 1596.vidi deciſum per S.R.C.referente D.Vincentio Maſtrillo, reuocando ſententiam M.C.V.quæ aliter iudicauerat. Thor. vbi ſupra fo.121. An inſtrumentum debiti ex cauſa dotis poſſit liquidari via ritus elapſis 20.annis, vide Doctores quos addo ad D.Vinc.de Franch in d.dec.341 & quid ſi producitur inſtrumentum confectum extra Regnum abſque fide legalitatis, vt requiritur ex rit.18.vbi Carauita, ſi probetur Notarium plura inſtrumenta confeciſſe, & in longa poſſeſſione fuiſſe, an poſſit præſentari via ritus, vide eundem D.Reg.de Tap in d.3.tom. fol.157. vbi reperitur quid fuit deciſum, Inſtrumẽtum in quo debitor certam quantitatem promiſit, cum pacto quod ſi facto calculo inter ipſum, & creditorem minus debebitur, illa minor quantitas cenſetur promiſſa, verùm pro quantitate certa dictum inſtrumentum habet executionem paratam, & poteſt via ritus liquidari, ex particulari deciſ.Soccin. in l.pecunia num.10 ff.ſi cert.peta. vbi Dec.etiam ſequitur in 4.notab.Gramm.in dec.58.num.11.& D.Vinc.de Franch qui alios citat in dec.292.nu.2 vbi addo alios; & quid ſi eſt inſtrumentũ locationis in quo taxatur certa quãtitas, reſeruata tamen menſura minori, vel maiori, an poſſit via ritus 166.liquidari, vide eundem D. Vinc.in d.dec.292. Hinc inſtrumentum ſocietatis ad communem lucrum, damnum, data, & poſita pecunia certa per vnum ex ſocijs pro capitali in inſtrumento ſocietatis, & per alterum ſocium ſolui promiſſa in fine temporis certi dictę ſocietatis, ſaluo iure lucri, vel damni, eſt liquidum, & via dicti ritus poteſt liquidari pro ſumma prædicta certa poſita pro capitali, & reſtitui promiſſa, prout de anno 1558.per M.C.V.fuit iudicatum, & facto verbo in Sacro Conſilio confirmatum, refert Vrſill.ad Afflict.in dec.205.n.6. allegat Bal.in conſ.293.vol.1. & de Bal.in iſtis terminis meminit, & ſequitur Foller.ad Marant.in tract.iudic.par.6.act.3.ante num. 4. vbi teſtatur ſe alias ita practicaſſe in Terra S.Seuerini, & ego bis in Reg.Audien.Principatus Citra; An inſtrumentum ſtipulatum per Procuratorem, cui non eſt ſtipulata ſolutio proprio nomine, ſed ſibi, & domino, ſtipulante Procuratore pro eo poſſit liquidari, & qualiter debet fieri, & expediri citatio ſuper tenore ipſius, vide de Iudice Roberto in dicta prax. conſider.3.num.5.& 6.& Frecc.de præſent.inſtru. par.10.q.4. An poſſit inſtrumentum per infantem cum eius tutore liquidari, vide Puluerin. in addit. ad d. rit. in 3.tom. D. Tap. fol.239.& Carauita ibid. an poſſit inſtrumentum liquidum liquidari ſecũdum formam dicti ritus in Curia Baiuli, idem D.Reg. Tapia in d. 3. tom. iuris Regni, diſcuſſo plenè articulo refert deciſum, quod non, & qualiter inſtrumentum liquidetur per creditorem carceratum, & infirmum, vide Carauit. in dicto ritu num.22.& 23. & ſcripſi ſupra in concluſ. Creditor infirmus, & qualiter liquidetur per debitorem carceratum, vide de Iudice Roberto in 4. conſid. num.25.fol.37.in paruis, vide Thor.in d.compen. fo.323.in nouis; & quomodo liquidatur inſtrumentum per ceſſionarium, & ſi requiratur pręſentia amborum, videlicet, cedentis, & ceſſionarij, ſcripſi ad D.Vinc.de Franch. in dec.353.in princ. An poſſit liquidari contra mulierem, quod vt in d.rit.166.in princ.& quomodo carcerabitur, vide ibi per Carauit. & clarius de Iudice Ruberto in d.4.conſid.nu.43. fo.45. à terg. an inſtrumentum con-

Digitized by Google

contra prodigum effectum poſt obligationem, & promiſſionem ſolutionis, poſſit via ritus prædicti contra ipſum liquidari, vide D. Vincen. de Franch. in dec. 672. & D. Scipio. Rouit. in fin. ſuorum commentariorum ad Regias pragmaticas ſecundum antiquam impreſſionem, & quando debitor comparet cum prouiſione Iudicis ſuperioris Curiæ ſedente, interponitur decretum, vt ipſe contumax remaneat; verùm elapſo termino debet fieri iterum interrogatio, & liquidatio, ſecundum D. Regentem de Tapia in d. 3. tom. fo. 238. Hinc inſtrumentum ſtipulatum in Regno per Notarium Apoſtolicum circa temporalia abſque Iudice Regio ad contractus, & teſtibus in numero oportuno, non ſolum non poteſt liquidari, ſecundum formam ritus prædicti, ſed etiam nullam fidem facit, nec ei adhibetur, vt poſt Afflict. concludit Carauit. in dicto ritu num. 8. ſequitur Ann. Sen. in ſing. 246 Tartagl. in prax. rer. ciuil. c. 1. num. 36. & Camill. Borrell. in conſ. 52. num. 20. D. Rouit. in pragm. de contract. num. 12. & Ricc. in dec. 225. par. 1. ſed an in iudicio ordinario dato termino, & compilato proceſſu fidem facit, Ann. in d. ſingul. dicit in S.C. fuiſſe dubitatum, & tandem refert iudicatum quod ſic; nihilominus Afflict. relatus per Carauitam, & ipſe Carauit. tenent contrarium, ſ. non probare, ſequitur Camill. Borrel. in d. conſil. & num. vbi addit Ioa. de Amic. & Maxill. ſed Steph. Gratia. in dec. 28. num. 9. concordat cum Ann. vbi ſupra, licet ipſum non allegat, & teſtatur hanc opinionẽ eſſe veriorem: Ego autem concurro cum opinione Afflict. & ſequacium, & in iudicando, & conſulendo non recederem, maximè quia per dictam Conſtitut. inſtrumentorum robur, eſt pro forma inductum, ad hoc, vt inſtrumentum probet in Regno, quod interueniant Iudex Reg. ad contractus, & teſtes ſecundum numerum in ipſa taxatum, quæ Conſtitutio in Regno eſt in viridi obſeruantia, vt dixi ſupra, Thor. in compend. deciſ. verb. Conſtitutio Regni; an inſtrumentum ſtipulatum per Clericum Notarium Apoſtolicum, exiſtente in eo iuramento, valeat, ſaltim in vim priuatæ ſcripturæ, Marant. in conſ. 3 reſpondet quod ſic; quid autem ſi inſtrumẽtum publicum eſt deperditum, & creditor probat per teſtes contra debitorem de eius debito, & redactis in ſcriptis eorum depoſitionibus ipſo debitore citato, an poſſit via ritus procedi, & liquidari contra debitorem, vide Cauenſ. in d. rit. 166. num. 11. & ſeq. & Carauit. in rit. 167. poſt num. 5. verſ. tertio limita; & ad iſtam concluſionem vide D. Rouit. in d. rubr. pragm. in nouis, & Thor. in compen. deciſ. fol. 273. & ſeqq.

Inſtrumentum in quo in margine aliquid ſcriptum reperitur, ſine die, Iudice ad contractus, & teſtibus, non probat, Bart. & alij in l. ſi vnus C. de teſtam. Dec. in conſ. 399. nu. 8. Ioa. Dilect. de arte teſtand. tit. 10. caut. 6. num. 2. Ann. in ſingu. 247. qui ſic obſeruari ait Viui. in deciſ. 17. num. 5. & ſeq. deciſ. 45. num. 3. & 4. poſt Alex. qui notabiliter loquitur in conſ. 59 num. 5. verſ. & quod dicta ſcriptura vol. 2. & in materia multa cumulat Maſcard. in tract. de probatio. concluſ. 113. num. 5. & ſeq. vol. 1. & iterum in concluſ. 495. num. 2. eod. vol qui in terminis huius concluſionis loquitur; imò vt inſtrumentum valeat requiritur locus loci vbi factum eſt, ſecundum Alexa. vbi ſupra, quem ſequitur Cagnol. in d. l. ſi librarius nu. 82. ff de regul. iur. M. A. Natta in conſ. 329 Grauinenſ. in comm. ritus M.C. 164. ſecundum eius computationem par. 1. declarat. 3. num. 17. Addent. ad Iaſ. in l. lecta ante num. 4. ff. ſi cert. petat. & in l non ſolum §. qui nunciat ff. de oper. noui nunc. Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. lib. 2. cap. 84. latiſſimè Steph. Gratia. qui ita iudicatum refert in dec. 28. à num. 2. cum ſeq. qui loquitur in ciuitate populoſa; & quid ſi in ipſo inſtrumento reperiatur raſura, vel cancellatio in parte ſubſtantiali, an ſuſpectum reddatur, quod ſic, ſecundum Alexan. in conſ 104 num. 2. & conſ. 175. vol. 7. Grammat. in dec. 106. M. A. Natt. in conſil. 633. nu. 8. Dilect. in d. cautel. 6. Cauenſ. in pragm. cõcluſione nu. 22. & 23. multa per Maſcar. in dict. tract. concl. 1254. vol. 3. & Grauinenſ. in dicto ritu par. 1. declar. 13. à num. 78. vſque ad 91. vbi refert limitationes; verùm quando tractatur de reaſſumendo inſtrumentum cum caſſaturis, cancellationibus, vel interlineaturis, debet vt iacet cum illis reaſſumi, & ita fuit deciſum in S.C. refert D. Vinc. de Franch. in dec. 485. in fi. vbi addo, ſed ſi in inſtrumento non eſt appoſita ſubſtantia contractus non poteſt reaſſumi, ſecundum eundem D. Vincent. in dec. 567. num 2. Hinc ſi inſtrumentum reperiatur penès debitorem, ſiue cancellatum, ſiue non, qui nõ ſit perſona domeſtica, an inducat probationem ſolutionis debiti, vide DD in l. Labeo ff. de pact. omnino D. Vincent. de Franch. in deciſ. 361. vbi refert dec. ſum in fauorem debitoris, quia multa in facto concurrebant in caſu illius deciſ. vt eſt videre apud eum, qui doctiſſimè, & elegantiſſimè loquitur, & ibi alios addo, nam pro ipſo ſtant tres præſumptiones, ſecundum Bald. in conſ. 437. nu. 5. vol. 5. & Mart. in vot. 103. nu. 11. & 12.

Inſtrumentum vnum faciens, mentionem de alio, vel ad aliud ſe remictere debet, vtrumque edi, & exhiberi, vt poſt Bal. in l. in ciuile ff. de legib. reſpõdet Alex. in conſ. 2. num. 1. volu. 1. ſequitur Dec. in auth. ſi quis in aliquo num. 4. C. de eden. & in conſ. 301. num. 3. Aym. Crauet. in conſ. 112. num. 15. Foller. ad Marant. in tract. iudic. par. 6. act. 10. poſt Dec. in conſ. 503. num. 3. Dñs meus Alphan. in rubr. C. de edend. num. 19. Franc. Becc. in conſ. 5. num. 5. qui allegat Roma. in conſ. 305. verſ. quoad ſeptimum, Tartagl. in prax. rer. ciuil. cap. 3. nu. 14. & 15. Muſcatell. in prax. S.C. in gloſ. mentionatarum num. 10. & Migo. in dec. 96. num. 8. ratio eſt, quia, quando vnum inſtrumentum, ſeu ſcriptura ad aliud ſe refert, vna alteri continuatur ex natura relationis; & inſtrumento ad quod eſt facta relatio non apparente, inſtrumentum referens dicitur virtute carere, ſecundum Alex in d. conſ. & num. per l. in teſtamento ff. de cond. & demõſt. relatum enim eſt in referente cum qualitatibus ſuis, vt dicam infra in concluſ. Relatum; verum quando in inſtrumẽto fit mentio de alio inſtrumento, nõ eſt neceſſe primũ exhiberi, & de illo cõſtare, quando ſecundũ poteſt per ſe principaliter diſponere, vt poſt Bal. ſcribit Afflict. in dec. 273. ante num. 3. & Boer. in dec. 281. num. 5. vide quæ remiſſiuè ſcripſi ſupra in concluſ. Dictio, prout ſed ſi actor, qui tenetur ad exhibitionem inſtrumenti, illud in prõptu non habet, & iuramento ſic affirmat, excuſatur, & in cauſa proceditur ex particulari deciſ. Innocent. in c. 1. de probatio. quem refert, & ſequitur

D. Mi-

D.Minado,qui & alios allegat in dec.40. nu.1. vbi dicit hoc videri indubitabile,quos refert,& ſequitur D.Scipio Rouit.in pragm.5. num.2. de ordin. Iudiciorum,qui & aliam limitationem refert, ſed qualiter debet probari,quod actor in promptu inſtrumentum non habet, idem D.Minado.in dict. deciſ.num. 2. poſt Innoc.Rot. & alios ſcribit ſtari iuramento dicentis illud non habere, & de communi teſtatur,& deciſum refert, accedunt Foller. ad Marant.vbi ſupra num.10. Bolognet.in l.edita num.145.verſ.ſecundo limitatur, & Ann.Sen. qui de exhibitione mandati loquitur in alleg 5.num.6. Add.ad Cappell.Tholoſ.in deciſ.294.vide in materia omnino Gratian. lib. 2. diſceptatio. forenſ. c.262.

Intereſſe debetur creditori cui à debitore debitum in tempore non ſoluitur,& ſic data mora per debitorem,vel lucri ceſſantis, quod eſt ammiſſio lucri à creditore facta ob pecuniam ſibi non ſolutam, nec in tempore reſtitutam,aut damni emergentis, quod eſt detrimentum ꝙ creditor patitur cauſa ſolius mutui,data debitoris mora, ita dicunt DD. in l.vnica C.de ſenten.quæ pro eo,& Theologi quos allegat Iacob.Menoch.in tract. de arbit. Iud. in caſu 119. in addit.in princ. & quod intereſſe lucri ceſſantis debeatur,& de eo ratio haberi debet,tum diſpoſitione iuris ciuilis, vt probat text. in l.at qui natura §. non tantum ff.de negot g. ſt.& in l.3.§ fi. ff.de eo quod certo loco,cum alijs ſimilib. tum ex diſpoſitione iuris canonici, vt in cap.cum venerabilis de except. tum etiam ex ſacris Theologis, vt ſatis pulchrè ſcribit Iacob.Menoch. loco citato, accedunt Lup.de vſur.in 1.commen.§.6.num.18. Anto.Gama in deciſ.110.num.3. Surd.in tract. de aliment.tit.1.q.45.num.28.& 29.& Conita videndus de portio.rati q.142. quod oritur ratione moræ debitoris non ſoluentis, D.Vincent.de Franch. in dec.613.num.16.& dec.642.num.12. & locum habet tàm in contractibus bonæ fidei, quàm ſtricti iuris, ſecundum Menochium vbi ſupra, & ſi Capy.aliter videtur tenere,& loqui in dec.19.n.7. & 8.& hoc quoad intereſſe lucri ceſſantis; quo vero ad intereſſe damni emergentis, data debitoris mora, debetur creditori etiam non ſolito negottari,vt per Plot.in l.ſi quando §.10 .num.30. & §.52, num.17. C. vnde vi, Morot.in conſ.65.& Conſt. vbi ſupra, ſed vt creditor poſſit intereſſe lucri ceſſantis conſequi plura ex eius parte concurrere debent,& in facto probari,vt quia eſt ſolitus mercari,& negotiari, habuit talem mercantiam præ manibus, & veriſimiliter tantum ſuiſſet lucratus, ſecundum vnam opinionem,cuius ſuit author Paul. Caſtrenſ.in d.l.3.§.fi. quem ſecuti ſunt Alex.conſ. 141.num.2.vol.5.Dec.in l.diem functo num.8. ff. de offic. aſſeſſor.& in conſ.322. num.5. Afflict.in dec.20.num.2.Capyc.in loco citato, Rub.Alexa. in conſ.88.num.4.Aym.Crauet.in conſ.320.Rol. à Vall.in conſ.35.num.4. 5.11. & 13. vol. 1: & alij infiniti quos citat Menoch.in d.caſu num.2.& ſeq. & in addit.nu.7.cum ſeqq. quibus accedunt Plot. in d.l.ſi quando §.5.num.17.in fin. & in d.§.52. & num. Cacheran. in deciſ. Pedemon. 143. num.4. Foller. ad Marant.in tract.iudic.par.4.diſt.3.nu.39 Rot.Gen.in dec.74.nu.3.117.150.194.col.fi. 200. & 206.num.3.Mart.in vot.165.num.8. Seraph.in dec.186.& 770. & iſta opinio eſt magis recepta teſte Menoch.vbi ſupra nu.9 in addit. An in cauſa dotis, & vſuris pupillaribus debent requiſita prædicta per Caſtrenſ.allegata probari, vide Gratian. lib.2.diſcept.forenſ.c.240. & ſi ipſe alias duas,ibi, & num.10.opiniones referat,videatur M.A.Nata in conſ.370.Anto.Gabr.in titul. de ſolutio. concl. 10.num.5.vbi etiam duas opiniones refert Lup.in d.§.6.num.117.ſo.35.Maſcar.de prob.concl.933. vol.2.Marcell.Calà de mod.artic.n.164 ſol.80.& Surd.in d.q.45. num.39. & 42. qui ſimiliter duas opiniones refert, & de muliere cui dos ſoluto matrimono per mortem viri non ſuit reſtituta, quid debet probare, ponit, & oſtendit idem Surd. in d.quæſt.poſt num.30.verſ.qui duo,& ſeq. poſt Afflict.in dec.284.& quomodo probetur, quod non emerit fundum ob defectum ſolutionis non factæ, ibid.num.41. verùm cùm probatio intereſſe lucri ceſſantis ſit difficilis, ſecundum Menoch.in dicto caſu num.4.& in addit.num.14. cui accedunt Afflict.in conſtit. eorum fraudibus, & Maſcard.in d.tract.concl.929.num.1. qui alios citat; & nihilominus poteſt præſumptionibus, & coniecturis probari,Menoc.& Maſcar.in dictis locis,& Surd. in d.q.45. num.45. & conſequenter eius probatio, & taxatio Iudicis officio, & arbitrio relinquitur, vt ex d.§.fin. & alijs Doctoribus refert,& oſtendit Menoch. in dicto caſu num.5.& in addit.num.17 cum quo conueniunt Maſcard. in d. concluſ.933. num.22.Anto.Gama in d.deciſ.num.4. Surd.in d.q.45.num.46. & Seraphin.in dec.770. teneturq; debitor illud ſoluere ad illam rationem quam creditor ſoluit ſuis creditoribus, vel quia cæpit pecuniam ad rationem tot pro centenario, ad text.notabilem in l. Lutius Titius ff.de actio. empt. vel ſi creditor habuiſſet illam, collocaſſet in emptionē annuorum cēſuum,ſiue introituum, ad rationem decem pro quolibet cētenario,vt in hoc Regno ſit ex pragm.1.in tit.de cenſib.& docet ſatis notabiliter Ioan.Bolognet.in d.l.1.num.127.C.de ſentent. quæ pro eo: hinc Sacrum Conſilium procedit ad liquidationem intereſſe,vel iuxta damnum, quod creditor,& actor patitur, vel iuxta lucrum ceſſās, vt refert D.Vinc.de Franch. dec.21.num.5. & intereſſe lucri ceſſantis poteſt ab initio taxari inter contrahentes abſque labe vſuræ, ſecundum Dñm Rouit.in pragm.1.num.61.de vſur.in nouis,latiſſimè Gratian.lib.2.diſcept.forens. cap. . . . vide Theſſaur.Iun.in q.71.num.2 par.3. hoc intereſſe poteſt peti non ſolum pro primo anno, quo debitor ſuit in mora, ſed etiam pro alijs annis ſequentibus,vſquequo debitor eſt in mora,vt reiecta opinione Curt.Iun.in d.l.1. num.55. oſtendit, & tenet Cagnol.ibid num.45. ex rationibus quas allegat, ſequitur Gabr.in d.concluſ.10.in fi. Lup.in d.§.6. num.119 ſo.36.& Menoch. qui alios allegat in d. addit. num.29.& 30. Hinc Cagnol.ibid.num.46. infert ex prædictis deberi intereſſe, & peti poſſe, & ſubdit dictum intereſſe, ſeu lucrum aſſumere eandem naturam quam principale habet, & affirmat ſe pluries vidiſſe per Senatum Sabaudiæ ſic iudicatum, & ita ſe alias conſuluiſſe teſtatur Dñs Vincent.de Franch.in dec.254.num.14.licet referat ſemper in S. C. ſuiſſe iudicatum contrarium, vbi alios ad eum addo ita concord. & in nouiſſimis additionibus quibus accedunt Lup. in d.§.6. poſt num. 119. & ſeq. ſol.36. & nouiſſimè Mart.

in

Digitized by Google

in d.vot.165.ad fin.vide Conſt.in d.q.142.'ſed pro opinione Cagnol. videatur omnino Menoch. in ſepius alleg. addit. à num.31.vſque ad fin. eſt benè verùm quod intereſſe tertiarum,ſeu annuorum introituum debetur, & peti poteſt, ſecundum D. Vinc.in d.deciſ.num.13. vbi refert Sacrum Conſilium ita iudicare,& alios addo, ibi. quod tamen intellige in vno, & eodem creditore, & debitore, quando autem quis ſoluiſſet debitum,& intereſſe, & poſtea repetit ab eo, pro quo ſoluit; tunc debetur intereſſe alterius intereſſe ſoluti, ſecundum D.Vinc.vbi ſupra nu.15. qui refert ita iudicatum, ſed an creditori ſolui debet per debitorem moroſum tantum intereſſe quantum ipſe creditor lucraturus eſſet,ſi pecunia ipſa ſoluta fuiſſet, & probaret, recurre omnino ad Anto.Gama in d.deciſ. 110.à num.14. & quando intereſſe lucri ceſſantis taxatur,multa debent deduci, & haberi rationem, ſm M.A.Natt.in conſ 370.& Surd. in d.q.45. nu. 49.& pro coronide adnota,quod debitor moroſus non tenetur ſoluere creditori intereſſe lucri ceſſantis, ſi ob eius paupertatem,& impotentiam non potuit ſoluere debitum principale, ita concludit Afflict.in dec.20.num.3.de quo meminit, & ſequitur Rol.in d.conſ.35.num.25.& conſ.87.num.44. vol.2.Marcell.Calà in loco ſupra citato num.165. & Maxill. in conſuetud. Bari fol.272.num.22. & Mart.vbi ſupra num.10.& lite pendente ſuper inſtrumenti cenſualis reſciſſione cenſus currunt, & debentur,ſecundum D. Vinc. de Franch. in deciſ. 373. vbi addo, conuenit Afflict.in deciſ.93. quia donec debitor non ſoluit,& ſic eſt in mora,cenſus, ſeu intereſſe currunt, & debentur, ita tenent DD. in d.l.1.vt Surd.refert in dec.262. nu.7. ſed reſciſſo inſtrumento prædicto tertiæ, ſeu cenſus, non currunt, nec debentur, ſed tantum intereſſe loco tertiarum,ſecundum D. Reg.Lanarium in conſil. 63. hinc venditori per emptorem intereſſe deberi ratione pretij non ſoluti vſque ad quantitatem fructuum, Affl.in d.dec.20.vbi Vrſill.nu.4. Rola. in conſ.14.col.fi.vol. 2.Burſat.omnino in conſ.11. num.16.& 17.& Fab.Ann.in conſ.15 nu.15.& 16. vbi num.17.refert iudicatum in S.C.dictum intereſſe deberi ad rationem quinque pro centenario, cum quo cócordant Burſat.vbi ſupra,& Honded. in conſ.45.vol.1.& in Rot.Genuen.fuit iudicatum deberi intereſſe prædictum ad rationem ſex pro centenario,vt teſtatur deciſ. eiuſdem Rotæ; vide multa per Vrſill.ad Afflic.qui ſupra,ſed valdè differunt intereſſe à fructibus, ſecundum D.Vincen. de Franch.in dec.642. ſupra citata col.fi. nota iſta, quia ſunt vtilia,quotidiana, & practicabilia,nec ſimul ſic collecta reperiuntur: ad principalem concluſionem adde Conſt.de portio. rati quæſt.142. & Thor.in compend.deciſ.fol.286.& ſeq.

Inuentarium quãdo vſufructuarius interpellatur ad conficiendum, cuius expenſis fieri debet,Caualca. in tract.de vſufru. mul.relict.nu.142.tenet debere fieri ſumptibus petentis, ex allegatis per ipſum, tamen in Senatu Pedemót.fuit iudicatum fieri debere ſumptibus hęreditatis,vt refert D.Theſſ.Iun. in dec.80.ſui Genitoris; An inuentarij copia debet dari petenti ſumptibus hæreditatis, vide eundem D.Theſſaur.in quæſt.forenſ.10.ad fin. par.1. & an hæres cum beneficio legis, & inuentarij deducit expenſas litis quas fecit pro defenſione hęreditatis,vide ibi in fin.remiſſiuè, vide ſi confert Seraphi.in dec.925.nu.3. qualiter autem debet confici inuentarium per hæredem adeuntem hæreditem cum dicto beneficio, vide ſupra in concluſione hæres, quod quãdo eſt ſolemniter factum operatur, ne hæres teneatur vltra vires hæreditarias, ſecundum Dec.in l.ex qua perſona num.2.ff.de regul.iur.& in l.debitori nu.20.C.de pact. & alios citat Surd.in tract.de alim.tit.4.q.10. num.16. ſed ſolum in quantum vires ipſius ſuppetunt,& ſufficiunt,vt ibi,& operatur, atque hæredi prodeſt etiã aduerſus legatum factum piæ cauſæ, adeo quod non tenetur vltra vires,ſm eũdem Surd.in d.tract. tit.8 priuileg.13.num.2.qui ad id multos citat, & vide ſupra in concluſ.Eccleſia, an hæres qui ſoluere promiſit creditori, vel legatario, poſſit contra ipſos vti beneficio dicti inuentarij,Surd.in d.titul. q.22.num.33.poſt Angel.Dec.& Phanuc.quos allegat,tenet quod non, ſed in contrarium eſt veritas,vt dixi in d.concluſ. Hæres: qui ſi non adijt cũ dicto beneficio legis,& inuentarij, tenetur creditoribus inſolidum,D.Vinc.de Franch.in dec.536. nu.2.3.& 7.

Inueſtitura prima, eiuſq; tenor eſt attendenda, Affl. in dec.195.nu.5.vbi Vrſill in verſ.circa vero, Ann. Sen.in ſing.563.& Ann.Filius in conſ.53.num.35. & ſeq.Petr.de Greg.in tract.de conceſſ.feud.f.100 & ſeq.vbi Add. omnino Rot. Lucenſ.in deciſ. 48. col.1.in nouis poſt Franc.Burſat in conſ.122.n.18. etiam quod appareat de mutatione,niſi dicatur expreſsè de conſenſu partium, alias ei derogari non poteſt,ſequitur Camill.Borrel.in ſuo eleganti cóſ. 1.num.123.cum ſeq.idem Franc.Burſat.in conſ.3 num.11.vbi etiam ſcribit,primam inueſtituram per ſequentem declarari, & iterum conſ.46.nu.1. cum ſeq.& num 21.& Magon.in deciſ.Lucen.14. num. 14. & 15. vbi Addent. & debet intelligi ſecundum qualitates, & tenores, ad quas relatio fit, Cardi.Pariſ.in conſ.5. num.6.vol.1. & multa per Fuſc.in ſingular.51. lit.I. & vide Dec.in conſ.183. num.3.& Vrſil.in loco citato,& in conflictu inueſtiturarum quales ſunt attendendæ, Theſſaur. in dec.217.num.14.ſcribit,poſteriores eſſe attendendas: Hinc inueſtituræ renouatio debet peti à poſſeſſore feudi,ſecundum Frecc.de ſubfeud.in 3.authorit.num.10.fo.315.nec aliquod ius de nouo tribuit,ſed vetus confirmat,vt ibi num.12.& quando inueſtitura petitur per nouum ſucceſſorem,renouari; an prima debet oſtendi, & exhiberi, vide eundem Frecc.in loco citato num. 13. Hinc iudicium ſuper conceſſione inueſtituræ eſt ſummariſſimum, imò ſolet ſine libello explicari,ſecundum D.de Pont.in conſ.62.col.1.vbi multa in materia, & ad quem finem fit, ibi num.14. quæ inueſtitura debet peti infra annum, & diem à morte feudatarij,alias de iure feudorum perditur feudum, ſed in Regno quamuis ſit elapſum tempus,non tamen feudum amittitur, ſed cum Curia fit compoſitio, & ſoluitur duplicatum releuium, ſecundum Frecc.in loco citato num. 7. fol.314. D. Vincent. de Franch. in deciſ. 425. ſub num. 1. vbi addo, & hoc procedit in feudo ex pacto, ſecus ſi eſt hæreditarium, quia annus currit non à die mortis feudatarij, ſed à die aditæ hęreditatis, vt idem Frecc.oſtendit in d.tract.lib.3.fo.456.verſ.29.in nouis,& de inueſtitura feudi vacaturi, quæ facta

vide-

videtur à principio, non quando ſeudum vacauerit poſtea, de qua per Ann. in ſing. 264. quæ de ſpeciali iure ſeudorum admictitur, per cap. j. ab Ann. ibi allegatum, Affl. in dec. 292. Iacob. in ſua inueſtitur. in verb. inueſtiuit verſ. quæro etiam nu. 12. Capyc. in dec. 121. in 2. dub. Petr. de Greg. de conceſſ. ſeud. par. 1. q. 3. Iaco. Menoc. in conſ. 1. nu. 420. conſ. 144. num. 2. conſ. 184 in fin. & omnino in conſ. 535. à num. 1. cum ſeq. qui plures caſus diſtinguit, D. Fab. Ann. in conſ. 45. nu. 45. Clar. in §. ſeudum q. 14. & D. de Curte de ſeud. ſo. 21. num. 30. & 41. & multa per Ann. in ſing. 64. Fului. Pacia de prob. lib. 2. cap. 39. num. 33. & 34. Pulcrè D. Conſ. de Georg. de ſeud. cap. 13., & quid importat inueſtitura facta per Regem, per Anulum, aut Biretũ, ita quod habeat vim verę, realis, & corporalis poſſeſſionis, & an pariat interdictum recuperãdæ, aut adipiſcendæ poſſeſſionis, vide Affl. in dec. 299. vbi ad partes diſputat, & finaliter deciſum refert, quod non parit interdictum recuperandæ, ſed ſolum adipiſcendæ, & ita olim fiebat conceſſio, ſiue inueſtitura feudi, ſecundum Petr. de Gregr. in d. tract. ſo. 43. nu. 1. vide remiſſiuè Tiraquell. in tract. delle morte in 1. declar. ſo. 2. verſ. quamquam ſcio, & D. de Curte de ſeud. ſo 35. hodie autem in Regno non requiritur alia inueſtitura, ſed expeditur priuilegium in forma, vt poſt Iſern. Bald. & Paridem docet Campan. in cap. Regni 256 num. 26. & Petr. de Gregr. vbi ſupra num. 2. Iacob. de Franch. in prælud. ſeud. num. 8. & D. Georg. qui ſupra cap. 4. & 8. nam aſſenſus impetratus ſuper venditione feudi facta à Titio Seio, obtinet vim priuilegij, & inueſtituræ, ſecundum D. Rouit. poſt DD. quos allegat in prag. 26. num. 11. de ſeud. quia in Regno ſolemnitates inueſtituræ ſunt ſublatæ, vt ibi nu. 10. verùm priuilegium quod in Regia Cancellaria debet regiſtrari in quinternionibus Regiæ Cameræ, cum alijs requiſitis, ſecundum D. Rouit. in pragm. 1. de fide memorial. nu. 5. & vide eundem in d. pragm. 26. & quanta debet eſſe ſolutio releuij pro noua inueſtitura, vide D. Vinc. de Franch. in dec. 121. & infra in concluſ. Releuium, & in R. C. S. indiſtinctè, denunciata morte domini ſeudi, datur liſta introituum ipſius, offertur releuium, & expeditur inueſtitura abſque litigio, & literæ aſſecurationis ſecundum formam Reg. Pragm. & D. de Pont. vbi ſupra nu. 9. & quid ſi in inueſtitura ſit dictum, & de nouo concedimus, vide Verall. in dec. 17. par. 2. & eundem in dec. 212. & 509. Vrſill. in dec. 128. num. 10. & benè D. de Pont. in conſ. 58. & quomodo inueſtitura probari debet, vide Maſcar. de proba. concl. 940 vol. 2.

Iocalia vxoris non poſſunt per maritum vendi, quia ſunt de appenditijs dotis, & iudicari debent prout de ipſa dote, ſecundum Alex. in conſ. 27. volum. 5. Steph Gratia. in dec. 118. num. 6. & 7. Hinc ſi mulier dat iocalia, ſeu veſtes executoribus pro debito viri, vel filij, contra maritum, vel filium poteſt agere ad illorum reſtitutionem, quia non minus iuuatur velleiano pro aliena obligatione dãdo pignus, quam fideiubendo, prout ſic iudicatum fuit, refert idem Steph. Gratia. in loco citato nu. 1. & 2. ex iuribus, & authoritatibus per ipſum allegatis; An iocalia prædicta, ſiue anuli, quibus mulier deſponſatur in faciem Eeclcſiæ, ſiue in domo ſponſæ, quãtis ſint pretioſa, & magni valoris, ſint ipſius ſpõſę, vide M. A. Natt. in conſ. 317. nu. 3. Surd. in dec. 166 num. 1. & Gratian. vbi ſupra ad finem, qui allegat alios.

Irregularis non ſolum dicitur qui occidit, vel mutilat, ſed etiam qui cauſam dat, vel iuuat ad occidendum, cap. ſicut dignum de homicid. Nauar. in conſ. 21. eod. tit. aut conſulit, mandat, vel opem fert homicidio, idem Nauarr. in conſ. 11. num. 5. & ſeq. eod. titul. & multa per eũdem in Manual. conſ. cap. 17. num. 195. & iterum cap. 27. à num. . cum ſeqq. vide in terminis huius concluſionis elegans conſil. Cępoll. 78. qui plures caſus conſiderat inter criminalia, & Camill. Borrell. qui in pulcro caſu conſuluit in conſ. 62. & vide Didac. Couarru. in clem. & ſi furioſus par. 2. num. 5. ſol. 275. & ſo. 290 à num. 1. cum ſeq. & ſo. 298. à terg. cum ſeqq. & in 3. par. ſo. 316. & in §. vnico per tot. ſo. 323. & Summiſtas in verb. irregularitas, deciſ. caſ. conſc. lib. 2. c. 62. num. 9. & ſeq & c. 64. num. 13. cum ſeqq. ſol. 184. & ſeq. & latè lib. 4. c. 27. ſo. 439. & aliqua per Mart. in vot. 155. num. 3. 7. & ſeq. Hinc irregularitatem quis non inccurrit niſi in caſibus à iure expreſſis cap. is de ſenten. excomm. in 6. & Nauar. in d. conſ. 11. num. 6. & Henriq. in Summa Theol. cap. 1. lib. 14. de irregul. ſo. 842. vide Pariſ. in conſ. 96. vol. 4. & Ricc. in dec. 53. par. 2. & ideo ſi clericus accuſat eius offenſorem citra pęnam ſanguinis, & accuſatus, ſiue offenſor condemnatur ad pęnam corporalem, non efficitur irregularis, cap. 1. de homicid. in 6. & tenet Cauenſ. in rit. 235. num. 23. poſt Afflict. quem allegat, Ricc. in dec. 134 par. 2. An irregularitatem incurrat clericus ſe ipſum defendendo, quod non, ſecundum D. Paſcalem de virib. patr. poteſt. par. 3. cap. 6. nu. 34. ſecus autem pro defenſione patris, fratris, aut aliorum conſanguineorum, vt ibi, vide Ric. in dec. 82. par. 2. & quę irregularitas tollatur per ingreſſum Religionis, vide Ricc. in dec. 82. par. 1. & an ſuper irregularitate ex vitio, ſeu defectu corporis, poteſt Epiſcopus diſpẽſare, Ric. in reſol. 16. tenet quod non, & ad iſtam concluſionem, idem in reſol. 407.

Iudicis præceptum in his, quæ non ſpectant ad eius officium non valet, nec ei parẽdum eſt, & contraueniens non incidit in pęnam l. factum à iudice ff. de regul. iur. & ita poſt Alex. in §. diui ff. de leg. 1. tenet Marant. in tract. de multiplic. alien. nu. 322. vnde infert ipſe, quod quidam Iudex non potuit mandare cuidam Vniuerſitati, quod in ea deberet horologium conſtrui, quia non ad ipſum, ſed ad Vniuerſitates regimen ſpectat; & confirmat in ſimili ex Decio in conſ. 72. num. 2. Hinc Iudicis præcepto iniuſto non obtemperans, non efficitur contumax, ſecundum Rotam Lucenſ. quæ ita iudicauit in dec. 43. in nouis. idem etiam, quando Iudicis præceptum fuit factum ſine cauſæ cognitione, quia vti iniuſtum, non tenet, & reuocari debet, vt ibi verſ. adeo quod ſiue ſo. 56. eſt benè verum, quod quando potuit quis reſiſtere, & non reſiſtit excuſatur, vt per D. Vinc. de Franch. in deciſ. 107. num. 9. vbi addo: Hinc etiam Iudex non poteſt alicui mandare, vt deſiſtat á turbando, vel quod ad poſſeſſionem non accedat, ſi ipſi non liquet, quod pars ad cuius inſtantiam fit mandatum verè poſſideat, Bald. in l. 1. col. 1. verſ. niſi conſtaret C. de prohib. ſequeſtra. pecu. Paul. Caſt. in l. ſuper poſſeſſione C. de tranſa. & Maran. in conſ. 101. n. 14. & ſeq.

&

Digitized by Google

& Viui.in dec.226 n.9.quia interdictum vti poſſidetis,datur poſſidenti ciuiliter tantũ,& naturaliter tantum, Bart.in l.1.ff. vti poſſid. de quo meminit Maran.in tract.de remed.poſſeſſ.nu.17.& pulchrè Mart.in vot.181.in princ.& Seraph.in dec.287.vbi iudicatũ refert, manutentionem non dari illi, qui non reperitur in poſſeſſione tempore litis motæ,& in dec.1106.& multa apud Gratia.lib.2.diſcep.forenſ.c.314.& 384.& lib.3.c.431.& Ric.in reſolut. 366.

Iudex eccleſiaſticus quando ei clericus remictitur cũ actis per Iudicem ſęcularem,non ſolum non tenetur ſtare proceſſui facto per eundem Iudicem ſæcularem tanquam incompetentem,vt poſt Dec.& alios concludit Viui.in opin.405.nu.2.par.1.quem refert Iul.Clar.in §.fi.q.36.ad fin.ſed etiam ſi vult formare inquiſitionem contra clericum, debet ex nouo proceſſu,non ex illo fabricato per Iudicem ſæcularem illam formare,& informationem capere, ſecundum Carolum Ruinum in conſ.7. nu.6. vol.5.quem refert,& ſequitur Baiar.ad Clar. in loco citato in fin. quam opinionem ego intelligo procedere ad condemnandum, non ad alia, per tex.in cap.at ſi clerici in 1.reſponſ.de Iudic.,& adde videndum Ric.in dec.229.par.2. An poſſit Iudex eccleſiaſticus contra laicum de re eccleſiaſtica cognoſcere,vide diſtinct. Anchar.& aliorum in cap.cum ſit generale de for.comp.

Iudex in arbitrarijs non poteſt redargui de eo quod fecit, Aym.Crauet.in conſ.78.num.8. Iacob.Menoch.de arbit.Iudic.lib.j.q.70.num.7.& in caſ.176 num.5.Ioſeph.Ludoui.in deciſ.Lucenſ.1.num.30. & Mago.in deciſ.eiuſdem Rot.43.num.30.& pro ipſo pręſumitur tàm in ſententia diffinitiua,quàm interlocutoria,Paris de Puteo de ſindic.ante nu.8. f.21.Imò in arbitrarijs nõ tenetur reddere rationẽ eius,quod fecit,Iacob.Menoch.in d.q.70.num.12. intellige concluſionem iſtam procedere,dummodo arbitrium ſit regulatum à iure, & æquitati cõſonum, ſecundum Folier.in prax.crimin. in verb. ſtudent num.61.fol.11. & iterum in verb. dentur capitula,vbi ad id citat Rom.in conſ.376.nu.7.vbi Mandoſ.in addit.lit.C. Vrſill.in deciſ. Afflict.225 in fi.Caualc.in tract. de tuto.& curator.num.301. Cacher.in dec.71.num.13.poſt Aym.in conſ.190. num.5. Campan. in cap. Regni 272.num.29. & Viui.in dec.86.num.5.& dec.107.num.18.quia quando aliquid Iudicis arbitrio committitur,intelligitur, vt bono viro commiſſum, vt poſt Didac. Couar.ſcribit Mago.in deciſ.Lucenſ.42. num.21. in fi.& ad iſtam concluſionem vide D.Rouitum in pragm.1. à num.2.de pęnis fo.516.& ſeq.in nouis.

Iudex ſi dat tutorem pupillo, vel curatorem adulto ſeruatis ſeruandis, ſi eodem momento temporis quo fuit creatus tutor, vel curator per decretum, fuit præſtita per ipſum authoritas pupillo,vel adulto in aliquo contractu, ſiue obligatione,aut alienatione, actus non valet, nec obligatio,tanquam factus,vel facta præcipitanter, & ſine cauſæ cognitione,vt poſt Anchar.in conſ.83.num.3.reſpondet Alex.in conſ.218.num.10.vol.2.conſ.123. nu.24. vol.4.& in conſ.163.in fi.vol.5.Dec.in l.2.num.30 C.de eden.DD.in apoſtill.ad Alex.in d.conſ.218 lit.D. Marſil.in rubr.ff.de fideiuſſ.num.86. deciſ. Rotæ Bonon.2.num.6.Rola.à Vall.in conſ.99.nu.26.vol.1.Iacob.Menoch.in tract.de arbit.Iud.lib.1. q.42.num.5.& in tract de præſumpt.lib.2.cap.75. nu.35.Addent.ad Iaſ.in §.vbi decretum nu.69. ff. de offic. proconſ.& in l.2.num.6. ff.de offic.eius, Ann.in ſing.267.Caualc.de tuto.& curato.nu.119. Vrſill.in deciſ.Afflict.249.Rota Aueniõ.in dec.22 nu.9.& ſeq.Maſcar.in tract.de prob.concl.240.& ſeqq. vol.1.latiſſimè Octauia.Simonce.in tract.de decr.lib.3.ſub nu.47.fo.114.& Pet.Foller.in verb. & fiat conteſt.litis nu.28. vbi etiam ſcribit, quod minori inquiſito debet dari curator per diem ante,vel duos, antequam inquiſitus minor examinetur, vt benè informatus de iuribus ipſius, poſſit ei authorare,alias ſi eodem inſtanti quo fuit creatus curator præſtaret eius authoritatem, actus eſſet nullus,allegat ad hoc Marſil.vt ibi per eum,& de Foller.meminit Rol.à Vall.in conſ.3.nu.34. vol.3. latiſſimè Maſcard.in tract.de prob.concl.486.nu. 9.& ſeq.vol.1.prout in ſimili dicitur de Iudice,qui de ſero habuit proceſſum cartoſum,& magni voluminis,& de mane ſententiam tulit, præſumitur ſententia prædicta lata ſine cauſæ cognitione in tam breui tẽpore,& conſequenter dici poteſt nulla,ex ijs quæ allegat Alex.in d.conſ.218.nu.9.quẽ in terminis ſequitur Marant.in tract.Iudic.par.4. diſt.16.num.16.in fin.vbi Foller.num.17.& ſeq.in addit.Gabr.in tit.de ſentent.concl.5.n.34.& cõcl.6 num.5.Menoch.in d.q.42. & de præſumpt.lib.2. c.67.num.31. Ant.Gama in dec.15.nu.13.& Muſcatell.in prax.S.C.in gloſ.ſententiam nu.30. hinc Iudex illius loci vbi pupillus bona poſſidet dicitur competens, in dando, & prouidendo ei de tutore, licet alibi pupillus ſit oriundus, ſecundum Aymo Crauett.in conſ.30.poſt num.1. verſ.quarto videmus,meminit Caualc.in d.tract.num.281. Alexa. verò in conſ.44.num.17.vol.5.tenet contrarium in tutore, ſed in curatore concordat cum Aymo vbi ſupra,per rationes quas allegat, vide tamen Afflict.in conſtitut.minoribus num.12.& ſi pupillus,vel adultus vult alienare eius bona ſtabilia pro ſolutione æris alieni, iux.tex.in l.magis puto §. ne paſſim ff.de reb.eor. & bona ipſa poſſidet in diuerſis territorijs, quis Iudex adiri debet, Mangrell. ad Bart. in l.1. C.de Summa Trinit. tenet requiri decretum vtriuſque Iudicis dictorum territoriorum,licet Aym.vt ſupra,& deciſ.Rot.Aueniõ.135 num.4. teneant, decretum prædictum debere ab illo Iudice interponi, in cuius territorio res, ſeu bona ſita sũt,per l.ſi prædium C.de præd.mino. Ego in facti contingentia bis obſeruaui opinionẽ Mangrell. pro opinione Mangrell. vide D.Rouit.in pragm.de titul.abuſu nu.103. in nouis, qui vt ſæpius audiui,fuit maximus cauſarum patronus in Ciuitate Neap. & ſua tempeſtate grauiſſimæ authoritatis,vt teſtatur D.Scipio Rouit. in pragm.5. col.1.in tit.de Baron. quid ſi pupillus, vel adultus ſit clericus, quis Iudex adiri debet pro interpoſitione dicti decreti,vide Marian.Socc.in cap.j.verſ. 18.de for.comp.& Addent.ad Iaſ.in l.2.lit.E. ff.de offic. eius, & qui erit Iudex competens in dando tutorem clerico pupillo,vide Aret.in §.hoc autem num.3.inſtit.de Actilia.tuto.& Caualc.in tract.de tutore num.228. & quid ſi clericus minor litigat coram Iudice ſęculari contra laicum, an poſſit Iudex ſęcularis dare ei curatorem ad litem, Viuius in dec.387.in fin. tenet quod ſic,poſt Marant.in

tract.

tract. Iudic. par. 4. diſt. 11. n. 64. & ſeq. & vide ſupra in concluſ. Clericus minor, poteſtq; clericus tutor, vel curator laici conueniri coram Iudice ſeculari, ſecundum Dñm Tap. in 1. tom. iur. Regn. fol. 21. num. 15.

Iudex poteſt condemnare reum poſſeſſorem rei ex officio ad fructus, etiam ab actore non petitos, tm̃ Guid. Pap. in dec. 405 ſub nu. 1. vbi refert ita iudicatum per ſupremam Curiam Parlamenti, maximè quando in libello petitur miniſtrari complementum iuſtitiæ, vt ibi in fi. ſequitur D. dac. Coua. lib. 1. var. reſol. c. 3 nu. 1. Ann. in ſing 275. & in ſing. 36. verſ. pro quo facit, Henric. in ſuis com. opinio. concl 220. lib. 1. qui ſolum Guid. Pap. allegat, Muſcatell. in prax. S. C. in glo. ſi nu. 70. & Mining. in obſer. 55. cent 4. vbi etiam an poſſit Iudex condēnare ad intereſſe, & expenſas non petitas, de quo meminit Viui. in opin. 403 nu. 3. par. 1. Hinc reus ſimpliciter condemnatus ad reſtitutionem rei, intelligitur etiam cum fructibus, ſecundum Caualc. in dec. 14. ſub nu. 2. par. 1 etiam ſi de eis nulla in ſententia ſit facta mentio, vt ibi, vide Anto. Theſſaur. in dec. 29. quid autem ſi fructus fuerunt in libello petiti, & Iudex in ſententia ommiſit illorum condemnationem, an poſſint de nouo peti, Guid. Pap. in loco citato nu. 1. tenet quod non, ſequitur Ant. Theſſau. in dec. 135. qui ita iudicatum refert, quorum opinionem intelligo de fructibus debitis Iudicis officio; ſecus ſi ex pacto, vel promiſſione eſſent promiſſi, & ſic iure actionis deberentur; tunc poſſunt peti, nouo tamen iudicio, vt in expenſis, latè ſcribit Surd. poſt infinitos quos citat in tract. de alimen. tit. 1 q 43. num. 4. & 28. An arbiter poſſit ad fructus condemnare, de quibus in compromiſſo facta non ſit mentio, ſed ſolum de fundo reſtituendo, Ann. in d. ſing 36. in fi. refert iudicatum quod ſic, ſequitur Iaſ. in l. Aquiliana num. 8. ff. de tranſact. & Arno. in epit. 35. videatur omnino Stephan. Grati. in dec. 6. vbi aliter tenet, & iudicatum refert, verùm ſiue Iudici liqueat, ſiue non de fructibus, non poteſt in ſententia condemnationem ipſorum reſeruare, vt poſt Bal. tenet Viui in opin. 407. in fi. par. 1. ſecundum impreſſionem Aquilanam de anno 1582. verùm ſolet in dubio reſeruari in ſententia melior deliberatio, quæ poſtea explicatur, ſecundum D. Vinc. in dec. 374. nu. 12. & ſic obſeruatur.

Iudex poteſt ex officio, & circumſtantijs extimare. & liquidare intereſſe, non probatum, ſed deductum in actis arbitrio ſuo, & reum condemnare ad ſoluendum illud, ex deciſ. Bar. in l. j. in fi. vbi poſt alios Bolognet. nu. 168. C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, ſequitur Gramm. in dec. 58 num. 9. Aret. in § fi. num. 6. inſtit. de verb. oblig. Cagno. in l. quatenus num. 23. ff. de regul. iur. Gratus qui de communi teſtatur in conſ. 65. num. 2. volum. 1. Vrſill. in deciſ. Afflict. 23. num. 9. Mandoſ. in conſ. Rom. 281. Adden. ad Alex. in conſ. 173. num. 20. vol. 2. & pro iſta concluſione conueniunt ſcripta per Bar. in l. ſi quid ex Pamphila, vbi Addent. ff. de leg. 2. & Mart. in vot. 152. & pariter poteſt liquidare fructus non bene probatos, ſecundum M. A. Natt. in conſ. 510.

Iudex appellationis ſi videt ſententiam latã per Iudicem à quo nullam poteſt abſoluere reum, ſaluo iure iterum agendi, per text. vbi gloſ. & DD. in cap. dilecti de empt. & vend. Rot. Gen. in dec. 43. nu. 3. vbi allegat Alex. in conſ 79. ſub nu 3. vol. 2. verum pōt confirmare ſententiam latam ex mala causa, ex bona, quia prima non valet cum effectu, vt tenet D. Vinc. de Franch. in dec. 663. nu. 5. & 6. & Gram. in conſil. ciuil. 14. nu. 4. reſpondet, Iudicem appellationis poſſe ex eiſdem actis confirmare ſententiã nullam per Iudicem à quo latam, quę pariter confirmari pōt. & debet, ſi eſt lata, prout proferri debet, & bona ratio non eſt aſſignata, per tex. in l. fi. ff. quod cum eo, & latè Cagnol. in l. 2. in 18. q. & maximè num. 148. C. de reſcind. vend. & plenè D. Vinc. in d. deciſ. num. 1. & ibi de materia, & Cagno. vbi ſupra ex eo in d. cap. cum dilecti, ſed an Iudex poteſt confirmare ſentẽtiam nulliter latam, ſi ei liquet de iuſtitia ipſius, & de bono iure illius qui eam obtinuit, vide omnino infra in concluſ. Nullitas, quæ quæ ex defectu, An Iudex qui protulit ſentẽtiam nullam, teneatur in ſindicatu, vide omnino Farina. in 3. vol. q. 111.

Iudex qui per imperitiam malè iudicauit faciendo litem ſuam, ſi parti læſæ ſoluit intereſſe, an poſſit ab altera parte illud repetere, vel ceſſionem iurũ ab eo cui ſoluit, Farinac. vt cæteros omittam in 3. vol. q. 111. à num. 503. & ſeq. ſi. 907. latiſſimè diſputat, & finaliter concludit quod non, vbi tamen nu. 504 cum ſeq. limitat tribus modis, vide eum qui more ſuo notabiliter loquitur, & vide in materia Campan. in cap. Regni 29. in fi.

Iudex eo ipſo quod ſuſpectus allegatur cum cauſa ſunt ei ligatæ manus, adeo quod ſtante ſuſpitione allegata, non poteſt procedere, quia impeditur vti ſua iuriſdictione, vt conſuluit Alex. nd. in conſ 89. vol. 1. ſequitur Carau. in rit. 265. num. 18. Campan. in cap Regni 217. ad fin. Io Bapt. Conſt. in tract. de retrotract. fo. 242. nu. 3. Ant. Gabr. in titul. de Iudic. concluſ. 5. vbi DD pro vtraque parte allegat, & tandem hanc opinionem tenet, Horat. Mandoſ. in conſ. Rom. 220 lit. B. & Viui. in opin. 397. nar. 1. vide tamen Caraui. in d. ritu num 18. & ſeq. & omnino num. 30. & D. Biloct. in alleg. 8. qui benè loquitur, & D. Roui. in pragm. 1. num. 41. & & ſeq. de ſuſpict. official. in nouis declara per eundem in pragm. 8. eod. tit. & quæ probationes requiruntur in hac materia, vide prag 40. de offic. Sacr. Conſ. Menoch de præſump. & D Rouit. qui ipſum refert in pragm 9. num. 6. & ſeq. eod. titul. An Baro poſſit ſe intromittere in cauſa ſuſpitionis ſui officialis, vide Carauit. in d. rit. nu. 2. & ſeq. & D. Rouit. qui contra ipſum tenet in prag. 3. n. 3. & ſeq. eod. tit.

Iudex poteſt compellere aliquem ad reſpondendum, & deponendum, an apoca, vel ſcriptura priuata ſit eius manu ſubſcripta, ſecundum Dec. in cap 1. nu. 25. de prob. quem refert, & ſequitur Hora. Mãdoſ. in conſ. Rom. 373. Vrſill. in deciſ Affl 85 nu. 6. Addent. ad Iaſ in l. admonendi num. 8. ſi. D. de iur. iuran. Iac. Menoch. in tract. de arbit. Iudic. caſ. 114. num. 12. poſt Gramma. in deciſ. 34. num. 16. & Vrſill. in deciſ. Afflict. 173. num. 1. in fin. qui loquitur in clerico, qui etiam cogi poteſt à Iudice ſæculari, coram quo litigat, an apoca ſit ſcripta ſua propriæ manus, accedit concluſioni principali Caualc. in dec. 27. num. 58. par. 2. & procedit, atque hoc fieri poteſt tàm ante litem conteſtatam, quàm poſt, & Mandoſ. in loco citato, qui Dec. Curt. Iun. & Rip.

allegat

Digitized by Google

allegat etiam ad finem comparationis faciendæ, vt per Annam in ſing. 177. & in notabili caſu Foller. in praxi cenſuali in verb. tanquam res iudic. nu. 62. fol. 228. in nouis, vbi loquitur de apocha. quæ per debitorem producitur aduerſus liquidationem, & executionem inſtrumenti cenſualis, quæ ſi non eſt recognita, & verificata non impedit, ſed poteſt cogi creditor, qui eam ſubſcripſit ad recognoſcendum, & ea recognita ſuperſedetur, vt ibi. & ita debet intelligi Carau. in rit. 174. ad fin. ibi quarto illa, alias malè loqueretur, & adeó procedit concluſio iſta, quod etiam ſi eſſet petita remiſſio cauſæ ad alium Iudicem, quę aliter non fit, nec ſuper ea prouidetur, niſi prius facta recognitione apocæ, ſiuè ſcripturæ priuatæ, vt teſtatur D. Vinc. de Franch. deciſ. 590. nu. 3. vbi addo alios, quia hæc eſt vna ex præeminentijs Mag. Cur. Vic. vt teſtatur Carau. in d. addit. per me allegatus.

Iudex non poteſt eſſe teſtis, nec validum teſtimonium reddere in cauſa, quæ coram ipſo agitatur, vt probat gloſ. in cap. ſtatuendum 2. q. 6. l. ob carmen in princ. ff. de teſtib. quia duplici officio fungeretur, quod non admictitur l. quiſquis C. de poſtul. cum alijs, quæ Maſcard. allegat in tract. de probat. concl. 950 in princ. vol. 2. vbi n. 3. poſt Doctor. in cap. cum à nobis de teſtib. Ampliat etiam finito officio per ſententiam tamen quando veritas aliter haberi nõ poteſt, amoto eodem Iudice ab officio poteſt teſtificari, & teſtimonium reddere, vt habetur in cap. dilecto de teſtib. & Maſcard. in loc. cit. ad fin. & ita audiui annis præteritis Neap in notabili caſu conſuluiſſe doctiſſimum D. Reg Salernitanum, & in materia vide D. Vinc. de Frãch. in dec. 185. 398.

Iudex domicilij, vel originis poteſt de iure cõi, etiam per inquiſitionem cognoſcere. & procedere de delictis per eius ſubditum commiſſis extra territorium, ẽt ad finẽ puniendi, eſtoquod Baro hoc non habeat in priuilegio & ita pluries deciſum refert in Sacr. Conſil. Dominus, & nunquam ſatis laudatus Vinc. de Franch. in deciſ. 66. & in additionib. ipſius poſitis in 2. par. eius deciſ fol. 126. ſecundum primam impreſſionem de anno 1588. vbi alios, addo ſequentes deciſiones prædictas, & pariter tenentes contrarium, corroboratur opinio iſta, maximè qñ Iudex domicilij, aut originis præuenit in citatione reali, tunc Iudex delicti nullo modo põt prętendere remiſſionem delinquentis à Iudice domicilij, vt poſt Anchar. Socc. Sen. & Couarr. concludit idem D. Vinc. in deciſ 88. nu. 5. & in deciſ. 505. à nu. 9. cũ ſeqq. qualiter debet eſſe iſta præuẽtio, vide Baiard. ad Clar. in 9 fin. q 38. nu. 82. licet remiſſiuè, vbi qñ non prodeſt ibi, & nouiſſimé D. Ronit. in pragm. 1. nu. 68. & ſeq. in tit. vbi de delicto. Hoc etiam nõ tenetur remittere inquiſitum, & captum cum re furtiua ad Iudicem loci furti commiſſi ſecundum Capyc. in deciſ. 104. vbi refert ita deciſum per S. C. & hoc iure etiam vtitur hodie S. C. teſte eodem D. Vinc. de Frãch. in deciſ. 681 & ſi Clar. in q. 38. verſ. ſcias, aliter teneat, & vide Ann. in ſing 438. vbi addit, & in quibus alijs caſibus remiſſio delinquentis fieri non debet, vide Doctor. quos remiſſiue addo ad d. deciſ. D. Vinc. 67. tàm in addit. antiquis, quã nouis. Quid ſi Reg. Cur. præuenit tàm in citatione verbali, quàm reali, quia habet delinquentẽ in manibus, & Iudex originis, vel domicilij peteret remiſſionem delinquentis extra ſuum territorium, ſi id expreſsè non continetur in eius priuilegio non poterit remiſſionem prædictam obtinere, vt tenet Pet. Foll. in verb. audiantur excuſat. ante nu 130. fol 98. in nouis, vbi notandum in practica reputat, & iterum in conſt. Capitaneorũ poſt n. 49. verſ ſed ſi carceratus fol. 138. Quid ſi vaſallus alicuius Baronis delinquat in territorio alterius Baronis, & ambo Barones ipſi habẽt in priuilegio facultatem, & poteſtatem cognoſcendi de delictis commiſſis per eorum vaſallos, & alios, ẽt extra territorium, cum clauſula abdicatiuè, & priuatiuè, ſi Iudex delicti præueniat in capiẽdo delinquentẽ, an Barone, ſiuè Iudice domicilij petente remiſſionẽ ſui vaſalli debet remiſſio fieri, vide Pet. Foll. in d. verb. audiãt. excuſ. nu. 65. 69. 70. 75. & 127. qui tenet debere attendi priuilegium antiquius dictorum Baronũ, vt per eum, qui pulchrè, & ſubſtantialiter loquitur, addo videndum D. Rouit. in pragm. 5. in tit. vbi de delict. & in nouiſſimis ſcriptis ibi, & ppea Domini Iudicantes debent exhiberi facere priuilegia Baronum, & illa legere, & bene verba ipſorum ponderare, iuxta ea, quæ ſcribit D. Vinc. in d. deciſ. 105. ad fin. & Petr. Foll. in conſt. ſtatuimus nu. 125. fol. 123. Quid ſi vaſallus meus deliquerit extra territorium meum, ob quod vidua offenſa querulauit offenſorem in M. C. vel in R. A. eligendo illam in eius forum formiter, & poſtmodum variauit à d. M. C. vel R. A. ad Curiam meã, an vaſallus meus debet remicti ad eãdem Curiam meam, vide d. Pet. Foll. in conſt. Capitaneorum n. 70. & 71. vbi in fin. affirmatiuè tenet, & refert ſic iudicatum fol. 140. hinc Iudex cognoſcit, an ſit ſua iuriſdictio l. 2. ff ſi quis in ius voc. & D. Vinc. de Frãch. in deciſ. 551. n. 15. & ad materiam præſentis cõcluſionis, vide in pulchro caſu Petr. Foll. in d. verb. audiant. excuſ. á nu. 65. cum ſeqq. & poſt nu. 78. & 127. & D. Rouit. in d. pragm. 16. & ſeq. & n 33. 41. & in alia q̃ſtione D. Vinc. de Frãch. dec. 129. & 316. nu. 4. & in alio caſu Carau. in rit. 301. nu. 31. & Foller. vbi ſupr. nu. 114.

Iudex poteſt mandare creditori, vt expenſas ſubminiſtret ſuo debitori pauperi carcerato ad eius inſtãtiam, ipſumque alat ad rationem vnius ducati pro quolibet mẽſe, & ſic denariorum 20 pro qualibet die, ſi carceratus eſt vilis, & ignobilis, ſecus ſi eſt pſona qualificata, & nobilis, quia ſolet fieri taxatio ad rõnem carolenorum duorum pro qualibet die, & ita fuit deciſum in Sac. Conſ. de menſe Februar, 1596. referente D. Marc. Ant. de Ponte tunc Reg. Conſiliario, nunc autem Regente, & Præſide S. C. meritiſſimo, ac Marchione S. Angeli, contra creditores V. I. D. Octauij de Iulianis pęnes Secretarium, & vaſallum, & ſolet ſic practicari, & fit ordo creditori, quod ſubminiſtret expẽſas debitori pauperi ſtante paupertate, & quod prima die compareat ad videndum iuramenta teſtium examinandorum ſuper paupertate, & deinde capitur informatio de ea, & cõſtito ſummariè interponitur decretum, quod creditor ſubminiſtret expẽſas prædictas, alias debitor liberabitur, & ſi incipit ſubminiſtrare, & poſtea deſiſtit interponitur aliud decretum, ꝙ continuet, alias liberetur, & ita obſeruari in M. C. V. teſtatur, atque docet de Iudice Roberto in prax. liquid. inſtrum. in 4. conſider. poſt nu. 72. fol. 64. in paruis, & ante ipſum Scaglion. ſuper rit. 164. nu. 24. & ita debent intelligi Anna in ſing. 279. Farinac. in tit. de carcerib. q. 27. nu. 149 Surd. in tract.

de aliment.tit.1.q.71. & Intrigl.in ſing.141.& hoc in debitore paupere carcerato non habente vnde ſe alere, vt ſupra, & ſi hoc remedium nolit adhibere, petat ſe admitti ad miſerabile beneficium ceſſionis bonorũ, vt per Afflict in deciſ.71.& pulchrè Viu.in deciſ.529.maximè nu.5. qui bene declarat, quid autem ſi debitor pauper, qui non ſolum eſt carceratus, ſed infirmus, ſolet M.C.Vicar. obſeruare, quod aſportetur ad domum crediroris, vt ſuis ſumptibus illum faciat curare, & ſi illum creditor accipere noluerit & neceſſaria in eius infirmitate ſubminiſtrare. Conſueuit poſtea illum dimictere, & licentiare, vt idem de Iudice Roberto, aut alius in loco citato teſtatur, & ita audiui ſeruari in dies in d.M.C.Vic. & in regia viſitatione, quæ in eadem qualibet die Sabbati fit hoc ordinatur, & in ſimili conuenit Petr.Foller.in prax.crim. in verb.notatos capiat in fin.fol.39 in nouis, ad iſtã cõcluſionem adde Muſcat.de appellat. in gloſ.detinebitur nu 68.& ſeq. & Ricc.in reſolut.34.

Iudex in pronunciando debet ſequi partium voluntatem, ſecundum quam debet ſententiam ferre, l. ſi conuenerit ff. de re iudic. nam Iudex nihil aliud quærit, quam vt partes ſint concordes, & ſecũdum earum concordiam cõtrouerſiam dirimere, vt per Surd. in tract.de aliment. tit.8. priuil.75.nu.4: verùm vbi agitur de tranſactione, ſiuè conuentione facta per partes ſuper alimentis, contra text.in l.cũ ij ff. de tranſact. eſto, quod partes conſenſerint ſuper obſeruantia tranſactionis, Iudex non debet contra illam iudicare d. l. cum ij in princ.vbi Angel.col.1. verſ.ſequitur, qui dicit hoc eſſe ſpeciale in tranſactione facta ſuper alimentis, vt Iudex non ſequatur partium voluntatem, ſed motum animi ſui, refert & ſequitur Surd. in loco ſupra allegato num. 9. & poteſt Iudex ex officio remouere turorem tanquam ſuſpectum l.tutor §.præterea ff.de ſuſpectis tutor. vide tamen Afflict. in deciſ. 207. & D.omin Vincent. de Franch. in deciſ.8. num.8. & 9.

Iuramentum licet iuranti obſtat, vt nullo temporis ſpatio poſſit præſcribi etiam centum annorum, vt per Igneum in l.neceſſarias §. non alias 4. part. nu. 19.& ſeq.ff.ad ſyllan. Tamen in Senatu Mantuano fuit iudicatum contrarium, vt refert doctiſſimus Surd. in deciſ.3. vbi multis modis Igneo, & eius fundamento reſpondet, quem in ſpecie reprobat, vt eſt videre apud ipſum, quia & ſi iuramẽtum perpetuat actionem, hoc tamen intelligitur vſque ad 40.annos, ſecundum Marſil.in ſing.141. Boer.in deciſ.328.in fin.Roland.in conſ.25.num. 30.vol.2. Petr.Duen.in regul.306. Vrſill.ad Afft. in deciſ.139.nu.3.Franc.Burſat.in conſ.23.nu.21. Magon.in deciſ.Lucæ 60.nu.4.Surd.vbi ſupra nu. 15.Camill.Borell.in conſ.40.nu.35. & Marta in voto 133 nu.4.& 6.

Iuramentum habet vim clauſulę rato manẽte pacto, vt in pulchro caſu reſpondet Alexan. in conſ. 206. nu.1.vol 7.Maranta in ſuis ſingul.in verb.iuramẽtum, Vrſill.in deciſ.Afft.397.ſub num.3.poſt Doctores in l. ſi quis maior C. de tranſact. Farinac.in q.107.nu.95.& D.Bilotta in tract de abſolut.à iuram.fol.7.Gratian.lib.2.diſcept.forenſ.cap.302. à nu. , cum ſ.q. & quando habet vim ſpecifici, & expreſſi ad declarationem doctrinæ Bald. in l. fin. C.commod. vide Boer.in deciſ.3.nu.8. Rubeum, Alex.in conſ.43.num.14.omninò Ant.Gabr.in tit. de iureiur.concl.4 aliqua per Paul.Fuſc.in ſingul. 50 lit.I. Hinc regulatur, & aſſumit naturam actus ſuper quo interponitur l.fin. C.de non numer.pecun. Ant.Gabr.latiſſimè in d.tit con.luſ.vlt. qui de communi teſtatur Ioſeph Ludou. in deciſ. Peruſ. 65.nu.15.Magon.in deciſ.Florent.64.nu.53.aliqua per Paul.Fuſc., in ſing 77. lit.I. Item iuramentum habet vim clauſulæ ſi nõ valet, vt ago, &c.idem D. Bilotta in d.tract.fol 69 nu.17. & latè Morot.in cõſ.51.vbi alias virtutes refert, & habet vim interpellationis: adeò quod cõſtituit debitorem in mora abſque interpellatione, Ant Gabr.in tit.de iureiur.concl.2.Roland.in conſ.77 nu.19.vol.1.& Hõded.qui alios citat in conſ.50.num.3.& in conſ.56. nu.16.17.Item habet vim clauſulæ ſe facturum, & curaturum, Surd.in deciſ.234.nu.13. ac etiam vim hypothecæ ſpecialis, ſecundum eũdem Surd. in deciſ.225.nu.10.11. addo D.Theſaur.Iun.in q. forenſi 74.part.2. qui in notabili caſu loquitur, & deciſum reliquit, hinc etiam iuramenti loco ſuccedit promiſſio facta ſub fide, & verbo veri Principis, Surd.in d.deciſ.234.nu.9.& in deciſ 159.n.19. eſt bene verum, quod non alterat naturam actus, ſuper quo interponitur, nec mutat naturam illius, ſuper quo eſt interpoſitum, ſeu appoſitum, Menoch. in conſ 17.nu 6.nec operatur vltra conſenſum, vel quãdo adijcitur actui, qui valere non poteſt ex defectu ſubſtantiæ, & deficientis conſenſus, Mandoſ. latè ad Roman. in conſ. 520. ad fin & Gabr.in d. concl.vlt nu.2.vbi ſunt aliæ limitationes, nec operatur in his, quæ non dependent ex poteſtate iurãtis, vt quia contractus reprobetur fauore tertij, Surd. qui infinitos allegat in tract. de alim. tit.1. q.1.nu. 19.ſed intelligitur appoſitum rebus ſic ſtantibus,l. quod ſeruius ff.de cond.ob cauſ. Ioſeph.Lud.in d. deciſ. n.17. Magon.in deciſ.Flor.ſupra allegat.nu. 52. Surd.in deciſ.3. nu.13. & Farinac. in d. q.107. nu.411.hinc etiã infertur, quod iuramentum ſupplet præſentiam partis, vt poſt Alex. Iaſ.& alios, tenet Roland.in conſ.19 nu.39.vol.1. Cauale.in deciſ 42.nu.14.par.1. Magon.in deciſ.Flor.39. n.12. Surd.in deciſ.10. in fin. & Io Bapt.Conſta in tract. de retrotract.fol.274. nu.3. & eſt tantæ potentiæ, quod ex ſtipulatione Notarij abſenti facta, acquiritur ipſi etiam ſi nullus ſit, qui ſtipulationem recipiat, ſecundum Alex in conſ.185.nu.8. vol.6. Roland.in conſ.ſupra alleg nu 30. Ant.Gabr.in tit.de verb oblig concl.1.nu.69.& operatur tranſlationẽ actionis abſque ceſſione, quæ per eam acquiritur, Roman. in conſ 76. ante nu.1. vbi Mandoſ.in addit.lit.C. Rolãd.in loc.cit.nu.31.Gabriel vbi ſupra nu 70.Magon.in d.deciſ.nu.13.& Flam.Cartar.in deciſ.Genuæ nu.7.vide tamen Conſta in loc.ſupra alleg.nu.4.& ſeq. Quod iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale, & ex parte eius, cui iuratur eſt reale quoad obſeruantiam, ad quam hæres tenetur cap.veritatis de iureiur. Afflict.in deciſ.381.in fin. & D.Vinc.de Franch.in deciſ.83. nu.6. vbi addo, accedunt Roland.in conſ.17.nu.17.vol.1. Cauale. in deciſ.30 nu.20.par.1.deciſ.9. par.2. Ioſeph.Ludou.in ſuis comm.opin.concl 16.verſ.infertur 56. fol.45. & latè Craſſus de ſucceſſion.in §.tranſmiſſio q.31.nu.5.fol.127. poſt Gabriel in d.tit. concl. 6. qui limitationes refert Ricc. in reſolut. 484. & Gratian.lib.1.diſcept.forenſ.cap.14.nu.17. & ſeq.

&

& poſtquam hæres obligatur ad obſeruantiam iuramenti præſtiti per defunctum, ſi vult aliquid dicere contra contractum iuratum, an debeat petere abſolutionem à iuramento, Alex in conſ. 151. nu. 11. vol. 7. tenet, quod non, ſequitur Cardin. Pariſ. in conſ. 75. nu. 21. & 23. vol. 3. Guid. Papa in deciſ. 224. num. 3 Dec. in conſ. 202. ad finem, Marſil. in ſingul. 546. Anna in allegat. 28. nu. 2. vbi multa in materia vide Gagliard. in tractat. de abſolut. à iurament. cap. 2. à num. 10. vſque ad 30. & omninò D. Bilottam in tractat. prædicto fol. 97. & 98. an hæres poſſit de periurio accuſare, vide Capyc. in deciſ. 75 & dicam alibi, Deo dante, adde videndum Euerard. in loco à vi, & efficacia iuramenti, item iuramentum habet vim interpellationis, & conſtituit debitorem in mora abſque ipſa, vt poſt Gabriel. Roland. & alios tenet Honded. in conſil. 50. nu 3. 56. nu. 16 17. vol. 1. & Gratian. lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 307. nu. 20.

Iuramentum ſupplet defectum inſinuationis in tantum, quod donatio cum iuramento facta excedens quingentos ſolidos valida eſt abſque inſinuatione, vt poſt Ioan. Andr. & Federic. de Senis, reſpondet Alex. in conſ. .. nu. 10. vol. 1. vbi refert ſic fuiſſe conſultum per Dominos Pacem de Aquila, Ioan. de Anan Ioan. de Imola, Florian. de S Petro, Iacob. de Zocch. Angel. Aret. Marian. Soccin. & Franc. de Aretio, vbi Doctores in apoſtillis, ſequitur Roland. à Valle in conſ. 19. nu. 48. & ſuſius in conſ. 38. vol. 1. qui de magis communi teſtatur Iul. Clar. in §. donatio q. 18. verſ. quæro, Ant Gabriel in tit. de donation concluſ. 1. nu. 66. Viuius in opin. 212. nu 5. par. 1. vbi etiam de magis communi teſtatur vterque Anna in ſingul. 159. Iacob. Menoch. in conſ 1. num 377. Henrich. in ſuis opinion. concluſ. 54 fol. 10. concluſ. 113 fol. 18. lib. 1. Verall. in deciſ. 286. par. 1. Ludou. Morot. in conſ. 52. D. Fab. Anna in conſ. 108. num. 24. & latiſſimè omnium, quem hucuſque viderim, D Horat Mādoſ. in conſ. Roman. 26 liter. E. quem libenter allego cum nomen meum habeat, prout de Fabio Turretto, dicit idem Fab Anna in conſ. 120. nu 15. verum omnibus iſtis Dominis minimus ſum, quia non ſum dignus corrigiam calceamentorum eis ſoluere, de Mandoſ. cum alijs Modern. meminit addit. ad Magon. in deciſ. Lucæ 38. liter. F. quibus accedunt nouiſſimè Franc. Viu in deciſ. 353. nu. 1. Farinac. in deciſ. 876. Ludou. Peguer. in deciſ. 148. & Ioan. Baptiſt. Conſta in tract. de port. rat. quæſt. 125. videatur Marc. Anton. Eugen. in conſ. 7. retenta igitur ſupradicta opinione magis communi illa, ſecundum Clar. in loc. alleg. veri. retenta procedit, ſi in ſpetie cum iuramēto inſinuationi, & iuribus de inſinuatione loquentibus fuit renunciatū, quem refert, & ſequitur Magon. in deciſ. Flor. ſupra citata nu. 23. 24. & ſuſius nu. 4. vbi pro iſta opinione infinitos Doctores citat. ſed additio ad Magon. in d. deciſ. Lucæ 38. tenet contra Clar. & alios, ſequendo Horat. Mandoſ. in d. loco, videlicèt renunciationem ſpecialem inſinuationis non requiri, ſed ſufficere iuramentum appoſitum in donatione, quod ſupplet ipſam. & cum hac opinione conuenit etiam Roland. à Vall. in conſ 70. nu. 36. & ſeq. vol. 2. vbi de magis communi, & veriori teſtatur, quem cum Cephal. Decian. Sim. de Præt. Rot. Roman. citat, & ſequitur addit. prædicta ad Magon. vbi ſupra, & ſi Surd. in tract. de alim. tit. 8. priuil. 72. nu. 3. ſcribit inſinuationi non poſſe renūciari, allegat inter alios Dec. in conſ. 432. nu. 10. vbi Doctores in apoſtillis, & Gabr. in d. concl. 1. nu. 9. qui tamen loquuntur in renunciatione non iurata, vt animaduertit Gabr. vbi ſupra nu. 10. alias loquerentur contra magis commun. opin. ſupra relatā, verùm periti Notarij tàm Neapol. quàm alibi forſan ad euitandum has opiniones contrarias in inſtrumentis donationum apponunt renunciationes inſinuationis, & ll. loquentium de ipſa, etiam cum iuramento; concluſionem principalem limitat D. Mandoſ. vbi ſupra, non procedere in donatione facta inter patrem, & filium, aut maritum, & vxorem, nam licet ſit iurata, non tamen tollitur defectus inſinuationis, ex quo in ea concurrunt duo defectus Primus, quia donatio caret inſinuatione. Secundus, quia eſt facta inter perſonas prohibitas, vnde pro eius validitate duo iuramenta requirūtur, citat pró hac limitatione Barbat. & Dec. & refert ita iudicaſſe Rot. Rom in vide tamē Magon. in d. deciſ. 64 num 17. vbi Doctores pro vtraque parte allegat, & Viu in d. deciſ 453 nu. 3. & in quibus caſibus inſinuatio non requiritur, nec neceſſaria eſt, vide Surd. in d. priuileg. à nu 4. cum ſeq. & tit. 9. q. 19. nu. 10 & ſeq & latiſſimè Ant. Gabr. in d. concl. 1. vbi recurrendum eſt; & ad principalem concluſionem adde videndum Ioſeph. Ludou. in ſuis comm. opin. concl. 17. D. Io. Andr. Georg. in alleg. 33. nu. 16. & ibi de materia, an concluſio iſta procedat in Regno, in quo ſola facti veritate proceditur, vide D. de Ponte in conſ. 84.

Iurans omnia contenta in inſtrumento vera eſſe, & non contrauenire, excluditur ab exceptione ſimulationis non obtenta prius abſolutione à iuramento, vt deciſum fuit in Sac. Cōſ refert Afflict. in deciſ 60. nu. 1. 2. Gramm, qui allegat alios in deciſ 89. Vrſill. ad Afflict. vbi ſupra, quibus accedunt Ioan. Crot. in l. nemo poteſt col. 18. verſ quinto quærit, Bart. ff de leg. 1. Viu. in opin. 425. nu. 6. par. 1. & Cacher. in deciſ 41. nu. 6. Pariſ. conſ. 53. col. pen. vol. 12 vide tamen Rol. à Vall. in conſ. 47. vol. 4. vbi aliter loquitur, & Marſil. in ſing. 654. & Gramm. in deciſ. 45. in princ Hinc infertur, qđ quando allegatur inſtrumentum ſimulatum debet ſpecies ſimulationis declarari, ſecundum Dec. in conſ. 463. nu. 8. ſequitur Vrſill. ad Affl. vbi ſupra nu. 5. parte tamen petéte, vbi ibi, idem Dec. & Cagnol. in l. imaginaria, ille in fin. & iſte nu 8. ff. de reg. iur. Anna Sen. in alleg 77. nu. 1. vbi ad alias infert quæſtiones, & in ſing. 313. addit. ad Alex. in conſ. 111. liter. A. vol. 3. Tiraqu. de retract. conſang gloſ. 14. nu. 5. 6. 1. Viui. in deciſ. 104. Maſcard. in tract. de probat. cōcl. 448 & 558. nu. 1. vol. 1. & Rut. Flor. in deciſ. 77. nu. 11. Grat. lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 255. nu. , nec libellus generalis ſuper ſimulatione procedit ſecundum Anna, qui ſupra: eſt bene verum, quod principalis contrahens, & eius hæres non poteſt allegare ſimulationem inſtrumenti, ſed à tertio tantum, contra quem fuit facta, & commiſſa ex deciſione Bald. in l. emptione num. 1. verſ. quæro qualiter C. plus valere, quod agitur, & Maſcard. latiſſimè in d. tractat. concluſ. 439 nu. 31. & 32. quia allegaret turpitudinem ſuam, & eſſet particeps fraudis, vt ibi, & ad principalem concluſionem, vide eundem Maſcardum in concluſ. 447. nu. 22. & ſeq. & num.

38. eodem vol. 1. & qualiter probetur inſtrumentum ſimulatum, vide ibi, & in pluribus concluſionibus præcedentibus, & ſeq. & Viuium, aut alium in opin. 832. par. 2. in impreſſis Aquilæ, & in opin. 425. Pract. Papienſ. in for. libell. contra inſtrumentum in gloſ. tūn quia, vbi Addit. fol. 184. in nouis, Becc. conſ. 52. & Farinac. de falſ. & ſimulat. q. 162. & Gratian. vbi ſupra.

Iuriſdictio conceſſa per Regem, aut alium Principem Baroni, non poteſt ab eo auocari, nec poteſt concedens in primis cauſis vaſallorum, ipſi Baroni conceſſis ſe intromictere ex particulari deciſ. Bald. in l. 1. q. 43. ff. de rer. diuiſion. ſequitur Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 9 author. fol. 342. in nouis, Petr. de Gregor. de conceſſion. feud. par. 7. q. 2 à nu. 7. & ſeq. vbi notabiliter loquitur fol. 222. & ita reſpondet Marc. Ant. Natta in conſ. 580. nu. 4. Roland. à Valle in conſ. 16. nu. 13. conſ. 48. nu. 22. vol. 2. conſ. 78. num. 3. eod. volum. conſ. 4 nu. 10 á terg. conſ. 75. nu. 15. vol. 3. & conſ. 21. à nu. 10. cum ſeq. vol. 4. qui infinitos Doctores ad id allegat, Cacheran. in deciſ. 29. nu. 3. D. Fab. Anna in ſingul. 631. in addit. D. Lanar. in conſ. 52. nu. 5. Montanar. in pragm. 4. nu. 17. in tit. de adminiſtrat. vniuerſitat. & D. Senator Theſſaur. Iun. in conſ. poſito poſt addition. ad deciſ. ſui Genitoris nu. 1. & ſeqq. quia in præiudicium Baronis, qui ipſam habuit ex contractu, & iure proprio fieri non poteſt, ſecundum D. Regentem de Curte de feud. fol. 28. à terg. nu. 12. qui tamen refert vidiſſe aliquando obſeruatum in cauſa ardua, quod pro illa vice cauſa remaneret in tribunali ſuperiore citra præiudicium priuilegiorum Baronis, D. de Ponte in tractat. de poteſt. Proregis fol. 92. nu. 19. & D. Regēs de Tapia in 1. tom. Iuris Regni fol. . . . & ego multoties ſic vidi ordinatū per Collaterale Conſilium, & vide Frecc. in d. tractat. in 35. author. poſt nu. 3. fol. 366. omninò Grámat. in vot. 28. num 3. & ſeq. & Thor. in compend. deciſ. fol. 458 col. 1. in nouis, & confert D. Rouit. in pragmat. 3. de fodo n. corroboratur concluſio principalis, quia reſpectu Baronis iuriſdictio à Rege conceſſa, videtur priuatiuè, & non cumulatiuè cum per Regiam pragm. 2. quæ incipit quærula in tit. vbi de delicto, prouiſum eſt, quod pro primis cauſis vaſalli non poſſant extrahi, nec euocari à proprio domicilio ſui incolatus, & per illam ita ſcribit Petr. Foller. in conſtit. Regni non ſine grandi ſub nu. 7. verſ. item hodie fol. 105. poſt Gramm. in deciſ. 30. nu. 9. Anna in loco ſupra citato, qui de Grammat. non meminit, nec de Foller. Vrſill. in deciſ. Afflict. 41. no. 3. & D. Rouitus in d. pragmat. & Maxill. in conſuetud. Bari fol. 73. & de d. pragm. meminit D. Vincent. de Franch. in deciſ. 541. ſub nu. 1. vide omninò D. de Curte vbi ſupra, & ſubdit Foller. in d. loco, quod tempore Illuſtriſſimi Don Perafanni huius Regni Proregis expeditus fuit ordo, quod nulla prouiſio expediatur à Regijs Tribunalibus ſuperioribus, vt quis à proprio domicilio, & incolatu extrahatur, niſi pro cauſa priuilegiata, & ad inſtantiam perſonarum priuilegiatarum, qui ordo fuit anno prędicto 1606. confirmatus per Collaterale Conſilium, verùm in cauſa nobilitatis poteſt extrahi à proprio domicilio, quia in illa non habet locum remiſſio, D. Rouit. in pragm. 3. num. 6. in tit. de offic. Sac. Conſ. qui refert ita deciſum in Sac. Conſ. eſt bene verùm, quod in dubio iuriſdictio videtur conceſſa cumulatiuè, & nō priuatiuè, vt poſt Roman. oſtendit Gramm. in d. deciſ. nu. 9. Anna Sen in d. ſing. 631. Carauit in rit. 295. nu. 17. Foller. in verb. audiantur excuſat. num. 67. Mandoſ. in conſ. Roman. 393. liter. A. Roland. à Vall. in conſ. 48. nu. 25. & cōſ. 80. vol. 2. Maxill. vbi ſupra nu. 16. in fin. Grand. de bell. exul. fol. 61. nu. 2. Maſcard. in tract. de prob. concl. 945. nu. 15. vol. 2. omninò Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. lib. 2. cap. 18. poſt Ioſeph. Ludou. in ſuis comm. opin. concl. 20. vide etiam Auend. de exequ. mand. Reg. lib. . quando autem iuriſdictio dicatur priuatiuè conceſſa, vide Foller. in loc. ſupra citat. poſt d. nu. 67. verſ. aliquando, poſt Capyc. in deciſ. 9. num. 14. Gramm. in d. deciſ. Ludou. in d concl. 20. à prima fall. cum ſeq. fol. 60. & D. Vinc. de Franch. in deciſ. 417. nu. 7. & 8. vbi iſtos, & alios allegaui ibi in apoſtillis meis, & in ſpecie eundem D. Vinc. in deciſ. 722. & quando iuriſdictio dicatur conceſſa in officium, vel in feudum, vide D. de Ponte in d. tractat. fol. 54. nu. 25. & fol. 91. poſt Frecc. in d. tract. in 9. author. & omninò in deciſ. 2. & D. Vinc. de Franch. in deciſ. 370. col. 1. & deciſ. 722. nu. 25. & D. de Curte de feud. fol. 28. videatur in materia, & in pulchro caſu Marc. Ant. Eugen. in conſ. 30. Hinc quando iuriſdictio eſt conceſſa alicui, intelligitur conceſſum omne id, quod eſt neceſſarium pro ipſius exercitatione l. 2. ff de iuriſd. omn. iud. D. Vincent. de Franch. in deciſ. 679. nu. 5. quæ poteſt haberi, & acquiri abſque territorio, quia caſtrum, territorium, & iuriſdictio ſūnt quid diuiſa, ſecundum Boer. in deciſ. 237. nu. 16. quem refert, & ſequitur Paul Fuſc. in ſing. 93. lit. I. ſed contra certas perſonas, contra quas extenditur vbicumque deliquerint, Foller. in conſtit. errores num. 16. Camill. Borrell. ad Bellug. in Specul. Princip. rubr. 11. fol. 48. verſ. quod ſane intelligendum eſt, ſed vt plurimum iuriſdictio conceditur cum territorio, ſecūdum Foller. in d. conſtit. nu. 18. Hinc etiam infertur, quod iuriſdictio præoccupata potior eſt, D. Vinc. de Franch. in deciſ. 582. de iuriſdictione delegata pluribus, & pręoccupata ab vno, an alij poſſint procedere, vide text. in cap plures de offi. deleg. & Marant. in tract. Iud. par 4 diſt. 16. nu. 6. ſed an iuriſdictio ſpecialiter alicui cōceſſa adimat iuriſdictionem generaliter alteri conceſſam, aut de iure competentem, quando de intentione concedentis conſtat, vide eundem D. Vincent. in deciſ. 723 nu. 7. & ibi de materia, & iuriſdictio alicui cōceſſa, poteſt altero de quatuor modis alteri concedi, vt ibi nu. 2. & quid ſi fuit cōceſſa iuriſdictio alicui, vt nullus alius cognoſcat niſi talis, an ſit denegata potētia cognoſcendi alijs Iudicibus, quod ſic, ſecundum D. Vincent. in d. deciſ. nu. 8. vide tamen Vrſill. ad Affl. in deciſ. 41. & Ricc. in deciſ. 69. nu. 11. 12. par. 1. & quando plures iuriſdictionem habent, & poſſident inſolidum, vnus non punit alterum, etiam diuiſione facta inter eos, D. Vincent. de Franch. in deciſ. 274. col. 1. vbi addo, & qualiter iuriſdictio probetur, vide Maſcard. in tract. de probat. concl. . . vol. 2. Hinc poteſt inferri, quomodo iuriſdictio dicatur vſurpata, & quæ ſit eius pœna contra vſurpantem, Iuriſconſult. in l. 3. in fin. ff. ad leg Iul. maieſtat. imponit pœnam læſæ maieſtatis, ſaltim in ſecundo capite contra illum, qui magiſtratū ſuſcepit, & exercet, cum ſit perſona priuata,

&

& ita per illum text.tenet Capic.in deciſ.130.num. 21. quod eſt intelligendum quando hoc doloſè facit ſecundum Robertum Marantam in conſ. 114. nu.1. addo omninò videndum Farinac.in 4.vol.q. 114.Honded.in conſ.vltim.vol.2.ſecus ſi à caſu,vt ſcribit Afflict. in conſtit.ea, quæ ad decus ante nu. 30. & Farinac. vbi ſupra nu. 20. nam vſurpare iuriſdictionem eſt facere, & ſtatuere illud, quod ad ſe non ſpectat ſecundum eundem Afflict. in conſtit.ſi quis in poſterum nu.8.in fine. Hinc etiam non licet Baroni exercere merum imperium in eius Terra ſi ipſi conceſſum non fuit, alias priuatur iuriſdictione, & Terra prædicta, vt ſcribit idẽ Afflict.in d.conſtit.ea,quæ ad decus nu.29. & Vrſill.in deciſ.265.num.105. & ideò in Regno plures pœnæ licet diuerſæ fuerunt impoſitæ contra vſurpantem iuriſdictionem, vt eſt videre per Capic.in d.deciſ.à d.nu.21. in fine cum infinitis ſeqq. & ibi latè de materia Anna Sen.in conſtit. Regni terminum vitæ nu.150.cum ſeqq. refert omnes Conſtitutiones Regni imponentes pœnas vſurpatæ iuriſdictionis licet diuerſas, vt ibi per eum, vide etiam capit.Regni contra effrenatas 21.in ordine, Nigri per quod imponitur pœna mortis, & ad materiam vide Iſern.& Afflict.in conſtit diram,& duram, Maranta vbi ſupra, & aliqua per Camill. Borrell. in conſ.10.maximè col.fin. An dicatur iuriſdictionem vſurpare,qui illam exercet extra territorium inter eius ſubditos, Foller.in conſtit. in quæſtionibus tenet, quod non nu.14. ſed tantum vt turbator iuriſdictionis tenetur clarius Farinacc. in d. q. 114.nu.21. & ſeq. poſt Luc.de Pen. quem allegat, & vide Marc.Ant.Eugen.in conſ.31.Hinc faciens actum iuriſdictionalem ad bonum finem quando iuriſdictionem non habet, forſan,vt tollantur ſcãdala,rixæ, & violentiæ, non poteſt dici iuriſdictionis vſurpator ſecundum Foller. in capit.Regni ad regale faſtigium num.6 per illum text.vbi notandum reputat,de Iudice occupante alienam iuriſdictionem ponit Arno, in problemate 40. & Iacob. Menoch.de arbitr.iudic.caſu 320. & multa cumulat D.Rouit in pragm.1.& in rubr.de iuriſdict.ad inuicem non turba. & ad materiam iuriſdictionis vide Bellugam in Specul.Princip.rubr.22. fol.119. in nouis,& D.Vincent.de Franch. in deciſ.458. & iuriſdictionem exercens,quam non habet vltra, quod facit actum nullum punitur, & pœna corporali,Pariſ.conſ. 124.num. 11.& ſeq.vol.4.& vide Marantam in d.conſ.114.

Ius accreſcendi locum habet in ſubſtitutionibus, & fideicommiſſis vniuerſalibus ſecundum magis communem opinionem,vt teſtatur Cardin.Mantica in tractat. de coniectur. vltimar.voluntat. lib. 10. tit. 3. à num.1. & ſequ. fol.265. Marc.Anton. Natta in conſ.323. num.3. Michael Graſſ in §.ius accreſcendi q.21. num.2. & nouiſſimè Marc. Anton.Peregrin.in tractat.de fideicommiſſ.art 9.ſub num.8. vbi alios allegat, & in materia vide Iacob. Menoch. in tractat. de præſumptionib. lib.4. cap. 86. quod tamẽ ceſſat inter ſuccedentes diuerſo iure, vt per Peregrin. vbi ſupra nu.5. & iterum in artic. 38. num. 7. & pariter locum non habet inter fideicommiſſum particulare, & vniuerſale, idem Peregrin. in dicto nu.5. quod etiam in multis alijs caſibus ceſſat, vt ibi per eum, & aliqua Surd.in deciſ. 152. colum. 1, licet enim ius accreſcendi locum habeat in legatis, ſi legatarius velit l. 1. §.vbi autem C. de caduc. tollend. Bart. in l.re coniuncti nu.51. vbi Ripa num. 183. ff.de legat.3. Iaſ.in l.vnica nu.12. C. quando non petent.partes, & portio accreſcit portioni l.ſi totum, vbi Bart. ff. de acquir.hæredit. & in d.l.re coniuncti nu. 48. & alij ibidem,& maximè Ripa num.157.& 200.Cagnol.in rubr. C.qua, non peten.partes nu 38. Gomez.in tractat.variar.reſolut. lib.1. cap.10. nu.38. cum alijs allegatis per Surd.in tractat. de aliment. tit.9. q.5. col.1. atque applicat portionem ipſo iure,non autem medio exceptionis,vt ibi nu.3. Tamen in legato alimentorum ius accreſcendi locum non habet,ſi pluribus eodem contextu verborum factum eſt, quia alimenta non ſunt multiplicabilia, & reiterabilia, vt Bart. inquit in d.l.re coniuncti nu.42.allegat text.in l.Dominus §.1. ff.de vſufruct ſequitur Iaſ. ibi nu.174. Ripa nu.141. & alij multi, quos Surd. refert in loco citato nu.6. 7.9. licet nu.8.citat aliquos tenentes contrarium, tamen num.9.teſtatur opinion. Bart.eſſe veriſſimam,cui accedunt Craſſus in d.§. ius accreſcendi quæſt. 17. & Marc.Anton.Peregrin.in d.art.9.ſub nu.4.hinc Surdus,vbi ſupra à nu.16. cum ſeqq. ampliat procedere in legato veſtimentorum, in legato victus, & alijs modis,vt ibi per eum, qui infinitos allegat. Item ius accreſcendi non habet locum in legatis, quando legatum fuit agnitum, ſecundum Marc. Ant.Natta in conſ.305. nu.1. & Camill.Borrell.in conſ.13.in fin.& Viui.in deciſ.306.nu.2.& in multis alijs caſibus ceſſat ius accreſcendi,vt dixi ſupra, quos etiam congerit Ripa in d.l.re coniuncti à nu. 156. cum ſeqq. & Craſſ. in d. §. ius accreſcendi, quod quidem ius accreſcendi in legatis poſſe prohiberi admittunt omnes, vt fatetur Surdus in loco ſupra allegato nu.15. vbi ad hoc citat Iaſ.in d.l. re coniuncti nu.208. & Ripa nu.133. cui aſſentit Peregrin.in d.tractat.art.11.num.65.verſ.difficultas, qui extendit etiam in fideicommiſſo vniuerſali, vt ibi, & in d.art.9. nu.3. Secus autem in inſtitutione vniuerſali,in qua teſtator ius prædictum prohibere non poteſt, ſecundum Iaſ.& Ripam in locis ſupra, & numeris citatis, quos & alios refert idem Surd.in dicto loco,vbi de communi teſtatur,& videndum Surd. in d. deciſ. 152. vbi an ius accreſcendi poſſit prohiberi per teſtatorem, & omninò Marc.Ant.Peregrin.in d.art. 11.num.66.qui dicit, quod maiores noſtri in hac quæſtione variarunt, & quinque in medium refert opiniones , vt eſt videre apud eum,reliqua videas in d.artic.9.& Craſſus in dicto §.ius accreſcendi. vbi per ipſum habes benè declaratos terminos . An ius accreſcendi locum habeat in feudis à Principe conceſſis, vide Doctores,quos vterque Anna Pater,& Filius allegant in ſingul. 293. quibus addendi ſunt Mandoſ. in conſil Roman 315.littera D. Vrſill.in deciſ.Afflict.293. num.5. Marc.Anton.Natta in conſ.464. ſub nu.12.omninò D Lanar.in conſ.13. & D.Carol.Tap.in l.fin.cap.2.num.4.fol.116.ff.de conſtit. Princip.Amed.de Põte in tract. de laudem. quæſt. 32. num.22. & ſeq. & latè Iacob.Menoch. in tractat.de præſumptionib.lib 3.cap.93.num.20.& ſequ. videatur Loffred. in conſ. 15. & an locum habeat in contractibus vltro , citroque obligatorijs, vide Dec.in conſ.108.ad finem, & Tiraquell.in l.ſi vnquam in verb. donatione largitus numer. 122.



Digitized by Google

Seraph. in dec. 154. & 161. & quid in contractibus ſimpliciter, vide Craſſ. in d. §. ius accreſcendi q. 24 & an locum habeat in donatione cauſa mortis, vide M. A. Natt. in conſ. 587. & Craſſ. vbi ſupra q. 26 & an ius accreſcendi habeat locũ in legitima, vide Mart. in vot. 69. nu. 4. & 17. & in materia præſentis concluſionis vide Gomez in d. c. 10. ſupra alleg & Gratia. lib. 3. diſcep. for. c. 451. An legatũ factum à teſtatore pluribus tutoribus, ſeu executoribus, vno repudiante, vel mortuo, an accreſcat acceptãtibus ratione laboris, Aluar. Valaſ. in conſult. 46. tenet q̃ ſic, ſequitur Conſt. de portio rati q. 175. & pro limitatione totius materiæ iuris accreſcendi, vide Iaſ. in l. ſi duo patroni nu. 6. ff. de iur. iura.

Ius accuſandi de adulterio, an tranſeat ad hæredes & extraneos, D. Vincent. de Franch. in deciſ. 184. & clarius in dec. 240. num. 2. poſt Doctores quos allegat, ſic diſtinguendo concludit, aut vir fuit conqueſtus in vita, & talis conqueſtus fuit probatus, & hæredes poſſunt accuſare, aut non fuit conqueſtus, & accuſatio non competit, vbi ego in apoſtill. meis alios allego; An ius accuſandi de priuato delicto tranſeat ad hæredes, vide Capy. in dec. 75. nu. 2. & quid ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam quis vult proſequi, vide Ritum M. C. V. 191. & ibi Caraui. & Farinac. in titul. de accuſat q. 12. num. 7. & quid ſi fuit lis conteſtata, Iuriſconſult. in l. iniuriarum ff. de iniur. determinat quod ſic, latiſſimè Farinac. in 3. volu. q. 105. num. 169. fo. 585. An ius accuſandi actione iniuriarum, ad pęnam cedi poſſit, vide Petr. à Plaz. de delict. cap. 47. per tot. & Farinac. in dicta quæſt. num. 108. & an ius reuocandi donationem ex capite ingratitudinis tranſeat ad hæredes, Guid. Pap. in dec. 214. concludit quod non, & infinitos allego ad D. Vincent. de Franch. in dec. 339. & an ius reuocandi ex contractu tranſeat ad hæredes, vide Surdum de aliment. titul. 1. quæſt. 48. num. 52.

Ius adeundi hæreditatem paternam trãſmittitur per filium ad quoſcumque hæredes ſuos ex potentia ſuitatis, Alex. in conſ. 20. nu. 1. vol. 1. conſ. 89. ſub num. 2. vol. 2. conſ. 199. num. 5. & conſ. 206. num. 2 vol. 6. & iterum conſ. 168. num. 15. vol. 7. ſequitur Gozad. in conſ. 56. num. 8. Cępbal. in conſ. 56. nu. 4 Caualca. in tract. de tuto. & curat. á nu. 69. Aſcan. Clemen. in tract. de patr. poteſta. effect. 13. num. 3. Anto. Theſſaur. in dec. 87. nu. 1. in fi. D. Fab. Ann. in ſuo eleganti conſ. 1. poſt num. 5. & ſeq. & Mich. Craſſ. de ſucceſſ. lib 2. §. tranſmiſſio q. 23. & non ſolum ad ſuos, vt ſupra, ſed etiam ad extraneos hęredes, ſecundum communem tranſmictitur, de qua teſtatur Iaſ. in l. ſi filius num. 6. ff. de acquiren. hæred. vbi Addent. ſequitur Aſcan. Clem. in dicto effectu num. 3. in fin. Caualcan. vbi ſupra num. 70. Craſſ. in d. §. tranſmiſſio q. 24. num. 1. latè Surd. in deciſ. 138. num. 9 D. Fab. in d. conſil. & num. & benè Mart. in vot. 121. num. 6. D. de Pont. in conſ. 19. num. 42. & 43. Grat. in dec. 235. col. fi. & Raudenſ. de analog. in append. par. 1. nu. 224. licet regulariter diſponitur, quod hæreditas non adita, non tranmictitur, Cæphal. qui ſupra num. 1. hoc intellige, elapſo anno, quia nec ius aliquod adeundi tranſmictitur, Pract. Papienſ. qui concord. allegat in forma libelli, quo petitur hæreditas ex teſtame. in verb. purè num. 6. & clarius in forma libell. pro hærede ab inteſt. in verb. coram num. 2. niſi ſit filius minor infante, qui hæreditatem non aditam omnium ſuorum aſcendentium tranſmittit, vt ibi; An ius adeundi hæreditatem maternam tranſmictatur p filium ad hæredes quoſcumque, quemadmodum eſt dictum ſupra circa hæreditatem paternam, Caualca. in loco citato num. 71. tenet quod tranſmictitur ad deſcendentes, ad extraneos vero nequaquam, qui Bart. Paul. Caſtr. Corn. & Rolan. allegat per tex. in l. 1. C. de his qui ante aper. tab. & eſt de mente Cæphal. in d. conſ. 65. num. 5. addo Alexand. in conſ. 89. num. 2. ſupra citato, D. Fab. Ann. in d. conſ. 1. num. 13. & Aſcan. Clem. in dicto effect. 13. num. 4. in princ. qui in eodem numero in verſ. vnde puto, ſic declarat hanc opinionem, aut filius eſt infans, & tunc matris hæreditatem nõ aditam in patrem traſmictit iure patrio, per l. ſi infanti C. de iur. delib. Aymo. in conſ. 210. num. 7. & D. Fab. in allegato conſ. 1. num. 10 & 13. in fi. & ante ipſos Alex. in conſ 168. num. 15. ſupra citato, vbi etiam extendit ad Auum paternum, vel proauum, & Clemen. in d. effect. num. 2. per tot. quia prouiſio d. l. ſi infanti eſt contra regulas iuris communis, quibus cautum eſt, hæreditatem non aditã non tranſmicti, vt ſupra dictum eſt, ergo ad alium caſum non debet extendi, vt ibi latius per Alexan. Verall. in dec. 67 par. 2. Theſſaur. in d. deciſ. nu. 3. & D. Fab. in d. conſil & num. 10 & 13. qui num. 33 46. 47. 48. & 49. benè declarat l. ſi infanti, & iterum in obſeru. 6 verſ. nec dicatur, & in materia d. l vide Doctores quos allegat Alphan. Peruſ. in coll. 45. eamq; exornat idem D. Fab. in coll. 320. poſt Clement. in d. effect. num. 11. & ſeq. & Mart. in d voto; aut filius ſiue ſit infans, ſiue non, tranſmictit iure ſuitatis hæreditatem, per d. l. 1. C. de his qui ante aper. tab. quæ loquitur de tranſmiſſione hæreditatis, quæ fit in deſcendentes, non in aſcendentes, vt per Gozad. in conſ. 80. num. 7. Aym. in d. conſ. 110. num. 6. in fi. & conſ. 221. in fi. & D. Fab. in d. conſil. nu 7. & 50 & M. A. Eugen. in conſ. 25. num. 75. & ſeq. immo diſpoſitio d. l. duo requirit: Primum, quod hæreditas ſit aſcendentium: Secundum, quod tranſmittens ſit de liberis, & ad quos fit tranſmiſſio ſint hæredes, ſecundum Nattam in conſil. Alex. 42. in fi. vol. 7. Camill. Borrell. in conſ. 4. n. 56 & D. Fab. in d. obſeruat. verſ. tranſmiſſio, ad extraneos vero hæredes hæreditas matris tranſmictitur per beneficium reſtitutionis in integrum, ad hæreditatem ipſam adeundam, & ita conſuluit Cæphal. in d. conſ. 56. in 1. dub. ſequitur Clemen. in d. effect. num 6. & ſeq. latiſſimè Surd. in d. deciſ. 138. num. 10. vide tamen Theſſaur. vbi ſupra nu. 5 vel etiam per ius deliberandi, ſecundum Aſcan. Clement. in ſępius citato loco num. 9. quod durat anno ſolum, l. cum antiquioribus C. de iur. deliber. & Practic. Papienſ. in locis ſupra alleg. licet in hoc contrarium teneat Craſſ. in d. §. tranſmiſſio q. 21. num. 3. vbi tamen limitat. & quia dixi ſupra filium infantem iure ſuitatis hæreditatem paternam non aditam ad quoſcumque hęredes, etiam extraneos tranſmittere, vltra allegatos ſupra, addo Roman. in conſ. 58. in 2. dub. vbi Mandoſ. lit. C. concord. citato, ſequitur Viui. in opin. 352. num. 2. p. 1. deciſ. Pedem. 57. num. 2. Alphan. Peruſ. in coll. 202 Theſſaur. in allegata deciſ. num. 2. & Steph Gratia. in dec. 236. num. 16. ſed requiritur, quod hæreditas ſit paterna, & filius ſit in poteſtate, ſecundum

D. Fab.

D.Fab.in d.ʼobſeruat. poſt princ. An clauſula codicillaris operatur tranſmiſſionem hæreditatis nõ aditæ, quod ſic, vt poſt Ioa. Dilect. oſtendit Mart. in vot. 85. num. 19. vbi multa ponit in materia tranſmiſſionis, an procedat in filio emancipato, Viui. in opin. 235. num. 1. par. 1. poſt infinitos quos allegat, & ſequitur, tenet filium emancipatum hæreditatem patris non aditam, non tranſmictere, & de communi opinione teſtatur, ſequitur Gom. in 1. tom. variar. reſolut. cap. 9. num 24. Craſſ. de ſucceſſ. §. tranſmiſſio q. 23. num. 3. ſed Practic. Papien. in locis citatis contrarium tenet: Hinc tranſmiſſio hęreditatis in hæredem hæredis non fit, D.Fab. in d. conſil num. 19. Item hæreditas ſororis non adita non tranſmictitur, ſed ad eius hæredem tranſmictitur beneficium reſtitutionis in integrum, vt Roman. reſpondet in d conſ. 58. in 3. dub. & teſtatur Mad. ſ. ibi lit D. opinionem iſtam eſſe crebriorem, vbi in minore & infante non adeunte loquitur, licet in hærede infantis teneat contrarium, D.Fab. in d. conſ. 1. num. 20. & 21. qui infinitos refert, & de communi teſtatur, & exornat l. Pantonius ff. de acquir. hæred. poſt Sfort. Odd. in tract. de reſtit. in integr. fo. 377. & ſeq. Hinc poteſt dubitari, an filius hęreditatem matris nõ aditam trãſmictat, ſicut trãſmictit hæreditatem patris, vt ſupra, idem Aſcan. in d. tract. & effect. à nu. 11. & ſeq. ex profeſſo diſputat, & finaliter concludit qđ non, quia d. l. ſi infanti, matrem non comprehendit, & poſt multos DD. quos citat poſt d. num. 15. fatetur iſtam eſſe veram, & communem opinionem, ſequitur D. Fab. de Ann. in dicta obſeruat. 6. verſ. nec dicatur, licet eodem numero referat alios Doctores tenentem opinionem contrariam, quam ſimiliter commuuem fatetur; & tandem in verſ. vnde dicerem concordat opiniones prædictas, legatur queſo, quia iudicio meo ſatis notabiliter loquitur, ſed quid dicendum ſi filius, vel filia infans patri ſuperuixit, & deinde moritur, Auo paterno, vel matre ipſius ſuperſtitibus, ad quem ipſorum ius adeundi hæreditatem non aditam tranſmiſſum videatur iſta quæſtio videtur eſſe de difficilibus, quæ in iure noſtro examinari poſſit, vt fatetur Theſſaur. in ſępius allegata deciſ. 88. in princ. vbi refert Dec. in conſ. 210. illam indigere deciſ. Cæſarea, & pro matre allegat Dec. tàm in d. conſil. quàm in conſ. 87. num. 2. 245. num. 1. 331. num. 5. & infinitos alios ibi, à num. 1. cum ſeq. addo Mart. in d. vot. 121. nu. 7. & à nu. 3. refert DD. tenentes pro Auo, & inter alios Aſcan Clemen. per me ſupra allegatum. ponderatq; d. l. ſi infanti, ibi iure patrio, licet ante num. 4. dicat hanc opinionem videri ſibi duriorem, quamuis in iudicijs ſeruanda ſit, & reſpondet ad DD. allegatos contra matrem, & num. 5. & 7. duas alias opiniones refert, vt eſt videre apud eum, & finaliter refert vna vice iudicatũ per Senatum de anno 1563. Matrem, & Auum ſimul admictendos; ſed alia vice, cùm quæſtio iſta in Senatu diſputaretur, per maiorem partem Dominorum fuit contra matrem reſolutum, & ita pronunciatum, nõ obſtante reſtitutione, ſed inquit ipſe in fine, quod nõ recederet à prima deciſ. quod ambo admictantur, vide Mart. in d. vot. 121. limitat tamen Aſcan. Clem. in d. effect. 13. nu. 15. in fi. & num. 16. concluſionem noſtram principalem duobus modis. Primò, non procedere quando hæreditas adiri non poteſt, vt quia tabulæ teſtamenti ſunt clauſæ, ex Roman. in conſ. 228. num. 3. ergo non poteſt tranſmitti, ſecundum eundem Rom. in conſ. 40. ſub num. 4. quem ſequitur Caſſan. ibi per Mando. alleg in addit. lit. D. Secundò limitat, conſiderato iure hodierno authenticorum, ex quo iure pater non occupat hæreditatem infantis iure patrio, iuxta text. in d. l. ſi infanti, ſed tanquam hæres filij per auth. defuncto C. ad Tertul & tradit gloſ. in d. l ſi infanti in verb. infanti quæſita, vbi Bar. dicit, hoc eſſe vtile ſcire, & quod pater, mater, & fratres infantis decedẽtis, ęqualiter ſuccedant, docet Aſcan. Clemen. in loco citato num. 17. poſt Bal. Rom. Alex. & Corn. quos allegat, addo Mart. in d. vot. 121. à num. 2. cum ſeq. & D. de Pont. in conſ. 19 num. 47. & ſeq. contrariam opinionem in hac ſecunda limitatione amplexus fuit D. Fab. Ann. in d. conſ. 1 pluries allegato nu. 16. poſt Ang. Salyc. Caſtr. Alexand Cuman. Rub. & Vaſq. quos citat, & ſequitur, mouetur ex d. l ſi infanti, vbi hæreditas infantis delata ad ſolum patrem iure patrio tranſmittitur, ergo ad alios extendi non debet, vt ex Alex. & alijs fundatum eſt, & Paul. de Caſtr. ibi num. 9. reſpondet ad omnia, quæ in contrarium allegari poſſunt, vide Verall. in d. dec. 67. ſupra allegata, & ſi diceretur, aduerte quod d. auth. defuncto eſt ius nouum, & poſterius, ergo venit ad correctionem iuris antiqui, d. l ſi infanti, reſpondet ꝙ legum correctio eſt euitãda, quando expreſſè correctio ipſa non fit, l. præcipimus C. de appell. Iaſ. in l. qui in aliena num. 10. ff. de acquir. hæred. & ſatis pulchrè D. Vinc. de Franch in dec. 666. nu. 4. & 5. Nauarr. in conſ. 24. num. 1. de priuileg. nec d. auth. defuncto cenſetur corrigere caſum ſpecialem poſitum in d. l. ſi infanti ſecundum gloſ. in l. ſciendũ ff. qui ſatiſd. cogan. quam reaſſumit Iaſ. ibid. nu. 5. nam d. auth. defuncto, vbi lex noua debet intelligi, & diſtingui ſecundum d l. ſi infanti antiquam, vt per gloſ. & Iaſ. vbi ſupra num. 4. & ita tenendum eſt: Ad principalem cõcluſionem vide Ant. Gom. in d. c. 9 num. 7. verſ. octauo infero fo. 79. & ſeq. & iterum num. 48. & ſeq. & ex quibus cauſis tranſmiſſio impediatur, vide Rober. Maran. in conſ. 142 Gomez. in d. cap. 9. & Surd in deciſ. 140. à num. 14 vſque ad fin. vide etiam in pulcro caſu Rober. Marant. in conſ. 42. num. 3. & quid de iure prætorio, quo iure filius habet beneficium abſtinendi, vide Gomez vbi ſupra nu. 21. fol. 79. & an ius delatum à ſtatuto etiam non agnitum tranſmittatur, vide D. Vinc. de Franch. in dec. 32. vbi latiſſimè addo, & ad iſtam concluſionem vide aliqua per Teſſaur. Iun. in q. 78. p. 4. & Paſcal. de virib. patr. poteſt. p. 3. c. 10. nu. 39. & ſeq.

Ius adeundi hæreditatem non eſt in bonis debitoris, l. pretia rerum, vbi Bar. & alij ff. ad leg Falcid. Ant. Gom. var. reſolut. in 1. tom. cap. 9. poſt num. 1. vbi Add. lit. A. fo. 74. & D. Vincent. de Franch. in deciſ. 101. num. 24. vbi addo, nec venit appellatione bonorum, ibi nu. 25. niſi quoad ius tranſmiſſionis, ibi num. 27. quo loco ſimiliter addo, & dixi ſupra in præcedenti concluſione: nec cedi poteſt ob rationem prædictam, quia non eſt in bonis debitoris antequam hæreditas adeatur, & ita fuit deciſum in Sacro Conſilio teſtatur idem D. Vincent. in deciſ. 60. vt ipſe refert in deciſ. 101 ſub d. num. 27. verſ. & ad prædicta faciunt, vbi ad alias quæſtiones

infert,

Google

inſert, & Thor. in compend. deciſ. fol. 298.

Ius congrui, quod ratione vicinitatis competit, vicinitas in eo conſideratur per ſubtus, per ſupra, per latera, per capita & per communionem, ſecũdum Napodan. in conſuetud. ſi domus nu. 104. in tit. de iure congrui fol. 347. in nouis, quem refert, & ſequitur Robert. Maranta in tract. de multipl. alienat. nu. 122. & Maxill. in conſuetud. Bari fol. 136. nu. 9. & ſeq. in nouis. licet alijs verbis vtatur, & non allegat Napodan. Hinc agenti iure congrui ſufficit probare ſe eſſe collateralem, ſeu vicinum aduerſarium emiſſe, & poſſediſſe, aut poſſidere, vel dolo deſiiſſe poſſidere, vt docet Afflict. in deciſ. 338. ſub nu. 8. de quo meminit Buccin. ad Napod. licet remiſſiuè in conſuetud. ſi quis emit verſ. de validitate in tit. de iure congrui fol. 325. Roland. à Valle in conſ. 63. nu. 15 vol. 1. & Benedell. in tract. de iure prothom. in rubr. nu. 43. fol. 7. Maranta in conſ. 84 num. 4. & D. Vincent. de Franch. in deciſ. 506. nu. . . Adeò quod non ſufficit habere hypothecam, vel pignus in re vicina, vt per Roland. in loco citato nu. 16. aut habere vſumfructum fundi loci vicini num. 17. poſt Afflict. quem allegat, & Marcell. Cala de modo articul. nu. 512. vbi addit, quod debet probari conſuetudo in loco, vbi cauſa agitatur retrahendi rem vicinam à vicino iure congrui, eſt bene verũm, quod vicinus non poteſt petere ius congrui, ratione alterius rei vicinæ, ſecũdum D. Vincent. de Franch. in deciſ. 550. poſt nu. 7. hinc vicinus præfertur in iure congrui conſanguineo, Afflict. in conſtitut. ſancimus §. 8. num. 2. quem refert, & ſequitur D. Carol. Tapia in l. finali fol. 238. num. 27. ff. de conſtitut. princip. & Marius Giurba in deciſ. 76. num. 4. ſed directus Dominus petens prælationem præfertur vicino, ſecũdum D. Vincent. de Franch. in deciſ. 6 10. & pariter poſſidens rem communem pro indiuiſo præfertur in iure congrui, vt per eundem D. Vincentium in d. deciſ. 550. nu. 2. licet loquatur in terminis conſuetud. Neapol. nec ius congrui locum habere poteſt, niſi vicinitas rei concurrat, quia ex ſola conſanguinitate, & cohabitatione non competit, vt in terminis conſtitut. ſancimus ſcribit Maxilla in loco ſupra citato nu. 14. quando autem cum vicinitate conſanguinitas concurrit, tunc præfertur conſanguineus vicino tantum, quia duo vincula magis ligant, Afflict. in d. conſtit. § ſancimus nu. 36. fol. 25. & Maxilla, vbi ſupra num 15. Hinc dominium rei venditæ in emptorem non vicinum, non transfertur, non facta prius denunciatione per venditorem illis, qui vocantur, & admittuntur ad ius congrui, vt probatur in d. conſtitut. ibi autem ei non concedimus alienare, niſi prius denuncietur illis, quos vocamus per ordinem in iure prothomiſeos, & ita in terminis conſtitutionis prædictæ tenet Maxill. in loco allegato num 8. & latè in §. ius prothomiſeos fol. 14. nu. 22. 24. & ſeqq. & reprobat Afflict. aliter tenentem in d. conſtitut. §. 1. in 9. notab. num. 27 fol. 22. quod quidem ius congrui habet locum in contractibus enumeratis in dicta conſtitut. hinc infertur, quod in datione inſolutum non habet locum ius congrui, quia in dicta conſtitutione iſte contractus non eſt enumeratus, vt Afflict. oſtendit ibi in §. 1 cet nu. 16. vbi dicit ita prædicari, niſi probetur dationem in ſolutum fuiſſe factam in fraudem iuris congrui, vt per eundem in loco prædicto fol. 50. in paruis, huic opinioni aſſentiunt Tiraquell. in tractat. de retract. conſangu. §. 1. gloſ. 14 nu. 5. Marc. Mantua in tractat. de iure prothom. nu. 36. 39. Piſanell. in addit. ad Napodan. in d. conſuetud. ſi quis emit fol. 327. in addit. que incipit tenet hic, & iſta eſt concors communi opin. teſte Viui. in opin. 830 nu. 7. & ſeq. par. 2. ſecundum nouiſſimam impreſſionem, D. Lanar. in conſil. 36. num. 3. licet aliter videtur tenere Maxilla in conſuetu. Bari §. in pignoribus num. 7. cum ſeqq. fol. 155. à tergo, & Doctores relati per Tiraquell. vbi ſupra nu. 7. & ſeq. qui loquuntur in terminis iuris communis, Frecc. & Salcr. ad Napodan. in luco citato fol. 327. & Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſina 60. qui plures caſus cõſiderat, & Alex. Trentacinqu. in conſ. 25. nu. 4. vol. 2. qui tenet opinionem affirmatiuam contra Afflictum, & Viuium, ſed omnibus, qui tenẽt contra primam opinionem ſupra relatam reſpondet Viuius, & bene in d. opinion. à dicto num. 7. vſque ad 10. & hoc iure vtimur ſed quando dicatur datio inſolutum in fraudem iuris congrui facta, legatur Afflict. in d. conſtitut. §. niſi nu. 10. 11 fol. 57. à tergo, & ſeq. Infertur etiam quod ius congrui non habet locum in contractu permutationis, de quo dicta conſtitut. non loquitur, & tenet Afflict. ibidem in §. licet nu. 1. & ſeq. Marc. Mantua vbi ſupra nu. 4. & ſeq. Viuius in deciſ. 325. nu. 6. vide tamen Tiraquell. in d. gloſ. 14. nu. 28. & ſequ. intellige tamen niſi res immobilis, quæ permutatur cum alia re immobili, daretur extimata pro tanto pretio, & pretium nondum interuenit, quia diceretur emptio, & venditio, & ius congrui locum haberet ſecundum Tiraquell. in loco citato nu. 19. & ſeq. & num. 40. ſequitur Maranta in d. tractat. de multipl. alienat. num. 141. Benedell. d. tractat. fol. 71. a tergo nu. 54. Maxill. in d. conſuetud. § in permutationibus num. 6. fol. 152. à terg in nouis, D. Fab. Anna, qui infinitos ad hoc citat in conſ. 55. num. 12. & Emanuel Suarez in ſuis opinionibus liter. E. nu. 135. & ſi aliter videtur tenere nu. 136. vel quando permutatur res immobilis cum alia re immobili, cum refuſura in pecunia, quæ præponderat, vel ſaltem ſit æqualis, quia emptio, & venditio iudicatur, & ius congrui locum habet, vt poſt Afflict. & Boer. tenet Maxill. in d. §. in permutationibus num. 3. 4. 5. atque ita deciſum refert D. Vincent. de Franch. in deciſ. 392. à nu. 3. vſque ad finem, vbi alios addo in additionibus antiquis, & nouis Aut permutatio facta eſſet in fraudem ex dictis per Tiraquell. vbi ſupra nu. 22. 24. & 35. & Boer. in deciſ. 144. de quo meminit Viuius in d. deciſ. 325. ad finem, & quando dicatur permutationem eſſe factam in fraudem, legatur quæſo Marcell. Cala in tractat. de modo articul. nu. 1275. & ſequ. fol. 224. vel quando permutatur res immobilis cum re conſiſtente in pondere, numero, & menſura, quia in caſu iſto locum habet ius congrui ſecundum Marantam in diſputatione 9 num. 26. qui allegat text. quem notabilem dicit, & ab alijs non ponderatum in l. Iulianus §. mutui datione ff. ad Macedon. ſequitur additiones ad Napod. vbi ſupra fol. 334. in nouis, dummodo accipiens rem venalem conſiſtentem in pondere, numero, & menſura, ſtatim vendat, alias ſecus, vt per Maxillam in d. §. in permutationibus nu. 6. in fine, & nu. 26. vbi ita intelligit d. §. mutui datione ibi, vt his diſtractis

ſtractis fructibus, & de Maranta in dicto loco non meminit, ſed illum allegat in §. ius prothomiſeos nu. 12. fol. 14. Item res empta, & ex interuallo donata non habet vicinus in ea ius congrui, quia de contractu donationis d. conſtitutio non loquitur, & ita per illum textum tenet Afflict. ibidem nu. 8. fol. 47. & Maranta, vbi ſupra num. 27. licet nihil allegat, & Maxilla in princ. fol. 146. á terg. niſi eſſet facta donatio in fraudẽ rei emptæ, puta ſi præuentus à vicino, poſtea donauit ſecundum Afflict. vbi ſupra ad finem, vel ſi dubitaretur, & ſpes erat litem mouendi, & interim res alienatur, dicitur in fraudem fieri, & emptori non prodeſt, vt ſcribit Frecc. ad Napodan. in dicto fol. 325. in addit. quæ incipit, quod ſi eſt facta, & ſatis pulchrè Maſcard. in tractat. de probation. concluſ. 1193. nu. 10. vol. 3. vel ſi donatio rei emptæ eſſet facta cõiunctę perſonæ, Maranta in d. diſputat nu 27. & Maxilla vbi ſupra, & nouiſſimè D. Carol. Tapia, ſeu alius fol. 73. num. 3. & fol. 77. Thor. in d. compend. deciſion. fol. 163. & 385. & multis alijs modis fraus contingere poteſt in iure cõgrui, tàm in re empta, quám donata, ſecundum eundẽ Afflict. in d. §. niſi nu. 17. & ſeq. fol. 60. & Maranta in d. diſputat. 9. nu. 25. & Viuium in deciſ. 489. nu. 4. verſ. in datione inſolutum, vt dixi ſupra ex Afflict in d. §. niſi num. 10. & 11. An ius congrui habet locum in venditione fructuum pendentium, Afflict. in d. conſtitut. §. 1. nu. 4. tenet, quod ſic, quia fructus pendentes inter immobilia computantur l. fructus ff. de rei vendicat. contrarium, & melius iudicio meo tenet Tiraqu. de retract. conſangu. §. 1. gloſ. 7. num. 42. & 53 ex rationibus quas ipſe refert, ſequitur Guttier. practicar. quæſtion. cap. 69. num. 2. & col. fin. par. . & Seraphin. in deciſ. 177. qui pulchram rationem adducit, & ſecundum iſtam opinionem de anno 1606 iudicauiſ, & dixi ſupra in concluſione fructus. An ius congrui locum habet in locatione facta ad modicum tempus, Afflict. vbi ſupra nu. 25. & ſeq. tenet d. conſtitut. locum habere, quia generaliter loquitur, nec diſtinguit in locatione ad modicum, vel longum tempus, nec nos diſtinguere deberemus l. de pretio ff. de public. in rem actio. aliaſque rationes allegat, pro quibus motus fuit ad ita tenẽdum, ſequitur D. Maſtrill. in deciſ. 4 contrariam opinionem oſtendit eſſe veriorem Franc. Viuius Author non contemnẽdus in deciſ. 506. quam iuribus, authoritatibus, & rationibus probat, & reſpondet ad Afflict. multis modis, vt videri poteſt, & refert contra Afflict iudicatum per Reg. Aud. ſequitur Ricc. in deciſ. 10. num. 3. par. 1. ſed in conceſſione rei ſtabilis in emphyteoſim facta cum poteſtate affrancandi in pecunia habet locum ius cõgrui, Afflict. in deciſ. 72. D. Vincent. de Franch in deciſ. 392. nu. 1. vbi addo, & in ſpecie idem D Vinc. deciſ. 610. nu. 1. Thor. in d. compend. fol. 293. & ſeq. quid autem ſi fundus fuit datus in dotem ea extimatione, quæ facit emptionem, an ius congrui locum habeat, & Afflict. in d. §. licet enim nu. 7. verſic. item quæro, tenet quod ſic, quia dicitur contractus venditionis, quaſi quod res prædicta, ſeù fundus venditus, & pretium vxori, vel marito in dotem datum, vbicumque enim mentio de pretio fit intelligitur emptio, & venditio, vt ibi, & idem Afflict. in d. deciſ. 72. num. . & infinitos ad hoc citat Iacob. Menoch. in tractat. de præſumption. libr. 3. cap. . . & ſecundum iſtam opinionem conſuluit Robert. Maranta in conſ. 2 num. 12. licet text. in d. cõſtit. in verſ. cauſa veró dotis facit contra d. opin. Afflict. & ſequacium, quia generaliter loquitur, quod cauſa dotis excludat ius congrui, nulla facta diſtinctione, an fundus in dotem datus ſit extimatus ad ſciẽdum valorem, vel vt faciat emptionem, ergo debet generaliter intelligi l. 1. §. & generaliter ff. de leg. præſt. & ita per d. verſ cauſa, tenet idem Robert. Maranta in d. tractat. de multipl. alienat. nu. 149. cui magis credendum eſt, quàm in d. conſil. vt dixi ad D. Vincent. de Franch in deciſ. 184. quia conſilia precibus, & pretio fiunt, vt ibi per D. Vincent. & in d. addit. mea. Item ius congrui locum habet in feudis, Tiraquel poſt Fabr. Bald. Afflict. & alios in tract. de retract. conſangu. §. 1. gloſ. 3. nu. 10. vbi nu. 11. inquit, quod apud Gallos, feuda ſunt ad inſtar bonorum allodialium, & hæreditariorum, & non habent in hoc difficultatem, & D. Fab. Anna, qui infinitos alios moderniores allegat in obſeruat. 10. fol. 131. D. Maſtrill. in deciſ. 7. & fuſius D. de Ponte, ſiuè alius in deciſ. 11. lautiſſimè D. Rouitus in rubr. pragmat. de feudis à num. 17. cum ſeqq. vbi num 32 fol. 197. in nouis, allegat D. de Ponte: An ius congui habet locum ſi venditor reliquit Ceſpitem Terræ circum circa, ad hoc, ne vicinus ſit collateralis, dicas, quod ſic, quia illa reſeruatio fuit facta in fraudem iuris congrui, ſecundum Capyc. in deciſ. 38 vbi refert ita per Sacrum Conſilium deciſum ob fraudem præſumptam, vt ibi in fine, quem refert, & ſequitur Piſanell. ad Napodan in d. conſuetud. ſi quis emit fol. 324. in addition. quæ incipit, aduerte verſic. nota ſi venditor, cum quibus conuenit Afflict. in d. §. niſi quis num 16. addo videndum Honded. in conſ. 7. num 3. 4. & 17. & Thor. in d. compend. fol. 299. competit etiam vicino ius congrui, in venditione rei ſtabilis facta ſubhaſta ad inſtantiam creditorum, D. Vincent. de Franch. in deciſ. 588. num. 1. & Benedell. in d. tractat. in prohemio nu. 122. in fine fol. 26. qui dicit, quod Sacrum Conſilium dat retractum vicino in huiuſmodi venditionibus factis ſubhaſta, Thor. vbi ſupra. Infertur etiam vicino ius congrui competere non obſtante via vicinali in medio ſecundum Afflict. in deciſ. 62. de quo meminit, & ſequitur Buccin. in loco ſupra allegato ad Napodan. fol 325. & Viuius, qui allegat alios in deciſ. 488. nu. 7. vbi reprobat Vrſill. ad Afflict. vbi ſupra, qui tenuit viam vicinalem à vicinis factam debere apparere, & de ea extare memoriam, ſubdens, quod tanquam fruſtratoria, & inutilis opinio Vrſill. non fuit habita pro vera per Reg. Audient. Thor. vbi ſupra. Hinc etiam vicino competit ius congrui in re vendita, cum pacto de retrouendendo, vt per Afflict. in deciſ. 338. nu. 9. & in d. §. licet nu. . & Vrſill. ſequitur in d. deciſione, licet aliter videtur tenere Boer. in deciſ. 112. nu. 1. & 2. Item ius congrui poteſt cedi cum re, D. Vincent. de Franch. in deciſ. 242. nu. 1. poſt Afflict. Tiraquell. & alios, quos citat, vbi addo alios. Hinc Iudex loci rei ſitæ eſt competens in petitione iuris congrui, quia actio petendi illud eſt in rem ſcripta, prout ſic iudicauit Sacrum Conſilium, refert idem D. Vincent. in deciſ. 389. vbi addo; verùm ius congrui nõ habet locum in vẽditione nulliter facta ſecundum eundẽ D. Vincent. in d. deciſ. 242. vbi ſunt alij concordan-

cordantes in apoſtillis meis. An ius congrui competat marito, vel vxori ſuper re vendita contigua prædio dotali, Camill. Borrell. in ſuo eleganti conſil. 61. ex profeſſo diſputat, & tandem refert in fin. d. conſil. fuiſſe iudicatum per Sacrum Conſilium competere vxori, vt ibi latiſſimè per eum, an ius congrui habet locum in venditione neceſſaria, vide Afflict. in d. conſtitut. §. licet num. 16. & 26. Capyc. in deciſ. 99. num. 4. & Campan. in d. conſtitutione, & quę dicitur venditio neceſſaria, vide Afflict. in deciſ. 191. Roland. in conſ. 21. volum. 1. Alexand. Trentacinqu. in dicto conſ. 25. & Sempron. Aſcia in determinat vltim. Ius congrui pluribus vicinis competens debet inter eos fieri diuiſio proportionabiliter vſque ad vnum palmum per text. in d. conſtit. ibi vnuſquiſque ſecundum portionem recipiat, & ibi Afflict. notat in §. vt infra poſt nu. 21. fol. 39. & ſi vnus ex vicinis non peteret portio ſua accreſceret alteri vicino, vt ibi refert, & ſequitur Maxilla in d. §. Ius prothomiſeos num. 6 & ſeq. & propterea ſecundum Afflict. vbi ſupra hoc ius tranſit ad hæredes tùm quia actiones actiuè, & paſſiuè ad eos tranſeunt l. 1. C. vt actio. ab hæred. tùm quia vtuntur iure defuncti, & fit diuiſio inter eos pro æquali portione, vt ibi, & dicit hãc opinionem veriorem. Hinc ius congrui competit etiam emptori, ſecundum Afflict. in d. conſtitut. §. 6. nu 15. fol. 73. vbi reddit rationem, quia ſi ille à quo ego cauſam habeo poterat agere iure congrui contra illum primum emptorem illud ius tranſit ad ſecundum emptorem, Sempron. Aſcia in determinat. 33. num. 16. Quid autem dicendum, quando res, quæ venditur eſſet indiuiſibilis, & Afflict. in d. §. ſancimus poſt nu 44. verſ. item pone fol. 27. à tergo ſecundum vnam opinionem ſcribit, quod competit ei, qui pro maiori parte iungitur, & ſi æqualiter res indiuiſibilis iungitur debet ſorte dirimi, cui aſſentit Tiraquell. in d. tractat. §. 11 gloſ. to. nu. 4. & Vincent. Maxill. in loco paulo ante citato num. 8. vide in notabili caſu D. Vincent. de Franch. in deciſ. 550. & D. Fab. Anna in conſ. 47. & ſi eſſet res, quæ omnibus de neceſſitate ſeruiret, ita quod licitatio non poſſet cadere, vt ſunt portæ, & ſcalæ, per quas habetur ingreſſus, & acceſſus plurium debet remanere pro communi, & in diuiſo, vt deciſum fuit in Sacro Conſilio, teſtatur Capyc. in deciſ. 63. ſequitur Maxilla in loco, & num. prædicto, vbi etiam infert ad aliam pulchram quæſtionem de palatio vendito, concurrentibus pluribus vicinis, vt ibi per eum: hinc ſi ſunt duo vicini, vnus propinquior altero, an ille poterit totam rem inſolidum vendicare, Afflict. in d. num 44. tenet, quod ſic ſequitur Tiraquell. in d. loco, & nu. citato, Mantua vbi ſupra nu. 50. & Maranta in d. tractat. nu. 124 & iterum in conſ. 84. nu. 10. vbi dicit, quod pro latitudine confinium debet diuiſio fieri inter plures prætendentes ius congrui. Quid autem ſi vicinus eſt coniunctus, & collateralis à tribus partibus, an præferatur alteri vicino coniuncto pro vna, vel duabus partibus, vide Afflict. in d. conſtitut. in §. 7. in princ. & omninò Ioan. de Amic. in conſ. 20. & D. Fab. in d. conſ. num. 19. An emptor, qui eſt vicinus, & collateralis rei per ipſum emptæ, ſuper qua alter vicinus petijt ius congrui poſſit emptor eam retinere, ſi actio iuris congrui non ſit confuſa, vide Afflict. in d. nu. 44. ibi iuxta hoc fol. 27. à tergo, ſequitur Tiraquell. in d. §. 11. gloſ. 7. nu. 2. omninò D. Vincent. de Franch. deciſ. 550. à nu. 4. & ſeq. & D. Fab. in allegato conſ. 47 nu 30. & ſeq quod credo fuiſſe complexum, & factum in caſu d. deciſ. & Maranta in d. conſ. 84. nu. 2. & 9. Hinc ſi vicinus poſſidẽs prædium vrbanum concurrat in iure congrui cum altero vicino poſſidente prædium ruſticum, quis præferri debet in prædio vrbano, & licet Afflict. in deciſ. 223. poſt Napodan. quem allegat, dicat quod prædium ruſticum non trahit ad ſe prædium vrbanum, & cõſequenter vicino illud poſſidenti, non competit ius congrui ſuper prædio vrbano, & refert ita iudicatum per Regiam Cameram, & ſequitur Cardin. Pariſ. in conſ. 82. nu. 45. & ſeq vol. 3. quia cum prædium ruſticum ſit minus dignum, non trahit ad ſe prædium vrbanum magis dignum, tamen Afflict. & ſequaces ſi linceis oculis leguntur non loquuntur in terminis d. conſtitut. ſancimus, vel iuris communis, ſed conſuetudinis Neapolitanæ, vt bene animaduertit Ioan. de Amic. in conſ. 1. à num. 39. & ſeq. vbi etiam declarat imò contra Afflict. videtur dicere Anton. de Alex. ad Napodan. in loco per Afflict. allegato fol. 329. in nouis, vbi plus ſubdit, quod Napodan. non dicit, quod hortus non petat domum vicinam iure cõgrui, quodque conſuetudo prædicta concedit ius congrui habenti fundum, domum, vel terram vicinam rei venditæ, & aliter declarat, & intelligit Napodanum, vt ibi, & ita tenet, ac nouiſſimè reſpondet Amicus noſter Camill. Borrell. in conſ. 26. nu. 96. & Thor. in d. compend. fol. 298. & contra Afflict. conſuluit Alex. Trentacinqu. in conſ. 77. in 2. dub. vol. 2. An vicinus ſi plura corpora ſeparata, & diuiſa vnico tamen pretio vendantur, compellatur illa retrahere, vel ſolum corpus, quod eſt collaterale ipſi vicino, vide Afflict. poſt Bald. in d. conſtitut. § 6. in 4. notab. fol. 69 70. Cagnol in l. 2. nu. 102. C. de pact. inter empt. Tiraquell in d. tractat. §. 23. gloſ. 1. benè D. Vincent. de Franch. in deciſ. 17. in fine, Seraphin. in deciſ. 174. & adde, quod ſecundum opinionem Afflict. in dicto 4. notab. fuit deciſum in Sacro Conſilio de anno 1587. refert Alex. Trentacinqu. in conſ. 26. in fin. volum. 2. & quid ſi ratione connexitatis, & indiuiduitatis, vide omninò Magon. in deciſ. Florent. 29. Seraphin. qui ſupra, & Conſta de port. rat. q. 100. & iterum eundem Conſta videndum in q. 237. Quid autem dicendum in illa vulgata quæſtione, ſi hodie emo rem, & cras, candem rem dono, an vicino competat ius congrui non obſtante donatione, in qua Afflict. in conſtit. alias in deciſ. 338. in fine ob authoritatem Napodan. per ipſum allegati, refert per Sacrum Conſilium deciſum ius congrui non competere, idem Afflict. in d. conſtit. in §. licet in 6. notab. nu. 3. fol 47. & eandem opinionem ceſſante fraude, ſequitur Buccin. ad Napodan. in d. conſuetud. ſi quis emit fol. 324. in nouis in addit. quæ incipit hodie, & nouiſſimè Franc. Viu. in deciſ. 320. nu. 3. & ſeq. & nu. 6. huiuſmodi enim donationes ad nullum alium finem fiunt niſi ad excludendum vicinum à iure congrui, & ideò licitum eſt emptori vicinum excludere ab illo per dictum contractum donationis, vel per alium contractum, cum id principaliter non agit, vt eum fraudet à iure congrui, ſed vt ſibi, ſuæq; indemni-

tati

Digitized by Google

tati prouideat, vt iuribus, & rationibus, iſtam opinionem probat Tiraquell. de retract. conſangu. in præfation. nu. 79. quem refert, & ſequitur Decian. in conſ. 23. vol 2 quia iſta cautela, & fraus permiſſa eſt ſecundum Gerardum, qui in terminis loquitur in ſingul. 26. ad finem, & Iacob. Menoch. in tract. de præſumption. lib. 6. cap. 29. nu. 17. & ſeq. Contrariam opinionem affirmatiuam ſequutus fuit Robert. Marant. in d. diſputat. 9. ſupra allegata à nu. 8. cum ſeq. nu. 18. & num. 23. quatuor reaſſumit concluſiones, & latius Vincent. Maxill. videndus in d. §. ius prothomiſeos per totum, vbi ad omnia, quæ in contrarium adducuntur reſpondet, & ambo ſubdunt, quod opinio Napodan. Afflict. & ſequacium habet locum, & procedit in Ciuitate Neapolis vigore Conſuetudinis Neapolitanæ, & ita illa inſpecta loquuntur, & ſic eorum opinio debet intelligi ſecundum legem, ſuper qua ſe fundant, & allegant, iuxta doctrinam Bart. in l. non ſolum § liberationis nu. 8. ff. de liber. leg. it. & dixi ſupra in concluſione Doctoris dictum, iſtamque opinionē ſequi videtur Vrſill. ad Afflict. in d. deciſ. 338. à nu. 4. vſque ad finem, & nouiſſimè Benedell. in d. tractat. fol 67. 68 nu. 12. & Franc. Zoftuli in vot. 17. & nouiſſimè D. Carol Tapia meritiſſimus Regens, aut alius in 4. tom. Iuris Regni fol. 73. nu. 46. & fol 77. nu. 165. & fundant ſe in denunciatione quam venditor facere tenetur vicino, ſecūdum Maxill. in loco ſupra citato, ex quibus colligitur, quod opinio Napodan. Afflict. & aliorum procedit in dicta Ciuitate virtute dictæ conſuetudinis, ſecundum quam pluries vidi, & audiui iudicatum in Sacro Conſilio, & decreta ſunt penes Burrellum, & ita vidi conſultum per D. Regentem de Curie, dum cauſas priuatorum agebat ad fauorem Angeli S. Elia, opinio verò Marantæ, & aliorum procedere, & ſeruari debet extra Ciuitatem Neapol. adde videndum Thorum in d. compend. fol. 299. 300. Hinc ſi emptor multos fecit ſumptus & meliorationes in re empta, quæ ab eo iure congrui retrahitur à vicino, an recuperat, vide diſtinctionem quam Piſanell. facit ad Napodan. in dicta Conſuetudine ſi quis emit in addit. quę incipit aduerte fol. 324. vbi dicit, quod aut emptor fecit impenſas neceſſarias, vel vtiles moderatas, quas Dominus habuiſſet illas neceſſe facere, & prius debent reſtitui, quàm rem emptam reſtituere cogitur, alias verò non, allegat text. in l. fin. § emptor C. commun. de leg. it. quem in hac materia aureum appellat, poſt Igneū, Boer. & Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 7. per totam, quos allegat, & ad locum prædictum Tiraquell. ſe remittit D. Vincent. de Franch. in alia addit. quæ incipit, quid ſi emptor fol. 325. & ideò pro vicino eſt cautela, vt obtineat à Iudice præceptum, & illud emptori notificet, quod non ædificet, ſumptuſque & meliorationes non faciat in re per ipſum empta, quia vult retrahere iure congrui, vt in ſimili ſic docet fieri Cagnol. in l. 1. nu. 73. C. de ſentent. quæ pro eo, ſequitur Marzar. de fideicommiſſ. q 66. in fine, Caualcan. in deciſ. 32. nu. 28. in fin. par. 2. Magon. in deciſ. Lucæ 33. nu. 23. Marc. Anton. Peregrin. in tractat. de fideicomm. art. 50. nu. 63. qui dicit aliquando ſic practicaſſe, & Conſta in tractat. de port. rat. q. 81. nu. 3. ſed Ant. Gamma in deciſ. 74. tenet, quod non, obſtante tali præcepto poteſt emptor ędificare, quia facit in ſuo, & vti Dominus nō poteſt prohiberi, vide eum. An vicinus, qui petijt ius congrui ſuper re empta ſibi cōtigua, & emptor obtulit relaxare poſſit pęnitere. D. Vincent. de Franch. omni tempore memorādus in deciſ. 346. ex profeſſo quæſtionem iſtam diſputat, & relatis opinionibus hinc inde pugnantibus, finaliter de menſe Aprilis 1585. refert Sacrum Conſilium iudicaſſe, quod ſic. An ius congrui habet locum in venditione cenſus, vide Guttier practic. quæſtion. cap. 146. & 166. part. 2 & omninò D. Maſtrill. ad Petr. de Gregor. de cenſib. q. 7. num. 35. & ſeq. fol. 194. & Thor. in d. fol. 299 col. 2. in fin. & an habeat locum ſi adeſt flumen publicum intermedium, quod non, Petr. Rizzard. in rit. Siciliæ 199. fol. 221. in volum. diuerſorum. Hinc ſi vicinus ſemel declarauerit nolle rem emptam ratione iuris congrui, non poteſt deinde variare, & dicere eam velle, vt colligitur ex Napodan in d. conſuetud. ſi quis emit nu. 12. fol. 328. ſequitur Afflict. in d. conſtit. ſancimus §. 6. num. 18. fol. 74. Tiraquell. de retract. conſangu. § 1. gloſ. 9. nu. 109. Boer. in deciſ. 76. nu. 9. & Vrſill. in deciſ. Afflict. 397 nu. 6. ſed Benedell. in d. tractat. fol. 9. nu. 66. tenet contrarium, & malè, quia pactum factum per vicinum vēditori nolle vti iure congrui, cum ſit reale, & cum ipſa re tranſit prodeſt emptori, vt per Afflict. in loco, & num. citato, & Tiraquell. in d. gloſ. 9. num 110. videatur omninò Petr Rizzard. in rit 195. verſ. item ſupradictis fol. 221. & D. Maſtrill. in deciſ. 50. nu. 10. & ſequ. Quid ſi emptor, cui per vicinum facta eſt renunciatio iuris congrui alteri eandem rem vendidit poſſit vicinus ipſe, non obſtante renunciatione ſua retrahere, Tiraquell. in d. gloſ. 9. num. 124 ex authoritatibus, & rationibus, quas ipſe allegat, tenet quod ſic, vide D. Maſtrill. vbi ſupra, & ad materiam iuris congrui, vbi locum habet, vel non, vide additiones ad Napodan. in d. conſuetud. ſi quis emit fol. 326. à terg. Benedell. in d. tractat. §. ſancimus per totum, Ioan. Aloyſium de Septimo, Petr. Rizzard. & alios Doctores Siculos in ritibus Siciliæ nu. 195. vſque ad 202. Hinc infertur ſi Eccleſia vendidit rem ſuam ſtabilem laico, præcedētibus ſollemnitatibus à iure requiſitis, poteſt vicinus rem prædictam iure congrui retrahere, ita Napodan. in conſuetud. ſi Eccleſia nu. 77. fol. 341. quia ius congrui afficit emptorem, ipſumque poſſeſſorem, & vniuerſalem ſucceſſorem, ſequitur, & referendo idem tenet Maranta in diſputat. 8. nu. 57. in fin. & ſeq. & Vincent. Maxilla in conſuetud. Bari in §. ſi colonus à nu. 18. cum ſeqq. fol. 139. à tergo, licet aliter Afflict. teneat in d. conſtit. §. 1. num. 8. fol. 16. à tergo. Eſt bene verum, quod idem Maxilla in loco paulo ante citato à num. 16. conſiderat tres caſus. Primus eſt, quando Eccleſia vellet vti iure congrui, & auocare rem emptam ab emptore. Secundus, ſi Eccleſia emat, an poſſit ab ea auocari, & peti ratione vicinitatis, & in iſtis duobus caſibus Eccleſia non agit, nec conuenitur iure congrui, & dicit ita haberi in d. conſtitut. ſancimus, & declarat Anton. Caputus ibi, vt ipſe refert, & ita poteſt intelligi Afflict. in d. num. 8. ibi dum dicit, quando Eccleſia emit, & Maranta in d. conſ. 34. ad finem, videatur Camill. Borrell. in conſ. 26 ſupra citato. Tertius eſt, quando Eccleſia vendit rem ſuam laico, & in iſto caſu concludit

poſt

Digitized by Google

poſt Napodan.& Marantam poſſe vicinum retrahere à laico rem emptam ab Eccl. ſia iure cõgrui, refert,& ſequitur Tiraquell in d.tractat ſol.93. §. vlt.nu. 11.& ſeqq.& nu.16. conueniunt ſcripta per Gattier. lib.2. practic.quæſt. cap.156. verſ.circa primum ; & vt vicino currat tempus triginta dierum, iuxta d.conſtitut. ſancimus ibi, vt infra 30. dies ſoluendo iuſtum pretium, debet denunciari per alienare volentem ibi, voluerit alienare prædictas res, alias dominium in emptorem non transfertur, denunciatione prædicta non facta, vt dixi ſupra poſt principium, & ſequitur Camill. Borrell. in conſ.55. col.1. licet Robert. Maranta in d.tract. de multipl.alienat.nu.136.dicat ex antiqua, & cõmuni conſuetudine in omnibus locis,in quibus ius congrui ſeruatur, hoc tempus 30. dierum eſſe redactum ad tempus 40. dierum, & teſtatur ita ſeruari,ego valde dubito de hac extenſione,quia dum habemus legem, & textum clarum in d.conſtit.de tempore 30.dierum,non eſt vlterius dubitandum, iuxta gloſ.in l.ancillæ C.de furt.nec Marantæ credendum eſt de allegata conſuetudine ſecundum vnam opinionem,de qua per Grammat.in vot.13. num.3.& Cardin.Pariſ.in conſ.158.vol.4. Tùm quia de ipſa nõ teſtatur in aliqua Ciuitate,vel Curia,vbi verſatus eſt,puta in Ciuitate Melphiæ, in qua extat,vt ipſe fatetur in d.conſ.84 nu.1.vbi per aliquod tempus ipſe moram traxit,vt ex eius ſcriptis legi poteſt, & tenet Ioan. Dilectus in tractat.de arte teſtand.in tit.de ſubſtitut. cautel.35. quem refert, & ſequitur Gabriel. in tit. de probation. concluſ.4 Farinac.in tit.de carcerib. q.28. num.13. & Rot. Lucæ in deciſ.146. col final. An ius congrui præſcribatur ſpatio 30.annorũ,text.in d.conſtitut. in verb.tranſcurſo decennio, tenet quod ſic, & facta denunciatione tollitur ſpatio 30.dierum,Mantua in d.l.dudum num.28.& ſequ vide Thor.in d.compend. ſol.300. hor vtcunque ſit denunciatio ipſa debet fieri per alienare volentem.& ſic per ipſum venditorem vicino, ſecundum Afflict.in d.conſtitut. §.ſcriptum eſt in 10.notab. nu.27. ſol. 73.vbi etiam videtur dicere poſſe fieri per emptorem,licet contra illum textum, & firmaui ſupra, quę ſolleminis debet eſſe ſecundum formam ab ipſo traditam ibi,Camill.Borrell.in d.conſ.55. col.1. & multa per Tiraquell.in tractat. de retract. conſangu. §.36. gloſ.2. cum infinitis enim ſeqq. Caualcan in deciſ.19.á nu.15. & ſeq. par.2. & cum omnibus qualitatibus ſuis, ſecundum Benedell. in d.tractat.ſol.44. & ſeqq. & eſt pro forma inducta, vt dicit Afflict. in d.§.vt infra 30. dies ſub num.2. ſol.31.& Maranta in d.conſ.84.nu.6.& 8. & poteſt fieri in ſcriptis,& abſque ſcriptura oretenus,& per loquelam,ac etiam extraiudicialiter Camill Borrell. qui concordantes citat in conſ.69. colum.2. Adeò quod ſi vicinus ſit præſens venditioni tanquam teſtis debet nihilominus ipſi denũciatio fieri,vt voluit idem Afflict. in d.§. num.13. verſ.ſed pone ſol.35.à tergo, Mantua in d.tractat.nu.31.& ſeq. & Tiraquell.tàm in d gloſ.9 nu.140. quàm in d §.36.gloſ.2.num.27. An fideiuſſor venditoris pro euictione poſſit agere iure congrui,ſiuè retractus ſuper re,pro qua fideiuſſit, Tiraquell.in dicta gloſ.9. nu.268. tenet,quod non, quia fideiuſſor fideiubẽdo,videtur conſentire, vt ibi,ſequitur Mangrel.ad Bart.in l.Põponius ff. in quib.cauſ.pign.vel hypoth. & vicinus agens iure congrui ſufficit offerre in eius petitione pretium quo res empta fuit, ſecundum Arno. cautel.90. & in ſingul.34. Tiraquell.in d tractat.§.1. gloſ.17. nu.1. Viu.in d.deciſ. 320.nu.6. & Mar Giurba in deciſ.77 nu.1. & ſeq. illudq; ſoluere eo modo,quo promiſit emptor,vel ſoluit, Tiraquell.in d.§.1. gloſ.18. maximè nu.32. & ſequ. & hoc extra Neapolim,ſecus in Ciuitate Neapol. vt diſtinguit D.Vincent.de Franch in deciſ.390.nu.3.& 4. vbi addo, & ſi Vrſill.ad Afflict. in deciſ.205.ante nu.10.aliter dicere, & tenere videtur, vide interim D. Maſtrill.in deciſ.148. nu.4. 27. & ſeq. & finaliter ius congrui competit clerico contra laicum actiuè, & paſſiuè, vt conſuluit Ioan.de Amic.in conſ.14. à nu.3. vſque ad finem, & latiſſimè D. Vincent. de Franch. in deciſ.235. num.1.& vide ibidem,quia notabiliter loquitur in terminis Conſuetud Neapol. & Ritus Curiæ Archiepiſcopalis dictæ Ciuitatis,vbi addo, & cõdemnatus iure congrui ad vendendum,& relaxandum rem, à quo tempore veniunt fructus, vide Guid. Pap. in deciſ.257. & D.Maſtrill. omninò in d.deciſ.148.& Conſta de port.rat.q.114.nu.8. Hinc vicinus, qui obtinuit poteſt expellere conductorem, nec ad aliquod intereſſe tenetur, Farinac.qui ita iudicatum refert in deciſ. 229. infertur etiam, quod venditor non tenetur de euictione, ſecundũ Tiraquell.in d.gloſ.9.nu.34.addo Caballin.videndum in tractat.de euiction.§.3.nu.167.& ſequ.qui de Tiraquell. & alijs meminit Afflict. in d.§.vt infra 30. dies nu.37. in fin. Honded.qui Afflict. Tiraquell & Caballin.& alios allegat in conſ.3.num. 41. & omninò nu. 75. qui concordat cum Caball. qui ſupra, & Gratian. lib.2. diſceptat. forenſ cap. 205. & in materia præſentis concluſionis vide multa per Gratian. lib.3. diſcept.forenſ. cap.460.

Ius faciendi pacem,vel vindictæ proſequendæ competit conſanguineis proximioribus occiſi, etiam ſi hæredes ipſius non ſunt, quia hæreditarium non eſt,nec competit ratione hæreditatis, ſed iure ſanguinis ex deciſ.Bart.in l.damni infecti §.Sabini nu. 2.ff de damn.infect. per l.pro hærede §.fin. ff. de acquir. hæred. Farinac. in tit. de accuſation. q.14. nu.19.& clarius nu.20.vbi infinitos allegat Tartaglia in pragm.1.final cap.1.nu.20.& 21. in tit.de compoſitio. & nouiſſime D. Vincent. de Franch. in deciſ.611. vbi ita iudicatum refert, vbi etiam ſcribit hunc caſum eſſe comprehenſum ſob diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ prædictæ, quia in caſu d. deciſ. fuit admiſſus nepos illius offenſi, & mortui occiſi,ad quem ſpectabat eius ſucceſſio, & hæreditas ab inteſtato,ad querelandum, & faciẽdum partem in iudicio, quia illa dicitur legitima ſucceſſio,quæ ab inteſtato defertur l 3. §.de illo ff pro ſocio, non obſtante, quod ille offenſus inſtituerat hæredem vniuerſalem extraneum,quia hęreditas, quæ ex teſtamento alicui obuenit dicitur impropria,ſecundum Cagnol.qui ita diſtinguit in l.vnica poſt nu.2. C. quando non petent. part. vnde ad infinitatem euitandam prouiſum fuit per dictam pragmaticam, vt inquiſitus non admittatur ad compoſitionem,niſi interueniat remiſſio omnium proximiorum, conſanguineorum, & magis coniunctorum occiſi,quibus ſucceſſio ipſius defertur, vt in d.pragmat.legitur,& eſt de mente D.Vincẽtij, vbi ſupra, & hoc eſt, quod voluerunt dicere

D.de

Digitized by Google

D.de Ponte, & Molfeſ.per me ad d.deciſ. D.Vin-
cent.allegari,ſed nõ ita clarè, quæ opinio procedit
ẽt ſi ſtatutum requireret pacem ab hæredibus de-
functi occiſi, quia eſt intelligendum ẽt ab hæredi-
bus ſanguinis, ſm Vulpell.in tractat.de pace q. 11.
quem refert, & ſequitur Farinac.in loc.ſupr.alleg.
n.20.in fin. An ius remittendi de morte occiſi ſpe-
ctat ad patrem ipſius, vel ad vxorem, ſi relicto filio
infante per occiſũ poſtea in pupillari ætate deceſſit
vide D.Fab.Ann.in obſeru.6. An ius querelãdi, vel
remittendi ſpectat ad filiam maritatam, & dotatã,
vel ſororem ſimiliter maritatam, & dotatam, quæ
renunciauit paternæ, vel fraternæ hæreditati, de
morte patris, vel fratris, Tartagl.in loc. ſupra cit.
tenet, quod ſic ratione ſanguinis, cuius iura tolli nõ
poſſunt, vt ibi per eum, ſequitur Farinac.in d.q.14.
n.26. qui in ſpecie reprobant Clar.contrarium te-
nentem in q.58.verſ.ſed ſi inter hæredes ibi, bene
verum eſt, contra quem ẽt tenet Baiard.ad eum in
addit. nu. 62. & ita vidi conſultum de anno 1586.
in fauorem magni Principis per illum famigera-
tum, & Aduocatorum Principem D.Fabiũ Mar-
cheſium, ſed D.de Pont.& Molfeſ.tenẽt contrariũ
in locis per me allegatis, & de anno 1609. fuit ſcdm
opinionem Clari, vbi ſupr.indicatum per M.C.V.
in Collaterali Conſilio, cum DD.Conſiliarijs ad-
iunctis, refert D.Carolus Tapia meritiſſimus Re-
gẽs in 4.tit. Iuris Regni ſuper d.pragm.fin.ſol. . .

Ius offerendi non habet locũ cõtra emptorẽ emẽtem
iure creditoris, & ſic ſubhaſta, ita tenet D.Vinc.de
Frãch.in deciſ.224.nu.1.& in deciſ.69.nu.1. vbi la-
tiſſime addo: an ius offerendi cõtra creditorẽ emẽ-
tem ab hærede cũ beneficio legis, & inuentarij, vel
contra extraneũ ementem ab eodem hærede, aut
cõtra hæredẽ, qui à creditoribus hæreditarijs emit
recurre ad eundem D.Vincẽt.in deciſ.531.à nu. 1.
cum ſeqq.vbi ẽt nu. 18. ſcribit hoc ius eſſe fundatũ
in maxima æquitate, & quãdo competat, vel non,
vide DD.quos poſt d.deciſ.allego ad eam, & ao ius
offerendi præſcribatur, & quanto tpe.vide in d.de-
ciſ.69.nu.12.vbi addo, & vide Sard in tract.de ali-
mẽt.tit.7.q.16.nu.60.& idẽ de iure luendi D.Vinc.
ibid.nu. 13.hoc autem ius offerendi competit ſolũ
creditori hypothecario, non aũt alteri l.cũ tibi C.
qui pot.in pign.hab.l.1. C.ſi antiq cred. Menoch.
q multa ſcribit in tract.de arbit.Iud.caſ.232.n.18.
in addit.nou.& vide in notab.caſu Mart.in vot.36.

Iuſpatronatus in Eccleſia non præſumitur, quia eſt
quædã ſeruitus, vt poſt Innoc. & Archid. oſtendit
Dec.in conſ.117. ſub nu.1. & Iacob.Menoch.in
tract.de præſũpt.lib.3.cap.90.nu.1.vbi ad id Abb.
Paul.de Cittad. & Lambert. allegat, quibus acce-
dunt Rol.à Vall. in conſ.47. nu. 10. & 12.vol.1. &
Maſcard.in tract.de probat.cõcl.685.vol.2.& ma-
ximè procedit in iure patronatus, ꝙ vniuerſitas,
vel aliqua perſona potens prætendit, quia illud po-
tius vſurpatum, quam rectè acquiſitũ præſumitur,
vt poſt Butr.Curt.Put.& Veral.cõcludit Menoch.
in loc.alleg.nu.2.& reſpondet Gabriel.in cõſ.192.
nu.1.vol.2.Perſonas aũt potentes in quibus præſu-
mitur vſurpatio iuriſpatronatus, ponit Put.in dec.
57.qui omninò legatur, Caualc.in deciſ.17.à nu.7.
par.2. Farinac.in deciſ.520.589. & 590. Caualc.in
deciſ.11.in princ.par.3.Hinc in iſtis perſonis potẽ-
tibus plenior, & exactior probatio requiritur ad
docendum verũ titulum iuriſpatronatus, vt decre
uit ſancta Synodus apud Cõc.Trid.ſeſſ.25.cap.9.
verſ.in his de reformat.Verall.in deciſ.128. par.2.
Caualc.in deciſ.11.in princ.par.3.& Farinac.in dd.
deciſ. 589. & ſeq. qui titulus iuriſpatronatus ex d.
Conc. Trid. debet probari ſundatione, dotatione,
conſtructione, qui ex authentico documento, &
alijs à iure requiſitis, vel ex multiplicatis præſen-
tationibus per antiquiſſimum temporis curſum,
qui hominum memoriam excedat, cuius verba ad
literã refert Iacob.Menoch.in loc.ſupra cit. nu.3.
Farinac.in deciſ.523. & pulchrè in deciſ.520.ſupra
citat. & Caualc.in d.deciſ.11.nu.2. omninò Ricc.
in deciſ.21.par.1.& in deciſ.266 par.2.Alex.Trẽ-
tac.in conſ.65.vol.1.& conſ.38.vol.2. & ꝙ debent
eſſe multiplicatæ præſentationes, Ricc.in dec.238.
par.2. vide Mart. in vot.74. nu.10. & ſeq. & quod
iuſpatronatus debet probari, atque ſupradictis mo
dis acquiratur, addo text. in cap. filijs, & cap. piæ
mentis, vbi gloſ.16.q.7. cap. nobis de iur.patron.
vbi Doctor.& Vinc.Maxill.in conſuetud.Bari fol.
36.nu.2.à terg. ſecundum nouiſſimam editionem
Venetam, & latiſſimè Ioſeph Ludou in ſuis com-
mun.opin.concl.42.in princ.fol.93. Maſcard.in
tract.de probation.cõcl.957.nu.31.vol.2. & Mar-
cell.Cala de mod.articul. nu.1335. fol.229. à terg.
poſt Viu.in opin. 608. par.2. Camill.Borrell. in
conſ.14.& conſ.25.col.1.& iſti tres caſus acquirẽ-
di iuſpatronatus, fundationis, dotationis, aut con-
ſtructionis æquiperantur, ſecundum gloſ.in d.cap.
piæ mentis, quam refert, & ſequitur Roland. in
conſ.46.ante nu.6.vol.1. poſt Pariſ.in conſ.47. nu.
20.& ſeq.vol.4.verùm hæc omnia tria, & alia, de
quibus in d.cap.9. Sac.Conc. coniunctim non re-
quiri ad probationem, & acquiſitionem iuriſpa-
tronatus, ſed vnum tantum ſufficit, quia Sacrum
Concilium alternatiuè loquitur, & in alternatiuis
vnam eſſe veram, & probari ſufficit, l. ſi hæredes
plures ff de cond. inſtit. & in §. impoſſibilis in fin.
inſtit.de hæred.inſtitu.& ita in terminis Sac.Conc.
tenet Iacob.Menoch.in loc.ſupra cit. nu 4. & ſeq.
vbi nu.5. ita refert interpetratum per Dominos d.
Conc.interpetres, & iterum in cõſ.241. & iterum
in conſ.336. edito prò confirmatione d. conſ. 241.
& Camill.Borrell.in d.conſ.25.nu.4.& ante Cõcil.
ita tenuerunt Rocch.de Curt.in tract.de iur.patr.
in princ & Lãbert.in eod.tract.lib.1.par.1.q.3.prin
cip. & Maxill.in loc.ſupra alleg. nu.3. dummodo
conſenſus Dioceſani, ſeu Epiſcopi interueniat vbi
n.4.limitat qñ eſt decurſum decennium, quia præ-
ſumitur interueniſſe, & ad id citat Archid. Card.
Felyn.& alios, & hoc qñ patronus præſentauit Pa-
rochum idoneũ infra 4.mẽſes, alias Epiſcopus põt
creare Rectorẽ cap.qm de iur.patr.quod intellige
qñ eſt quæſtio inter Patronos de ipſo iure patron.
ſecus aũt ſi eſſet quæſtio inter præſentatos, vt per
DD.in d.c.qm, & eſt de mente Lap.in alleg.78.nu.
10.in fin.& ſeq. & clarius oſtẽdit Maxill.in loc.cit.
nu.7.fol.37. Tempus enim, quod datur laicis ad
præſentandum eſt quatuor menſium, clericis verò
aut eccleſijs ſex menſiũ, cap.1.de iur.patr.in ſexto,
Menoch.in tract.de arbitr.iud.caſ.572.Ant.Gãma
in deciſ.387.ante nu.5.& Viu.in deciſ.13.nu.2.vbi
limitat, & Mart.videndus in vot.11.nu.9.& quid ſi
præſentatus eſt abſens, an ei ſuffragetur præſenta-
tio.vide omninò Farinac. in deciſ.575. & ſeq. & in
pulchro caſu Ricc.in deciſ.185. par.2. quod tẽpus
currit à die veræ ſcientiæ, ſecũdum Lap.in d.alleg.
in 4.dub.ſub nu.8.& ſeq. & iſta eſt verior, & cõior

opinio,vt poſt Rot.& Curt. teſtatur Maxill.in ſæpius alleg.loc. nu.8. & ita de anno 1577. iudicauit Rot.Rom. in deciſ.421. inter nouiſſimas diuerſorum par.1.& pariter Farinac. in deciſ.520. plures allegata,& iterum in deciſ.532.quibus obſtare videntur verba d.Sac.Conc.ibi, ſed beneficia,cũ vacauerint,& ſic à ipe vacationis, cum quo concordat Lãbert.in d.tract.lib.2.fol.117. & vide Verall. in deciſ.248.par.2. & Caualc. in d.deciſ.11.nu.56. Iuſpatronatus acquiritur cõſtructione,reædificatione,& dotatione eccleſię,vt poſt multos Doctor. ſcribit Menoch.in conſ.90.nu.28.& ſeq. ad quem locum ſe remittit idem Menoch.in d.cap.90.nu.6. vbi plus ſubdit,ꝙ Sac.Conc.Trid. hos modos non reijcit, & ſi alios commemorat, non enim incluſio vnius eſt excluſio alterius,quando eadẽ eſt vtriuſq; ratio,vt ibi nu.7.& 8. qui declarat, & ornat l.cum Prætor ff.de Iudic.& iterum in conſ.105. n.231.& vltra, Alex.in conſ.75.nu.1. & 13. vol.5. Surd.in tract.de alim.tit.9.q.31.nu.67. 68. & in deciſ.133. nu.11.& in deciſ.195.nu.12. Hinc etiam iuſpatronatus acquiritur præſcriptione,vt poſt Abb.conſ. 76.col.2.vol.2. concludit Dec.in conſ.117. col.fin. conſ.124.nu.2.conſ.126.nu.3.conſ.134.nu.4.DD, in apoſtillis ad Alex.conſ.74.lit. E.vol.4. latiſſimè Rol.in d.conſ.47.ſupra alleg nu.32. vbi poſt Paul. de Cittad.quē citat, inquit ſeruare ita conſuetudinem,ſecũdum quam iudicauit Papa Nicol.IV.& infinitos alios ad id allegat Ioſeph Lud. in d.concl.42. verſ.acquiritur etiã præſcriptione fol.93.videatur omninò Ricc.in reſol.338. Viu.in opin.438.par.1. & Maxill.in d.conſuet.Bari fol.37.à terg.nu.2.vbi poſt Dec quem allegat in d.conſ.134.ſcribit,quod laici poſſunt præſcribere tale ius ſpacio 40.annor. contra patronum,ſequitur Ioſeph vbi ſupr.in 18. ampl fol.95. vide ſi cõfert Mart.in d.vot.74.n.10. declara tamen ſm̃ eundem Ioſeph. in d.concluſ. à verſ.Doctores tamen,cum alijs ſeqq. fol.93. Sẽpr. Aſcia in determ.24.nu.4. 10.quodq; ex vnica præſentatione acquiritur quaſi poſſeſſio præſentandi, vt poſt Dec. in conſilijs ſupra citatis cõcludit Maxill.in d.loco nu.2 in fin.& ſeq.vbi ẽt refert,& deducit requiſita Rol. in d. conſ.47. nu.27. latiſſimè omniũ Ioſeph. vbi ſupra in 13.ampl.fol.94.à terg. Mart.in d.vot.74.nu.11.Padilla in l.1.nu.24. C.de ſeruit.Gratian.lib.2.diſcept.forenſ.cap.310.n.78. qui declarat,Alex.in conſ.65.nu.12.vol.1.Farinac. in deciſ.521.& 525.Mart.in vot.195.n.9. vide tamẽ Verall.in deciſ.133.340.341.342.& 420.& ſeq. & Farinac.deciſ.545.& Ricc.in deciſ.237.par.2. licet aliter videatur loqui in præſcriptione idẽ Ioſeph. in 16.ampl.Sed quæ præſentatio attendi debet,ſcilicet facta ab eo,qui eſt in quaſi poſſeſſione præſẽtandi ẽt ex vnica præſentatione,vel à proprietario, vide omninò Maxill.in loc.cit.nu.4.& ſeq. fol.37. & Rol.in d.conſ.47.nu.28. ſed ſecundũ Seraph.in deciſ.884.præferri debet ille,qui eſt præſentatus ab eo,qui eſt in quaſi poſſeſſione.Inſuper iuſpatronatus acquiritur per donationẽ,vel legatum,quia ius nominandi donari poteſt, dummodo donatio ipſa fiat cum conſenſu Epiſcopi cap.illud, vbi DD. de iur.patr. Dec.in conſ.541. nu.2. Rol.in d.conſ.47. nu.46.& latè Ioſeph.in d.concluſ. verſ.acquiritur ẽt fol.96.à terg.vbi addit Socc.Iun.Menoch. & alios,quę donatio ſi non eſt confirmata per Epiſcopum eſt nulla,Seraph.in d.deciſ.884. & fol.97. refert fallentias, quibus accedit Maxill.in loc.cit.fol. 38.nu.3. & quod iuſpatronatus poſſit legari, tenẽt DD.in l.cum reſponſo C.de leg. Maxill.vbi ſupra nu.2.& Ioſeph.in d.concluſ.verſ.ampliatur ſecũdo fol.96.à terg.poſt Menoch.Lambert.& alios,quos allegat,interueniente conſenſu Epiſcopi, ſecũdum magis cõem opinionem, vt teſtantur Menoch. & Lud.vbi ſupra fol.prædicto.Verall.in deciſ.284.& 282.vbi limitat par.2.& Caualc.in d.deciſ.11.n.9. Io.Dilect.de art.teſt.in tit.de legat caut.67. verùm valet donatio, vel legatum in præiudiciũ donantis abſq; conſenſu Epiſcopi,ſm̃ Mart.in d.vot.11.n.5. & maximè ſi fit vni ex cõpatronis,vt ibi n.6.Ricc. in deciſ.124.nu.2.par.1.latè Gratian. lib.3.diſcept. forenſ.cap.577.nu.37.videatur Verall.in dec.132. par.2.qui conſenſus poteſt poſt donationẽ,ſiuè legatum ſubſequi,vt poſt Ruin.& alios probat,Rol. à Vall in d.conſ.47.nu.48. Ioſeph.in d.concl.verſ. ampliatur primo fol.96. à terg. Ricc.in d.deciſ.& Gratian.qui ſupra nu.39. Verall.deciſ.132. par.2. & cum eis concordat Maxill.in d.conſuet. fol.39. nu.8.vbi poſt Dños de Rota tenet,quod conſenſus Epiſcopi non requiritur pro validanda donatione, ſed ſolum ad tranſlationẽ iuris in donatarium, bene verùm eſt, ꝙ per patronos poteſt fieri donatio iuriſpatronatus eccleſię,vel alteri loco pio ſine cõſenſu Epiſcopi d.cap.illud,& ita poſt Lãbert.tenet Ioſeph.in d.concluſ.verſ.ampliatur 11.fol.97.addo Maxill.in loc.cit.n.10.fol.39.Cæuall.in tract.cõm. cõtra comm.q.390.fol. .& Viu.in opin.217.p.1. Grat.lib.1.diſcept.forẽſ.cap.178.nu. .vbi multa in materia,& lib.2.cap 301.vide Molin.de primogen.hiſp.lib.1.cap.24.nu.13.prædicta tamen intellige,validam tũc eſſe donationem,aut legatum ipſius iuriſpatronatus,vel ipſius beneficij, quãdo beneficium prædictum iuriſpatronatus , ꝙ donatur, vel legatur eſt vacãs,alias ſi donaretur,aut legaretur beneficium vacaturum, donatio, ſiuè legatum non valeret,& eſſet nulla cap.fin.de conceſſ.præb. vbi Abb.in vlt.notab.& ita tenet Dec.in d.cõſ.541. n.1.& conſ.ſeq. n.5. verſ.tertio hoc comprobatur, ſequitur Maxill.in loc.ſupra cit.n.12.& ita iuribus, auctoritatibus,& rõnibus conſuluit Rol.in d.conſ. 47.in 2.dub.à nu.53.cum ſeqq.ob votum captãdę mortis,vt ibi, & Ioſeph.in d.concl. verſ.fallit ſcdo fol.97.& pulchrè de Amatis in deciſ.4 nu.6.7.& 8. hinc infertur,ꝙ iuſpatronatus tranſit,& in eo ſuccedunt maſculi,& fęminæ,maiores & minores, ac ẽt pupilli,vt poſt Paul.de Cittad. & Rim.Iun.ſcribit idẽ Ioſeph in alleg.concl. fol.100.in 3.ampl. à terg.quia fœminæ ſunt capaces iuris præſentandi, Viu.in d.opin.608 par.2.Ioſeph vbi ſupra fol.101. à terg.Farinac.in deciſ.535.Morot.in conſ 33.n 5. & ſeq Marant.in l.is poteſt nu.35.ff.de acquir.hæredit. & Mart.in d.voto 193. nu. 3. vbi nu. 4. poſt Abb.& alios, quos allegat ſcribit fœminam poſſe fundare eccleſiam,conſtruere,& illam dotare, cõſenſu Epiſcopi interueniẽte, prout requiritur cap. cum à nobis de iure patron. cum alijs allegatis per Mart.in d.vot in princ. Adeò quod filij inęqualiter inſtituti admittuntur ęqualiter,non autẽ pro portionibus hæreditarijs,ſecundum Aym.Crau. in rubr.ff.de leg 1.nu 88. & Ioſeph.in d.concluſ.in 2. ampl.fol. 100.qui alios allegat,& Marant.vbi ſupr. nu.33.licet referat DD.tenentes contrarium,vide Peregrin.in tract.de fideic.art.6.nu.36.& inter eos

ſucce-

ſucceditur in ſtirpes, & non per capita, clem. ſi plures de iur. patr. Ioſeph. in ſępius alleg. cõcl. in princ. fol. 93. Decian. in conſ. 32. vol. 1. Morot. in cõſ. ſup. cit. nu. 3. & Coſta in tract. de port. rat. q. 97. & verũ ſupradicta opinio quoad fœminas, quæ capaces ſunt, vt ſupra, procedit de iure cõi, vide Ricc. in deciſ. 60. & omninò deciſ. 118. par. 2. Secus autẽ in Regno per conſtit. in aliquibus, qua prouiſum eſt maſculos extantes præferri fœminis, ſũmodo ipſe dotentur de paragio, ac ẽt pręferri in iure patronatus, ab eiſq; excludantur, vt poſt Cardin. Imol. & Rocch. de Curt. in terminis tenet Maxill in d. conſuetud. fol. 41. à terg. in nouis, & iterũ fol. 296. nu. 2. & Farinac. in d. deciſ. 535. nu. 3. & inſuper quando fuit dotata, & renũciauit in forma, vt oſtẽdit Abb. poſt Feder. de Sen. in cap. cum ſæculum n. 4. de iure patr. & Morot. in d. conſ. 33. nu. 8. & Marant. in loc. cit. nu. 35. vbi n. 36. limitat, Pariſ. conſ. 48. nu. 16. vol. 4. Hinc præſentatio iuris patronatus quãdo ad ſingulos ſpectat, tũc ſinguli ſeparatim poſſunt pręſentare, & maior pars præſentantiũ attendi debet, Abb. in d. conſ. 76. in 2. dub. vol. 2. ſequitur Aym. Crau. in conſ. 63. in 1. dub. Viu. in opin. 437. par. 1. Farinac. in tit. de accuſat. q. 14. nu. 8. in fin. Ioſeph. vbi ſupra fol. 97. verſ. ampliatur 15. Mart. in vot. 15. nu. 7. Seraph. in deciſ. 784. vide Verall. in deciſ. 294. 367. & 369. par. 2. & dicit Seraph. in deciſ. 165. qđ præſentatio facta ab vno ex patronis, ſi duo tãtum reperiantur, alio non reclamante, nec infra quadrimeſtre præſentante tenet, ẽt ſi poſt quadrimeſtre contradicat, quia non releuat contra præſentantẽ, imò patronus non comparens tpe prædicti ſibi præiudicat, vt ibi, dummodò nõ pręſentetur indignus, vel ſi fiat præſentatio contra formam fundationis, vt per Ludou. in d. ampliat. 15. Verall. in deciſ. 293. par. 2. Caualc. in d. deciſ. 11. nu. 19. & 20. & Ricc. in deciſ. 96. par. 2. quod tamen procedit quando patroni habent voces æquales. quia diuiſio vocum patronorum fit in duodecim vntias, Seraph. in deciſ. 875. Secus autem quando habẽt voces inæquales, puta vnus habet vnam vel duas voces, alius habet medietatem, vel tertiam, aut quartam partem vnius vocis, vt per Canon. ſtas in cap. 3. de iur. patr. & Dec. in d. conſ. 127. num. 3. verſ. nam ipſe ſimul, quos Maxill. refert in d. conſuet. fol. 37. à terg. n. 1. in nouis, videatur omninò Decian. in d. cõſ. 32. ſupr. cit. vol. 1. Nam ſemper origo, ſiuè radix iuris patronatus debet attendi d. cap. 3. de iur. patr. cũ concord. per Decian. allegatis, vbi qui ẽt allegat Alex. in cõſ. 73. col. fin. vol. 4. Hinc pręſentatus a proprietario præfertur præſentato ab vſufructuario, vt tenent DD. quos vterque Anna allegãt in ſing. 593. meminit Camill. Borrell. in cõſ. 62. nu. 12. & quid ſi eſt vſufructuarius omnium bonorũ, vide omninò Ricc. in deciſ. 23. par. 1. vide Molin. in d. cap. 24. nu. 4. & quid ſi vxor dedit villam, vel fundum marito in dotem, in quo adeſt iuſpatronatus, quis de duobus præſẽtatis præfertur, an præſentatus à marito, vel præſentatus ab vxore, idem amicus noſter Borrell. in loc. ſupra cit. n. 11. poſt Anchar. DD. de Rota, Rocch. de Curt. & Ferrett. reſpondet præſentatum ab vxore præferri debere, quia ipſa eſt domina dotis, & maritus ſolum eſt vſufructuarius ex tritis regulis, Maxill. aũt ſuper d. conſuet. fol. 39. à terg. quem Borrell. nõ allegat ex profeſſo à n. 13. vſque ad 25. diſputat quęſtionem iſtam, & tandem concludit præſentatum à viro debere pręferri, & reſpondet omnibus, quę in contrarium allegantur, cuius opinionem intelligo, quando fundus, vel domus in dotem data marito fuit conſignatus, vel conſignata, extimata, ea extimatione, quę facit emptionem, ſecus ſi eſt conſignatus ad ſolidum valorem, & ſic in fundum dotalem, & ita intelligo opinionem D. Borrelli, cum quo concurro, vide interim Ann. in ſing. 595. & Molin. in d. cap. 24. nu. 3. & 34. vbi opinionẽ refert. Hinc præſentatus à maſculo præfertur pręſentato à fœmina, vt dixi ſupra in concluſione fœminæ: addo nunc Viu. in d. opin. 608. col. 2. vide Morot. in d. cõſ. 33. nu. 5. & de duobus præſentatis quis præferri debet in paritate votorum ſiuè vocum, Mart. in d. vot. 15. à nu. 8. cum ſeqq. reſpondet illum debere pręferri, qui magis idoneus eſt, poſt DD. quos allegat, & quãdo gratificatio locum habeat, vide ibi nu. 11. & ſeq. Hinc ẽt iuſpatronatus trãſit ad hęredes ẽt extraneos, & in ſolidũ, ſm D. Vinc. de Franch in deciſ. 85. nu. 1. vbi addo alios, & vltra Decian in d. conſ. 32. Morot. in cõſ. ſæpius cit. vbi in notabili caſu loquitur, & Coſta omninò de port. rat. in d. q. 97. nu. 6. Maranta in d. l. is poteſt n. 33. Ricc. in deciſ. 72. par. 2. & in dec. 126. par. 1. vbi refert iudicatũ, quod repudiata hereditate non poteſt iuſpatronatus acceptari, & trãſit ad hæredem fœmininum, tàm ex teſtamento, quã ab inteſtato, ſicut tranſit ad maſculum, ſecundum Mart. in d. vot. 105. nu. 5. eo tam modo quo dixi ſupra, & eſt indiuiſibile, Ioſeph in d. concl. fol. 101. à terg. ſed non trãſit in fideicõmiſſarium, quia apud hæredem grauatum remanet, vt Alex. ſcribit in l. quia perinde, vbi alios allegat ff. ad trebell. & in conſ. 73. vol. 7. Ioſeph. in d. concl. verſ. fallit 1. f. 100. Ann. in ſing. 594. & latiſſimè omnium Peregrin. in tract. de fideic. art. 6. ſub n. 37. poſt Molin. in d. c. 24. à nu. . cum ſeq. Hinc opinionem intellige nõ facta aliter reſtitutione reali, vel verbali per grauatũ, ſecus ſi reſtitutio prædicta per grauatum facta ſit, tunc iuſpatronatus in fideicõmiſſarium tranſit, & ita bis determinari, vide Guid. Pap. in dec. 507. ſub n. 1. de quo meminit Peregr. in loc. cit. nu. 38. Ricc. in deciſ. 126. nu. 14. par. 1. quia actiones actiuę, & paſſiuę facta reſtitutione prædicta reali, vel verbali per hæredem, tranſeunt in fideicommiſſariũ vniuerſalem l. 1. in princ. vbi Iaſ. nu. 13. poſt alios ff. ad trebell. Peregr. in d. tract. art. 53. nu. 11. nam fideicõmiſſarius, cui ex iuſſu teſtatoris reſtitutio fit locũ hæredis ſubintrat Iaſ. & Peregr. in dd. locis, etiã rei minimę, & creditoribus contradicentibus, vt per Rip. in d. l. 1. nu. 9. 10. quod intellige in actionibus acquiſitis facto defuncti, ſecus ſi poſt mortẽ ipſius ſecundum Rip. ibi nu. 10. & tranſeunt ipſo iure volente tamen fideicommiſſario, Rip. in d. l. 1. §. quotiens n. 6. verſ. iſtud, de quo meminit Surd. in tract. de alim. tit. 9. q. 25. nu. 70. Item iuſpatronatus non tranſit in cõductorem ad modicum tpſ, Ann. in d. ſing. 594. & clarius eius filius doctiſſimus I. C. qui infinitos alios allegat in conſ. 3. nu. 31. ſecus ſi eſſet conductor ad longum tpſ, quia per talem conductionẽ iuſpatronatus acquiritur, vt poſt Rocch. & Lambert. tenet Ioſeph. in d. concluſ. verſ. acquiritur etiam fol. 99. vbi plures fallentias ponit. Hinc collatio facta ab Epiſcopo ſine præſentatione patroni eſt nulla, cap. decernimus 16. q. 7. cap. dilectus de iure patr. Guid. Pap. in deciſ. 374. in fin. Ro-

land.in conſ.ſæpius allegato nu.22.& ſeq. Pariſ.in conſ.143.col.1.vol.4.& Alex.Trentac.in conſ.65. nu.14.ſupra citato Sed ſi conſenſus patroni ſuperueniat poſt d.collationem voluntariam, validatur collatio ipſa ſecundum Guid.Pap.in d.deciſ.nu.2. vbi allegat deciſ.DD.de Rota,ſequitur Farinac.in deciſ.575.vide ſi confert Seraph.in deciſ.339. vnde inſtitutus primo loco, præfertur inſtituto ſecũdo loco,etiam ſi fuerit adeptus poſſeſſionẽ,vt poſt Aym.oſtẽdit Roland.in d.conſ.nu.50. & maximè quando primus inſtitutus eſt magis idoneus, vbi nu.51.& 70.cum ſequ.quem vidi, quia notabiliter loquitur,& dixi ſupra.Hinc pręſentatus poteſt cogere Epiſcopũ,vt ipſum inſtituat Mart.poſt Paul. de Cittad.in d.vot.11. nu.11.& beneficium curatum non confertur niſi habenti ętatem ſufficientẽ ad Presbyteratum,ſecundum Roland.ibid.nu.57. 74. licet non eſſet in ſacris conſtitutus ibi nu.60. vide Anchar.Iun.in q.3.par.1.& q.67.par.2.& Caualc.in d.deciſ.11. nu.18. & quæ conditiones poſſint apponi in tranſlatione iuris patronatus,vide Seraph.in deciſ.1414.Anchar.vbi ſupra,& Caualca.in d.deciſ.11.nu.110.& Marc.Ant.de Amat.in deciſ.4. Molfeſ.in conſ.31.& Ricc.deciſ.29.par.2. & Gratian lib.3.diſcept.forẽſ.cap.522.ad fin. Nec poteſt Epiſcopus beneficium conferre inconſulto patrono, & ſi confert venit irritãdum cap.illud de iure patr.Guid.Pap. in d.deciſ.374. nu.3. vbi apoſtilla lit.E. dicit, quod non eſt facienda differentia inter patronum eccleſiaſticum,& patronum laicũ, vide ſi confert Caualc.in d.deciſ.11.nu.53.& 69.& iuſpatronatus, quod de laico in clericum peruenit efficitur ſpirituale,ſecundum D.Vinc.de Frãch.in deciſ.696.nu.4.allegat Anchar.in cap.1.de iure patron.in ſexto,conuenit Seraph.in deciſ.1420. An patronus in iure patronatus debeat potius præſentare clericos ciues, quam exteros, vide remiſſiuè Afſl.in conſtit.Iudices nu.5.in fin: vbi etiam loquitur in Prælatis prouidere volentibus de beneficijs eccleſiaſticis, potius clericis ciuibus, quàm extraneis,& Roland.in d.conſ.47.nu.67.68.Item debet potius pręſentari pauper,quam diues in d.iure patronatus,Roland.vbi ſupra nu.32.& ſeq.& Mart. in d.vot.15. vide Ricc.in deciſ.212.part.2. Hinc ſi ſunt plures cõpatroni in vno iure patronatus,vnus ex eis poteſt alteri compatrono iuſpatronatus relaxare ſine conſenſu Epiſcopi, quia non eſt donatio,ſed iuris ſui relaxatio, vt dixi ſupra ex Mart.in d.vot.11.nu.6.nam quilibet patronus habet ius inſolidum, iuxta gloſ. & ibi Abb. in cap.ex inſinuatione de iure patron. Secus ſi donatur conſanguineo,& non compatrono,tunc eſt neceſſarius conſenſus Epiſcopi,ita ſcribit Afſl. in conſt.conſtitut. diu.mem.nu.17.addo Verall.in deciſ.132.par.2.& Caualcan.in ſæpius allegata deciſ.nu.9.10.& 32.& dixi ſupra. An legatus de latere poſſit iuſpatronatus laicorum conferre,ex pręſcriptione,conſuetudine,vel priuilegio acquiſitum,Rol.a Vall.in conſ. 46.1.dub.vol.1.conſuluit,quod ſic,ſecus ſi eſſet iuſpatronatus acquiſitum ex fundatione, dotatione, vel conſtructione, quia illud conferre non poſſet, vt ibi nu.9. videatur tam.n Ioſeph.Lud. in d.concluſ.fol.95.à terg.& Verall.in deciſ.146.par.2. An Rex, vel Princeps ſæcularis poſſit ex conſuetudine, cuius memoria non extat in contrarium conferre iuſpatronatus, & alias præbendas in Regnis ſuis,vide Bald.in l.reſcripta num. . C.de precib. Imper.offer. quem refert,& ſequitur Alex.in cõſ. 74.num.10.vol.4. vbi ponunt exemplum in Rege Vngariæ,vel in Rege Angliæ,& in Rege Apuleæ, & Franciæ,ſequitur Afflict.in prælud.conſtit.Regni q.18. ſub nu.5.allegat inter alios d.Alex. in d. conſ.74. prout Sereniſſimus D. Rex noſter habet tàm in iſto Regno,quàm in alijs Regnis ſuis,vt refert D.Reg.de Curt.de feud.fol.4.à terg.nu.43. & ſeq. & nu.54. & clarius D.Reg. de Ponte in deciſ. 12.& multa ponit in materia Afflict.in d.q.18. & conueniunt ſcripta per Ant.Theſaur.in deciſ.131. nu.6.& ſeq.& nu.11.vbi multa addit eius filius ibi; hinc pater poteſt filium præſentare in iure patronatus,ſi bono zelo mouetur, & eſt idoneus ſecundum gloſ.in cap.quia clerici de iure patronat. vbi Abb.dicit communem,ſequitur Roland. qui alios allegat in d.conſ.47.nu.49. Morot.in d.conſ.33. & Mart.in d.vot.11.nu.17.Ricc.in deciſ.36.par.1.declara tamen,vt per Roland.vbi ſupra nu.62. & an filius viuente patre poſſit aliquem præſentare in iure patronatus,vide Verall.in deciſ.366.par.2. an patronus,qui ſemel aliquem præſentauit poſſit accumulando variare,vide Lap.in allegat.78.nu.4.& ſeq. Abb.in cap.cum autem de iure patron.& Caualc. in d.deciſ. 11. nu.19. poſt Pariſ.in d.conſ.48. col.1.& Alex.Trentacinq.conſ.66.nu.4.5.6. vol.1. verùm ſi patronus iurauit in præſentatione non poteſt variare, vt poſt Lambert. tenet Ioſeph in d. concluſ.fol.100. verſ.acquiritur etiam iuſpatronatus,& maximè ſi patronus præſentans promiſit cũ iuramento non reuocare, quia non poteſt contrauenire.Mart.qui concordantes allegat in d vot.11. nu.1.An patroni poſſint paciſci de præſentando alternis vicibus, & in pacto prædicto requiritur cõſenſus Epiſcopi,vide Mart.vbi ſupra nu.21.& 24. an minor poſſit erigere iuſpatronatus ex *fundatione*,dotatione,aut cõſtructione ſine decreto,& ſolemnitatibus requiſitis in alienatione rei minoris, & licet Lambert.in d.tract.relatus à Simoncello in tract.de decret.lib.2.fol.50. & ſeq. nu.20. fuit in opinione,quod ſic,poſt Paul.de Cittad. tamen idẽ Simoncel nu.22.& ſeq.tenet contrarium per iura, & rationes,quas allegat, & eius opinionẽ dicit veriorem,& cõtorem idem Ioſeph vbi ſupra fol.101. à terg. verſ.minor. An pupillus maior ſeptem annorum poſſit aliquem præſentare in iure patronatus abſque tutoris auctoritate,vide Ricc.ſiuè alium poſt deciſ.246. par.2. & minor abſque auctoritate curatoris, vide omninò Peregrin. in deciſ. 100. & Epiſcopus debet in iure patronatus,vel in Eccleſia vacante illum eligere,quem magis idoneum iudicauerit,atque illi,& non alteri collationem eccleſię conferre,vt decreuit Sãcta Synod.Conc.Trid.ſeſſ. 24.cap.18.de reform.verſ.peracto, & per illũ text. ſcribit Nauar.in cõſ.5.in tit.de iure patron.fol.718. q̃n eſt locus gratificationi, & dixi ſupra ex Mart. qui bene loquitur in d.voto 15.addo nunc D.Maſtrill. in deciſ. 2. & Farinacc. in deciſ.654.655.& 677. Ricc.in deciſ.212. part.2. deciſ.13. ead.part. & deciſ.7. par.1. Et quia dixi ſupra, quod ius patronatus ex fundatione, dotatione, vel alijs modis acquiratur, tum ex diſpoſitione iuris communis, tùm etiam ex d.Concil.Trident.cap.9. ſupra allegato, quod non excludit modos prædictos, vt ſupra concluſimus,verùm d.Sac.Concil.non admit-

tit

tit modos acquirendi iuſpatrona‑tus per poſſeſſionem, præſcriptionem, conſuetudinem, vel priuilegium, ſecundũ Caualc. in alleg. deciſ. 11. nu. 40. 46. & 96. qui dicit, ꝙ ius præſentãdi poteſt in fauorem Eccleſiæ præſcribi, non è contra, vt ibi nu. 30. 60. & ſequ. An verba poſita in d. Concil. ibi, vel qui ex authentico documento, comprehendant etiam probationem faciendam per teſtes, Gloſ. in cap. 1. in verb. documentis de except. in ſexto tenet, quod ſic, dùm dicit documentis, ideſt inſtrumentis, vel teſtibus, allegat cap. peruenit de teſtib. cogend. & l. 1. ff. de fid. inſtrumentor. & cum ſuper verbis iſtis annis prædictis ſermonem haberem cum celeberrimo Iuriſconſulto, & maximæ intelligẽtiæ, ac ſpeculationis Domino meo Ioanne Laurentio de Rogerijs nobili Salernitano, nũc primario iuris ciuilis interpetre in famoſiſſimo Gymnaſio Neapolitano allegabat pro confirmatione d. gloſe Alber. in eius dictionario in verb. documenta, & Rebuff. in l. notionem §. inſtrumentorum ff. de verbor. ſignif. cui ego addebam Luc. de Penn. in l. placuit in fine C. de collat. fund. lib. 11. & ſubdebam dicto Domino meo, quod aliter hoc verbum documentum interpetratur Dominus præceptor meus Alphan. in auth. ſi quis in aliquo documento in princ. C. de edendo, videatur omninò Gratian. lib. 1. diſceptat. forenſ. cap. 168. col. fin. Sed ſuper verbis prædictis adeſt interpetratio Illuſtriſſimorum Dominorum Concil. Trident. interpetrum in vna Tudertina in hæc verba: Ius patronatus probatur ſolo documento fundationis, abſque aliqua præſentatione non tollitur à Concilio, niſi tantum temporis præſtitiſſet, quantum de iure requiritur ad præſcribẽdum Eccleſię libertatem, & in quo inſtrumentum fundationis legatur ad literam, quod Titius fundauit, dotauitq́. Tamen quod ſit inſtrumentum proprium fundationis, & dotationis, & alia iuris requiſita concurrant hanc interpetrationem poſt hæc ſcripta, dùm iſta reſcriberem accepi à Domino D. Petro Gattula Canonico Salernitano, viro acutiſſimi, & perſpicaciſſimi ingenij, & Domino meo cariſſimo, dùm cum eo colloquium haberem, vide Caualcan. in d. deciſ. nu. 22. & 45. & quid in quaſi poſſeſſione iuris patronatus vide Nauarr. in conſ. vnic. in tit. de cauſ. poſſeſſ. & propr. ſcribitur inſuper in d. cap. 9. Conc. Trid. ſiuè etiam ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis ſpacium, ſeù curſum, vide pro declaratione dictorum verborum omninò Caualc. in d. deciſ. 17. à nu. 5. cum ſeqq. par. 2. & in d. deciſ. 11. Seraph. in deciſ. 1141. á nu. 1. & 1420. Farinac. omninò in deciſ. 520. 589. & 590. An ius patronatus poſſit fundari, & eligi in Eccleſia collegiata, vide in d. cap. 9. verſ. reliqui patronatus, Ricc. in deciſ. 239. ſupra citata, & quæ dicatur Eccleſia collegiata, vide Iacob. Menoch. in d. cap. 90. col. fin. & ante eum fuſius, & clarius Maſcard. in tractat. de probat. concl. 684. vol. 2. & Farinac. in deciſ. 659. An ius patronatus poſſit fundari in Eccleſia conuentuali, & quæ requirantur, vide Farinac. in deciſ. 563. An ius patronatus poſſit laico competere in monaſterio in honore, onere, & vtilitate, vide Mart. in voto 29. nu. 6. Ius patronatus contra Canonicas ſanctiones prohibetur vendi, vel alio quocunque titulo transferri per d. cap. 9. Conc. Trid. verſ. nec dictum ius patronatus, quia eſt annexum ſpiritualitati, & gratioſè fuit laicis communicatum, Rol. à Vall. in d. conſ. 47. nu. 14. 15. & 35. Sed à contrario ſenſu admittit in caſibus, in quibus ius commune canonicum permittit alienari poſſe: caſus autem permiſſi à iure poſſe alienari sũt plures, quos in terminis d. cap. 9. enumerat, Iacob. Menoch. in d. cap. 90. ad fin. & inter alios ponit exẽplum in villa, vel caſtro vendito, poſt Doctor. in cap. ex literis de iurepatr. Surd. in tract. de alim. tit. 9. q. 22. nu. 27. & Maxilla in conſuetud. Bari fol. 40. ante n. 25. qui per d. cap. ex literis, ſcribit non requiri cõſenſum Ordinarij, quibus accedere videtur Didac. Couarr. lib. 1. var. reſol. cap. 13. ſub n. 3. qui tamen opinionem iſtam declarat, & omninò Ioſeph. Lud. in d. concl. fol. 97. à terg & fol. 98. & an in vẽditione omnium bonorum includatur ius patronatus, vide eundem Did. Couar. loc. præd. nu. 4. & iterũ lib. 3. var. reſol. c. 18. nu. 7. & ſeq. Hinc vendito palatio in quo adeſt ius patronatus, an illud veniat, & in emptorẽ tranſeat, vide Boer. in deciſ. 322. nu. 14. & Maxill. in loc. cit. nu. 26. Nauarr. in conſ. 3. in tit. de iure patr. Ioſeph. in d. concl. fol. 98. à terg. in 7. declarat. & quid ſi in venditione ſit per venditorem dictum, vendo caſtrum cum omnibus iuribus, & cum iure patronatus in eo exiſtente, Dec. ex profeſſo in conſ. 127. conſuluit venditionem valere, ſuamq́; opinionem iuribus, & rationibus probat contra Abb. aliter tenentẽ, quem ſequi videtur Maxill. vbi ſupra n. 25. ſed de per ſe non poteſt vendi cap. de iure vero extra de iure patr. licet cum vniuerſitate tranſeat d. cap. ex literis, Aff. in conſtit. Magiſtri Camerarij nu. 3. vide Molin. in d. cap. 24 ſupra citato. An in donatione omnium bonorum mobilium, immobilium, quorumcunque ac iurium, actionum vniuerſorum veniat ius patronatus, Seraphin. in deciſ. 725. refert per Rotã iudicatum, quod ſic, ex d. cõſ. Dec. paulo ante citat. & reprobat Couarr. aliter tenentem, ſed an poſſit ius patronatus pro vna vice cedi, Aym. Crauet. in conſ. 191. poſt nu. 2. tenet, quod ſic, & an ob delictum veniat in cõfiſcatione, vide Surd. in d. q. 22. nu. 28. & omninò exuberantiſſimum Farinac. in tit. de delict. q. 25. n. 151. cum ſeqq. Petr. Caball. in caſ. 40. Molin. vbi ſupra, & aliqua per Ann. in ſing. 290. & ſeq. Hinc cum ius patronatus fundatur pōt in ſe recipere aliquod onus, ſecundũ gloſ. in cap. in generali in verb. fundatione de elect. in ſexto, & ita in aliquibus locis ſeruatum vidit Paul. Fuſc. Epiſcop. Rauellẽſ. & poſtea Sarnẽſis in ſing. 113. lit. I. & ſatis pulchrè D. Vincent. de Franch. in deciſ. 85. ſupra citata, & Pariſ. in d. conſ. 48. accedente tamen cõſenſu Epiſcopi, vel alterius Superioris, ſecundum Anton. Gamm. in deciſ. 107. Hinc infertur, quod præſentatio, & inſtitutio iuris patronatus debet fieri coram Epiſcopo, & Iudice ordinario iuriſdictionem habente, & non coram Capitulo, aut Præpoſito, ſecũdum Caualc. in d. deciſ. 17. nu. 10. 15. Iacob. Sbroz. in tract. de offic. Vicar. q. 110. nu. 1. lib. 2. nec coram Vicario Epiſcopi, quia ipſe non poteſt beneficia conferre, niſi ſit ſibi specialiter cõceſſum cap. fin. de offic. Vicar. in ſexto, Guid. Pap. in d. deciſ. 374. nu. 5. latè Rol. à Vall. in d. conſ. 47. nu. 19. & ſeq. Iacob. Sbrozz. in d. tract. & lib. q. 71. ſed infra quantũ tp̃s debet Ordinarius abſtinere ab inſtitutione, & præſentatione, vide Caualcan. in ſæpius allegata deciſ. 11. nũ. 53. An Vicarius poſſit inſtituere præſentatum á patronis

vigore ſui officij, quamuis ad hoc non habeat ſpeciale mandatum ab Epiſcopo, & opinionem affirmatiuam, quod poteſt, tenuit gloſ in cap. ex frequentibus in verb. officialium de iuſtit. & in d. cap. fin. in verb. non poſſunt, & Roland. in alleg. conſ. 47. nu. 45. qui ad hoc citat Ancharan. Gemin. Roman. Abb. Dec. & Rocch. de Curte, & teſtatur de magis communi opinione, quibus aſſentit Didac. Couarr. lib. 3. variar. reſolutiun. cap. vltim. nu. 7. in nouis, & latiſſimè hanc opinionem affirmatiuam proſequitur reſpondendo ad contraria Iacobus Sbrozz. in d. tractat. lib. 2. q. 11 r. Ius autem patronatus probatur ex inſignijs, & armis familiæ, & antiquis lapidibus in ianuis Eccleſiarum repoſitis, vel ex literis in illis ſcriptis, ſecundum Bald. in conſ. 310. vol. 5. & alios multos, quos allegat Anna in ſingul. 289. vbi refert ita decitum in Sac. Conſil. quibus accedunt Ripa in cap. cum Eccleſia nu. 97. verſ. ſimiliter, de cauſa poſſeſſion. & proprietat. D. meus Alphan. in l. 1. nu 127. & 129 ff. ſi cert. petat. Maſcard. in tractat. de probation. concluſ. 957. nu. 21. vol. 2. Caualean. in d. deciſ. 17. num. 1. deciſ. 23. num. 77. par. 2. Menoch. in tractat. de præſumption. lib. 2. cap. 59. nu. 1. & Seraphin in deciſ. 141. nu. 7. Ricc. in deciſ. 231. par. 2. multiſq; alijs modis probatur, quos Maſcard. congerit in d. concluſione, ad quem lectorem remitto, & Farinac. in d. deciſ. 520. & quomodo præſentatio facta probetur, vide eundem Maſcard. in d. tractat. concluſ. 1216. & in concluſ. ſeq. vol. 3. Iacob. Menoch. in d. tractat. de præſumption lib. 6. cap. 77 & ad materiam in pulchro caſu vide Camil. Borrell. in conſ. 14. ſupra allegato, & an poſſit ius patronatus licitè donari laico ſine conſenſu Papæ, vide Mart. In voto 41. nu. 11. & vide multa apud Borrell. in pragmat. odia §. 2. gloſ. 1. q. 11. à fol. 67. cum ſeqq. Caualcan. in repertor. deciſ. primæ partis in verb. ius patronatus, & Farinac. in dd. deciſion. 538. 543. 571. 586. 646. 648. & ſequ. 654. & ſequ. & 578. cum ſeq. Ius patronatus quando dicitur Eccleſiaſticum, ſiue mixtum, vide Pariſ. in conſ. 35. col. fin. & 128. vol. 4. Aymon. conſ. 63. nu. 6. & Sempron. Aſcia in determ. 58. & 199.

Ius petendi legitimam tranſmittitur ad hæredes, ſecundum Alex. in conſ. 55. poſt nu 5. verſ. tamen iſtis non obſtantibus vol. 2. vbi etiam extendit ad eius ſupplementum, ſequitur Dec. in conſ. 302. in 1. dub. in princ. & in l. ſi maritus nu. 4. C. de collation. Cardin. Pariſ. in conſ. 94. nu. 3. vol. 3. Suarez in l. quoniam in prioribus in 10 amplіat. num. 4. fol. 105. C. de inoffic. teſtam. Rub. Alexand. in conſil. 56. in fine, Cagnol. in l. hæredem nu. 8. ff. de regul. iur. Aym. Crauett. in conſ. 312. nu. 5. Gabriel. in tit. de legitim. concluſ. 1. nu. 16. Boer. in deciſ. 250. nu. 5. & 6. Roland. in conſ. 78. nu. 6. vol. 1. Ioan. de Amic. in conſ. 58. nu. 6. Marc. Anton. Natt. in conſ. 193. nu. 5. conſ. 238. nu. 4 conſ 255. num. 4. Camill. Borrell. in conſ. 51. num. 7. Ioſeph. Ludou. in ſuis commun. opinion. concluſ. 16. verſ. infertur 20. fol. 41. & nouiſſimè Stephan Gratian. in deciſ. 4. nu. 22. quam concluſionem amplia, etiam procedere quo ad hæredes extraneos, ſecundum Dec. in conſ 81. poſt nu. 1. conſ. 237. nu. 4. conſ. 268. nu. 11. in fine, & conſ. 319. ante nu. 4. Natta ad Alex. in d. conſ. 55. verſ. legitimam, Ancharan. Iuri. in q. 45. num. 10. par. 2. & in q. 6. nu. 2. par. 3. Roland. in d. conſ. 78. nu. 8. Stephan. Gratian. in d. deciſ. & num. & multi alij ex dictis Doctoribus allegatis, idē dicendum eſt in trebellianica, vt ius petendi ipſam tranſmittatur, etiam ad hæredes extraneos, ſecundum Roland. in d. conſ. nu. 8. poſt Cardin. Pariſ. in conſ. 27. in princ. vol. 2. Boer. in d. deciſ. & num. Ioan. de Amic. loco ſupra citato num. 6. & Borrell. vbi ſupra num. 7. licet Dnctores prædicti confusè loquantur in legitima, & in trebellianica, & Ioſeph. Ludnuic. in d. concluſione, verſ. infertur 32. fol. 42. Peregrin. in deciſ. 110. nu. 12. & Theſaur. Lan. in q 78. col. fin. par. 4.

L

LAboratores, ſeù operarij laborantes in fundo alieno putantes eſſe illius à quo conducti ſunt ad laborandum excuſantur, Gloſ. in l. ſi rem §. tignum in verb. deſcendit, vbi Bartol. Bald. & cæteri ff. de rei vendic. Iaſ. poſt alios in l. de pupillo §. nunciationem nu. 7. ff. de oper. nou. nunciat. vbi de communi teſtatur Dec. in l. velle non creditur nu. 8. vbi Doctores in apoſtillis ff. de regul. iur. & Cagnol. ibidem nu. . ff. de regul. iur. Roland. in conſ. 51. nu. . vol. 1. Plot. in l. ſi quando §. 49. nu. 27. C. vnde vi, Clar. in §. fin. q. 60. verſ. ſolet dubitari, Vrſill. in deciſ. Afflict. 217. ad finem, Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 354. nu. 35. & ſeq. Ioſeph. Ludou. in deciſ. Peruſin. 103. nu. 1. & in ſuis commun opinion. concluſ. 71. verſ. quarta, & Farinac. latiſſimè in 3. vol. q. 87. caſu 7. à nu. 1. fol. 303. quibus accedunt Magon. in deciſion. Florent. 150. à nu. 7. cum ſeq. Viuius in deciſ. 520. dummodò laborantibus, ſiuè operarijs non fuerit prius denunciatum fundum non eſſe illius, à quo conducti fuerunt, adeò quod ſi ſciuerint verè, vel præſumptiuè eſſe alienum, aut nocturno tempore acceſſerunt ad laborandū in dicto fundo, vel erant vicini, aut erat fama publica in loco, fundum non eſſe conducentis eos, quia non excuſantur, ſecundum Plot. Roland. Clar. Ludouic. in d. deciſ. Menoch. & Farinac. in locis ſupra allegatis, vbi latiſſimè videndum eſt, & bene Sempron. Aſcia in determinat. 74.

Lacerans literas Officialis iuriſdictionem habentis, qua pęna debet puniri, Guid. Pap. in deciſ. 233. tenere videtur, quod ſit pęna falſi, licet referat per illam Curiam nō fuiſſe determinatum, & Vrſill. in deciſ. Afflict 274. ad finem refert quēdam ex cauſa lacerationis mandati, ſeù citationis fuiſſe condemnatum ad relegandum per quinquennium in Inſulam Liparis, de Vrſillo meminit Ricc. in deciſ. 31. num. 3. part. 1. & de Guidon. Papa meminit etiam Baiard. remiſſiuè ad Clarum in §. falſum num. 202. & de lacerante ſcripturas alterius, quod teneatur pęna falſi, tenet Aym. Crauet. in conſ. 6. ſub num. 8. de quo meminit Magon. in deciſ. Lucæ 25. num. 15. vbi addition. dicunt de hoc eſſe text. ad literam, tàm quoad lacerantem, quàm quoad occultantem, in l. qui teſtamentum ff. de falſ. Genua de ſcriptura priuata lib. 1. q. 5. fol. 34. & ſeq. qui de lacerante, occultante, ſurripiente, corrumpente, & abradente ſcripturam priuatam loquitur.

Digitized by Google

quitur. Hinc remouens, ſeù amouens literas Curiæ, ſiuè maioris, ſiuè inferioris à manu ſeruientis pęna falſi tenetur, ſecundum Guidon. Papam in deciſ. 579. nu. 5. allegat Bald. in l. ſi quis id quod ff. de iuriſdict. omn. iudic. in verb in eadem gloſa ibi pęna falſi, ſequitur Baiard. vbi ſupra nu. 101. Item pęna falſi punitur, qui literas alteri ſcriptas lacerat, vel comburit, Baiard. poſt Abb. quem allegat in loco citato nu. 107. Viuius in deciſ. 62. nu. 4. & Menoch. omninò de arbitr. iudic. caſu 538. nu. 21. Intellige tamen ſi fit ad hoc, vt veritas occulteiur, tunc lacerans pęna falſi punitur, alias pęna extraordinaria, Bald. in cap. peruenit el primo de teſtib. cogend. & Baiard. in loco allegato nu. 213. & de lacerante violenter inſtrumentum in præſentia Iudicis, quod debet arbitrio ipſius iudicantis puniri, tenet idē Baiard. vbi ſupra, vbi ad id citat Bald. Alex. & alios, & multa in materia refert Maſcard. in tractat. de probation. concluſ. 959. vol. 2. & Baiard. qui ſupra, & de corrumpente album prætoris qualiter puniatur, videndus eſt Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 281. & ad materiam præſentis concluſionis, vide Plotum in l. ſi quando §. 43. C. vnde vi. & Farinac. in conſ. 43. nu. 20. & de falſitat. & ſimulat. q. 150. à num 150. cum ſeq. poſt Iaſ. in §. pęnales à nu. 29. cum ſeqq. inſtit. de action.

Laico non poteſt Epiſcopus cauſas criminales clericorum delegare, Ripa poſt alios in cap. 2. num. 34. de iudic. vbi tamen refert aliquos Doctores in contrarium, tamen ipſe defendit dictam opinionem ſupra relatam vti communem, quam etiam ſequitur Iul. Clar. in § fin. q. 41. verſ. quæro nunquid, & Viuius in opin. 340. nu. 4. part. 2. & Iacob. Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 1. q. 31. & q. 66. num. 20. lib. 2. Hinc etiam non poteſt delegare laico cauſas ſpirituales, vt per Ripam, & Viuium in locis citatis, qui alios allegant, nec laico, & clerico inſimul poſſunt delegari, Ripa vbi ſupra nu. 37. Roland. à Valle in conſ. 4. nu. 4. vol. 1. & Clar. in loco ſupra allegato, verùm Ripa in d. cap. 2. num. 36. quatuor modis limitat, vt per te videre poteris; cauſam verò ciuilem poteſt Epiſcopus laico delegare, ſecundum Ripam in d. num. 34. in princ. & Viuium vbi ſupra. Hinc etiam non poteſt Epiſcopus creare laicum in eius Vicarium, ſecundum Ripam in d. cap. 2. num. 56. qui dicit ita communiter teneri ibi per Doctores, & ſubdit, quod apud ipſum non habet dubium, & infinitos alios allegat Viuius in dicta opinione nu. 2. & Villalobos in ſuis opinion. liter. V. nu. Iacob. Sbrozz. in tractat. de offic. Vicar. lib. 1. d. q. 31. nu. 1. vbi nu. 2. dicit Epiſcopum, qui laicum in eius Vicarium conſtituit poſſe puniri. & à nu. 4. cum ſeq. pluribus modis ampliat; reſtringit tamen hanc opinionē Abbas ibi, vt non procedat quoad iuriſdictionem temporalem, quam Epiſcopus in aliquo loco habet, quia poteſt in temporalibus laicum in eius Vicarium deputare, quem alij ſequuntur, excepto Barbat. & Viu. in d. opinion. nu. 1. in fin. Camill. Borrell. in pragmat. odia §. 2. gloſ. 1. nu. 86. & latiſſimè Iacob. Sbrozz. in d. q. 31. nu. 11. prout facit Epiſcopus Cauenſis in Ciuitate Cauæ, qui Vicarium creat in temporalibus in dicta Ciuitate, & ita nuncupatur, & in Regno ſunt multi Epiſcopi, qui in temporalibus creant Officiales laicos, Camill. Borrell. in pragm. odia §. 1. glos. 1. nu. 85. & Sbrozz. vbi ſupra nu. 11. licet iſta reſtrictio non placeat Ripæ, vbi ſupra. Poteſt etiam Epiſcopus deputare laicum in eius Aſſeſſorem, ſiue Conſultorem, Borrell. vbi ſupra nu. 85. & Iacob. Sbrozz. in dicto loco nu. 12. vel ſi adeſſet licentia Papę cap. Adrianus 63. diſtinct. Ripa in d. nu 56. & Sbrozz. vbi ſupra nu. 13. An Papa poſſit cauſas criminales clericorum delegare Iudici laico, quod ſic, ſecūdum communem opinionem, de qua teſtantur Clar. in d. q. 41. verſ. ſed quid dicendum, & Viuius in d. opin. nu. 5. & Sbrozz. in loco citato num. 14. An laicus poſſit eſſe tutor, vel curator clerici, vel minoris, Ripa in d. cap. 2. num. 10 tenet, quod ſic, vide ipſum.

Lanio, qui deputatus eſt omnibus carnes vendere, ſi alicui denegat vendere, poteſt non ſolum compelli ad vendendum illi, ſed etiam poteſt agi actione iniuriarum, quia iniuria ex affectu extimatur, ita tenet Afflict. in conſtitut. ſancimus de iure proihominiſeos in prohemio nu. 5. fol. 6. à terg. contrariam opinionem tenet Iſern. in cap. 1. §. iniuria ſub nu. 13. de pace iuram. firm quia iniuria fit verbo, vel facto, ſed in iſto caſu nulla iniuria infertur, vt latè per ipſum, quem refert, & ſequitur Lucas de Penna in l. vnica col. 3. C. vt ruſtic. ad nullum libr. 11. vbi etiam dicit, quod nemo compellitur vendere, aut emere, vel damnari, vt in certo loco negotietur per l. moris §. ſed damnare ff. de pœn. ſed lanio vbi negotiare, & vendere cæpit carnes, nō auditur volens artificium deſerere, d. §. ſed dānare in fine, per quæ ita tenet Lucas, vbi ſupra, ad principalem concluſionem videatur idem Afflict. in conſtitut. omnes nu. 7. & 8. Hinc caupo, & hoſpitia tenens cogitur ad hoſpitandum viatores, & hoſpites recipere, ſecundum Petr. Caball. in caſu 187. nu 1.

Latrones dicuntur, qui in ſtratis publicis aggrediuntur, & diſrobant, ſecundum Foller. in verb. & ſi confitebuntur num. 104. in fine fol. 311. in nouis, Campan. in cap. Regni ad hoc num. 60. clarius Domin. Vincent. de Franch. in deciſ. 142. colum. 1. vbi etiam allegat, & ponderat pragmat. 5. in tit. vbi delicto in fine, & appellatione latronum in ſtratis, ſeù vijs publicis, comprehenduntur etiam illi, qui furantur in mari, D. Vincent. qui ſupra nu 4. & dixi ſupra in concluſione furtum, vbi etiam allegaui D. Maſtrill. & etiam dicuntur, quia per vim rapiunt l. ſuccurritur ff ex quib. cauſ. maior. Menoch. in tractat. de arbitr. iudic. caſu 474. nu. 3. in addition. & multa congerit Muſcatell. in prax. crimin. fol. 173. & ſeq. qui poſſunt à quocunque capi, & puniri, præuentioq; inter capientes datur, atque locum habet, vt in d. pragmat. ſupra citata meminit D. Vincentius, vbi ſupra, idemq; tenet idem D. Vincent. in deciſ. 426. & alios adduo ad eundem in deciſ. 342. accedit Farinac. in tit. de inquiſition. q. 7. nu. 10. & adeò furtum in ſtrata publica reputatur delictum maximum, & atrox, vt depoſitiones trium latronum, ſeù confeſſiones in tormentis factæ ſigillatim, & occultæ, & poſtea ratificatæ, probant contra conſocios, participes, & fautores, tantamq; fidem faciunt, quantam faceret teſtimonium duorum virorum proborum, vt ad literam legitur in cap. Regni frequens, & ineffrenata 7. in ordine verſ. vt ſi quando latrones, dummodo conſocij, & participes nominati, & confeſſi ſint leuis, & infamatæ, ac malæ qualitatis perſonę,

vt

Digitized by Google

vt declarat aliud cap. Regni, quod incipit conſtitutionem 148. in ordine, & ita per dd. duo capitula, tenet Petr. Foller. in prax. crimin. in fragment. nu. 132. fol. 411. in nouis, & Maſcatell. in d. praxi fol. 171. nu. 26. & 27. & nouiſſimè D. Vincent. de Franch. in deciſ. 570. nu. 1. & 577. nu. 2. & Petr. Caball. in caſu 185. nu. 3. An diſpoſitio dd. cap. procedat in terminis Regiæ Pragmaticæ editæ in anno 1581. contra furantes de nocte per Ciuitatem Neapolis, & vulgò dicitur *cappiando*, cum diſcaſſatione domorum, ſiuè apothecarum ciuium, & habitantium in ciuitate prædicta, & ſuburbijs ipſius exiſtentibus tribus depoſitionibus, ſeù confeſſionibus, modo quo ſupra factis, Sacrum Conſilium de menſe Septembris 1595. iudicauit, quod ſic, & confirmauit ſententiam Mag. Cur. Vicar. quæ condemnauerat ad pœnam vltimi ſupplicij ſocium, contra quem aderant quatuor depoſitiones, & confeſſiones ſociorum, refert idem conſumatiſſimus D. Vincent. in d. deciſ. 570. Quid autem ſi ſocius latro nominat alium eius ſocium in tortura de furto commiſſo in ſtrata publica, quæ nominatio cum ſit facta de delictis exceptis, de quibus poteſt ſocius interrogari concurrentibus alijs adminiculis facit indicium ad torturam, ſecundum Alex. in conſ. 89. nu. 10. vol. 3. ſequitur Afflict. in conſtitut. ſi damna nu. 50. Campan. in d. cap. frequens à nu. 52. Foller. in d. verb. & ſi confitebuntur nu. 102. & ſeq. Clar. in § fin. q. 21. verſ. ſed quid in criminibus exceptis, Menoch. in dicto caſu 474. nu. 43. D. Vincent. de Franch. in d. deciſ. 577. nu. 1. & latiſſimè omnium Farinac. in tit. de indic. & tortura q. 43. num. 145. & ſeq. Thor. in compend. deciſ. in verb. confeſſio. Si ſocius nominatus fuit tortus, & non confeſſus, adeò quod fuit liberatus in forma, ſi poſtea contra ipſum ſuperuenerunt aliæ duæ depoſitiones, & confeſſiones ſociorum latronum de eodem furto, an debeat puniri pęna vltimi ſupplicij iuxta d. cap. frequẽs Magn. Cur. Vicar. in terminis iſtis condemnauit ipſum ad pęnam vltimi ſupplicij, qui cum à dicta condemnatione appellaſſet ad Sacrum Conſilium, fuit per idem Sac. Conſ. ſententia ipſa reuocata quoad pęnam prædictam, vt idem D. Vincent. refert in d. deciſ. 577. quia dictum capitulum intelligitur quando depoſitiones, & confeſſiones ſociorum ſunt integræ, & non eliſæ per torturam illatam, vt idem D. Vincentius conſiderat ibi nu. 2. in fine, & nu. 3. & probatio vigore d. cap. eſt priuilegiata, & non procedit, niſi in caſu ſuo, vt ibi nu. 3. qui alias rationes refert, nota deciſionem prædictam, quia eſt notabilis, & menti tenenda; poſtquam duæ, vel tres confeſſiones ſociorum de iure communi non faciunt niſi indicium ad torturam, vt Clarus ſcribit in d. q. 21. verſ. ſed pone, quod non vnus fol. 79. à terg. vbi infinitos allegat deciſ. Catalon. in cap. 5. nu. 37. D. Rouit. infra allegandus, & latiſſimè Farinac. in d. q. 43. nu. . & ſeq. quibus accedunt Grand. de bello exulum fol. 211. nu. 1. in fin. Campan. in d. cap. frequens poſt num. 68. verſ. ſed iuſta materiam capituli noſtri fol. 36. & Baiard. ad Clar. in loco citato num. 45. Caball. in d. caſu 185. poſt Boer. quem allegat, & dicit Andr. de Iſern. in d. conſtitut. ſi damna num. 22. quod ſocijs criminis etiam cum tormẽtis non creditur ad condemnãdum eſtò, quod ſint plures, de quo meminit D. Vincent. in d. deciſ. 570. in verſ. dicebat Aduocatus pauperum, quem intelligo quoad pęnam ordinariam, ſecus quoad pęnam extraordinariam, & in delictis exceptis, iuxta gloſ. in l. fin. ad finem C. de accuſation. & quid ſi tres latrones deponerent contra aliquem bonæ conditionis, & famæ, & Campan. in d. cap. dicit, quod faciunt indicium ad torturam, de quo meminit Maſcatell. vbi ſupra nu. 28. verùm ſi eſſent duæ confeſſiones tantum, inquit quod vix contra nominatum bonæ vitæ facerent indicium ad inquirendum, ſecus dicit ipſe contra nominatum malæ vocis, & famæ, ſed Maſcatell. loco citato nu. 29. relato Campan. putat eius opinionem non veram ex rationibus, quas ipſe allegat, & refert hunc caſum ſibi in facto accidiſſe in Regia Audientia, per quam fuit proceſſum contra nominatum ad torturam, qui aliter non fuit confeſſus, tandem datis defenſionibus, & probatum pro eius parte de bona vita, & fama, tollendo qualitatem requiſitam per d. cap. Regni, fuit nihilominus cõdemnatus in regijs triremibus per annos . . . & cũ fuiſſet pro eius parte appellatum ad Magn. Cur. Vicar. per quam fuit iterum nominatus tortus, & non confeſſus, tandem fuit per eãdem Magn. Cur. liberatus, vt ipſe refert nu. 33. fol. 172. Ego autem, vt meum interponam iudicium in puncto iuris dico, quod cum ceſſat qualitas d. cap. frequens requirens tres depoſitiones, & confeſſiones trium latronum ſociorum, & alia qualitas requiſita per d. cap. conſtitutionem malæ vocis, & famæ, debet ceſſare eorum diſpoſitio cap. cum ceſſante de appellat. cum alijs allegatis per Tiraquell. in tractat. de ceſſante cauſa in regula in princip. qualitas enim à ſtatuto requiſita debet ante omnia probari Bart. in l. penult. §. docere ff. ne quis eum, Alex. in conſ. 172. nu. 5. vol. 2. & dicam latius infra in concluſione qualitas, & ideò quæſtio iſta remanet in diſpoſitione iuris communis, & ſupra allegatorum Doctorum, ſiuè ſint duæ, vel tres depoſitiones, & nominationes, ex Iſern. Clar. D. Vincent. Farinac. & alijs, facere ſolum indicium ad torturam, & ad condemnationem non ſufficere, vt per eos, nec diſtinguunt in homine bonæ, vel malæ conditionis, & famæ, vnde illata tortura ſocio nominato, ſi in ea negando perſiſtit, purgat, & elidit indicium prædictum, ex allegatis per D. Vincentium in d. deciſ. 577. num. 3. Campan. in d. cap. nu. 50. in fin. & Farinac. in tit. de indicijs, & tortura q. 40. accedit Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 273. in nouis, & conſequenter debet nominatus liberari in forma, cogitandum tamen eſt, cum caſus eueniet, vt maturius conſiderari poſſit, verùm depoſitiones, ſiuè nominationes, aut declarationes duorum foraſcitorum in tortura factæ, fuiſſe receptatos, eiſq; auxilium, & fauorem præſtitum, etiam ſi deponerent de actibus diuerſis, & ſingularibus contra tales receptatores, & fautores plenam probationem ad condemnandum faciunt, vt in pragmat. 5. in fin. in tit. de receptator. de qua meminit Grand. in loco ſupra citato fol. 211. ſed in hoc eſt animaduertendum, quia huiuſmodi confeſſiones, ſeù declarationes factæ in tortura, non ſufficiunt ad plenam probationem, & ſic ad condemnandum, niſi foraſciti fuerint poſtea repetiti citato nominato per eos in tortura, vt legitur in pragmat. 1. circa finem, ibi *eſſendo repetiti citato*

*quello*

*quello contra il quale deponerà*, in tit.de perſequẽd. malefactor. & ita reuocata ſententia Commiſſarij Campaneæ Mag.Cur.Vicar.& Sac.Conſ.in cauſa reclamationis fuerunt ob iſtum defectum repetitionis nominati abſoluti, refert bene eruditus D. Scipio Rouitus nunc Regius Conſiliarius nemini ſecundus in d.pragmat.1.nu.7.& iterum in d.pragmat.5.de receptator. vbi allegat Carauit. in pragmat.1. nu.73. de exulib. quod eſt ſummè notandum, & credo, quod multi, & maximè Commiſſarij Campaneæ in hunc errorem inciderunt in mori faciendo nominatos prædictos, ve eis, & eorum animabus, quia ſanguis eorum ſemper exclamat apud Deum, vt legitur apud Ioannem in Apocalypſ. quicquid grandis dixit in loco allegato; ſoraſciti enim, qui dicantur in terminis dictæ pragmaticæ, vide Carauit. vbi ſupra num.9. & Grãd.de bello exul. fol.55. & qui dicantur ſamoſi & inſignes latrones, vide Farinac.in tit.de indic.& tortur.q.39.à nu.7.& in 3.tom. q.101. nu.54. poſt Iſern.in d.conſtit.ſi damna; dicit tamen Mangrell. ad Bart.in l.capitalium § ſamoſos ff.de pęn. hos latrones ſtratarum, qui ſi fuerint confeſſi non datis eis defenſionibus debere furca ſuſpendi, dummodò Rex hoc faciat, vel eius Commiſſarius, non autem alter Officialis, vide Viuiũ in deciſ.68. poſt Parid.de Puteo de ſyndic.in verb.latro, & Cãpan. in cap.Regni 222.223. Inmò huiuſmodi latrones, & ſtratarum craſſatores poſſunt de iure communi impune occidi, vt probare videtur text. in l.1.& 2.C.quib.liceat ſine Iud.ce, Baiard.ad Clar.in §.homicidium nu. 287. & Farinac. qui alios citat in 3. vol.q.103. nu.12.fol.489. Gratian.lib.2.diſceptat. forenſ.cap.380.quod intellige quando actu delinquendo reperiuntur, vt vidi ordinatum de menſe Auguſti 1597. per Collaterale Conſilium D. Vito Antonio ſancta Maria, tunc Commiſſario Campaneæ in Prouintijs Principatus citra, & Baſilicatæ. Quid autem ſi ſunt plures depoſitiones, & nominationes in tortura factæ per ſocios contra ſocios de furto priuato, quod non eſt de delictis exceptis, & de ſocijs non poteſt interrogatio fieri, an faciant indicium ad torturam, vide Roland.in cõſ. 26.poſt nu.4.in conſ.73 nu.1. vol.1. Iacob.Menoch.in d.caſu 474.nu.24. Maſcard.in tract.de probat.concl.1311.nu.9.11. vol.3. Foller.in d.verb.& ſi confiteb.nu.102.& Farinac.latè in d.q.43. & dicam infra in concluſione ſocij criminis depoſitio, ad iſtam concluſionem in principio addo D.Conſiliarium Rouit.in pragm.5.ibi allegata.

Laudemium ſoluitur ex legis diſpoſitione Domino directo, vt probatur in l.final.in fin. C.de iure emphyt.Surd.in deciſ.31.nu 7.poſt Oldrad.Menoch. Rodoan.& alios, quos allegat, & ex natura contractus emphyteotici ſoluitur, Alex.in conſ.123.nu. ... vol.5. Surd. in loco citato nu.6. ob conſenſum quem Dominus directus pręſtat emphyteotæ alienare volenti, & ob laborem quem d.Dominus directus capit in immittendo nouum emphyteotam in poſſeſſionem, Amædeus de Ponte in tract. de laudem.q.1.nu.2.& 11. & eſt quinquageſima pars pretij rei, quæ alienatur d.l.fin.vbi Iaſ.nu.68.& ſic ad rationem duorum ſcutorum, ſeu ducatorum pro quolibet centenario, Clar. in §.emphyteoſim q.23. in princ. Henrich.in ſuis commun. opinion. concl.205.lib.1.fol.29. & D.Vincent.de Franch.in deciſ.201.vbi addo, & ad ſolutionem laudemij tenetur vſufructuarius, non autem proprietarius, Clar.in d.q.23.in fin. Amæd.in d.tract.q.20.Anna in ſing.298.Surd.in d.deciſ.nu.12. & D.Fab.Anna in conſ.3. nu. 35. Item laudemium debet ſolui per emptorem, D.Vincent.in deciſ.430. ad quam ſe remittit idem D. Vincent. in deciſ. 659. addo latè ad D.Vincent. in d.deciſ.201. in additionibus nouis, quod etiam ſoluitur per receptionem, quam Dñs facit de nouo ab emphyteota, & per renouationem inueſtituræ, ſecundum D.Vincent.de Franch. in deciſ. ſupra citata 201. & an pro re donata, & poſtea legata debet laudemium ſolui, vide eundem D. Vincent. in d. deciſ. vbi addo; an pro laudemio, & ipſius ſolutione competat hypotheca, vide eundem D.in d.deciſ.430.nu.2.vbi ſimiliter addo etiam in nouis additionibus, an debet ſolui à filio patre emphyteota mortuo, vide Dec.in conſ.443.nu.5. An hæres extraneus in quem tranſit emphyteoſis eccleſiaſtica teneatur laudemium ſoluere, vide D.Vincent. de Franch.in deciſ. 447. & de qua alienatione ſolui debet laudemium, vltra Clar.in d.q.23.vide Amæd.in d.ſuo tractat.& nouiſſimè Maur.Burgium in ſimili tractat. An ex locatione ad longum tempus debet laudemium ſolui, vide Amæd.qui ſupra q 33.& Maur.Burg.in d.tractat.inſpect.58.par.2.vbi omninò, vide aliqua per Theſaur.in deciſ.75.139. D.Vincent.de Franch. in deciſ.277. Franc.Becc. in conſ.2. Mart.in vot.33.Io.Bapt.Conſta de port.rat.q.112. & addita per me in d.deciſ.201. & multa in terminis huius concluſionis ponit Gratian.lib.1.diſceptat.forenſ.cap.180. & lib.2.cap.377. & lib.3.cap 460.& Thor.in compend.deciſion.ſol.306. & ſeq.

Laudum latum poſt tempus compromiſſi eſt nullũ, Afflict.in deciſ.73.nu.8.de quo meminit Stephan. Gratian.in deciſ.221.nu.4.ſequitur Magon.in deciſ.Lucæ 98.nu 3. Ioan.de Amic.in conſ.67.nu.1. & ſeq.& Ancharan Iun.in q.26.par.1.Hinc etiam laudum dicitur nullum ſi arbiter iudicat vltra contenta in compromiſſu, Bald.in l.fin. §.ſed & ſi quis verſ.arbiter C.commun. de legat. quem allegat Anna in ſingul. 36. in princ. & iterum in allegat.99.nu.2. vbi additiones, quibus accedunt Roland.à Valle conſ.28.nu.38.vol.4.Magun.in d.deciſ.nu.25.Ancharan.Iun.in d.q.26. nu.4. & 5. poſt alios Doctores, quos allegat, quia poteſtas Arbitri à compromiſſo dependet l.non diſtinguemus §.de officio ff.de arbitr.Roland.vbi ſupra nu.37.allegat alios Duen.in regul.57.in princ. Deciſ.Pedemont. 38.nu.5.Caualcan.in deciſ.45.in addit. num.34.& ſeq par.1.Viuiu.in deciſ.380.nu.8. & per totam, & iterum deciſ.473. & latiſſimè Stephan.Gratian.in deciſ. 6. nu. 1. & ſeq. quia ſi laudum eſt latum ſuper non comprehenſis, & deductis in compromiſſo eſt nullum, ſecundum Thob.Nonium in conſ. 9.nu.13.& 14.Hinc etiam dicitur laudum nullum quando compromiſſum continebat plura capita, & ſuper aliquibus arbiter iudicauit, & ſuper aliquibus non, vel illa ſibi reſeruauit ratione indiuiduæ voluntatis compromittentium, & contrahentium, D.Vincent.de Franch in deciſ.173 & Mart. in vot. 46. nu.24. dicitur etiam laudum nullum ſi compromiſſum fuit factum per tutorem pupilli, vel curatorem adulti, cum aliquo abſque ſollemnitatibus a iure requiſitis, quia cum compromiſſũ

ſit

Digitized by Google

ſit nullum, laudum inde ſecutum ſimiliter eſt nullum, ſecundum Ioſeph Ludouic. in deciſ. Peruſin. 2. vbi iuribus, & auctoritatibus hanc opinionem probat. & refert ita iudicatum. limita niſi fieret inter coniunctos vigore Regiæ pragmaticæ, vt dixi ſupra in concluſione cōpromiſſum. Item laudum dicitur nullum ſi ex abrupto, & abſque cauſæ cognitione fuit ab Arbitro latum, vt Dec. reſpondet in conſ. 564. ſub num. 11. ſequitur Duen. in regula 186. ad finem, vbi declarat, & Gabriel. in tit. de ſentent. concluſ. 6. nu. 9 Camill. Borrell in d. pragmat. fol 144 nu. 17. & Marc. Anton. Eugen. in conſ. 1. in 2. dub. Idem eſt quando laudum eſt latum ſine actis, & cauſæ cognitione, Dec. in conſil. 475. nu. 38. quem refert, & ſequitur Natta in conſ. Alex. 189 vol. 6. & in conſ. 213. vol 7. vtrobique ad finem, & Marc. Anton. Eugen. in loco ſupra citato. Idem etiam dicendum eſt, ſi fuit latum eodem die, quo compromiſſum fuit factum, Roland. in conſ. 76. nu.    . vol. 1. & Theſaur. in deciſ. 253. nu. 4. vbi nu 7. declarat, & vide Camill. Borrell vbi ſupra fol. 131 & Iacob. Menoch de præſumptionib. lib. 2 cap. 76 nu. 30. & ſcripta per me ſupra in concluſ. Iudex. ſi dat curatorem. & vltra ſupradictas nullitates vide alias, quas recenſet Muſcatell. in praxi Sac. Conſ. in gloſ. gratum, & de appellat. in gloſ. ſententia à num. 71. cum ſeq. Hinc inferri poteſt, ſi laudum latum eſt nullum ex aliqua ex dictis cauſis poſſit exequi, ſtante clauſula, ſiuè pacto in compromiſſo appoſito, quod non poteſt dici de nullitate ipſius, D. Minadous in deciſion. 19 refert deciſum in Sacr. Conſil. non eſſe exequendum, maximè quando nullitas prouenit ex defectu poteſtatis, quia officium Arbitri eſt ſtrictiſſimum taxatum proprijs verbis, & literis compromiſſi, & ita refert iudicatum Rot. Auenion. in deciſ 142. & latiſſimè Viui. in deciſ. 473. nu 7. 8. qui infinitos ad id citat, & Stephan. Gratian. in d. deciſ. 6. nu. 38. 41. ſed Anna Sen. in ſing. 299. tenet laudum debere exequi ſtante pacto prædicto, non obſtante nullitate ipſius, ſequitur addit. ad eum ibi, quibus accedit Iacob. Menoch. in d. cap. 76. nu. 34. & D. Rouit. in d. pragmat. & ſi aliqua nu. 4. vide Thorum in compend. deciſion. fol 110. in nouis, vel ſaltim in vim pacti, vt ibi per Annam, Menoch in conſ. 1. nu. 260. Viuius in opin 702. par. 2. Alphan. in coll. 430. & Mandoſ. in conſ. Roman. 175. & Borrell. in d. pragmat. omnia fol. 111. nu. 7. & 8. verùm idem Anna in conſtit. conſtitut. diuæ memoriæ nu. 289. tenet laudum nullum proueniens ex defectu iuriſdictionis non valere, etiam in vim pacti, quia partes hoc ſupplere nō poſſunt, vt ibi, vide Marc. Anton. de Amatis in deciſ. 33. nu. 16 Ergo non recederem à prima opinione fundata ſuper defectu poteſtatis, quam reperi ſecutum fuiſſe Becc. in conſ 40. & Borrell in d. pragmat. nu. 1. fol. 154. Quid dicendum, ſi laudum fertur contra aliquem, à quo appellatur ad Mag. Cur. Vicar. tanquam ad bonum virum, per quam vti bonus vir illud confirmauit, vel in aliquo caſu moderatur, & iterum appellatur, an non obſtante appellatione poſſit executioni demandari, ſaltim cum cautione de reſtituendo in caſu retractationis, Afflict. in proprijs terminis format quæſtionem in conſtit. appellationum tempora nu. 42. & relatis Doctoribus pro vtraque parte, licet dicat partem affirmatiuam, quod poſſit appellari eſſe magis communem, & veriorem, tamen nu. 43 refert in pleno Conſilio Regio excellentiſſimorum Doctorum determinatum vidiſſe, quod ſententia boni viri mandetur executioni, non obſtante appellatione, cum cautione de reſtituendo in caſu retractationis, & nihilominus procedatur in cauſa appellationis, quem referunt, & ſequūtur additiones ad Magon. in deciſ. Lucæ 37. liter. C. & Stephan Gratian in deciſ. 86. in fin Camill. Borrell. hic per me allegat fol. 164. nu. 1. Ioſeph autem Ludou. in deciſ. Lucæ 27. in 3. dub. diſtinguit, quod aut appellatio non prohibetur à lege, nec à ſtatuto, & tunc executio laudi per appellationem impeditur, vt ibi num. 40 & ſequ. aut per ſtatutum prohibetur appellatio à prolatione laudi, prout eſt Regia pragmatica, & ſi aliqua in tit. de arbitr. quæ loquitur de laudo prolato ab Arbitris inter coniunctos electis, vigore alterius pragmat. omnia litium, & tunc non obſtante appellatione debet laudum executioni demandari, cum cautione de reſtituendo in caſu retractationis, vt ibi nu. 45. & ſeq. ſed Camill. Borrell. in d. pragm. & ſi aliqua fol. 164. nu. 1. ſequitur opinionem Afflict. An & quādo pro laudo præſumi debet, quod fuit ritè, & rectè latum, vide Iacob. Menoch in d cap 76. Maſcard. in tractat. de probation. concluſ. 963 vol. 2. & D. Rouitum in d pragmat. in princ & an per lapſum decem dierum. & ipſorum taciturnitatem laudum præſumitur emologatum, vide Bart. & alios in l. ſi ſocietatem § arbitrorum ff. pro ſoc. Alex. conſ. 95. poſt nu. 15 verſ ſed tenendo communem vol. 1. Soccin. Sen. in conſ. 220. nu. 5. vol. 2. & Dec. in conſ. 39. ſub nu 6. Maſcard. in d. tractat. concluſ. 965 num 2. concludentes, quod non, ſequitur Viuius in deciſ 433 à nu. 3. & ſeq & in deciſ. 276. nu. 5. poſt Marantam in verb. appellatio num. 124. Vrſill. poſt Afflict. in deciſ. 132. in princ. Mandoſ. in conſ. Roman. 27. liter. F. & Villalobos in ſuis opinion fol. 38. & 227. in paruis, ſed animaduertendum, quia allegati Doctores loquūtur in laudo prolato ab Arbitratore, cuius reductio ad arbitrium boni viri poteſt peti infra triginta annos, vt Sacrum Conſilium iudicauit. teſte Afflict. in d. deciſ. 132. & Doctores allegati fatentur, ſed in laudo prolato ab Arbitro neceſſario, vel voluntario per lapſum, & taciturnitatem decem dierum, dicitur emologatum: adeò quod facit tranſitum in rem iudicatam, ſecundum Marāram in d. verb. app. llatio nu.    . quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum, etiam inter extraneos, vt ibi. & ideò à tali laudo debet infra decem dies conceſſos ad appellandum appellari, ſupple à die notificationis, per ea, quæ ſcribunt Vrſill. in deciſ. Afflict. 344 nu. 2. Plot. in l. ſi quando § 15. nu. 9. C. vnde vi. Cacheran in deciſ. Pedemont. 142. nu. 36. Stephan. Gratian. in deciſ 62. vbi plus dicit, quod tenor ſententiæ debet inſeri, quando mittitur ad intimandum, & iterum in deciſ 111. à nu. 1. & ſeq. & Viuius in deciſ. 266. nu. 1. addo Roman. in notabili caſu in conſil 343. num. 13. & coram quo Iudice debet appellari, & reductio ad arbitrium boni viri peti, vide Afflict. ad Vrſill. in deciſ. 51. Didac. Couarru. lib 1. variar. reſolution. cap. 18. poſt nu. 5. & lib. 2. cap. 12. nu. 1. Roland. in conſ. 76. nu. 33. vol. 2. & in conſ 24 vol. 4. Mandoſ. in conſ. Roman. 265. lit. I. Viuium in deciſ. 380. col. 1. 2. & in

deciſ.

deciſ.444. in fine, qui in diuerſas iuere ſententias, imò Anton. Theſaur. in deciſ.14. quinque in medium refert opiniones, vt eſt videre apud eum, ſed in Regno eſt ſopita iſta quæſtio per d. pragmat. & ſi aliqua, Vrſill. vbi ſupra nu.3. Camill. Borrell. ibi ſol.155.nu.1.à tergo, & Muſcatell. de appellation. in gloſ.1.nu.72.& ſeq. & quid ſi laudum fuit prolatum à duobus Arbitris, vno clerico, & altero laico quis Iudex debet adiri, vide Roman. in d. conſ. 265.nu.2.in fine, vbi Mandoſ. ſiliter. F. Stracch de mercatur. fol.16. num.54. Cagnol. omniunò in l.2. num.280. C. de pact. inter empt. & vendit. Camill. Borrell. qui ſupra ſol.156.nu.7. Muſcatell. omninò in loco citato nu.75. An in prolatione laudi requiritur citatio ad dicendum, vide Roman. in conſ.61 vbi Mandoſ. omninó in addit. Boer. in deciſ. 283. num.34. cum ſeqq. Anton. Gabriel. in tit. de citat. concluſ.1.nu.47.& 49. addition. ad Iaſ. in l. ſi quis arbitratu ſub nu.21.ff. de verbor. obligat. Anna in allegat.99. Viu in opin.708.par.2. & Muſcatell. in praxi Sac. Conſil. in gloſ. gradum nu.26. & 27. An valeat pactum factum inter compromittentes, qd appellans á laudo non poſſit appellationem proſequi, niſi prius ipſo executo, Vrſill. ad Afflict. in d. deciſ.132.num.4.in fine tenet, quod ſic, ſequitur Marc. Anton de Amatis in deciſ. . . . ., videatur D. Maſtrill. in deciſ.90. & finaliter laudum eſt ſtricti iuris, & non extenditur extra caſus in eo contentos, Roland. à Valle in conſ.79.nu.13 & infra vol.3. & multa in terminis huius concluſionis ponit Mart. in vot.46.163.& 203. & Intrigliol. in deciſ.23. & Thor. in d. compend. & fol. & vide multa per Gratian. lib.1. diſcept. forenſ. cap. 161. colum.2. & lib.3. cap. 524. & 519. & ad ornatum d. pragmat. & ſi aliqua, vide Muſcatell. in d. gloſ. ſententia.

Lectus debetur ei, cui victus, vel educatio legatur, & relinquitur, quia ſine eo quis commode viuere non poteſt, Bart. in tractat. de aliment. nu.4. Alex. in conſ.178.num.7.vol 6. & infinitos alios citat, & ſequitur Surd. in tractat. de aliment. tit.4.q.7.nu.2. vbi nu.3. poſt Angel. Iaſ. Picum, & Bertrand. ſcribit, quod præſtabitur etiam culcitra, & quod dicitur de lecto non debet ſtrictè intelligi, ſed largè de omnibus ornamentis, quæ omnia lecto accedunt, vt probat text. in l. librorum §.fin. ff. de legat.3. vbi Bart. dicit, quod ſi maritus legat vxori lectum, venit etiam culcitra de ſerico, allegat text. in l. fin. §.1. ff. de aur. & argent. legat. Foller. in verb. dentur capitula nu.44. contrarium tenet Iacob. Menoch. in conſ.329.nu.14.& conſ.352. num.11. & vide Campan. in cap. Regni 170. qui multa cumulat, & an veniat lectus feſtiuus, quod ſic, vt ſcribit Cardin. Mantic. in tractat. de coniectur. vltim. volunt. lib.6.tit.11.num.17. ſequitur Surd. in loco allegato num.5.& Campan. vbi ſupra, vbi contra Bald. in l.1.num.12.C. de legat. concludunt, quod etiam viduæ ornamenta pretioſa debentur, quando ſimpliciter lectus legatur, & quæ ſint ornamenta lecti ex qualitate perſonæ conſiderantur d.§. fin. & Surdus in loco, & numero prædicto, & omninò in deciſ. Mantuana 150. nu.10.

Legata quando tranſcendunt vires hæreditatis minuuntur omnia pro rata, adeò quod ad id reducãtur, quod hæreditas ferre poteſt ad text. in l. ſi quis teſtamẽto §.apud Iulianum ff. de legat.1. vbi Paul. de Caſtr. ſcribit procedere, etiam ſi vnus ex legatarijs ſit primo nominatus, quia ordo ſcripturæ nõ attenditur, maximè ſi eſt legatum, vel ſi ſunt legata quantitatis, & hæreditas non eſt ſoluendo, quia minuuntur pro rata, l. ſi verò compoſita §.1.ff. de milit. teſtament. D. Vincent. de Franch. in deciſ. 236. num.1. vbi addo, an concluſio iſta procedit, quando vni eſt legata ſpecies, & alteri quantitas, idem D. Vincent. latiſſimè in d. deciſ. à nu.3. cum ſeqq. diſcuſſo bene articulo, relatisq; Doctoribus pro vtraque parte, tandem deciſum refert in Sacr. Cõſ. legatum, ſiuè legata non pati diminutionem, & ſi Surd. in tractat. de aliment. tit.8. priuileg.30. num.1. teneat contrarium, limitat tamen Surd. vbi ſupra in legato ad pias cauſas facto in legato alimentorum, & in legato dotis, vt eſt videre apud eum, & D. Vincent. ſimiliter limitat in legatis indiuiduis, quæ pro rata nõ patiuntur diminutionem, vt ibi nu.12. An legata plura in eandem cauſam facta, etiam in diuerſis ſcripturis, & eiuſdem quãtitatis, vel qualitatis debentur, vide Surd. in d. tract. tit.9 q.4.col.1.& 2. maximè nu.11. Hinc legata duo diuerſarum rerum in eodem teſtamento relicta debentur, ſecundum Bart. in l. cum centum num.1.in fin. ff. de aliment. & cibar. legat. de quo meminit, & ſequitur Surd. in d. tit.9. q.34. nu.6. & legati diminutio, ſiuè augumentum, ad quem ſpectat, vide Iaſ. in l. ſi ex toto ff. de legat.1. Gomez variar. reſolut. in tit. de legat. nu.16. & Craſſ. in §. legatum q.72.

Legatarius, cui aliquid legatum fuit ad diem certum ſi viuo teſtatore decedat illud tranſmittit ad ſuos hæredes, quia quoad tranſmiſſionem dies legati prædicti cedit à die mortis teſtatoris, licet non quoad executionem, ita tenet Alex. in conſ.109. in fin. vol.2. per text. in l. Sempronius attalus ff. de vſufruct. Dec. & Cagnol. in l. quæ legata in princ. ff. de regul. iur. conuenit Ludouic. Peguera in deciſ. 105. Secus ſi legatum eſt factum ad diem incertum, quia cedit à die aduenientis conditionis, & non tranſmittitur l.1.§. ſin autem ſub conditione C. de caduc. tollend. vt animaduertit Natta in d. conſ. Alex. Hinc infertur, quod quando legatũ fit alicui poſt mortem Titij, vel poſt mortem hæredis, tale legatum dicitur conditionale, & conſequenter legatario interim decedente illud non tranſmittit, l. hæredes meus in ſecundo reſponſo ff. de condit. & demonſtrat. cum alijs concordantibus allegatis per Iaſon. in l. poſt mortem §. ſi pure nu.7. ff. de legat.1. Cæphal. in conſ.370. ſatis pulchre Moronus in conſ.20. & ſequ. Stephan. Gratian. in deciſ. 153. col.1. & lib.1. diſceptat. forenſ. cap.136. Ludouic. Peguera in d. deciſ.105 & omninò Theſaur. Iun. in q.68. par.1. & quod legatũ, vel fideicommiſsũ conditionale, ſi legatarius, aut fideicommiſſarius decedit pendente conditione non tranſmittitur, firmant Dec. & Cagnol. in d. l. quæ legata, latiſſimè Craſſ. lib.2. de ſucceſſion. §. tranſmiſſio q.28. à num.4.& ſeq. fol.120. & Marc. Anton. Eugen. in conſ.29.nu.59. niſi exiſtentibus coniecturis, vt per Craſſ. vbi ſupra nu.7. vſque ad finem, addo D. Vincent. de Franch. in deciſ. 525. col.1. & 2. vbi addo alios, quibus accedit Robert. Maranta in conſ.8. in 2. dub. maximè num.8. poſt Alex. quem allegat in conſ.165.nu.4. volum.5. & Roman. in conſ.162.& in ſingul.89. Secus ſi legatum

tum, vel fideicommiſſum eſſet purè relictum, vt ſupra, quia transmittitur, vt firmat Bart. in l. cum filio ſub nu. 12. quem alij ibi ſequũtur ff. de legat. 1. & ita breuiter, & ſubſtantialitèr concordat opiniones Robert. Marant. in d. conſ. allegato, ſequitur Camill. Borrell. in conſ. 22. nu. 10. & Marc. Anton. Peregrin. in tractat. de fideicommiſſ. artic. 31. nu. 2. & 3. Turrett. de virt. & effect. clauſ. codic. q. 78. nu. 79. & quid ſi legantur duæ res alternatiuè, vna purè, & alia ſub conditione, an mortuo legatario, ſaltim res purè relicta transmittatur pendente conditione, Roman. in d. ſingul. 89. tenet, quod non, dicens eſſe caſum vnicum in l. cum illud in princ. ff. qua dies legat. cedit. Quid autem dicendum in legato ſub modo relictum, an legatarius interim decedens non adimpleto modo ad hæredes transmittat, vide Craſſum de ſucceſſion lib. 1. §. legatum q. 58. maximè nu. 5. qui multos allegat, & diſtinguit, vt ibi per eum: An legatum factum puellæ, vel puellis quando maritabuntur ab extraneo, vel tempore, quo maritabuntur debeatur, ſi ingrediuntur monaſterium, Decian. in conſ. 5. vol. 3. respondit, quod ſic, vide D. Maſtrill. in deciſ. 153 quia hoc legatum eſt purum, non autem conditionale, ſed ſolum eſt dilata ſolutio ipſius tempore nuptiarum, per text. in l. ex his, vbi gloſ. & Doctores C. quando dies legat. cedit, ſubdens quod mortua aliqua ex ipſis, vel ambabus antequam maritabuntur debetur hæredibus ipſarum ibi nu. 4. qui ita conſuluit, allegat Bald. in conſ. 286. volum. 3. Hinc legatarius moriens ante aditam hæreditatem per hæredem legatum transmittit ad hæredes, ſecundum Marantam in ſuis ſingular. in verb. legatum ſol. 59. allegat text. quem optimum eſſe dicit in l. ſi Titio §. 1 ff. quand. dies legat. cedit, & legatarius debet legatum capere à manu hæredis, & non propria authoritate l. 1. ff. quor. legat. §. legatum, Inſtit. de legat. cap. Raynaldus, vbi gloſ. in verb. petendo de teſtament. & Surd. in tractat. de aliment. tit. 8. priuileg. 16. & ideò ſi rem legatam capit, & occupat propria auctoritate, ſiquidem ante aditam cogitur reſtituere per interdictum, quorum legatorum, ſecundum Doctores in d. l. 1. & in l. nõ dubium, vbi Doctores communiter C. de legatis, & Couarr. lib. 2. variar. reſolution. cap. 16. num. 7. Si verò poſt aditam hæreditatem priuatur legato prædicto, vt per Doctor. in d. l. non dubium, Clar. in §. teſtamentum q. 68. vbi de communi teſtatur, & ſuſius Michael Craſſ. in d. §. transmiſſio q. 10. nu. 2 fol. 94. & latiſſimè Marc. Anton. Peregrin. in d. tractat. artic. 47. num. 11. vbi nu. 12. declarat d. l. non dubium, videatur tamen Gratian. lib. 1. diſceptat. forenſ. cap. 47. & in pulchro caſu Molſeſ. in conſ. 32. Immò ſi legatarius capit, & occupat rem non ſibi legatam de crimine expilatæ hæreditatis tenetur Marc. Anton. Peregrin. loco citato nu. 36. allegat l. pen. cum gloſa C. de crimin. expilat. hæreditat. quibus autem competit interdictum quorum legatorum, vide Peregrin. in d. artic. & Craſſ. in d. §. transmiſſio q. 12. fol. 95. & rei legatæ fructus quando, & à quo tempore legatario per hæredem debentur, vide Anton. Gomez. in tit. de legatis nu. 22. fol. 138. à tergo, & Camill. Borrell. in d. conſ. 22. nu. , & omninò D. Vincent. de Franch. in deciſ. 583. An legatarius poſſit ex pluribus legatis factis ab eadem perſona, vnum repudiare, & aliud acceptare, quod ſic, ſecundum Doctor. in l. ſi ex toto §. ſi ita legatum, vbi Ripa num. 1. ff. de legat. 1. Immò fortius ſi eadem res per partes in diuerſis orationibus relinquatur, poterit legatarius vna parte repudiata, alteram acceptare, & conſequi, vt poſt Bart. Aret. & alios concludit Anton. Gomez. vbi ſupra poſt nu. 33. ibi, quod nouiter, & ſingulariter fol. 142. à tergo, & Surd. in tractat. de aliment. tit. 9. q. 4. ad finem, & in q. 35. nu. 30. Hinc legatarius quoad ſubſtantiam legati præfertur hæredi in re legata, quia cenſetur magis dilectus l. ſi quis eû, vbi Bald. ff. de condit. & demonſtrat. Surd. in d. tit. 9. q. 30. nu. 31. q. 41. num. 10. & quando legatarius poſſit propria auctoritate capere rem legatam, vide Iacob. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. in 6. remedio, Surd. in d. q. 40. nu. 19. & Marc. Anton. Eugen. in conſ. 25. nu. 59. & ſeq. & legatum vbi, & coram quo peti debet, & poſſit, vide text. in l. quod legatur ff. de Iudic. & Gomez. vbi ſupra nu. 84. & de legato facto ad tempus, finito tempore ad hæredes reuertitur l. final. vbi Paul. Caſtrenſ. C. de legatis, Marc. Anton. Eugen. in conſ. 10. nu. 35. 37. qui in notabili caſu loquitur, & vide Alex. Trentacinqu. in conſ. 60. nu. 9. vol. 2. & ad iſtam concluſionem in principio adde videndum Ricc. in deciſ. 263. part. 2.

Legatum factum coniunctis perſonis debet latiſſimè interpetrari, Marc. Anton. Natta in conſ. 626. nu. 20. vbi ita conſuluit, ſequitur Roland. à Valle in conſ. 16. nu. 38. vol. 3. Viu. deciſ. 417. ante nu. 10. Surd. in deciſ. 88. nu. 13. Surd. in tract. de aliment. tit. 8. priuileg. 27. & tit. 9. q. 30. nu. 9. & in conſ. 72. in fin. ſatis pulchrè Marc. Anton. de Amatis in deciſ. 44. nu. 20. & 24. & Caroc. in deciſ. 56. nu. 13. 18. & Magon. in deciſ. Florent. 146. nu. 2. & 8. licet in dubio ſtrictè debet interpetrari l. nummis ff. de legat. 3. Dec. in l. teſtamento n. 1. ff. de regul. iur. cum alijs concordantibus allegatis per Surd. in d. tract. priuileg. 58. nu. 10. Hinc legatum factum piæ cauſæ largè interpetratur, Dec. & Cagnol. in l. ſemper in obſcuris ff. de regul. iur. Surd. in d. tractat. tit. 9. q. 34. nu. 13. & tit. 2. q. 10. num. 17. Hinc etiam ſi teſtator ſcienter rem alienam alicui legat debetur legatario ipſius extimatio, ſecus ſi ignorauerit §. non ſolum ibi, quod autem diximus, inſtit. de legat. & in l. cum alienam, vbi Doctores C. de legat. Viu. latiſſimè in d. deciſ. 417. col. 1. Tamen ſi legatum rei alienæ eſt factum coniunctæ perſonæ, vtputa matri, vel fratri, aut ſorori, ac alijs perſonis coniunctis vſque ad quartum gradum, ſecundum additiones ad gloſ. in d. §. non ſolum, ſiuè teſtator ſciuerit, ſiuè ignorauerit legatum prædictum valet, & hæres tenetur ad illius conſignationem, ſecundum Roland. in conſil. & num. ſupra allegato, Ioſeph. Ludou. in deciſ. Peruſin. 23. num. 37. Iacob. Menoch. in tract. de præſumption. lib. 4. cap. 116. nu. 15. & nu. 17. declarat, & Viu. in d. deciſ. nu. 6. 7. & 12. verùm quando hæres eſt coniuncta perſona legatum factum alteri coniunctæ perſonæ ſtrictè debet interpetrari, vt poſt Dec. Corn. Crauett. Cephal. & alios, ſcribit Surd. in d. tit. 9. q. 30. nu. 47. & propterea Ioſeph Ludou. in d. deciſ. & num. verſ. poteſt tamen adijci, poſt Corn. quem allegat, ſcribit, quod ſi teſtator legat coniunctæ perſonæ rem, quæ eſt alterius coniuncti, puta ſi res eſt vnius fratris, & alteri fratri legat, tunc negat legatum vale-

re

Digitized by Google

re etiam quoad extimationem, per regulam, quod priuilegiatus non vtitur priuilegio cõtra alium pariter priuilegiatũ, nihilominus Viu. in d. deciſ. n. 9. & ſequ. recedit ab hac opinione, & limitatione, & tenet legatum deberi etiam quoad extimationem, & refert ita iudicaſſe Regiam Audientiam Barenſem. Hinc & legatum factum coniunctæ perſonæ rei alieni obligatæ, ſtante ſcientia teſtatoris deberi, etiam euicta re legata, iuxta l. ſi res legata ff. de leg. 1. & ita refert deciſum in Sac. Conſ. D. Vincent. de Frãch. in deciſ. 547. quam deciſionem amplia procedere etiam ſi teſtator ignorans, vel errans rem eſſe alienam illam perſonæ cõiunctæ legauit, quia hæres ea euicta de euictione tenetur, vt poſt Bart. Caſtrenſ Iaſon. & alios quos allegat, ſcribit Iacob. Menoch. in d. tract. de præſumption cap. 138. per d. l. cum alienam ibi, quod ſi ſuam eſſe putauit, vbi à nu. 15. & ſeq. pluribus modis hanc ampliationem declarat, an & quando hęres teneatur, vel non de euictione rei legatæ, videndus eſt Bartol. in l. ſi domus § de euictione nu. 3. ff. de legat. 1. & omninò Iacob. Menoch. in loco paulo ante citato nu. 2. cum ſequ. & quando legatum rei alienæ valeat, vel non, iuxta terminos d. l. cum alienam, & §. non ſolũ, vide ibi, ſed in præiudicium Domini rei legatæ nullatenus valet, Ioſeph. Lud. in d. deciſ. à nu. 3. Sed in præiudicium hæredis bene valet, cũ diſtinctione an teſtator ſciuerit, vel ignorauerit, vt per Menoch. vbi ſupra n. 36. & 37. Viu. in alleg deciſ. & latiſſimè idẽ Menoch. in cap. 116. qui poſt Card. Mantic. in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 9. plures caſus diſtinguit, conſiderãs, & explicãs, & quid ſi eſt legatum feudum abſque aſſenſu: an debeatur ſaltim quoad extimationẽ, vide Ann. Sen. in alleg. 124. & 126. qui ſemper fuit pro opinione negatiua, ſequitur Fabius eius filius doctiſſimus in conſ. 82. Regẽs de Curt. de feud. fol. 51. à terg. nu. 83. 87. & ſeq. & nouiſſimè D. Conſil. Rouit. in pragm. de tit. abuſu num. 137. & ſeq. qui hanc opinionem latè defendit, & alias quæſt. not. infert.

Legatum licet alicui factum ſit pręſumitur eius propria contẽplatione, & non alterius factum, vt poſt Bald. ſic concludit Cardin. Mantica in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 16. num. 2. fol. 161. à terg. in nouis, tamen ſi fiat filioſamilias patris contemplatione ipſi patri relictum videtur, l. filioſamilias ff. de condit. & demonſtr. cum alijs allegatis per eundem Manticam in loc. cit. nu. 1. & quid in dubio vide ibi, vel quando legatum eſt factum alicui, ſub nomine dignitatis, tranſit ad ſucceſſorem in dignitate l. quod Principi, vbi Bart. ff. de legat. 2. Iaſ. in l. qui liberis §. hæc verba ff. de vulg. & pupill. in fin. Iacob. Menoch. in tract. de præſumption. lib. 4. cap. 112. omninò Maſcard. in tract. de probation. concluſ. 966. vol. 2. Idem quando legatum ſit Epiſcopo, quia comprehendit eius ſucceſſorem cap. requiſiuiſti. Bart. in loc. cit. in fin. Mantic. in d. lib. 8. tit. 17. col. 1. & latè per Surd. in tract. de alim. tit. 5. q. 6. col. 1. vbi alia exempla in medium adducit: quã verò non ratione dignitatis, ſed perſonæ legatum factũ videtur legatur quæſo Surd. in loc. ſupra alleg. nu. 8. cum ſeqq. poſt Mantic. in d. tit. 17. & Couarr. in d. cap. requiſiuiſti. Hinc legatũ, vel donatio quando cõtemplatione perſonæ factum cenſetur, & cui acquiri debet, vide Bart. & Iaſ. in l. ſed & ſi plures §. in arrogato ff. de vulg. & pup. & pulchrè Menoch. in cõſ. 40. nu. 20. 21. & Peregr. in dec. 140. n. 4. ad fin. eſt verùm, ꝙ Socc. Sen. in l. 2. nu. 14. ff. de reb. dub. circa prædicta duos caſus conſtituit. Primus eſt, quando legatum eſt factum Epiſcopo, vel Prælato alicuius Eccleſiæ ſanguine coniuncto teſtatori, tunc præſumitur contemplatione ſuæ perſonæ, & non Eccleſiæ factũ, vt ibi per Socc. & alios quos citat, & ſequitur Menoch. in d. tract. & libr. cap. 112. nu. 3. & hoc eſt quod Surd. voluit in loc. alleg nu. 8. & 9. & Menoch hunc primum caſum tribus modis declarat, vbi ſupra, quem per te videre poteris. Secũdus caſus eſt, quando legatum fuit factum Epiſcopo, ſiuè Prælato, nulla affinitate, ſiuè cõſanguinitate teſtatori cõiuncto, & hoc caſu præſumitur contemplatione Eccleſię factum, ſecundũ Socc. vbi ſupra n. 15. & Menoch in d. cap. 112. nu. 11. vbi nu. ſeq extendit, & declarat pluribus modis, ad quem recurrẽdum eſt, & in cap. ſeq. 113. loquitur de legato facto Canonicis alicuius Eccleſiæ, poſt DD. in d. cap. requiſiuiſti, cui accedunt Vrſill. ad Affl. dec. 244. n. 1. & Viu. in opin. 445. par. 2. Hinc infertur ꝙ legatum factum Eccleſiæ, ea aliter non ſpecificata, in dubio intelligitur factũ illi, quæ magis coniungitur, id eſt Parochiali Eccleſiæ, ſecundũ Bar. in l. quæ conditio §. cum ita, vbi Socc. nu. 1. & alij ibi ſequuntur ff. de cond. & demõſtr. Alex. in conſ. 213. nu. 2. vol. 6. Craſſ. in §. legatum q. 64. n. 4. DD. in apoſtill. ad Alex. vbi ſupra, Vrſill. in loc. cit. nu. 5. Menoch. latiſſimè in d. tract. & lib. cap. 114. nu. 2. Maxill. in conſuetud. Bari §. ſacroſancta fol. 31. ſub nu. 2. vbi nu. ſeq. alia ſimilia allegat, & Viu. in opin. 444. par. 2. An legatum factum pro miſſis dicendis, intelligitur contemplatione Eccleſiæ, vel perſonæ factum, vide Seraphin. in deciſ. 1149. à nu. 7. poſt Socc. Couarr. & Mãtic. quos allegat, & quid ſi eſſent duę Eccleſiæ Parochiales, vide Maxillã in loc. ſupra alleg. Menoch. in d. cap. 114 nu. 6. & 8. & multa in materia per Vrſill. vbi ſupra; quid dicendum ſi legatum factũ eſt incertum ratione rei legatę, vide Bart. in l. quidam relegatus n. 1. ff. de reb. dub. quam doctrinam valdè exornat Menoch. in d. tract. & lib. cap. 107 à n. 2. & ibi latè de materia, & Craſſ. in d. q. 64. ſed fauore piæ cauſæ abſolutè legatum prædictum valet, vt multorũ auctoritate, ſcribit Tiraqu. in ſuo ſollẽni tract. de priuileg piæ cauſæ in 55. priuileg. poſt Affl. in deciſ. 337. nu. 12. quos refert, & ſequitur Menoch. in d. cap. 107. n. 3. accedit Craſſ. in d. q. 64. Legatum aũt quando ad pias cauſas factũ dicatur, & præſumatur, Tiraqu. latè more ſuo diſſeruit in d. tract. maximè in prohemio, vt vix ei aliquid addi poſſit, licet poſt ipsũ multa exẽpla legatorum ad pias cauſas factorum reaſſumit doctiſſimus Menoch. in d. tract. cap. 115. ad quem cum Tiraquell. recurrendum eſt, quibus addendi ſunt Bellug. in Specul. Princ. rubr. 17. §. videamus nu. 1. & ſeq. vbi Borrell. in addit. fol. 107. 112. in nouis, Maſcard. in tract. de probation. concluſ. 1172. vol. 3. D. Vinc. de Franch. in deciſ. 565. Euerard. in loco à libertate nu. 36. fol. 362. An legatum factum pro puellis pauperibus maritandis dicitur piũ, vide Ricc. in reſol. 370. Hinc huiuſmodi legata pia poſſunt à quolibet de populo, & pro eis implorari officiũ Iudicis, vt ſoluãtur, & executioni demãdentur, ſecundũ Roman. in conſ. 69. n. 3. vbi allegat text. qui dicit ſingul in §. ſi aũt hęc fecerunt in auth. de eccleſ. tit. ſeqtur Tiraqu. in d. tract. pri-

uil.151.& Horat.Mandoſ.ad Roman.in d.conſ.lit. B.quibus aſſentiunt Didac.Couarr.in cap. ſi hæredes num.2. de teſtament. & Surd. in d.tract. tit. 3. q.8.nu.4.& 5. & Ricc.benè in reſolut.374. à quibus diſſentit Anna Sen.in ſingul.307. ſed pro opinione communi vide pragmat.14.de editis per Illuſtriſſimum Cardinalem Granuelanum,per quā ordinatur Notarijs, vt omnia legata facta Hoſpitalibus, & alijs locis pijs huius Regni denuncient dictis Hoſpitalibus,& alijs locis,ſeu eorum Oeconomis infra menſem, vt ibi: An dicta legata pia debentur hæreditate non adita, Alex.in conſ.209. num. 16. vol. 2. reſpondet ſecundum veram opinionem non deberi,ſequitur Iaſ.in l.1.nu.31. in prima lectura C.de ſacroſanct.eccleſ.vbi dicit cōmunem contra Bart. ibi, & iterum in ſecunda lectura nu.34. & in l.eam quam nu. 19. C. de fideicommiſ. vbi Addentes ſequuntur,qui alios citant, Mandoſ.in conſ. Roman. 493. Alphan.Peruſin.in collect.212. Viu. in deciſ.301. ſub num.3. Anton. Gamma in deciſ.380. poſt nu.1. qui dicit Bart. in hoc communiter reprobari,& veriorem eſſe hanc opinionem negatiuam, in puncto iuris affirmat Craſſ.in d.§.legatum q. 68. ſub nu.4. verſ.contrariam ſententiam, & Ricc. in reſolut. 379. contrariam opinionem tenuit Bart.in d.l. 1.nu.66. ſequitur Dec.in l.ſi nemo nu.3.ff.de regul.iur. Doctor. in apoſtill. ad Alex. in conſ.ſupra allegato, vbi dicunt opinionem Bartol.in practica ſeruari,æquiorem fauorabiliorem oſtendit Viu.in opinion.359. nu.6.in fin.par.1. & ab ea fauore piæ cauſæ non recedendum,dicit Craſſ.in d.q.68.ad finem,idem Viu.in deciſ.419. à nu.3. 422.nu.13.& ſeq. & nouiſſimè Surd.in d.tract.tit.8.priuileg.12.num.3.& 4. vbi hanc opinionem dicit veriorem vbi num.2. idem ſcribit de legato alimentorum, & ſi num.4. refert Doctores,qui contra Bartol.& ſequaces tenent,maximè quando legata pia non patiuntur dilationem temporis,vt ibi,videatur Didac.Couarr. in cap.Raynaldus §.3.nu.11.de teſtament.vbi plures caſus conſiderat,ex quibus vtraque opinio ſaluari poteſt, & retenta opinione Bartol. legatarius contra quem diriget actionem pro conſecutione legati,vide Surdum in loco ſupra citato à nu. 6. & ſeq. Et inquantum dixi ſupra, legatum incertum fauore piæ cauſæ valere ex Tiraquell.Menoch. & Craſſ. idem dicendum eſt de legato facto pauperibus,quod licet ſit incertum, nihilominus valet l. id quod pauperibus l.nulli C.de epiſc.& cler. nam ſpeciali fauore pietatis, & religionis hoc permiſſū eſt l.ſi quis ad declinandam,ibi pietatis intuitu, & verſ. ſed & ſi pauperes C.eodem, ſequitur gloſ.& Bart.in l.quidā relegatus ſupra allegata, & Iacob. Menoch.in d.tract.cap.125.nu.1. vbi nu.3. ſcribit hanc electionem pauperum cōceſſam cenſeri primo executoribus in teſtamento per teſtatorem datis,Surd.in tract.de aliment.tit.8.priuil.17.nu.5. Illis verò,vel nullis exiſtentibus Epiſcopus Ciuitatis teſtatoris hanc eligendi facultatem habet, allegat Bart.in d.l.ſi quis ad declinandam: hinc hæres grauatus nominare pauperes, non ſolum tenetur nominare eos,qui ſunt de domicilio teſtatoris, ſed poteſt etiam exteros nominare, Seraph. in deciſ.1492.vide Pariſ. in conſ.27.col.fin vol.4. Verū executores, ſiuè Epiſcopus debent eligere pauperes Ciuitatis ipſius teſtatoris,cum de alijs non ſenſiſſe præſumitur,vt ſcripſerunt gloſ. in cap. ſi pater in verb.pauperes de teſtam. in ſexto. Bart. Tiraquell.Couarr.& alij allegati à Menoch.in d.cap. 125.num.5.An prius fœminæ,quàm maſculi eligi debent,vide Menoch. ibi num.7 cum ſeqq. Hinc etiam ſi factum eſt legatum,vt poſt mortem legatarij res legata diſtribuatur inter pauperes: an poſſit fieri inter præſentes pauperes in præiudicium futurorum pauperum,Bart.in l.cum pater §.á filia ff.de legat.2. tenet non poſſe, & in l. poſt mortem num.2. C. de fideicomm. & alij multi quos refert Ant.Padill.in l.vnum ex familia nu.12. ff.de leg.2. fol.109. à terg. tametſi ipſe in d. nu. verſ.verùm hæc non me mouent tenet contrarium,ad quem ſe remictit D.Vincent.de Franch.in deciſ.706.vide Viu.in deciſ.305.in fin.& in materia Annam in alleg.139.nu.28.& Villalob.in ſuis opinion. lit.R. nu.67.fol.335. & Alex.Raud.de analogis cap.27. nu.56.& ſeq. An reuocato teſtamento legata pia debeātur,vide Caroc.in deciſ.85.Viu.in deciſ.292. nu.4.& Fab.Turrett.de virt. & effect.clauſ.codic. q.99.omninò Theſaur.Iun. videndum in q.45.nu. 4.par.3.qui dicit hanc quæſtionem dubiam,& nouam, & infra quantum tempus legatum pium debet executioni demandari, vide Couarru.in cap.3. nu.6. & in cap.ſi hæredes num. 5. de teſtament. & Ricc.in reſolut.377.

Legatum factum per maritum vxori, ſi in viduitate permanet,& perſeuerat,ea non parente conditioni prædictæ priuatur dicto legato, & ſi illud habuit ab hęrede debet ad reſtitutionem condemnari vna cum fructibus,vt poſt Bald.&Cagnol.tenet Steph. Gratian.in deciſ. 187. nu.1. vbi ita iudicatū refert Peregr.in tract.de fideicom.art.11.nu.122.& multa in materia per Intrigl.in deciſ.26.nu.4. & ſequ. nec in ea admictitur adimplementum pro parte, quia dicta condictio eſt perpetua, Card.Pariſ. in conſ.95.nu.53.vol.2. & Gratian.loc.cit.nu.2. nam in muliere nupta condictio prædicta ſeruanda eſt, ſecundū eundem Gratian.in d.deciſ.nu.11. & ſeq. & dixi ſupra in concluſione condictio, & confert D.Vinc.de Franch.in deciſ.231.corroboratur cōcluſio iſta, quia diſpoſitio teſtatoris eſt lex § diſponat in auth.de nupt.& rei ſuę teſtator poteſt imponere legem,quam vult,cap.verum de cōd.appoſit. vnde non ſeruans voluntatē teſtatoris præſumitur illi odioſus, auth. hoc amplius C. de fideic. Alex. conſ.138.nu.13.in fin.vol.1.Honded.in cōſ.82.vol. 2. & conſequenter priuari debet omni commodo proueniente ex legato,vel hæreditate.Roland.in conſ.70 nu.3.vol.3.vide ſi conuenit Aym.in conſ. 1.nu.3.Honded.in conſ.72.& 68.in 1.dub.vol.2.& omninò Conſta de port.rat. q.143. poſt Pariſ.in conſ.27.col.2.vol.4. & omninò Theſaur.Iun. in q.76.par.4 etiam ſi teſtator pęnam contrauenienti non apponat, quia priuatio cauſatur ob ſpretam teſtatoris voluntatem, vt poſt Bald. Corn. & alios notabiliter ſcribit Surd.in tract.de aliment.tit.9 q. 25.nu.5. vide omninò Verall.in deciſ.233.par.1.& 143. par.2. omninò Gratian.lib.2. diſcept.forenſ. cap.246. & non ſufficit fieri, quod teſtator iubet, niſi eo modo fiat vti ipſe iubet,vt poſt Luc.de Pen. tenet Borrell.in cōſ.98.nu.9.& bene Aym.vbi ſup. n.5.& multa alia ſimilia allegat Surd.in d.q.25.col. 1.Sed cui dictum legatum ob non ſeruatam volūtatē,ſeù præceptum teſtatoris debet applicari, vide

de omninò Peregrin. in d. art. 11. col. fin. & Surd. in loco ſupra allegato, & quid ſi non obtemperans veniat priuandus: an etiam priuandi veniant eius filij, vide Marc. Ant. Nact. in conſ. 470. nu. 25. Cæphal. in conſ. 282. nu. 34. & ſeq. & Honded. vbi ſupra n. 44. vol. 1. & in d. cõſ. 68. & vide multa in terminis præſentis concluſionis, quæ ſcribit Gratian. vbi ſupra, & Thor. in compend. deciſ. fol. .. Georgij in verb. præceptum, & ad ornatum auth. hoc amplius, vide Molinam de primogen. hiſpan. lib. 2. cap. 14. nu. 14. & ſeq. poſt Couarr. in cap. ſi hæredes nu. 6. de teſtament. & Gratian. qui ſupra.

Legatum præſcribitur ſpacio triginta annorum, ita reſpondet Cardin Pariſ. in conſ. 32. vol. 3. qui loquitur in legato ſupplementi legitimæ, ſequitur Viu. qui allegat alios in deciſ. 465. nu. 1. Aſc. Clem. in tract. de patr. poteſt. effect. 16. num. 51. Surd. in tract. de aliment. tit. 9. q. 6. nu. 21. Craſſ. de ſucceſſion. lib. 2. §. collatio bonorum q. 13. nu. 4. vbi de communi teſtatur, & ſatis pulchrè de magis communi, Stephan. Gratian. in deciſ. 4. num. 10: allegat inter alios text. in §. pro tempor. li in auth. de eccleſ. titul. vbi num. 11. ampliat in legato dotis, & nu. 12. in legato alimentorum, & legitimæ, & maximè quando non apparet de petitione, ſiuè acceptatione per legatarium, vt ibi latiſſimè, etiam ſtante mala fide, ſi legatum à legatario non ſit acceptatum, vt ſupra, ſecus ſi poſt acceptationem, vt conſuluit Franc. Becc. in conſ. 48. quem ſequitur Surdus, qui alios allegat in conſ. 60. nu. 16. Caualcan. in tract. de vſufruct. mulieri relicto nu. 186 & Paſchal. de virib. patr. poteſt. par. 2. cap. 2. num. 167. qui etiam de Beccio meminit.

Legatum quando dicatur factum gratia demonſtrationis, vel taxationis, Dec. in conſ. 323. col. 1. poſt Paul. Caſtrenſ. quem allegat tenet, quod ſi teſtator dicit, lego Titio decem, quæ volo dari ſibi ex reditu talis rei, tunc ille reditus videtur appoſitus gratia demonſtrationis, & licet ille reditus non ſit, tamen hæres cogitur illum ſoluere l. quidam teſtamento ff. de legat. 1. cum ſimilibus, Anell. de Amato in conſ. 32. & vide eundem in conſ. 37. & omninò Marc. Anton. Eugen. in conſ. 94. num. 22. 23. & 24. ſed ſi teſtator dicat vnica oratione volo, vt ex fructibus talis fundi ſoluantur Titio decem, tunc fructus videntur appoſiti gratia taxationis, & illis non exiſtentibus hæres compelli non debet ad ſoluendum allegat l. nomen 9. vni ff. de legat. 2. refert, & ſequitur D. Vincentius de Franchis in deciſ. 483. num. 6. & ſatis pulchre in deciſ. 721. vbi reperies quid fuit iudicatum per Sacrum Conſilium, accedunt D. Lanar. in conſ. 54. num. 8. Ioffred. in conſ. 46. nu. 5. omninò D. Regens de Curte de feudis fol. 26. num. 39. & ſeq. vbi exornat d. l. quidam teſtamento, videatur omninò Surdus in tract. de aliment. tit. 4. q. 26. à nu. 2. cum infinitis ſequentibus, & aliqua per Ioan. de Amicis in conſ. 46. & in pulchro caſu Ioan. Bapt. Conſta de port. rat. q. 163. & ad iſtam concluſionem omninò Gratian. lib. 2. diſceptat. forenſ. cap. 256. qui plures caſus diſtinguit, & conſiderat.

Legatum factum monacho ordinis capacis in communi cum prohibitione, vt nihil eius monaſterio quæratur, valet, & tenet, ſecundum Bart. & alios in auth. excipitur C. de bon. quæ liber. & ita fuit deciſum in Sac. Conſ. refert D. Vincent. de Franch. in deciſ. 718. cui aſſentit Stephan. Gratian. in deciſ. 76. num. 22.

Legatum alimentorum in dubio præſumitur annuũ l. pecunia in fine, vbi Bart. notat num. 2. ff. de aliment. & cibar. legat. cum concordant. allegatis per Surdum in tract. de aliment. tit. 9. q. 6. num. 1. vbi num. 2. ſcribit procedere etiam ſi eſt factum ad certum tempus, allegat l. ſi cum præfinitione ff. quando dies legat. cedit, & ideò legatum alimentorum debetur pro integro anno, & in principio ipſius anni, Iacob. Menoch. in conſ. 421. num. 13. & non exactum ad heredem tranſmitti, ſi interim legatarius moritur l. à vobis ff. de annuis legatis, quia pro primo anno eſt purum, & pro ſequentibus eſt conditionale d. l. à vobis cum infinitis alijs congeſtis per Surd. in d. q. 6. col. 1. & ita refert deciſum in Sac. Conſ. D. Vincent. de Franch. in deciſ. 155. vbi alios addo, multa de legato annuo, ſcribit Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Lucæ 23. Surd. in d. tract. tit. 2. q. 12. à nu. 1. & in d. q. 6. Conſta de port. rat. q. 60. & in q. 221. Capyc. in deciſ. 203. in 1. dub. & in pulchro caſu Roman. in ſingul. 71. & Caualcan. in tract. de vſufruct. mulier. relicto num. 66. quod quidem legatum annuum debetur à morte teſtatoris, etiam ſi per multos annos hæreditas non ſit adita, nec tabulæ teſtamenti apertæ, & ita refert deciſum D. Vincent. de Franch. in deciſ. 634. per text. in l. nec ſemel, verſ. item Celſus, & verſ. ſequ. ff. quando dies legat. cedit, & in fin. d. deciſ. poſt Bart. quem allegat inquit, quod hæc annua præſtatio petitur vt ſors, & non vt vſura, an hoc legatum præſcribatur ſpacio cētum annorum, vide Marc. Anton. de Amat. in deciſ. 55. & ad iſtam concluſionem vide Pract. Papienſ. in forma libelli pro legato rei particular. à num. 26. Morot. in conſ. 86. & in pulchro caſu Roman. in ſingular. 295. & 296. ad iſtam concluſionem omninò Fab. Anna in obſeruat. 18. fol. 141. & Thor. in compend. deciſ. in verb. legatum annuum.

Legatum ſi eſt factum alicui eccleſiæ pro miſſis celebrandis, ſtatur dicto Curati cum iuramento illius eccleſiæ, vel Guardiani Fratruum minorum miſſas fuiſſe celebratas, ſecundum Guid. Pap. in deciſ. 614. nu. 1. verſ. & idem dico, vbi refert vidiſſe ſæpiſſime ſic iudicari in Curia parlamenti, videatur omninò D. Theſaur. Ian. in q. forenſi 86. num. . qui aliter iudicatum refert, idem dicit Guid. Pap. de legato diſtribuēdo pauperibus per executores, quorum iuramento ſtatur fuiſſe per eos diſtributum, allegat Bart. in l. ſi quis pro redemptione C. de donationib. licet in hoc apoſtilla ibi teneat contrarium, vide Maſcard. in tract. de probation. concl. 967. num. 3. vol. 2. vbi opiniones concordat, & D. Gaſp. Ant. Theſaur. vbi ſupra, & vide Gratian. lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 350. in fin.

Legatum effectum caducum repudiatione accreſcit heredi l. 1. §. his ita C. de caduc. toll. verùm bona remanent eidem hæredi cum onere ſuo d. l. vnic. §. pro ſecũdo, Surd. in tract. de alim. tit. 2. q. 15. n. 218. quæ concluſio procedit, etiã in ſubſtitutione, quæ ſi deficiat remanent bona apud hæredem, cum onere reſtitutionis, Bart. in l. quãdiù inſtitutus in fine ff. de acquir. hæred. Surd. in deciſ. 269. num. 2. & 3. niſi eſſet ſubſtitutus ſuperuiuens, vel coniunctus d. §. pro ſecundo, & Surd. in d. q. 15. nu. 220. vide Ant. Gomez. in tract. variar. tomo 1. cap. . . à nu.

43.ſol.108.à tergo, vbi optimè plures caſus diſtinguit Craſſ.in §.ius accreſcendi q.30.Marc.Anton. Peregrin.in tract. de fideicommiſſ. art.15. nu.22. & omninò in art.16.á num.80. cum infinitis ſeqq. verùm legatum alimentorum effectum caducum non remanet apud hæredem, ſed præſtatur ab eo, vel ab alio, qui rogatus ſit, Bart.in l.alio nu.1. ff. de aliment.& cibar.legat.cum cócordantibus allegatis per Surd.in d.tract.priuileg.14.num.5. tit.8. vbi ſtante hoc priuilegio inquit ceſſare ſingularem decis.Bart.in conſ.21 t.vol.1.& Doctorum ſequétium ipſum, vt ibi num.6.vbi videndum eſt, & ad principalem concluſionem vide Ludou. Peguer. in deciſ.109.

Legatum ſactum ad certũ vſum, an poſſit ad alium vſum conuerti, iuxta clem. quia contingit de religioſ.domib.& cuius authoritate talis commutatio fieri debet, & an conſenſus hæredis requiratur, vide omninó Summ. Sylueſtrin.in verb.legatum el quarto nu.11.12.& 13.Bart.in conſ.26. Roman.in conſ.409.nu.11.& ſeq.Guid.Pap.in deciſ.556.Tiraquell.in tract. de priuileg. piæ cauſæ priuil. 135. poſt Roman.in ſingul.474. & 481. Pract.Papienſ. in forma libelli ad reddend. ration. tutelæ in verbo executores num.15.Bellug.in Specul.Princip. fol. 108.à terg.in nouis, Couarr.in cap.tua nu.7.de teſtament.Paul. Fuſc.in ſingul.37.lit.D. Anna in ſingul.303. Nauarr.in conſ.15.nu.6. in tit.de reb.eccleſ. non alien. in 1.tom. fol.360.qui latiſſimè explicant, & vide Concil. Trident. in ſeſſ.7. cap.vlt. & ſeſſ.25.cap.4.& 8.de rĕformatione, ad principalem concluſionem vide Angel.in l.teſtamentum C.de teſtament.omninò Ricc.in deciſ.125. par.2. vbi enumerat aliquas iuſtas cauſas, ob quas Epiſcopo conceditur commutatio prædicta.

Legatum ſi relinquitur propter aliquod onus ceſſat ceſſante onere l. Alumnæ §. Seia ff. de aliment. & cibar.legat.vbi legatum videtur ademptum quando onus adimitur, quod iniunctum fuerat, Bart.in l.ſi quis ſeruum ff. de condit. & demonſtr. qui loquitur in onere iniuncto per viam modi, & idem eſt quando iniunctum eſt per viam fideicommiſſi Bart.vbi ſupra nu.2.Secus tamen quando onus eſt iniunctum per viam conditionis, quia detracta códitione legatum ſubſiſtit l. 3. §. conditio ff. . . . Bart.in d.l.ſi quis ſeruum nu.1.Cardin.Mantica in tract.de coniectur.vltim.volunt.lib.12. tit.2. num. 27.& 30.fol.366. in nouis, refert & ſequitur Surd. in tract. de aliment. tit.8. priuil.23.col.1. in princ. Hinc poteſt inferri, quod ſi in teſtamento aliquis creatur tutor, & illi propter tutelã facit legatum, repudiata tutela legatarius non habebit legatum l. qui tutelam in princ. ff. de teſtamenr. tutela conſuluit Roman. in conſ.235. col.1. & in conſ. 207. nu.3. vbi Mandoſ.in addit. lit.C. Surd.latè in loco ſupra allegato nu. 4. videatur omninò Iacob. Menoch.in tract.de prę́ſumption.lib.4 cap.24.vbi refert coniecturas, ex quibus poteſt conſtare, quod teſtator erat relicturus legatum, etiam ſi non reliquiſſet ipſum tutorem, vide bene, quia eleganter loquitur, & Carroc.in deciſ.17. vbi refert ampliationes, & limitationes, & Conſta de port.rat. q. . Honded.in conſ.82.vol.2.verùm legatum factum cum aliquo onere, ſi legatarius illud agnoſcit, & ſimpliciter acceptat cenſetur illud acceptare cum dictó onere appoſito l.ſi ab vno in princ. ff. de legat.2.& in d.l.qui tutelam, Alex.in conſ.102.nu.4. vol.1. Stephan.Gratian. in deciſ.147. num.2. Dec. conſ.299.num. 13. & Honded.in conſ.63. nu. 104. vol.1.vide in pulchro caſu Marc.Anton.Eugen.in conſ.93.maximè nu.17. & ſeqq.etiam ſi onus valorem legati prædicti excedat l.Imperator §.ſi cẽtum, & §.enimuero ff. de legat.2. Alex.poſt Paul. de Caſtr. in l.ſi cum dotem §. ſi pater col. 2. verſ. ſed quid ſi pater ff.ſolut.matrimon.Dec.conſ.425. nu.8. Marc.Anton.Nacta in conſ.186. nu.1. Phanuc.in tract.de lucro dotis in text. vir lucretur nu. 72.& Surd.in d.tract.tit.5.q.1.nu.24.q.3.nu.24.& iterum tit.7.q.10.nu.16.& 17.& tit.9. q.43.nu.44. videatur idem Surd.in tit.6.q.11.num.36.& 37.& omninò Aymon Crauet.in conſ.174.nu.9. & opinio iſta poteſt limitari ex Alex. in conſ.8. num.21. vol. 3. & Phanuc. in loco ſupra citato, reliqua ad principalem concluſionem vide Surd. in d. priuil. 23.& D.Vincent.de Franch. in deciſ.362.

Legatum alternatiuum alicui factum, electio eſt ipſius legatarij, & non hæredis, Salycet.in l.plerumque nu.3.in medio ff.de iure dotium, & eſt comm. opinio, prout ipſum refert Villalobos in ſuis opinion.lit.L.nu.29. fol.217. & vide text.in §. ſi generaliter inſtit.de legat.& Salycet.vbi ſupra, qui multum notab.loquitur, & Iaſ.in l.qui duos nu.1. ff.de legat.1.vbi etiam ſcribit, electionem dari legatario de legato ſibi facto incerto de certis, & nu.2. & in l.ſi ita ſcriptum poſt nu.19 ff.eod.tit.& in pulchro caſu Marani.in ſuis ſingul.in verb.teſtator fol.135. & cuius eſt electio legati habitationis, vide Vrſill. ad Afflict.in deciſ.146.num.3. addo videndum ad principalem concluſionem Io.Dilect.in tract.de arte teſtandi in tit.de legatis caut.13.& in pulchro caſu Gratian. in deciſ. 168. & Eucrard. in loco à natura alterna fol.676.nu.4. licet regulariter in alternatiuis electio eſt debitoris d.l. plerumque, vbi Salycet.nu.3. Afflict.in deciſ.397.nu.5. Cotta in verb.alternatiuarum ful.19 Ducn.in regul.235.in princ. Dilect. vbi ſupra in princ. Surd. qui allegat alios in deciſ.318.nu.3. & Eucrard.vbi ſupra nu.1. quæ opinio procedit in alternatiua ſoluendi, ſecus in alternatiua exigendi, quia electio eſt creditoris agentis, Afflict.vbi ſupra nu.6. Cotta in d.loco, & in contractibus electio eſt debitoris, Stephan.Gratian.in deciſ.142.num.2. vide plures limitationes, quas remiſſiuè refert Duen. in d.regul.235. Hinc ſi quis promiſit ſoluere Titio centum in tali die, & eo elapſo ex tunc dat in ſolutum ipſo debitore non ſoluente talem fundum, tunc elapſo tempore prædicto electio eſt creditoris petere centũ, & nolle fundum in ſolutum, quia intelligitur promiſſio dationis fundi volente creditore, non autem ipſo nolente, vt ſatis accuratè conſuluit Dec. in conſ.12. per totum, ſequitur Vrſill.in deciſ.Afflict.ſupra citata nu.2. & ſeq. poſt Rip.& alios, quos allegat, ſed contra Dec.in eod. caſu conſuluit Socc. nepos in conſ.41.vol.3. Alciat. & Laur.Silu. vt refert Iacob.Menoch.de arbitr.iudic.lib.1.q.94.ante nu.4. & opin. Dec. magis cõiter reprobatur, vt teſtatur Ant.Theſ.in deciſ.147.nu.2.3. vbi alios DD.refert qui contra Dec.conſuluerunt, & contra eius opin. iudicauit Senatus Pedemontanus, vt Theſaur. refert in d.deciſ.147.& pariter Senatus Mantuanus, vt Surd.teſtatur in deciſ.113.vbi etiam refert Doctores contra Deciũ, & ſigillatim eius fundamen-

tis

Digitized by Google

tis reſpondet, & in fin. meminit de deciſ. Theſauri, & hanc opinionem ſimpliciter ſequitur Stephan. Gratian. in deciſ. 117. nu. 5. vbi dicit de quæſtione iſta extare deciſ. Afflict. 357. ſupra allegat. adde videndum in pulchro caſu Gratian. lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 338 & de Surd. meminit Theſaur. Iun. ad d. deciſ. ſui Genitoris, vbi limitat opinionem iſtam non procedere quando datio inſolutum facta per debitorem non eſſet libera, ſed ad vtẽdum, & fruẽdum, donec fuerit facta ſolutio, & ita refert per Senatum iudicatum, limita alio modo quando eſſet data facultas creditori petere pecuniam, & recedere à datione in ſolutum, vt refert iudicatum Theſaur. Sen. in d. deciſ. in fine, & legati in genere facti, cuius eſt electio, vide Anton. Gomez variar. reſolution. in tit. de legat. num. 32. fol. 141. à tergo, vide in materia Anna in ſingul. 238. Anna Iun. in conſ. 95. col. 1. Magon. in deciſ. Lucæ 16. & Rotam Lucæ in deciſ. 105. in nouis, & Euerard. qui ſupra nu. 7. nota iſta vtilia, licet extranea à ſubiecto principalis concluſionis, & ad concluſionem iſtam in princip. adde Gratian. libr. 2. diſceptat. forenſ. cap. 239.

Legatum fundi, vel domus cenſetur factum, & reuocatum, intelligitur ex ipſius fundi, aut domus alienatione voluntaria, l. fideicommiſſo § ſi rem ff. de legat. 3. l. rem legatam ff. de adimend. legat. & §. ſi rem. inſtit. de legat. quia alienatio non intelligitur cauſa adimendi legatum, ſed voluntas ipſa præcedit, quæ poſtea ex alienatione datur intelligi, Cardin. Mantica de coniectur. vltimar. volunt. lib. 12. tit. 6. à num. 1. fol. 390. Maſcard. in tract. de probation. concluſ. 1280. num. 87. volum. 3. Iacob. Menoch. in tract. de præſumptionibus lib. 4. cap. 167. num. 6. & ſequ. Conſta de port. rat. quæſt. 232. & D. Vincent. de Franch. in deciſ. 283. num. 1. vbi alios addo, cum quibus nouiſſimè conuenit Surd. in tract. de aliment. tit. 8. priuileg. 21. nu. 1. & ſequ. Gratian lib. 1. diſcept. forenſ. cap. , ſiue alienatio fiat per venditionem, ſiuè per donationem, ſecundum gloſ. in d. §. ſi rem in verb. alienauerit, inſtit. de legat. quæ communiter approbatur, vt per Silueſtr. ibi in addition. quod procedit etiam ſi alienatio ſit inualida, ſecundum Manticam in loco ſupra citato num. 2. & Surd. in allegato priuileg. 21. num. 2. Maſcard. & Menoch. in dictis locis ille nu. 93. & iſte nu. 11. quæ opinio extenditur etiam ſi legatũ eſſet factum piæ cauſæ, quia ipſius rei legatæ per voluntariam alienationem reuocatum cenſetur, vt conſuluit Marc. Anton. Nacta in conſ. 613. ſequitur Surd. & Mantica in locis ſupra allegatis ille nu. 3. & iſte nu. 5. accedunt Paul. Fuſc. in ſingul. liter. L. Maſcard latiſſimè in loco citato nu. 102. vſque ad nu. 108. & Menoch. in d. cap. 167. nu. 17. Hinc alienatio voluntaria cognoſcitur quando teſtatori nulla neceſſitas vrget alienandi, ſiuè donatori, ſecundum Iacob. Menoch. in d. tract. lib. 3. cap. 37. nu. 13. ſed & ſua libera voluntate emanauit, ſecus ſi ſit alienatio ex neceſſitate facta rei familiaris d. §. ſi rem, & d. l. rem legatam veluti titulo oneroſo, quia tunc legatum reuocatum non cenſetur, nec intelligitur, ſecundum Manticam, qui ita diſtinguit in loco ſupra allegato ſub num. 12. vide omninò Honded. in conſ. 77. nu. 22. vſque ad finem vol. 2. quæ diſtinctio ſecundum eum non cadit in alienatione facta per donationem ob donantis munificentiam, ſed reſtringe, dummodo ſit propria donatio, prout loquitur, & intelligitur text. in d. l. rem legatam: reliquas verò ampliationes, & limitationes ad concluſionem principalem, vide apud Manticam in d. tit. 6. per totũ, Maſcard. & Menoch. in locis ſupra allegatis. An legatum pro alimentis factum ſuper aliqua re, ſi voluntariè alienatur, & poſtea recuperatur, intelligitur reuocatum, vide omninò Surd. in d. priuileg. 21. nu. 6. & 7. Hinc etiam ſi res legata vendatur cum pacto de retrouendendo, & tempus dicti pacti non eſt elapſum, legatum non cenſetur reuocatum, vt determinauit Rota Peruſin. in deciſ. 23. in 2. dubio, quam refert, & ſequitur D. Vincent. de Franch. in deciſ. 283 num. 6. ſupra citata, quando autem quis dicatur ex neceſſitate rei familiaris alienare, vel ex voluntate, legatur quæſo Aug. Berou. in q. 9. poſt nu. 9. vbi loquitur in terminis noſtræ concluſionis, & ad materiam huius concluſionis adde videndum omninò Stephan. Gratian. lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 251. vbi latiſſime diſtinguit 22. caſus.

Legitima debetur deducto prius ære alieno, & funeris impenſa l. Papinianus § quarta ff. de inofficioſ. teſtament. Alex. conſ. 45. nu. 12. vol. 1. Farinac. in deciſ. 517. nu. 3. & 4. & conſuluit Nonius in conſ. 18. in 3. dub. nu. 22. & 23. & an in detractione legitimæ debent prius deduci medicinæ, & impenſæ Medicorum, vide ibi in 4. dub. vbi quod non, & in pulchro caſu vide Farinacc. vbi ſupra, & vt creditor, cui ipſa legitima debetur eſt quota bonorum, licet in reliquis dicatur quota hæreditatis, vt poſt Dec. affirmat D. Vincent. de Franch. in deciſ. 127. nu. 1. vbi addo, quæ debetur filio ſtatim mortuo patre, quia eius tempus inſpicitur l. cum quæritur C. de inoffic. teſtam. D. Vincent. de Franch. in deciſ. 61. num. 4. vbi alios addo, vide Ioſeph Ludou. deciſ. Lucæ 28. D. Georg. in alleg. 20. col. 1. & omninò Alex. Raud de analog. cap. 19. fol. 119. & ſequ. qui plures caſus conſiderat, poſtquam nullum onus, nec grauamen recipit, l. quoniam in prioribus C. de inofficioſ. teſtam. Afflict. in deciſ. 161. nu. 3. D. Vincent. de Franch. in deciſ. 127. nu. 6. & Peregrin. in tract. de fideicommiſſ. art. 36. nu. 61. Gratian. lib. 3. diſcept. forenſ. cap. 594. limita tamen, quando prohibitio, ſiuè onus in legitima appoſitum fauorem filiorum reſpiceret, quia non reijcitur, ſed obſeruari debet, vt Bart. ſcribit in l. filijs matrum per illum text. nu. 1. C. de inoffic. teſtam. ſequitur Boer. in deciſ. 8. nu. 4. Roland. à Vall. in conſ. 31. nu. 30 vol. 1. vbi de communi opinione teſtatur, & iterum in cõſ. 98. nu. 25. vol. 2. Gratian. in loc. cit. col. 1. vt ſi teſtator diſponat, quod eius filij non poſſent alienare eius bona, donec ſint ætatis annor. 25. accedunt Ant. Gabr. in tit. de legitima concl. 1. nu. 21. Viu. in opin. 460. nu. 3. par. 2. vbi in fin. ites refert D. Vinc. de Franch. in deciſ. 14. nu. 3. Maſcard. in tract. de probation. concl. 1236. nu. 74 vol. 3. Craſſ. in §. legitima q. 33. n. 14. & 16. Magon. in deciſ. Flor. . . nu. 33. & ſequ. poſt Menoch. in conſ. 57. in 2. dub. Clar. in q. 78. verſ. item quæro ad fin. & Farinac. qui allegat alios in tit. de delictis q. . nu. 44. & omninò Rota Lucæ videnda in deciſ. 110. in nouis, & Mart. in vot. 115. in 2. dub. alium caſum poſuit Peregr. in loc. ſupra cit. nu. 62. in quo per indirectum filius poteſt in legitima grauari, quẽ vide, & D. Vinc. de Franch. in dec. 293. in fin.



Digitized by Google

ponit alium caſum , alium caſum ponit Gratian.
lib. 2. diſceptat. forenſ. cap. 245. col. 1. Hinc etiam
poſſe patrem filium grauare in legitima per pu-
pillarem ſubſtitutionem, quia dicitur teſtamen-
tũ filij, Pariſ. in conſ. 36. nu. 37. & 38. vol. 2. Decian.
in conſ. 6. vol. 3. & Mart. vbi ſupra col. fin. Giurba
in deciſ. 11. nu. 8. qui alios allegat, & in liquidatio-
ne legitimæ à morte teſtatoris, vt ſupra conſide-
rari debent omnia quæcunque bona, quæ tempo-
re mortis teſtatoris reperiuntur tàm mobilia,
quàm ſtabilia, Iura, & actiones, vt poſt Soccin. Iun.
& Lancellot. Polit. quos refert, ſcribit D. Vincent.
in allegata deciſ. 61. nu. 25. modumq; liquidandi
legitimam poſuit Aymon Crauett. in conſ. 109.
nu. 7. quem refert, & ſequitur idem Dominus in
locò ſupra citato num. 19. Hinc etiam quando eſt
relicta in teſtamento debet actione ex teſtamento
peti, vel conditione ex lege, ſi non eſt relicta, aut
petitione hæreditatis, vt tenet idem Aymon in d.
conſ. nu. 6. ſequitur Marc. Anton. Peregrin. in d. ar-
tic. 36. nu. 152. & 153. Craſſ. in §. legitima q. 48. &
fuſius Surd. in tract. de aliment. tit. 3. q. 1. à nu. 31.
cum ſeqq. Intrigliol. in deciſ. 9. vide Molinam de
primogen. hiſpan. lib. 2. cap. 15. nu. 15. & ſeq. & de-
bet relinqui titulo inſtitutionis §. aliud quoque in
auth. vt cum de appellat. cognoſcitur, Gloſ. & Do-
ctor. in auth. nouiſſima C. de inoffic. teſtam. Co-
uarr. in cap. Raynutius in princ. de teſtam. Clar. in
§. teſtamentum q. 38. in princ. Aſcan. Clemen. in
tract. de patr. poteſtat. effect. 16. nu. 1. Marſil. Pic.
Gulielm. Benedict. Gomez Padill. Ioan. Dilect. &
alij, quos refert, & ſequitur Surd. in d. tract. tit. 9.
q. 21. à nu. 1. quibus accedit Michael Craſſ. in d. §.
teſtamentum q. 35. nu. 3. & ſeq. & Peregrin. vbi ſu-
pra nu. 55. quæ opinio procedit etiam iure canoni-
co inſpecto, ſecundum Craſſ. in d. q. 35. num. 6. vbi
de communi, & ſequitur Surd. vbi ſupra num. 3.
Immò procedit etiam in teſtamento, quod fit inter
liberos, ſecundum Surd. ibidem nu. 4. poſt Ruin.
Rube. Couarru. & Marſil. quos allegat, & tantum
eſt legitimæ fauor, vt etiam aſcendentibus ipſa tit.
inſtitutionis relinqui debet, & ita tenẽt omnes ex-
cepto Bart. vt Clar. refert in d. q. 38. verſ. ſed quæ-
ro, & alij, quos refert, & ſequitur Surd. in loco ſu-
pra allegato nu. 5. & Molina vbi ſupra nu. 15. quia
legitima aſcendentium hodie aucta eſt ſicut legi-
tima deſcendentium, ſecundum magis commu-
nem opinionem, de qua Alex. teſtatur in conſ. 141
poſt nu. 9. vol. 1. ſequitur Roland. à Valle in conſil.
39. in 1. dub. volum. 3. Craſſ. in d. §. legitima q. 9. &
Marant. in conſ. 46. nu. 3. & conſ. 60. nu. 1. quibus
accedit Marc. Anton. Peregrin. in d. tract. art. 49.
num. 47. An autem relictum ſimpliciter intelliga-
tur iure inſtitutionis, Bartol. in auth. vnde ſi parens
nu. 2. C. de inofficioſ. teſtament. tenet, quod ſic, &
hanc opinionem dicit veriorem, & magis commu-
nem, ac æquiorem Clar. in d. q. 38. verſ. quid ſi di-
cat, licet aſſerat eſſe controuerſam apud Doctor.
verùm in iudicando ab ea non recederet, ſequitur
Peregrin. in d. artic. 36. num. 59. & Surd. in d. q. 21.
nu. 12. quibus aſſentiunt Craſſ. in d. q. 35. num. 14.
Marc. Anton. Nacta in conſ. Alex. 70. nu. 9. vol. 2.
& Maſcard. in tract. de probationib. concluſ. 928.
nu. 14. vol. 2. Hinc ſi teſtator dixit lego matri meæ
centum, ſoluendos per hæredes meos, &c. ſtante
illa dictione, &c. legatum prædictum cenſetur re-
lictum iure inſtitutionis, vt refert iudicatum in
Senatu Pedemontano Antonio. Theſaur. in deciſ.
58. quia omne relictum, quod fit illi, cui legitima
debetur, factum cenſetur iure inſtitutionis, vt ex
communiori tradit Burſat. in conſ. 92. nu. 3. vol. 1.
qui multos allegat, & inter alios Clar. in loc. ſupra
cit. & ſequitur Theſaur. in d. deciſ. num. 10. Hinc
etiam infertur, quod licet legitima relinqui debet
titulo inſtitutionis filio, aliàs vti præteritus poteſt
dicere teſtamentum nullum, vt ſupra, & tradit D.
Vincent. de Franch. in deciſ. 720. nu. 7. & Ioſeph
Ludouic. in deciſ. Lucæ 28. nu. 11. tamen ſi in te-
ſtamento eſt appoſita clauſula codicillaris, quæ eſt
tantæ virtutis, quod etiam ſi ipſa fuit relicta titulo
legati teſtamentum ipſum valet, ſecundum Iaſon.
in d. auth. nouiſſima nu. 20. & 25. vtrobique in fine
C. de inoffic. teſtam. poſt Alexand. in conſ. 112. vbi
Doctor. in apoſtill. nu. 3. vol. 3. Robert. Marant. in
tract. de multiplici alienat. prohibit. ſub num. 84.
quibus addo Gozadin. in conſ. 21. num. 8. conſ. 93.
nu. 15. Anna Sen. in allegat. 35. num. 6. Stracch. in
tract. de mercatur. in tit. de mandato num. 16. Di-
lect. de arte teſtand. tit. 3. cautel. 1. nu. 3. Marant. in
ſuis ſingul. in verb. teſtator fol. 140. Rota Peruſin.
in deciſ. 117. nu. 9. Craſſ. in d. q. 35. nu. 8. Peregrin.
in d. artic. 36. nu. 56. & Fab. Turrett. in tract. de ef-
fectu clauſul. codicill. q. . verùm maior pars di-
ctorum Doctorum loquitur de clauſula omni me-
liori modo, quæ idem eſt, & operatur, Iacob. Me-
noch in tract de præſumptionib. lib. 4. cap. 31. nu.
9. & Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 1.
tit. 10. nu. 10. fol. 10. poſt Gabriel. quem allegat; in
qua autem parte teſtamenti debet poni clauſula
omni meliori modo, vide omninò Ann. in allegat.
19. nu. . Hinc etiam ſi pater teſtator legauit filiæ
centum pro dote, intelligitur iure inſtitutionis, ſe-
cundum veriorem, & magis communem opinio-
nem, vt teſtatur Craſſ. in ſæpius allegata q. 35. nu.
18. & ante eum Clar. in d. §. teſtamentum q. 38.
verſ. quid autem ſi teſtator, licet dicat hanc opi-
nionem de ſtricto iure pati aliquam difficultatem,
ſed opinio communis poteſt confirmari ex Bur-
ſat. Theſaur. & alijs ſupra allegatis, quam etiam
ſequitur Peregrin. in d. artic. 36. num. 59. Quæ filij
legitima non minuitur per legata d. l. Papinianus
in §. quarta, etiam ſi ſunt ad pias cauſas facta, vt
ſcribit Alex. conſ. 45. num. 12. vol. 1. ſequitur Ro-
land. in conſ. 25. nu. 6. & 65. in 2. dub. vol. 1. & ite-
rum in d. conſ. 39. in 4. dub. vol. 3. vbi ita conſuluit,
Camill. Borrell. in conſ. 99. nu. 23. & ſeq. Craſſ. in
d. §. legitima q. 38. nu. 20. quibus accedit Surd. in
d. tract. tit. 8. priuileg. 95. nu. 7. & 9. vbi etiam dicit
procedere ſi legata eſſent facta pro reſtitutione
male ablatorum, & in ſeruitiorum recompenſa-
tionem allegauit Alex. in d. conſ. & num. & multa
cumulat Caualcan. in tractat. de vſufruct. mulier.
relict. poſt numer. 95. fol. 271. & 272. vbi dicit
idem, quod legitima non minuitur per legata ad
pias cauſas, vt ſupra, verſ. ſed ipſa legitima, Borrell.
vbi ſupra. Quæ deduci etiam debet ante ſolutio-
nem fideicommiſſorum, etiam ad pias cauſas fa-
ctorum, Conſta de port. rat. q. 140. quia magis fa-
uetur filijs, quam piæ cauſæ, Roland. qui concor-
dantes congerit in d. conſ. 39. ſupra allegato nu. 24.
poſt Gabriel. in d. concluſ. 1. num. . & Stephan.
Gratian. in deciſ. 162. vbi ita iudicatum refert, vbi

etiam

Digitized by Google

etiam procedit in trebellianica, quando fideicommiſſum eſt purum, ſecus ſi eſſet conditionale, vt ibi poſt Peregrin. in d. tract. art. 4. nu.  . Nam legitima habetur pro ære alieno quoad legatarios, & fideicommiſſarios, Stephan. Gratian. in deciſ. 181. Peregrin. in d. art. 4. num. 14. Bene tamen verùm eſt, quod æs alienũ debet prius ſolui, quam legata, quia illud minuit ea, etiam ad pias cauſas, vt ſupra: bona enim dicuntur deducto ære alieno l. ſubſignatum §. bona ff. de verbor. ſignificat. & æs alienum præfertur legitimæ, & legata ad pias cauſas præferuntur alijs legatis non pijs, ex quo prius detrahuntur, Marant. in d. tract. de multiplic. alienat. nu. 235. & vide Borrell. in d. conſ. 99. ſupra allegam; Quid ſi hæreditas eſt, vel non eſt ſoluendo reſpectu legatorum, vide eundem Marant. vbi ſupra nu. 231 & 234. poſt Doctor. in l. final. §. licentiam C. de iure deliber. debeturq; legitima ex teſtamento, quia ab inteſtato non conſideratur, Aymon Crauet. qui iura, & authoritates allegat in conſ. 202. nu. 10. & ei, qui ab inteſtato ſuccedere non poteſt non debetur, ſecundum eundem Aymon. in conſ. 13. nu. 13. vbi de communi opinione teſtatur, & concordantes allegat, & Surd. qui alios allegat in d. tract. tit. 8. priuileg. 33. nu. 1. vide Rot. Lucæ in deciſ. vlt. in nouis, verſ. nec aliquam ſol. 232. Hinc filio naturali tantum legitima non debetur, ſed filio legitimo, & naturali de iure ciuili, ratione tamen naturali, vt pulchrè declarat Bertrand. quem refert, & ſequitur D. Vincent. de Franch. in d. deciſ. 720. ad finem, & ſentit Rota Lucæ in d. deciſ. final ſol. & loco prædicto: aſcendentibus verò debetur de iure poſitiuo, vt ibi poſt Angel. & Alex. quos allegat Iacob. Menoch. de arbitrat. Iudic. caſu 149. nu. 12. & in tract. de præſumption. lib. 4. cap. 33. nu. 4. vbi reprobat Alciat. aliter tenentem; ſed vt debeatur legitima requiritur mors naturalis, nec ſufficiet mors ciuilis ſecundum opinionem Bart. in auth. ſi qua mulier in fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. quæ communis eſt, ſecundum eundem Surd. in d. tit. 8. priuileg. 26. num 4. licet idem Surd. parum ſibi conſtans, aliter teneat in eodem tract. tit. 1. q. 29. nu. 27. poſt Viu. quem allegat in opin. 455. nu. 11. par. 2. ſecundum nouiſſimam impreſſionem Aquilanam, vbi Surd teſtatur hanc contrariam opinionem eſſe æquiorem, & in vtroque foro ſeruandam, licet in eodem nu. 7 aſſerat opinionem Bart. eſſe magis communem ex mente Salycet. & Iaſon. Craſſ. in d. § legitima q. 22. nu. 6. & vt meum interponam iudicium nequaquam ego ſequor Bart. & ſequacium opinionem, quia pater ingreſſus monaſterium, & profeſſus in eo, adeò quod ad ſæculum redire non poteſt habetur pro mortuo ficte, dictaq; mors ciuilis ficta producit per omnia eundem effectum, quem producit mors naturalis ex dictis per Ioannem Cæphal. in conſ. 214. num. 8. vol. 2. quem allegat idem Surd. in d. priuilegio nu. 4. Honded. in conſ. 62. vol. 1. Cumia in cap. ſi aliquem in verb. mortis, & Marc. Anton. Eugen. in conſ. 2. num.  . & Honded. qui ita conſuluit in conſ. 60. & ſeq. vol. 2. maximè quando pater eſt ingreſſus, & profeſſus in monaſterio incapaci, quod nec in communi, nec in particulari poſſidere poteſt ex traditis, & allegatis per D. Vincent. de Franch. in deciſ. 14. nu. 7. vbi alios allegaui in additionibus meis, quibus addo Craſſ. in d. §. legitima q. 12. nu. 7. & debetur legitima de corporibus hæreditarijs, & de proprietate Iudicis arbitrio, vt dixi ſupra in concluſ. filius, & Conſta in dicta quæſt. 14. Honded. in conſ. 62. volum. 1. conſ. 66. volum. 2. D. Georg. qui ita iudicatum refert in allegat. 40. & quid ſi hæreditas conſiſtat in pecunia, vide Alex. Trentacinqu. in conſ. 46. num. 2. volum. 1. & non de fructibus ſecundum Surd. in dicto tract. tit. 4. q. 9. num. 23. & in ea quidquid filius capit ex vltima voluntate de bonis defuncti patris, ſiuè iure inſtitutionis, ſiuè iure legati, ſiuè fideicommiſſi debet ſibi imputari l. omnimodo, & l. ſcimus C. de inofficioſ. teſtament. atque hanc regulam ſic conſtituit Rip. in l. in quartam nu. 140. vbi cæteri ff. ad l. falcid. Craſſ in d. §. legitima q. 20. num. 1. Borrell. in conſ. ſupra allegato nu. 23. D. Vincent. de Franch. in deciſ. 318. num. 5. vbi addo, & vltra Surd. in d. tract. tit. 9 q. 2. nu. 9. & in q. 34. nu. 2. vbi num. 5. & ſeq. declarat Peregrin. in deciſ. 64. col. 1. ſed quæ pater viuens filio præſtitit imputari non debent l. quæ pater ff. famil. erciſcund. Surd. in loco prædicto nu. 1. & in d. q 2. num. 10. vbi clarius loquitur. Hinc donatio facta à patre ſimpliciter filio in ſua poteſtate exiſtenti iuramento firmata, quia valida à principio non imputatur filio in legitimam, niſi aliter actum ſit à principio, Becc. in conſ. 20. nu. 1. Sed an pater poteſt in eius vita aſſignare filio aliqua bona irreuocabiliter pro ſua legitima, vide Surd. in d. q. 2. nu. 12. cum ſeq. & Craſſ. in d §. legitima q. 12. nu 8. D. Vincent. de Franch. in deciſ. 133. & ſi legitima prædicta fuit à patre in eius vita filio aſſignata, & eam filius recepit alliam dare non tenetur, Marc. Anton. Peregrin. in d. art. 36. num. 143. eſtò, quod ipſam conſumpſerit, idem Peregrin. in art. 42. num. 12. Quando autem pater filio tenetur eo viuente legitimam aſſignare, vide Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 393. ante nu. 2. D. Petram ad Capyc. in deciſ. 158. & Molfeſ. ad Napodan. in 4. par. q. 3. nu. 7. fol. 171. Hinc etiam ſi filius eſt inſtitutus hæres vniuerſalis non poteſt repudiare hæreditatem, ac velle, & retinere legitimam, vt Bart. ſcribit in l. quia poterat ff. ad trebell. refert, & ſequitur Alex. in conſ. 189. nu. 9. vol. 5. Dec. in l. hæres inſtituta nu. 5. vbi Doctores in apoſtill. liter. B. dicunt communem, & practicari C. de impub. & alijs ſubſtit. Boer. in deciſ. 204. nu. 43. verſ. quia ipſa legitima, latè Tiraquell. de primogen. q. 75. nu. 5. Didac. Couarru. in cap. Raynutius §. 11. col. final. de teſtament. Iacob. Menoch. in conſ. 77. num. 19. & 20. & in tract de præſumptionib. lib. 4. cap. tot. num. 39. & ſeq. Suar. in ſuis opinion. liter. L. num. 9. Craſſ. in d. §. legitima q. 1. nu. 5. & iterum lib. 2. fol. 35. à nu 7. & 8. D. Fab. Ann. in conſ. 6. num. 6. Quæ debetur habito reſpectu ad numerum filiorum in dicta auth. nouiſſima, & §. final. inſtit. de inofficioſ. teſtamen & vtrobique Gloſ. quæ refert verſus, Cardin. Pariſ. in conſ. 25. num. 31. & 32. & ſequ. volum. 2. & conſ. 53. num. 70. & 71. vbi optimè declarat volum. 3. Honded. in conſ. 59. num. 9. & 10. & conſ. 63. num. 19. volum. 1. & Conſta in tract. de port. rat. q. 181. nu. 4. & nu. 5. de nepotibus loquitur, adde omninò Bald. videndum conſ. 456. vol. 3. & conſ. 351. nu. 4. vol. 4. Peregrin. in deciſ. 110. num. 9. An autem filiæ fœminæ excluſæ à

ſtatu-

Digitized by Google

ſtatuto, licet non admittantur ad partem, faciant tamen partem in computatione legitimæ, vide ſupra in concluſ. filia. Sed quanta debet eſſe legitima debita matri, vel auiæ prẹteritæ, videlicet, tertia tertiæ, vel tertia totius, vide omninò D. Vincent. de Franch. in deciſ. 63. cum ibi additis per ipſum poſt deciſ. 2 part. & per me; quibus autem perſonis legitima debetur, vide Craſſ. in d. §. legitima q. 3 & ſeq. & Marc. Anton. Peregrin. in dicto art. 36. à nu. 38. cum ſeqq. & dixi ſupra; debeturq; nepti ex filia in bonis aui paterni, vel materni, Iacob. Menoch. in conſ. 628. col. 1. quæ legitima, ſeù eius ſupplementum venit in hypotheca, ſeù obligatione generali bonorum, ſecundum Marc. Anton. Peregrin. in d. tract. art. 3 nu. 130. poſt Fabian. Rip. Neguſant. & alios, quos allegat; verùm pro ipſa patris bona non ſunt tacitè hypothecata, vt poſt alios oſtendit D. Vincent. de Franch. in deciſ. 374. nu. 17 vbi addo; ſecus tamen eſt pro eius ſupplemento, ſecũdum Neguſant. in tract. de pignor. in 4. membr. 2. par. nu. 165. verſ. vigeſimuſquartus caſus, videatur omninò Marc. Ant. Peregrin. in d. art. 36. nu. 148. per me additus ad dictam deciſionem D. Vincent. poſt Gabriel in tit. de legitima concluſ. 5. & debetur à die mortis, vna cum fructibus à die prædicto, Peregrin. loco citato nu. 69. & D. Vincent. de Franch. in d. deciſ. 374. nu. 2. vbi alios addo, & vltra Intrigliol. in deciſ. 9. & ius petendi ipſam, & trebellianicam tranſmictitur ad hæredes, vt dixi ſupra in concluſione ius petendi, adde etiam Ludouic. de Peguer. in deciſ. 125. Theſaur. Iun. in deciſ. 74 num. 1. par. 3. verùm iuri petendi ipſam præſcribitur ſpatio 30. annorum, ſecundum magis communem opinionem, de qua Viuiu. teſtatur in opin. 458. par. 2. & pariter eius ſupplemẽtum ſpatio prædicto præſcribitur, quidquid in contrarium ſcribit Bart. in l. ſi quis filio C. de inofficioſ. teſtament. cuius opinio magis communiter reprobatur, teſte Alex. in conſ. 108. nu. 2. conſ. 128. nu. 5. vol. 1. conſ. 8. nu. 25. vol. 3. ſequitur Dec. in conſ. 302. in 2. dub. Suar. in l. quoniam in prioribus fol. 108. in paruis C. de inoffic. teſtam. Boer. in deciſ. 150. Craſſ. in d. §. legitima q. 47. Caualcan. d. ẟo nu. 95. fol. 273. additiones ad Iaſ. in l. certi condictio nu. 25. ff. ſi cert. pet. Henrich. in ſuis opinion. concluſ. 214. libr. 1. & ita conſuluit Honded. in conſ. 83. num. 23. 25. & 35. vol. 1. Gratian. lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 247. nu. . & quid filio debet, vel non imputari in legitimam, vltra dicta ſupra legatur quæſo Peregrin. in d. art. 36. nu. 103. cum infinitis ſequentibus, Craſſ. in d. §. legitima q. 20. cum ſeqq. An legitima, vel eius ſupplementum requirat ſpecialem renunciationem, vide Anton. Gabriel. in tit. de legitima concluſ. 8. Rolan. à Valle in conſ. 100. nu. . & ſeq. vol. 4. & Peregrin. in ſæpius allegato art. 36. nu. 84. cum infinitis ſequentibus, vbi concludunt, quod ſic, Gratian. vbi ſupra nu. . quod tamen non procedit ſi filius viuente patre renũciauit eius hæreditati, quia etiam legitimæ renunciaſſe videtur Anton. Gabriel. in dicto tit. de legitima concluſ. vlt. num. 17. vterque Anna in ſingul. 441. & Peregrin. in d. art. num. 78. & clarius Gratian. in d. cap. 247. videatur Craſſ. in d. §. legitima q. 3. nu. 13. & additiones ad Magon. in deciſ. 85. legitima eſt proprium patrimonium filij, Seraphin. in deciſ. 451. num. 7. allegat Roman. & Mandoſ. in conſ. 232. Hinc patri, vel matri conceſſum eſt relinquere bona ſua, cui vult, etiam in detrimentum filij, dummodò ei legitimã relinquat, Dec. in conſ. 246. num. 4. in conſ. 547. & 557. vtrobique num. 1. & Iacob. Menoch. in conſ. 685. nu. 4. Immò poteſt pater plus relinquere vni filio, quam alteri, modo legitima ſingulis relinquatur l. parentibus, vbi Doctor. C. de inofficioſ. teſtament. Aymon Crauet. in conſ. 142. & 256. & Menoch. vbi ſupra nu. 5. An autem filius in legitima dicatur creditor patre viuente, vide Craſſ. in d. §. legitima q. 12. nu. 1. & dixi ſupra in concluſione filius, & an poſſit per ſtatutum in totum tolli, vel minui, vide eundem Craſſ. vbi ſupra q. 42. vbi plures recenſet opiniones, & D. Vincent. de Franch. in deciſ. 618. ad finem. An dos data filiæ, vel nupti ſit imputanda in legitima, vide Craſſ. in ſæpius allegato §. q. 22. Anton. Theſaur. in deciſ. . . & omninò Peregrin. de fideicommiſſ. art. 37. & an ſit detrahenda de bonis primogenituræ, vide Surdũ in d. tract. tit. 1. q. 27. nu. 7. vbi tenet, quod non, & quando legitima eſt detrahenda habetur ratio de dotibus datis filiabus, & qualiter liquidetur, vide D. Vincent. de Franch. in deciſ. 549. reliqua ad materiam vide per Marc. Anton. Peregrin. in dicto art. 36. & ſeq. & Caualcan. de vſufruct. mulier. relicto nu. 95. toto. An filius alienando bona prohibita alienari per patrem, cenſetur alienaſſe pro ſua legitima, vide D. Vincent. in deciſ. 80. num. 23. vbi addo, & filius in legitima inſtitutus non dicitur hæres, ſed legatarius, Nonius in conſ. 13. nu. . & Sempronius Aſcia in determination. 193. adde ad iſtam concluſionem Paſchal. de viribus patr. poteſt. lib. 2. cap. 4.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium, natus ex viro, & muliere cum quibus matrimonium poſſet abſque legitimo impedimento contrahi in nihilo differt à filio verè legitimo, & naturali, §. quibus inſtit. de hæredit. quæ ab inteſtat. deferuntur cap. tanta, qui filij ſint legitimi, Tiraquell. in l. ſi vnquam in verb. ſuſcepit liberos nu. 71. & in tract. de le morte par. 2. declarat. 6. nu. 10. Didac. Couarru. de ſponſalibus par. 2. cap. 8. §. 2. num. 21. fol. 124. in paruis, Ioan. Dilectus de arte teſtandi in tit. de liber. inſtitu. vel exhæredandis caut. 8. nu. 1. Anton. Gabriel. in tit. de legitimatione concluſ. 1. col. 1. & latè Petr. Duen. in regul. 350. in princ. & num. 1. fol. 546. in par. alter Hiſpanus Suar. in ſuis opinion. liter. L. nu. 124 Franc. Burſat. in conſ. 17. num. 2. vbi refert hanc opinionem eſſe communem, Iacob. Menoch. in tract. de præſumptionibus lib. 4. cap. 81. & nouiſſimè Capriol. in tract. de ſucceſſionibus lib. 1. nu. 154. fol. 121. vbi poſt infinitos quos allegat nu. 157. ſcribit appellatione legitimè natorum venire legitimatos per ſubſequens matrimonium, & refert hanc eſſe crebriorem Doctor. opinionem, Marc. Anton. Peregrin. qui multa ponit in tract. de fideicommiſſ. art. 24. fol. 135. & adeò eſt vera opinio iſta, vt procedat etiam in materia ſtrictè intelligenda, ita vt parentibus legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedant, quemadmodum legitimè nati, Capriol. vbi ſupra nu. 159. & Peregrin. in loco citato num. 16. An autem opinio iſta procedat in diſpoſitione hominis, vide Antonin. Theſaur. in deciſ. 196. & Peregrin. in dicto art. 24. à nu. 14. vſque ad 48. Hinc legiti-

matus

matus per ſubſequens matrimonium ſuccedit in feudis, emphyteuſi eccleſiaſtica, & alijs, vt per Duen. in dicta regula in 6. ampliat. fol. 548. Anton. Gabriel. in dicta concluſione, Capriol. qui alios ad id citat in loco ſupra citato à nu. 162. cum ſeqq. & Peregrin. vbi ſupra nu. 9. & 10. Cumia in cap. ſi aliquem in verb. communibus nu. 23. & Cannet. in cap. volentes fol. 179. & 180. Viuius deciſ. 519. & an ſuccedat in feudo ex pacto, vide Seraphin. in deciſ. 325. qui allegat Afflict. in deciſ. 195. poteſtq; promoueri abſque diſpenſatione ad dignitatem Epiſcopalem, ad beneficia, & ad alios ordines, atque dignitates, ſecundum Duen. in dicta regula in 5. ampliat. Viuium in opin. 451. par. 2. Hiſpan. Suarez vbi ſupra, & Peregrin. in d. art. 24. num. 8. dummodò legitimatio fiat patre viuente, Ioan. Dilect. in cautela ſupra allegata: an in huiuſmodi legitimatione requirantur dotalia inſtrumenta, vide Duen. in loco ſupra allegato fol. 565. Gabriel. in dicta concluſione ampliat. 4. Anna Sen. in rubr. de vaſall. decrep. ætat. nu. 426. Cacheran. in deciſ. 154. Iacob. Menoch. in conſ. 18. nu. 14. & Peregrin. in d. art. 24. nu. 54. & ſeq. vbi Doctores pro vtraque parte allegant, & Honded. in conſ. 72. volum. 2. & Alex. Trentacinq. de ſubſtitution. fol. 147. & quid ſi filius eſt legitimatus, vt patri ſuccedat in eo, qđ voluerit, vide Dec. in conſ. 257. contra quem tenent Cardin. Mantica in tract. de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 11. col. final. Marc. Anton. Peregr. in d. tract. art. 36. nu. 9. ad finem, D. Georgium in allegat 47. & Conſta in tractat. de port. rat. q. 156. Quæ autem debent interuenire in legitimatione facienda per ſubſequens matrimonium, vide Alex. in conſ. 60. nu. 8. vol. 2. Dec. in conſ. 433. nu. 14. Doctores in apoſtillis ad Alex. vbi ſupra, Boer. in deciſ. 160. Curt. Iun. in conſ. 136. col. penult. Gozad. in conſ. 21. poſt num. 23. & Gramma. in vot 4. & Peregrin. in d. art. 24. à num. 47. & ſupra in concluſione concubina: verùm ſi matrimonium fuit contractum inter prohibitos in gradu, licet diſpenſatio Papæ ſuperueniat tamen filij antea nati non ſunt legitimi, vt poſt Bart. ſcribit Alex. ad ipſum in d. l. eum qui, alias Paulus ff. de ſtatu hominum, & Marſil. in §. diligenter num. 188. Molina de primogen. hiſpan. lib. 3. cap. 2. nu. 10. & ſeq. & immò Nauarr. in conſ. 3. in tit. qui filij ſint legitimi ſcribit, quod impetrata bulla ſuper diſpenſatione à Papa, illaq; præſentata Epiſcopo, vel ſuo Vicario, ſi ante informationem captam, & decretum latum per eundem Epiſcopum, vel Vicarium matrimonium conſumetur, & ex eo filij procreantur nō ſunt legitimi, quia adhuc non eſt diſpenſatum, Ricc. in deciſ. 22. nu. 3. par. 2. videatur Peregrin. in d. art. 24 nu. 76. & ſeq. & ad concluſionem principalem addè videndum Viuium in deciſ. 519. Surdum in tract. de aliment. tit. 8. priuileg. 67. Peregr. in dicto loco nu. 66. & 67. Honded. in conſ. 87. vol. 1. & multa per Mart. in voto 94. quid autem dicendum de filio nato ex putatiuo matrimonio an includatur, vide Rotam Auenion. deciſ. 70. Theſaur. in deciſ. 196. vbi affirmatiuè cōcludunt, confert D. de Franch. deciſ. 130. qui loquitur de filijs natis in figura matrimonij, & de filijs legitimatis per reſcriptum Principis, vide Peregrin. in dicto tractat. art. 23. qualiter autem fiat legitimatio naturalium, & ſpuriorum in hoc Regno, vide D. de Ponte de poteſtate Proregis fol. 485.

Læſio enormiſſima non conſideratur in ingrediente monaſterium, eiq; vel alij bona ſua donante, qui ob paupertatem, & vouendam religionem vult ingredi, & profiteri, vt ſatis pulchrè reſpondet Dec. in conſ. 31. col. fin. verſ. vltimo non obſtat, ſequitur Aymon Crauet. in conſ. 160. col. 1. à nu. 1. Didac. Couarru. in cap. quamuis par. 3. §. 2. nu. 5. verſ. illud merito quæritur de pact. in ſexto, Stephan. Gratian. in deciſ. 40. nu. 3. & 5. vbi ita iudicatum refert, maximè more regionis, ſecundum quam ingredientes monaſteria faciunt bas renunciationes, vt ibi nu. 6. & quæ dicatur læſio enormiſſima, vide ſupra in concluſione filia, Gratian. lib. 1. diſceptat. forenſ. cap. 140. col. fin. An læſio enormiſſima annullat ipſo iure contractum bonæ fidei, quod ſic, Mar. Giurba in deciſ. 105. vbi latiſſimè.

Liber Plebani, ſeù Cappellani, vel Parochi plenè probat ætatem, Maſcard. in tract. de probationib. concluſ. 672. volum. 2. Iacob. Menoch. in tractat. de præſumptionib. lib. 2. cap. 51. num. 53. & ſequ. adde Genua in tractat. de priuata ſcriptura libr. 5. quæſt. 1. fol. 269. & confirmatur ex diſpoſitione Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 1. ad finem, verſ. habeat Parochus, de quo Maſcard. & Menoch. meminerunt, quos D. Scipio Rouit. refert in pragmat. 1. in tit. de Paroch. accedit Viuius in deciſ. 443. nu. 5. Item liber prædictus in quo annotantur matrimonia per verba de præſenti contracta, plenè probat ex dicto Concilio, & cap. quia verſatur in ſpectantibus ad eius officium, vt Viuius ſcribit in deciſ. 489. nu. 9. & memini ſupra in concluſione inſtrumentum capitulorum, Genua in d. tract. q. 6. fol. 271. Item liber Regiæ Cameræ Summariæ, vbi focularia deſcribuntur probat ætatem, ſecundum Grammat. in deciſ. 48. nu. 18. in fine, quem refert, & ſequitur Maſcard. in dicto tractat. concluſ. 671. in fin. eod. vol. Hinc liber à patre confectus, in quo ætatem filij ſcripſit plenè ipſius filij ætatem probat Salycet. in l. cum te nu. 4. C. de probationib. in l. cum minorem nu. 10. C. de in integr. reſtit. & ita fuit deciſum in Sac. Conſ. refert Anna Sen. in ſing. 379. per quod fuit declarata ſententia foriudicationis nulla lata contra minorem, cuius ætas à patre erat deſcripta in eius libro, vbi Fabius Filius in additione alios addit, quibus accedunt Roland. à Valle in conſ. 31. nu. 2. & conſ. 47. nu. 6. vol. 1. Ioſeph Ludou. in ſuis opinion. concluſ. 29. verſ. amplia 26. fol. 73. vbi addit, quod attentis alijs verificationibus arbitrio Iudicis credatur dicto libro, Maſcard. in d. tract. concluſ. 669. à nu. 1. vol. 2. Iacob. Menoch. in d. cap. 51. num. 9. qui num. 10. refert Doctores dicere dictum librum probare præſumptiuè ætatem prædictam, Viuius in deciſ. 184. nu. 3. vbi refert ita iudicaſſe Regiam Audientiam, videlicèt, plenè credi debere dicto libro, & iterum nu. 14. & 15. & in deciſ. allegata 443. à nu. 1. cum ſeqq. Item etiam plenè creditur libro Eccleſiæ, in quo ſunt deſcripta nomina mortuorum, & ſepultorum, Ioſeph Ludouic. in deciſ. Peruſin. 12. num. 17. & in d. concluſione, verſ. amplia 24. fol. 73. & confirmatur ex d. cap. 1. in fine Sacr. Concil. Trident. Sed libro eccleſiæ, ſeù monaſterij, in quo dicitur habet dicta eccleſia, ſeù monaſterium redditum talis territorij non creditur, nec probat, ſecundum Afflict. in deciſ. 364. nu. 7.

ſequi-

ſequitur Ioſeph Ludouic. in d. concluſione, verſ.
amplia 11.ſol.72.vide Genuam vbi ſupra ſol.265.
& ſeq.& Sempron.Aſcia in determin.190.vbi pro
affirmatiua refert: niſi eſſet liber cathedralis ec-
cleſiæ, ſecundum Burſat.in conſ.23. nu.27. vol.1.
quem refert Ioſeph. Ludou. in 36.ampliat.ſol.74.
vel alicuius Eccleſiæ collegiatæ Epiſcopatus, Ca-
ualcan.in deciſ.45. in addit. nu.94. par.1. Camill.
Borrell in conſ.41.nu.41.& 42. vel partes fateren-
tur fundum, aut domum eſſe reddititium Eccle-
ſiæ, ſecundum Afflict. in deciſ.83. num. 11. verſ.
poſtquam partes dixerunt, licet de conſuetudine
libris cenſualibus Eccleſiæ detur fides, vt Caual-
can.teſtatur in deciſ.30.nu 50.par.2. & Marant.in
conſ.93. nu.7. Item liber regiſtri poſitus in archi-
uo publico, vel alio loco non ſuſpecto facit fidem,
etiam ſi neque diem, & Conſulem habeat, vt Ro-
man.reſpondet in conſ.165. vbi Mandoſ in addit.
& in conſ. 105. in fine, Vrſill. ad Afflict. in deciſ.
304.nu.6.& Dominus meus Alphan. in authent.ſi
quis in aliquo num. 100. C.de edend licet nu.101.
reſpondet ad auth.ad hæc C.de ſi le inſtrumentor.
dicens illam loqui, & debere intelligi de archiuo
magiſtratus. An liber Eccleſiæ, vel monaſterij, aut
Baronis, in quo deſcribuntur fructus, & Terragia
probet, vide Ann.Senior.in allegat.94. nu.7. & in
ſingul.317.& quid ſi ſunt antiquiſſimi, vide Paul.
Fuſc.in ſingul.16.in fine liter.S. Aymon Crauet.in
conſ.158.nu.4.& Seraphin.in deciſ.368. nu.2. An
liber priuati probet in fauorem ipſius Scribentis, ſi
continet veriſimilia, vide omninò eundem Ay-
mon Crauet.in conſ.275. & quid ſi Scribens repe-
riatur mortuus, vide ibi, & Honded. in conſ. 91.
col.fin.vol.1. An libro Tutoris, vel Curatoris cre-
datur plenè circa expenſis erogatas pro pupillo,
vel adulto in eius adminiſtratione, & dicendum
eſt, quod ſic, intelligendo in paruis quantitatibus,
& cum iuramento Tutoris, ſecundum Aretin. in
§.impuberes nu.4. inſtit. de Attilia.Tutor. & in
§.actionum autem nu.36.inſtit.de action.ſequitur
Afflict. in conſtit. minoribus nu.23. Caualcan.de
tutor.& curator.num.212. vbi alios citat. maximè
quando eſſent veriſimiles, vt ibi, & Rot.Bononien.
in deciſ.43. nu 12. & nouiſſimè Maſcard. in tract.
de probation.concluſ.974.nu.61.vol.2. vbi nu.62.
refert Aymon Crauett.& alios dicere, & tenere,
quod etiam in ſummis magnis credatur dicto li-
bro Tutoris, vel Curatoris plenè, quando veriſi-
militer apparet illas fuiſſe erogatas, ſequitur Ioſe-
ph. Ludouic. in d. concluſione in 15. ampliat. ſol.
71.à tergo, Genua in d.tract. ad ſol.207. Honded.
in conſ.39. num. .& ſequ. volum.1. conueniunt
ſcripta per Camill. Borrell. in addit. ad Bellug in
Specul.Princip. rubr. 17.§. videamus ſol.112. in
nouis, & in conſ.82.nu.16.& 22. vide tamen Fari-
nac.in deciſ.743.& 843. dummodo talis liber con-
tineat data, & recepta clarè, & diſtinctè, & quod
contineat cauſam, vt per Maſcard.in loco ſupra
citato nu.63.64.& 65.& eſt de mente Camill.Bor-
rell in d addit. & conſ.nu.18. Genua vbi ſupra, &
videatur Maſcard. vbi ſupra. An liber mercatoris
probet plenè pro Scribente, & quæ requirantur,
vide Guid.Pap. in deciſ.441. Stracch.in tract.de
mercatur. ſol . Foller.ad Marant. in tract.iudi-
ciorum par.6.actu 6.nu.23.cum ſeqq. Maſcard.in
d.concluſ.nu.9.cum infinitis ſequentibus, Ioſeph.
Ludouic.in allegat. concluſ. 29. Viuiu.in opinion.
806. par.2. & in d.deciſ.441. Dominum meum
Alphan.in l.1.nu.41. cum pluribus ſequentibus C.
de edend. Borrell vbi ſupra, & omninò Surd in
deciſ.199.& ſecundum deciſ. Guid.Pap. probatis
requiſitis, & qualitatibus per ipſum relatis, con-
ſuluit Ancharan.Iun. in q.55.par. 1. poſt Gramma.
in conſ.ciuili 158. Thorum qui de Grammat.me-
minit in compend.deciſ.ſol.321.colum.2.in fin. &
quid in ſumma, & quantitate modica, Vrſill.in de-
ciſ. Afflict.40. nu.19. tenet, quod ſic, quem refert,
& ſequitur Dominus meus in loco ſupra allegato
nu.50. & Maſcard. in dicta concluſione in fine,
dummodo mercator ſcribat partitas ſpectantes, &
concernentes eius exercitium, & artem, ſecus ſi
extra ſuum exercitium ſcribat, quia non probaret
etiam concurrentibus requiſitis, vt ſupra, vt re-
ſpondet Roman. in conſ. 204. in fine num. 3. vbi
Mandoſ. in addit. liter. C. qui dicit hanc eſſe om-
nium noſtrorum Doctor.concordem opinionem
& in conſ.ſeq. 205. ſequitur Ioſeph Ludouic. in
d.concluſ.29. verſ.ſeptimo requiritur ſol.71. Ma-
ſcard.in d tract.de probation. concluſ.254. num.
9.vol.1.& iterum in concluſ.1302.nu.30. vol.3. &
Stephan.Gratian. in deciſ.137. num.4. Item libris
Officialium à publico deputatorum plena fides
adhibetur, Seraphin.in deciſ.442. num.2. 1088. &
1390. Item libris aromatariorum de conſuetudi-
ne generali plenè creditur, & fides adhibetur, ſe-
cundum Foller. in dicto actu 6.num.44. & relato
ipſo ſic eleganter conſuluit Camill. Borrell. in d.
conſ. 82. vbi alijs medijs, & rationibus hanc opi-
nionem probat, & reſpondet ad Grammat.in con-
ſil.82. in ciuil. adde Genuam in d.tractat. ſol.260.
& nouiſſimè ipſorum opinionem defendit Ricc.
in deciſ.106 par.1.qui refert ita iudicatum. Item
liber ſocietatis probat inter ſocios, Seraphin.in de-
ciſ.600.num.1. & Decian. in conſ.69.col.1. vol.2.
qui inter alios citat Alex.in conſ.181. vol.2. An
autem peti poſſit, vt liber exhibeatur, vide infra
in concluſione mercatores in fine, verùm ſi non
conſtat librum eſſe pœnes eum, à quo exhiberi
petitur non tenetur, Seraphin. in deciſ.386. & vi-
de multa apud Farinac.in deciſ.235.cum ſeq.

Licentia eſt gratia alicui conceſſa per quam ſibi li-
cet, quod per prius non licebat cap. 1. in fine 14.q.
1. Deciſ. caſuum conſcientiæ ſol.25. num.51. quæ
per mortem concedentis expirat, vt ſentit gloſ.in
cap.penult. de cleric. non reſident. bene facit text.
in l.final.ff de pœn ſecundum eandem deciſionem
caſuum conſcientiæ ſol 359. num.27. hinc gloſ.1.
in cap.à nobis de ſentent.excommun. inquit, quod
excommunicatio facta ab homine, vel per ſenten-
tiam, decretum, aut mandatum, mortuo ipſo, aut
amoto ab officio expirat Deciſ.caſ.cōſcient. dicto
ſol.369. num.26. vbi tamen declarat; verùm Na-
uarr.in conſ.15.nu.2. in tit.de cleric.non reſident.
tenet licentiam ſemel datam durare, donec non
reuocatur, etiam poſt mortem concedentis, alle-
gat in argumentum cap. ſi ſuper gratia de offic.
delegat.in ſexto, & alia, vt ibi per eum, qui in pul-
chro caſu loquitur, videatur etiam Ricc.in deciſ.
149. par. 1. Licentiam poteſt dare Prælatus cleri-
co non reſidendi in eius beneficio, ſi litigat pro iu-
ribus ſui beneficij, quia eſt iuſta cauſa ſe abſentan-
di, ſecundum eundem Nauarr.in conſ.14. eod.tit.

vbi

vbi optimis iuribus ſuam conſultationem probat: verùm id, quod ſupra dixi, ſententiam, vel licentiam expirare poſt mortem concedentis procedit in pœnalibus, & non in fauorabilibus, vt poſt Doctor, quos allegat tenet d.deciſ. caſ. conſcient. in loco ſupra allegato num. 28. & ſic poteſt intelligi Nauarr. in d.conſ. 15. & Capyc. in deciſ. 136. nu. 7. & ſi eſt conceſſa licentia ad beneplacitum concedentis morte ipſius expirat cap. ſi gratioſè de reſcript. in ſexto, vide latè Capyc. in d.deciſ. 136. vbi loquitur de gratia facta per Papam, per Regem, aut eius Viceregem, ſi per mortem alicuius ipſorum expirat, vel non, Carauit. in rit. 2. num. 24. Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. lib. 1. q. 69. omninò Farinac. in 6. volum. in fragm. fol. 31. à nu. 100. cum ſequentibus, & deciſ. Rota Lucæ 105. in nouis, latiſſimè Fab. Ann. in conſ. 14. vbi multum ſubſtantialiter loquitur, & Camill. Borrell. in ſuo eleganti conſ. 1. nu. 94. 95. & 99. D. Regens Carolus Tapia in l. fin. fol. 185. à num. 5. cum ſeq. ff. de conſtit. Princip. D. Regens Lanar. in conſ. 76. num. 19. & ſequ. & Thor. in compend. deciſ. fol. 69. Quando autem licentia ſit de ſubſtantia actus, vel non, vide Menoch. in tract. de præſumption. lib. 6. cap. 34. nu. 19. & ſeq. & quis probabit licentiam prædictam, vide in pulchro caſu eundem libr. 5. cap. 3. nu. 118. & nota demum, quod licentia alienandi dicitur perpetua, D. de Ponte in conſ. 72. nu. 33. allegat Camerar. An conceſſio facta ad beneplacitum dicitur perpetua, iuxta terminos l. Iuriſperitos ff. de excuſation. tutor. vide Aretin. in conſ. 63. num. 4. & 5. & Pacian. de probation. cap. 27. num. 29. & Molina de primogen. hiſpan. lib. 1. cap. 25.

Literę credentiæ an obligent ſcribentem, vide diſtinctionem, quam facit Petr. Foller. ad Marant. in tract. iudicior. par. 6. actu 6. num. 55. qui videtur concludere, quod non, poſt Boer. in deciſ. 282. nu. 2. niſi ſecundum eum eſſent multum ſpeciales per text. in l. literas C. mandati, vnde infert Boer. quod caueant hi, ad quos mictuntur tales literæ, vt videant quid ipſe ſonant, idem dicunt Boer. & Foller. in dictis locis de literis commendantijs, quæ ſecundum eos à pari procedunt, quibus accedit Dominus meus Alphan. in l. 1. nu. 36. C. de edend. & in tractat. de pollicitat. nu. 4. allegat l. ſi verò §. cum quidam ff. mandati, & Bald. in d. l. literas nu. 3. & in l. final. C. quod cum eo, & Camill. Borrell. in conſ. 47. nu. 17. An tamen literæ miſſiuæ probent, vide Boer. & Foller. in dictis locis ille num. 6. & iſte num. 56. & 57. vbi diſtinguunt, & eundem Boer. in deciſ. 333. nu. 8. deciſio Rotæ Genuæ 74. ſub num. 2. 75. num. 1. & 81. nu. 1. & multa ponit Mangrell. ad Bart. in l. Publia ff. depoſit. vbi etiam dicit de literis, in quibus dicitur, *per altri tanti da eſſo riceuuti*, & de literis, in quibus dicitur, ponatis ad compotum meum, quid importent, vide Burſat. in conſ. 39. nu. 4. vol. 1. allegat Bald. & Salycet. in l. pro debito C. de bonis auth. Iudic. poſſid. Hinc literæ mercatorum habent vim publici inſtrumenti, ſecundum Rotã Genuenſ. in deciſ. 2. nu. 9. deciſ. 126. nu. 8. allegat Cardin. Zabarell. in conſ. 113. nu. 2. verſ. item quod dicitis, quem etiam allegat Boer. in dicta deciſ. 333. nu. 8. maximè in illis locis, vbi viget magna mercatorũ, & negotiorum frequentia, vt ſunt Ianuæ, Lucæ, & Florentiæ, qui Florentini vadunt per totum Mundum, vt lucrum faciant in mercatura, vt refert Magon. in deciſ. Florentina 105. nu. 5. Mercatoris enim officium quaſi publicum eſt l. 1. §. editiones ff. de edendo, ideò acceptãs mercatorem per literas loco debitoris principalis debitor liberatur, Bald. in d. l. pro debito in fine, de quo meminit Surd. in conſ. 145. num. 19. vide Afflict. in deciſ. 353. & Foller. vbi ſupra nu. 49. & 50. Menoch. in tractat. de præſumption. lib. 3. cap. 134. nu. 38. 45. 50. & ſeq. D. Tapiam in 4. tom. Iuris Regni fol. 24. & D. Maſtrill. in deciſ. 177. vide D. Vincent. de Franch. in deciſ. 303. An literæ miſſiuæ probant contra Scribentem, vide Foller. in loco ſupra citato nu. 56. & 57. Rotam Genuenſem, & Mangrell. vbi ſupra, & teſtes deponentes habere notam manum ſcribentis literas, probant etiam ſi non viderunt ſcribere, Farinac. in deciſ. 889. nu. 5. vbi ſic iudicatum refert, & Seraphin. in deciſ. 700. in fine, & literæ miſſæ, & acceptatæ obligant recipientem, Alex. conſ. 78. nu. 1. volum. 1. Anna Sen. in ſingul. 322. & in allegat. 89. num. 1. & Fab. Anna in conſ. 82. nu. 16. qui num. 17. limitat. Hinc literæ cambij vbique locorum inter mercatores, atque in eorum foro habent executionem paratam, ſecundum Seraphin in deciſ. 530. qui loquitur in Statuto Anconitano, & iterum in deciſ. 562. Sed qualiter ſit ad ipſorum executionem procedendum, maximè in Regno, vide omninò Franc. Viuium in deciſ. 517. & ad iſtam concluſionem vide D. Maſtrill. in deciſ. 9. & omninò Genuam in tract. de ſcript. priu. fol. 158.

Literas priuatæ perſonæ aperiens, an puniatur pęna falſi, doctiſſimus, & magni nominis Iuriſconſultus Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. caſu 558. nu. 5. cum ſeqq. plures caſus conſiderat. Primus, quando quis aperuit literas perſonæ priuatæ, in quibus non erat aliquid, quod damnum, vel iniuriam afferret, & iſto caſu nulla pęna puniri debet, allegat Bertach. & Decian. Secundus, quando quis aperuit, & non legit, & pariter hoc caſu non punitur, quia dolo caret, allegat prædictos Doctores, & ſubdit, ita ſentire Bart. in l. ſi quis in graui §. tabulas per illum textum ff. ad ſyllanian. Item quando aperit, & legit ſine dolo, quia credit ad ſe datas. Tertius, quando aperuit literas, & eas ſolus legit, ſed alteri non oſtendit, tunc pęna extraordinaria Iudicis arbitrio punitur, allegat Bart. in l. 2. ff. de falſis, & alios infinitos ibi nu. 8. Alium ponit caſum, quando quis aperit literas priuatæ perſonæ, & eius aduerſario oſtendit in ipſius ſcribentis detrimentum, & hoc caſu aperiens pęna falſi puniri debet, Bart. in d. l. 2. & in l. Titio nu. 3. ff. ad municipal. & alij quos refert, & ſequitur Iacob. Menoch. in loco ſupra citato nu. 10. & ſeq. & Farinac. in 5. vol. in tit. de falſis q. 150 nu. 114. & 126. & ita intelligitur Anna in ſingul. 383. Paul. Fuſc. in ſingul. 32. lit. L. Viu. in deciſ. 62. & Baiard. ad Clarum in §. falſum nu. 205. quid de retardante conſignare literas ſibi datas, Menoch. in dicto caſu nu. 22. ſcribit, ipſum teneri ad intereſſe erga mittentem, ſi aliquod ex mora ſenſit, vbi etiam loquitur contra tabellarios nu. 23. ſequitur Viuius in d. deciſ. num. 12. & vide ſi conferunt ſcripta ſupra in concluſione lacerans, & ad materiam Viuium in allegata deciſione, & contra aperientes literas Principis, & Magiſtratus, vide apud Menoch. in dicto caſu col

1. &

1.& de pęna aperientis acta iudicialia in detrimentum alterius, vide Roman.in conſ.346.num.12. & Menoch.vbi ſupra nu.1.de pęna diſſigillantis proceſſum miſſum clauſum, vide Paridem de ſyndicat.in verb.corruptio nu.9. Hinc delens arma, ſiuè inſignia aliena à domibus alienis, punitur extraordinaria Iudicis arbitrio, Bart. in l.qui liberalitatis §.fin.ff.de oper.publ. Roman.in ſing.480.cum additione, Ripa in cap. cum Eccleſiæ Sutrinæ nu. 97. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Anna Sen. in ſingul. 382. Dominus meus Alphanus in l.1.nu.128. ff.ſi cert.pet.ad quæ vide Capyc. in deciſ.27. num.41. ad iſtam concluſionem adde videndum Genua in tract.de ſcriptura priuata lib.3.fol.117.& ſeq.

Literæ familiaritatis alicui conceſſæ non proſunt niſi actu ſeruiat, ſecundum Afflict.in conſtitut.Regni intentionis n.23. ſequûtur Additiones ad eum in conſtitut. Regni Magnæ Curiæ noſtræ liter. C. Anna Sen in allegat.44. & clarius in ſingul.321. & eſt expreſſum in ritu Magnæ Curiæ Vicariæ 46. in fine, de quo prædicti non meminerunt, ſed illum ponderauit ibi Carauit.nu.22. Muſcatell.in praxi Sac.Conſ.in gloſ.intimato num.25.fol.18.& ſatis pulchrè Iacob.Menoch. de arbitr. iudic. caſu 552. nu.8. & ſeq. qui Carauitam,& alios citat, vbi nu.15. ponit intellectum ritus prædicti, & inuehit contra Carauitam ibi nu. 26. aliter dictum ritum intelligentem,& ibi de materia,& ad principalem concluſionem addo videndum D. de Ponte in tract.de poteſtate Proregis fol. 457. nu.11. vbi ad alias infert quæſtiones, & contra familiares Regis in Regno cognoſcit Magnus Seneſcalcus, cui per Sacrum Conſilium remiſſi fuerunt, refert D.Regens Carulus Tapia in 2.tom.Iuris Regni fol.251. & ad iſtam concluſionem adde Ricc.in deciſ.283. par.2.& Thorum in compend.deciſ. fol.

Litigioſa res lite pendente prohibetur alienari, adeò quod tàm alienans, quàm emptor ſciens, punitur in amiſſione pretij, ſed ſi emptor ignorans fuerit recuperat pretium à venditore, alienatioq; in omnem euentum eſt nulla, ad text.in l.final. C.de litigioſ. Afflict. in conſtitut. eorum fraudibus nu.10. & 21. & in deciſ.331.nu.2.deciſ.396.nu.10.Campan.in cap. Regni conuentum 151. nu.6. Robert. Marant.in tract.de multipl.alienat num.89.Vrſill. poſt Afflict.in d.deciſ.331.nu. latiſſimè Lancellot.in tract.de attentat.in tit.de attent.lite pendente in præfatione nu.520. cum infinitis ſequentibus, & nouiſſimè Iacob.Menoch.in tract. de præſumptionib.lib.2.cap.vltim. num.31. & 57. Alienationiſq; nomine continetur omnis actus, & contractus, per quem dominium transfertur, vt puta emptiones,& venditiones emphyteoſis,& locationis ad longum tempus, ſecundum Afflict. per illum textum in d. conſtitut. eorum fraudibus nu. 22.cui accedit Iacob Menoch.in loco ſupra citato nu. 32. Locatio enim ad longum tempus dicitur, quando fit ad decem annos, latiſſimè per Amæd. à Ponte in tract. de laudemio q. 34. Vrſill. ad Afflict.in deciſ.365.num.5.Suar.in ſuis opinion.liter. C.num.197.latiſſimè D.Conſil.de Georg.de feud. cap...., vel quando fit ad vitam locantis, vel concedentis, Anna in ſingul.325. vbi latiſſimè doctiſſimus filius in additio.aut ad beneplacitum, ſecundum Iacob.Menoch.in d.tract.lib.3. cap. 109. nu. 24.vbi ad id citat Dec.in conſ.204.in fine, quos allegat.& ſequitur Surd.in deciſ.265. nu.55. & Menoch. in d.cap. vltim. Hinc res litigioſa non poteſt donari, vel legari, aut particulari fideicommiſſo ſubijci, nec alicui Eccleſiæ dicari, vt per Menoch. in d. cap. vlt. nu.32. & ampliat quatuor modis, vt ibi per eum à num.33. cum ſeqq. Concluſio hæc, quod res litigioſa non poteſt lite pendente alienari, limitatur viginti tribus modis per Afflict. in d. conſtitut. eorum fraudibus à nu. 13. cum infinitis ſequentibus, de quibus reaſſumit aliquas Iacob. Menoch.in d.cap.vlt.nu.37. & ſeq. vbi ex d.l.final. C.de litigioſ.aliquæ per Doctor. referuntur, nempè cauſa dotis, donationis propter nuptias, tranſactionis validæ, diuiſionis, & aliarum, vt per eos, quibus aſſentit Campan. in d.cap.151. num. 6. & Surd. in tract. de aliment.addit aliam, quando res litigioſa eſt breui tempore peritura, videlicèt in tit.8.priuileg.45.nu.6 poſt Anan. & Marſil. quos allegat, poſt Iacob.Menoch.vbi ſupra nu 50. Bene tamen verum eſt, quod diſpoſitio d.l.final. C. de litigioſ. modificatur per dictam conſtitutionem eorum fraudibus, qua cauetur, quod alienans ante litis conteſtationem punitur in tertia parte extimationis, poſt verò punitur iuxta terminos d. l. final.excepto quod emptor ignorans lucratur quartam extimationis, & non tertiam, efficiturq; litigioſa res per ſolam citationem, ſecundum Marant.in loco citato num.93.& hoc eſt expeditum de iure Pontificio per Clementinam primam, vt lite pendente, Menoch. in loco prædicto num. & licet de iure Cæſareo ſit controuerſum apud Doctor. quorum aliqui tenent rem ipſam litigioſam effici, non autem actionem, quos refert Iacob.Menoch. vbi ſupra num.9. alij verò dicunt, & tenent rem,& actionem effici litigioſam, vt ibi num. 10. quibus accedere videtur Vrſill.in d.deciſ.331. nu. 1. ibi ſin verò res; verùm per ſolam ſupplicationem coram Principe factam litigioſi vitium non contrahitur, vt poſt Bald. & alios ſcribit Menoch. in ſæpius citato loco nu. 1. ſecus ſi fuerit coram eodem Principe petita reſtitutio in integrum, vt ibi nu. 2. Item nec coram arbitro vitium hoc litigioſi contrahitur, ſecundum Marc. Anton.Nact. in conſ.2. nu.4. cui accedunt Anna in ſingul. 320. & Menoch.in d.loco nu.3. vbi allegat alios, rationemq; refert Nacta vbi ſupra, quia ea, quæ coram arbitro fiunt, non dicuntur in iudicio fieri, ergo nec litigioſi vitium contrahitur, & locum habet; tamen aliqui Doctor.allegati per Ann. & Menoch.vt eſt Afflict. in d.conſtitut.nu 9. loquuntur in arbitratore poſt Bald. & Innocent. quos citat, qui ab Arbitro differt; vnde dicerem, quod coram Arbitro vitium litigioſi locum habeat, quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum l.1. ff. de arbitr.& maximè coram Arbitro Iuris, & ex neceſſitate ſtatuti electo; ſecus coram Arbitratore, coram quo teneo hoc vitium non contrahi, ſecundum ſupra allegatos Doctores, quia ille procedit, vt amicabilis compoſitor, vt omnibus notum eſt. An autem hoc litigioſi vitium contrahatur in actione perſonali, Roman.in conſ.270.num.3. reſpondet, quod non, ſed bene actio ipſa efficitur litigioſa, ſequitur Mandoſ.ibi in additione litera D. Aymon Crauet.in conſ.279.col.1. Marant.in loco ſupra allegato nu.93.Surd.in deciſ.172.num.3.Intrighol.in ſingul.82. & omninò de veritate Iacob.

Meno-

Menoch.in d.cap.vltim.à num.15. cum ſeqq. licet Burſat.in conſ.100.ſub nu.23. teneat contrarium, & D.de Ponte in conſ.55. num.22. Sed an vitium prædictum contrahatur in actione hypothecaria, vide omninò D.Vincent.de Franch. in deciſ.464. cum Doctoribus ibi per me additis; an in iudicio poſſeſſorio habeat locum, & contrahatur vitium prædictum, Campan.in d.cap.Regni in fin.tenet, quod non contrahitur, ſed benè ipſa poſſeſſio efficitur litigioſa poſt Doctor. quos allegat, latè Iac. Menoch.in loco ſæpius citato nu. 13. vbi infinitos ad id citat,qui omnino videatur; & nota,quod inter alios effectus, quos vitium prædictum producit,ſeù ipſa res litigioſa eſt,quod ſententia lata cōtra alienantem poteſt exequi contra eius ſucceſſorem.cui ipſa res litigioſa fuit alienata, etiam ſi per mille manus ambulauerit abſque nouo proceſſu per d.cap.Regni conuentus,vbi Napodan. num.4. Capye. in deciſ.128. in 2. dub. adeò quod non eſt opus agere reuocatoria, ſecundum Ann.Senior.in ſingul.28.vbi refert ſic in Sacro Conſilio deciſum, quibus accedunt Vrſill. in d. deciſ. nu.2. latiſſimè Lancellot.vbi ſupra nu.531. Menoch.in d.cap.vlt. nu.59. Viu.in deciſ.385. nu.4. & omninò Flamin. Cartar.in deciſ.Genuæ 55.& deciſ.52. col.1. Quid autem ſi ille, in quem fuit lite pendente facta alienatio rei litigioſæ in fraudem paratæ executionis ſit clericus, an contra eum poſſit fieri executio à Iudice laico, vel opus eſt adire Iudicem Eccleſiaſticum, D.Vincent. de Franch.in deciſ.545. plenè diſcuſſo articulo ſecūdum eius morem, refert deciſum in Sac.Conſ. quod executio prædicta remictatur ad Iudicem Eccleſiaſticum, reliqua in materia vide Afflict.in d.conſtit.eorum fraudib. Menoch.in d.cap.vlt.Burſat.in d.cōſ.100.nu.23.Paul. Fuſc.in ſing.33. lit.F. & aliqua per Ant. de Gāma in deciſ.199.& D.de Ponte in dictis conſilijs,& D. Rouit.in pragm.1.nu.11.in fin.& ſeq. de inſta.

Locatio rei ſtabilis Eccleſiæ poteſt fieri per triēnium integrum, & non vltra per extrauagantem ambitioſæ,verſ.ſi quis autem,ſed ſi fiat vltra triennium, an ſit in totum nulla,etiam infra triēnium, doctiſſimus Didac.Couarr.lib.2.variar.reſol.cap.16 nu. 5. latiſſimè diſputat quæſtionem iſtam, & finaliter in eod.num. verſ.tandem, vt liberè tenet in totum locationem prædictam nūllam,quæ opinio confirmari poteſt ex his,quę Ant.Gamma allegat in deciſ.156.nu.2.vbi nu.3.ad Couarr.ſe remictit,eiusq; laudes refert, & ſi maiores meretur,hanc eandem opinionem tenet Caualc.in repert.deciſ. 1.part. in verb.locatio bonorū fol.56.à terg.vbi multos alios allegat Paul.Fuſc. in ſing.34. lit.L. vide ſupra in concluſione conceſſio, Franc.Becc.in conſ.93.nu. 13.Gratian.lib.1.diſcept.foreṇſ.cap.162.nu. .nouiſſimè Ricc.in deciſ.163.par.1.vbi declarat,& limitat, & in notab. caſu Eugen. in conſ. 24. vide ſi conueniunt ſcripta per Afflict.in conſtit.ad officiū nu.8.& 9. & Vrſill.ad deciſ.eiuſdem 107. & ſupra in cōcluſ.emphyteota alienans,& facit regula vtile per inutile vitiatur,de qua infra in cōcluſione vtile per inutile,vide interim vtrūque Ann.in ſing 327. Anton.Gamma in deciſ.387.à nu.1.cum ſeqq.qui videtur inclinare pro opinione affirmatiua, Molinam de primogen.hiſpan.lib.1.cap.21.num.28. & Quaranta in ſua ſumma in verb. alienatio fol. 18. & Anchar.Iun.in q.26.par.2. An locatio redditū Eccleſiæ fieri poſſit vltra triēnium,& valeat, idem Anton.Gamma in allegat.deciſ.refert iudicatum, quod ſic,maximè nu.6. vbi ſatis doctè,& eleganter loquitur poſt Boer. in deciſ. 224. nu.2. verſ.ſed tenet,& Couarr in loc.ſupra cit. nu.6.an locatio iſta per Beneficiatum facta expirat morte ipſius, vide Abb.in cap.ad audientiam nu.2. de reb.eccl.non alien. & ad principalem concluſionem vide Tiraquell.de retract.conſang §.23. gloſ.1. nu.10. & ſeq. Hinc Beneficiatus locans res ſui beneficij extra caſus à iure expreſſos eſt ipſo iure excommunicatus per dictam extrauagātem ambitioſæ, vide tamen Nauarr. in conſ.vlt. in tit. de reb.eccleſ. non alien. Hinc etiam infertur ad introitus,& fructus feudales,qui poſſunt locari per triēnium,& vltra,dummodò non locentur ad longum tempus abſque aſſenſu, vide in concluſione vaſallus: adde videndum pro principali concluſione Mart. in voto 81. col.fin.& Anchar.Iun.in d.q.26. par.2. vbi contra Afflict.in d.deciſ.107.tenet,& amplectitur opinionem Bald.in auth. ſi quas ruinas C. de ſacroſanct. eccleſ.& ſequac.

Locator operis dietim nō tenetur de vitio ipſius operis l.ea lege §.locaui,vbi Paul.Caſtr.in fin. ff locat. Roman in ſing.31. Franc.de Crem.in ſing.80. vbi refert rationem, vide Coſta in tract.de port.rat.q. 127.& in materia pragm.1.in tit.de magiſtr.art. l. omnes de operib.public. & l.pen.in fin. C.de ædific.priuat.

Locumtenens locumtenentem creare,vel conſtituere non poteſt,ſecundum Iacob.de S.Georg.in ſua inueſt.in verb. Vicarius perpetuus in fin.aub.verb.allegat Bald.in l.1.§ à Præfectis ff.de legat.3.vbi notandum reputat;corroboratur concluſio iſta, quia Vicarius Epiſcopi nō poteſt alium Vicarium ſubſtituere cap.clericos de offic. Vicar.niſi ex cauſa neceſſaria,vt ibi,& firmat Guid.Pap.in deciſ.374. nu.6. vide Iacob.Sbroz.de offic.Vicar. lib.2.q.66. Quæ aūt poſſit facere Locumtenens in aliqua Ciuitate,ſeù Terra,in qua eſt creatus,vide Campan. in cap.Regni 19.à nu.9.cum ſeq.& Marant.in ſuis ſingul. in verb.Iudex ſubſtitutus fol. 53. An poſſit creari Ciuis Locumtenens in propria patria,& per quātum tempus,vide D.Vincent.in deciſ.98. cum ibi additis per me,ſed proceſſus,ſiuè acta facta per Locumtenenté non conſtito de eius poteſtate non valent,Guid.Pap.in deciſ.322. quem refert, & ſequitur Maſcard.in tract.de probation.concl.1405. vol.3. qa quilibet in ingreſſu ſui officij debet probare ſuam iuriſdictionem, Bald.in l.prohibitū nu. 12.C.de iur.fiſc. Fulu Pacian.de probat.lib.2. cap. 43.nu.41.de Locumtenente generali huius Regni & eius poteſtate, vide Bellug in Specul.Princ.fol. 136.vbi Borrell.in addit. & nouiſſimè D.de Ponte in ſuo ſollemni tract.de poteſtat.Proreg.Hinc Locūtenens in aliqua Terra, aliquando eligitur à Barone, & aliquando ab ipſomet Capitaneo ob eius abſentiam, vt ſciatur,quæ poſſit exercere,& facere ſecundū D.Rouit.in pragm.5. in tit.de ſynd.offic. in nouis, vbi multa notabilia ponit. An D.Prorex huius Regni in caſu abſentiæ neceſſariæ, vel alterius grauis impedimenti,vel infirmitatis poſſit aliū Locumtenentem ſubſtituere, vide eundem D.Rouit.in pragm.de adminiſtr. & quod perſon. & in pragm.34. de offic. Sac.Conſ. poſt D.de Ponte, quem non allegat de poteſt.Proreg ſol.

### M

MAgiſter percutiens clericum eius diſcipulum, ſiuè in minoribus, ſiuè in ſacris conſtitutum, cum inſtrumento conſueto, puta ferula, funiculo, etiam quadruplicato, aut alapa, vel quia cæpit per auriculam non incidit in excommunicationem, vt Maſcard. ſcribit poſt Summam Piſanell. & Angelic. quas allegat in tract. de probationib. concluſ. 997. ad finem volum. 2. quia eſt loco parentis, ſecundum Surd. in tractatu de aliment. tit. 1. quæſt. 53. num. 3. & non minorem habet poteſtatem in diſcipulum, quam pater in filium, vt ibi num. 7. nec actione iniuriarum tenetur Farinac. in 3. volum. quæſt. 105. num. 133. & ſeq. Secus ſi ferro percuſſerit, nam videtur excedere modum in caſtigando, & tenetur, vt poſt Bald. ſcribit Alexand. in conſil. 75. nu. 5. volum. 3. quem refert, & ſequitur Maſcard., in loco citato nu. 18. hinc Salycet. in l. item quæritur §. & idem Iulianus ff. locat. refert vidiſſe quendam Magiſtrum Zanetum Grammaticum decapitatum Paduæ ob nimiam verberationem pueri, qui ex illa deceſſit, meminit Bocr. in deciſion. 275. poſt num. 3. Quibus autem perſonis ſit permiſſa moderara correctio, ſiuè caſtigatio, vide Alexand. in allegato conſilio, Iacob. Menoch. in tractatu de arbitrar. Iudic. caſ. 364. & de præſumptionibus lib. 5. cap. 15. poſt Clar. in quæſt. 56. vbi Baiard. in addition. Surd. qui in vxore loquitur de aliment. tit. 7. quæſt. 16. & nouiſſimè D. Paſchal. in tractatu de viribus patriæ poteſtatis parte tertia cap. 4.

Maiori ſummæ in ſententia an inſit minor; D. Vincent. de Franch. in deciſion. 3<6. ex profeſſo hanc concluſionem diſputat, & tandem reſidet cum opinione negatiua, quod non ineſt, ſubdens ſemper ſic fuiſſe ſeruatum, & ſeruari in Sacro Conſilio, licet ad ipſum addidi Afflict. & Mangrell. tenentes contrarium. Quid autem in teſtibus deponentibus de maiori, & minori ſumma, an minor inſit, adeò quod poſſint dici conteſtes in minori ſumma, Alexand. in conſ. 64. num. 7. volum. 2. reſpondet affirmatiuè, intantum quod teſtes in minori ſumma non ſunt contrarij, nec ſingulares, & ſecundum illud conſilium fuit iudicatum in Sacro Conſilio, vt refert Afflict. in deciſ. 240. in ſecundo dubio, vbi alias authoritates in medium adducit, quas ommicto, ſequitur Vrſill. ibi num. 11. Anton. Gabriel. in titulo de teſtibus concluſ. 2. in fine, Caualcan. in deciſ. 46. num. 175. & ſequentibus par. 1. vbi multos . ſus diſtinguit, & conſiderat, & in deciſione prima num. 35. part. 2. Rot. Bononienſ. in deciſion. 70. num. 10. Franciſcus Viuius in opinion. 908. num. 2. part. 3. deciſ. Rotæ Genuæ 53. num. 3. fuſius Ioſeph. Maſcard. in tractatu de probationibus concluſ. 656. à num. 11. vſque ad 32. volum. 2. & Intrigliol. in ſingular. 50. num. 9. fol. 44. quibus accedit Lupus in tractat. de vſuris comm. nr. 2. §. 5. num. 114. & ſeq. fol. 84. vide tamen Viuium in opinion. 894. part. 3. & Suarez in ſuis opinion. litera T. num. 180. & quid ſi teſtes deponant, videlicèt, vnus de vno tempore, & alius de citeriori, an in minori tempore dicantur conteſtes, Alex. in conſ. 68. nu. 5. vol. 5. tenet, quod ſic, & iterum in conſ. 238. vol. 6. Iacob. Menoch in conſ. 29. nu. 53. Hinc etiam maior ſumma comprehendit minorem in omni actu, præterquam in teſtamento, vt poſt Bald. Alex. Loffred., & alios, Anna ſcribit in ſingul. 331. & in pulchro caſu vide eundem Annam in ſingul. ſeq. 332.

Maioratus poteſt de omnibus bonis inſtitutoris ſine licentia Principis conſtitui, & ordinari, quando fit ſine præiudicio legitimæ deſcendentibus debitæ, vel ab eo, qui nullum habet, cui legitimam debet, vt voluit Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus in declaratione legis Regni in ſecunda limitatione num. 17. fol. 291. C. de inofficioſ teſtament. vbi multis fundamentis hanc concluſionem probat, ſed vbi agitur de præiudicio legitimæ filio debitæ, non poteſt ſuper omnibus conſtitui, & ordinari abſque licentia Principis, vt per Suarez in loco citato, Surdus qui alios allegat in tractatu de aliment. titul. 8. priuileg. 93. nec Princeps poteſt patri concedere facultatem conſtituendi maioratum ſublata in totum legitima aliorum filiorum, aut alimentis ſubrogatis in eius locum, Iacob. Menoch. in conſil. 411. num. 17. Hinc maioratum inſtituens in perſonam primogeniti, tenetur prouidere alijs filijs de alimentis neceſſarijs, vt ibi per Surdum, qui citat concordantes, nec non dotare filias ibi in fine, ſed maioratus ſucceſſio non digreditur de vna linea ad aliam, Anton. de Gamma in deciſion. 354. num. 6. & apud Hiſpanos regulatur ſecundum ſucceſſionem fideicommiſſorum, ſecundum eundem Gammam in deciſ. 92. num. 3. & cum ſucceſſio ipſius in vnam lineam intrauerit, ea durante non debet ad aliam trahi, idem Gamma in deciſ. 93. num. 1. cum ſequentibus. An poſſit conſtitui, & ordinari de bonis emphyteoticis, vide eundem Gammam in deciſ. 70. num. 1. & deciſ. 214. & per quæ verba conſtituatur, & ordinatur, idem de Gamma in deciſ. 286. nu. 2. poſt Molinam de primogen. hiſpan. lib. 1. cap. 3. & multa ponit idem Surd. in dicto ſequenti tit. 8. priuileg. 54. & vide in materia Mart. in vot. 71. col. 1.

Malæ fidei poſſeſſor dicitur, qui poſſidet rem, quam certo ſcit ad alium pertinere, vt ſatis pulchrè ſcribit Abbas in cap. ſi diligenti num. 13. verſ. ego generaliter dico de præſcription. allegat text. in cap. ſi virgo 34. quæſt. 2. Afflict. in deciſ. 369 num. 9. Suarez in ſuis opinion. litera M num. 19. & Maſcard. in tractat. de probationib. concluſ. 100 num. 1. volum. 2. poſt Iacob. Menoch. in tractatu de arbitrar. Iudic. caſu 225. num. 8. & Viu. in deciſ. 195. nu. 12. & 13. vide Cacheran. in deciſ. 101. num. 31. & deciſ. 160. & Viuium in deciſ. 33. Item dicitur malæ fidei poſſeſſor emptor, qui rem minoris, vel Eccleſiæ emit, non ſeruatis, nec adhibitis iuris ſolemnitatibus cap. qui contra de regul. iur. in ſexto, l. quemadmodum C. de agricol. & cenſit. libr. 11. Aluar. Valaſc. in conſultat. 83. Menoch in loco citato num. 6. vbi ex alijs per eum congeſtis detegitur malæ fidei poſſeſſor, & Viuius in d. deciſ. 195. qui fari æquiperatur §. ſi tamen inſtit. de rer. diuiſione, & ideò rem, ſiuè fundum ab eo poſſeſſum tenetur Domino reſtituere, vna cum fructibus §. ſi quis à non Domino in fin. inſtitut. de rer. diuiſion.

Magon.

Google

Magon. in deciſion. Lucæ 51. num.6. & latiſſimè Marc. Anton. Peregrin. in tractatu de fideicomm. art.49. num.130. fuſius Borrell. conſ.40. num.42. Verùm poſſeſſor malæ fidei conſequitur etiam ſine titulo impenſas neceſſarias per eum erogatas, & factas in refectione rei poſſeſſæ l.planè ff. de petition. hæredit. gloſ. in §.certe in verb. ædificauerit ad finem ibi, ſi verò mala fide, vbi Doctores inſtit. de rerum diuiſione, Bart. in l. in fundo num.11. ff. de rei vendication. Verall. in deciſ. vltima par.1. Iacob. Menoch. in conſ.2. num.371. vbi num.372. ampliat etiam ad impenſas vtiles per l. domum C. de rei vendication. Ioſeph Ludouic. in deciſion. Peruſina 24. nu.13. & deciſ.34. num.18. Caualcan. in deciſ.44. nu.60. & ſequ. par.1. & Surd in tractatu de aliment. tit.6. quæſt.6. num.13. vide omninò Coſta de port. rat. quæſt.136. & D. Georg in allegat. prima. Sed in quantum dixi ſupra ex Menoch in dicto conſil & num. quod malæ fidei poſſeſſor deducit etiam impenſas vtiles, & alij ſupra ſequuntur, aduerte quod idem Menoch. de arbitrar. Iudic. caſu 258. nu.93. in additio. ſcribit, quod ſi de nouo talis poſſeſſor fecit has impenſas vtiles, vt ſi cæpit ædificare, illas non deducit, allegat Bart. in d. l. in fundo nu.11. verſ. ſi verò facit, & alios, vt ibi per eum, ſequuntur Peregrin. in dicto tractatu artic.50. num.29. omninò Sempron. Aſcia in determinat.57. nu.3. cum ſeq. Immò Menoch. ampliat ad abraſionem, cui illa negatur ibi nu.94. videatur Peregrin. in dicto art.50. nu.30. & Sempron. Aſcia in dicto loco, qui loquitur in plantante vineam in re eccleſiaſtica empta ſine ſollemnitatibus; eſt verùm, quod Menoch. in dicto loco num.96. & 97. duobus modis declarat, ad quem lectorem remicto; ſed an poſſit deducere impenſas voluntarias, Bartol. in loco, & numero citato in fine negatiuè tenet, ſequitur Menoch. vbi ſupra nu.106. verùm poteſt illas abradere ſecundum magis communem opinionem teſte Menoch. ibidem num.107. licet referat Bart. & alios tenere contrarium, vide tamen Marc. Anton. Peregrin. in dicto nu.30. ſupra allegato; verùm malæ fidei poſſeſſor deducit indiſtinctè impenſas factas cauſa quærendorum, colligendorum, & conſeruandorum fructuum, Afflict. in conſtitut. & Officialibus num.1. Tiraquell. latiſſimè de retractu conſanguineor. §.1. gloſ.1. & Marc. Anton. Peregrin in dicto artic.50. num.24 fol.18. à tergo; ex quibus autem caſibus, & coniecturis mala fides probetur, vide Menoch. in dicto caſu 225. Maſcard. in tract. de probationibus concluſ.1001. volum.2. Pinell. in authentica niſi tricennale num.14. & infra C. de bon. matern. Paul. Fuſc. in ſingul.4. litera M. & eundem Menoch. in tract. de præſumptionibus lib.3. cap.130. apud quos latiſſimè concluſio iſta explicatur, Viu. in opin.472. part.2. & aliqua in d. deciſ.195. An malæ fidei poſſeſſor poſſit retinere rem, in qua melioramenta fecit, Caualcan. in deciſ.28. in addit. nu.5. part.1. tenet, quod non, vbi concordantes citat, vt per eum ibi.

Mandatum Procuratoris non ſolum per inſtrumenta, verùm etiam per teſtes regulariter probari poteſt, vt poſt Gloſ. Bart. Bald & alios concludit Iaſon in l.1. poſt nu.7. verſ. ſecunda principalis C. de Procuratoribus, vbi de magis communi opinione teſtatur, ſequitur Cotta in ſuis memor. in verb. mandatum fol.448. in paruis, Villalob. in ſuis opinion. litera M. num.9. & litera P. num.331. & alter Hiſpan. Suar. in eadem litera M. num 37. & 38. Viu. in opin.476. part.2. & in deciſ.470. nu.5. & 6. Maſcard. in tractatu de probationibus vol.2. concluſ.1011. num.1. Baiard. ad Clar. in quæſt.60. num.50. vide eundem Suar. in litera P. num.314. & 316. Mangrella ad Bartol. in dicta l.1. & Farinac. in deciſ.350. Item etiam reuocatio mandati poteſt per inſtrumenta, & teſtes probari, ſecundum Iaſonem, Viuium, Maſcardum, & Suar. in locis ſupra allegatis. Poteſtq; inſuper per Nuntium, vel epiſtolam probari, vt per Doctores in allegatis locis. Fallit tamen concluſio iſta multis modis, & inter alios, quando mandatum fit ad recipiendam ſolutionem, quia tunc teſtibus probari non poteſt, ſed per inſtrumenta probari debet, ſecundum Iaſon. in dicta l.1. num.9. qui allegat Bald. in l. falſus colum. penultim verſ. vtrum autem C. de furt. quod dictum aureum reputat Cremenſ. in ſingul.138. & Cotta in dicto verb. mandatum in principio, Vrſill. ad Afflict. in deciſ.319. num.7. & deciſ.398. in fine, Maſcard. in loco ſupra citato num.7. Marcell. Calà in tractatu de modo articulan. num.1556. fol.249. Ioſeph. Ludouic. in ſuis commun. opinion. concluſ.31. verſ.18. Item mandatum Principis debet ſcriptura probari, & non teſtibus l.1. C. de mandat. Princip. dummodò contineat gratiam, ſecus ſi contineat iuſtitiam, quia poteſt per teſtes probari, ſecundum Marcell. Calà in dicto loco nu.1560. Inſuper mandatum in criminalibus de occidendo, vel aliud delictum committendo poteſt, & debet teſtibus probari, ſecundum Franciſc. Burſat. in conſil.20. num.6. volum.1. Baiard. ad Clar. in quæſt.90. nu.5. poſt Maſcard. in concluſion.1012. & eſt de mente D. Vincent. de Franch. in deciſ.276. num.12. vide omninò Honded. in conſ.87. volum.2. & qualiter mandans ex ſimplici mandato in atrocioribus ad occidendum non ſequuto effectu puniatur, vide Baiard. ad Clar. in q.89. num.7. Ex his infertur, quod mandatum etiam per mille annos non præſumitur, ſecundum crebriorem opinionem, de qua per Cagnol. in l. velle non creditur nu.12 & 13. ff. de regul. iur. quia cum ſit facti non præſumitur, niſi probetur, vt ibi latiſſimè per Cagnol. qui alias in medium adducit rationes, & reſpondet omnibus, quę in contrarium adducuntur, ſequitur Anton. Gabr. in tit. de Procurat. concluſ.1. Villalob. in ſuis opinion. liter. M. nu.7. Viu. in opin.476. licet aliam opinionem ipſe ſequitur, & malè, Suar. Hiſpan. in d. lit. M. nu.31. & ſeq. omninò Iacob. Menoch. in conſ.1. nu.79. vol.1. & Maſcard. in d. tract. concluſ.1005. Surd. de aliment. tit.3. q.8. nu 3. videatur Caualcan. in repertor. deciſ. par.1. in verb. mandatum non præſumitur fol.59. á terg. Aym. Crauet. de antiqu. tempor. par.2. à num.6. vſque ad finem, & omninò eundem Iacob. Menoch. in tract. de præſumption. lib.2. cap 33. apud quem habes hác opinionem benè more ſuo explicatam, & latiſſimè Alex. Raud. de analog. in appendice par.3. nu.72. cum ſeq. & D. Rouit. in pragmat. de Procurator. num.33. fol.540. in nouis. Quandò autem mandatum morte mandantis re integra expiret, vide Anton. Gabriel. in d. tit. de Procurator. concluſ.2. aliqua per Ioſeph. Ludouic. in deciſion. Lucæ 39.

à nu. 19. cum ſeq. D. Vincent. de Franch. in deciſ. 466. vbi remiſſiuè alios addo D. Rouit. in loco citato nu. 49. & num. 50. refert pulchrum dictum, quem vide, vnum tamen nota, quod lite conteſtata cum Procuratore mandatum morte mandantis non expirat l. nulla C. de Procurator. cum ſimilibus, Minadou. in deciſ. 35. num. 1. Magon. in deciſ. Florentin. 48. nu. 15. & ita intelligi debet Anna in ſingular. 329. vbi etiam in feudalibus opinio iſta procedit, ſecũdum Capyc. in deciſ. 186. quem remiſſiuè allegat Anna in loco prædicto, & ad hoc propoſitum ipſum allegat, & ſequitur Frecc. de ſubfeudis lib. 3. fol. 446. verſ. decimoquinto lite conteſtata in nouis, vbi per d. l. nulla dicit, quod lite conteſtata cum Procuratore iudicium debet finiri cum eo ad commodum, & damnum hæredis, & ita quotidie practicari affirmat in Sacr. Cõſilio, & practicatur, D. Rouit. vbi ſupra à num. 57. cum ſequ. vbi refert quomodo ſunt concipienda verba ſententiæ, quando mortuus eſt principalis lite conteſtata. Caſus verò in quibus ſpeciale mandatum requiritur, vide per Aretin. in §. 1. inſtit. de his, per quos ager. poſſum. vbi plures enumerat, ſed longè plures reaſſumpſit, & collegit, nempè 93. Ioſeph Ludouic. in ſuis opinion. in d. concluſ. 31. ad quem recurrendum eſt. Nota denique, quod mandati fines ſunt diligenter ſeruandi, & cuſtodiendi l. diligenter ff. mandat. Alexand. in conſ. 34. ad finem volum. 2. Corta in verb. mandati fines, Stracch. in tractat. de mercat. fol. 109. nu. 4. Surd. in deciſ. 209. nu. 6. & ſequ. D. Lanar. in conſil. 36. nu. 1. & 2. & in pulchro caſu D. Vincent. de Franch. in deciſ. 699. nu. 2. vide Alexand. in conſil. 90. ad finem lib. 3. & conſ. 80. nu. 12. vol. 4. Iaſ. in l. ſi Procurator in 1. notab. C. de Procurat. vbi ponit regulam cum vndecim limitationibus, Alph. in collectan. 306. & omninò D. Borrell. in conſil. 47. nu. 22. & ſeq.

Maritus poteſt de Iure Regni impunè occidere vxorem in adulterio deprehenſam per Conſtitut. ipſius Regni, quæ incipit, ſi maritus, videlicèt, in ipſo actu, & pariter adulterum, vt ibi, & Afflict. ibidem in principio, & num. 5. vbi benè declarat, D. de Ponte in conſil. 99. adeò quod ex interuallo non licet marito occidere vnum, & poſtea alium, Afflict. ibi num. 7. ſed in continenti vtrumque, & de dicta conſtitut. meminit etiam ad hoc propoſitum D. Vincent. de Franch. in deciſ. 678. in principio, & pariter hoc etiam de iure communi ciuili permictitur marito, vt ibidem per Doctor. per text. in l. Gracchus C. de adulter. Clar. in §. homicidium verſ. ſed quid dicendum in marito, Foller. in verb. dentur capitula, quod ſuffocauit vxorem num. 63. & 64. & latiſſimè Farinacc. in 3. volum. quæſt. 91. num. 6. fol. 197. & Iacob. Menoch. in tractatu de præſumptionibus lib. 4. cap. 189. num. 81. Farinacc. in 4. volum. quæſt. 120. fol. 32. num. 65. & 66. & quæſt. 121. fol. 58. Quia maritus plus dolore afficitur ex vxoris adulterio, quam morte filij, ad text. ſingul. in l. codicillis §. matre, ibi filium interfecit, & alia deteriora fecit ff. de legat. 2. vbi Doctores notant, & infinitos ad hoc citat Surdus in tract. de aliment. tit. 7. quæſt. 16. num. 25. & non ſolum poteſt maritus impunè occidere vxorem adulteram cum ipſo adultero in ipſo actu in adulterio repertis, vt ſupra, ſed etiam per alium, ſiuè alios occidi facere, vt per Afflict. in d. conſtitut. num. 3. & 4. vbi Addentes ad eum, ſequitur ex regula l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & l. oratio ff. de ſponſalibus, & ſi in facti contingentia Roland. conſuluit contrarium in conſ. 34. volum. 2. Item patri datur ius occidendi adulterum cum filia inuentum adulterium commictere incontinenti, & in ipſo actu, vt ſupra, l. patri datur ff. de adulter. Alphan. Peruſin. qui legem prædictam exornat in collect. 138. Farinac. in d. q. 91. vbi infinitos citat, & in d. q. 121. nu. 50. & quid in fratre, vide ibi nu. 48. & ſequ. Sed an maritus occidendo, modo quo ſupra vxorem lucretur dotem, vide omninò D. Vincent. de Franch. in d. deciſ. 678. vbi Doctores pro vtraque parte, ac duas opiniones refert, & in fine ſubdit pũctum non fuiſſe deciſum, vide eum. Hinc etiam poteſt inferri, ſi maritus occidendo vxorem deprehenſam in adulterio, modo quo ſupra, lucretur lucrum dotis, Roland. à Vall. in tract. de lucro dotis q. 63. ex profeſſo diſputat, & refert Doctores pro vtraque parte, tandem nu. 6. diſtinguit hoc modo, aut tractatur de lucro legali, vel ſtatutario, quod ratione delicti debetur, & iſto caſu non debetur, & procedit opinio negatiua Bald. & aliorum in l. ſi ab hoſtibus §. ſi vir ff. ſoluto matrimonio; aut lucrum defertur à lege, vel ſtatuto ex alia cauſa, quam ex delicto, vt eſt ſtatutum diſponens, quod vxore præmoriente maritus lucretur dotem, & hoc in caſu procedit opinio Bart. affirmatiua, & ſequacium in dicto §. ſi vir, quod lucrabitur lucrum, quia illud non lucratur ob delictum, ſed ob onera matrimonij, vt ibi, qui de communi teſtatur, & iterum in q. 4. nu. 11. ſequitur Baiard. ad Clar. in §. homicidium nu. 65. quibus accedit Foller. in loco ſupra citato num. 60. & de Roland. ſimpliciter meminit Menoch. ad Iaſon. in dicto §. ſi vir in fine, vide in pulchro caſu *D.* de Ponte in deciſ. 24. in 2. dub. & Molfeſ. ad Napodan. par. 7. q. 13. videatur Surdus in tract. de aliment. tit. 8. priuileg. 69. nu. 10. qui ſimiliter opiniones refert; in quantum paulo ante dixi, quod ob onera matrimonij, quæ maritus ſubſtinet, fructus ex dotibus percipit, quia dos ad hunc finem datur, iuxta l. pro oneribus C. de iure dotium, cum alijs abunde allegatis per Surd. in d. tractat. tit. 1. q. 32. nu. 4. q. 33. nu. 8. & tit. 7. q. 17. nu. 1. accedit Iaſon in l. ſi donaturus §. 1. num. 13. ff. de condict. ob cauſam, nam ibi debent eſſe onera matrimonij, vbi eſt dos, quia fructus ipſius debent ſeruire oneribus prædictis, Surdus qui concordantes citat in d. tit. 1. quæſt. 38. num. 6. & 7. & ibi de materia, ſed quomodo maritus teneatur hæredibus ſuæ vxoris fructus dotis reſtituere rei immobilis, ſiuè fuerit extimata, ſiuè non, vide Anton. de Gamma in deciſ. 71. num. 5. & omninò in deciſ. 123. num. 3. An maritus poſſit ſe abſentare abſque licentia vxoris, quod non, qui abſentia viri eſt valde periculoſa vxori, ſecundum Mangrell. ad Bartol. in l. ad inſtar C. de liber. exhibend. ad iſtam concluſionem in principio adde D. Paſchal. de viribus patriæ poteſtat. part. 1. cap. 5. num. 29. & ſequ. & Thor. in compend. deciſion. fol. 364. col. 2. in fine, & ſeq.

Mater licet in dubio non debet à luctuoſa hæreditate filij excludi, Curt. Iun. in conſ. 134. num. 6. vbi de communi opinione teſtatur, quem referunt,

&

& ſequitur Villalobos in ſuis commun. opinion. liter. M. nu. 2. & alter Hiſpanus Suarez in eadem litera nu. 79. Tamen ſi ipſa non petijt tutorem dari filio ſuo pupillo impuberi, & mortuus eſt, priuari debet eius ſucceſſione l. 2. §. mater ff. ad tertull. Robert. Maranta in l. is poteſt ff. de acquirend. hæredit. vbi ponit regulam cum ampliationibus, & limitationibus, prout eodem ordine vtitur Anton. Gabriel. in tit. de tutelis concluſ. 1. Aſcan. Clemen. in tractat. de patr. poteſtat. cap. 4. nu. 33. 37. & 38. & ſecundum iſtam opinionem de anno 1570. fuit in Sacro Conſilio iudicatum, vt refert Anna in ſingul. 335. Alex. Trentacinqu. in conſ. 69. vol. 2. Thor. in d. compend. deciſ. fol. 332. colum. 2. & Paſchal. de viribus patr. poteſtat. par. 3. cap. 10. nu. 33. quibus aſſentiunt Cacheran. in deciſ. Pedemontan. 57. licet in caſu dictæ deciſ. alia concurrebant in facto, Capriol. in tract. de ſucceſſion. fol. 212. à nu. 40. cum ſequentibus, Alphan. Peruſin. in collect. 912. Viu. in deciſion. 436. & 460. & in pulcho caſu Conſta de port. rat. q. 57. in fine. vide Hondedeum conſ. 51. & ſeq. volum. 2. & adeò eſt vera huiuſmodi opinio, vt etiam mater priuari debeat ex cauſa prædicta legitima ipſius filij in pupillari ætate mortui, vt poſt Bald. & alios tenet Anton. Gabriel. loco citato nu. 15. & Honded. in conſ. 75. in fine volum. 1. Dummodò tamen probetur, filium, de cuius ſucceſſionis excluſione tractatur mortuum fuiſſe, non ſolum fuiſſe pupillum, ſecundum Alciat. in tract. de præſumptionib. regul. 2. præſumpt. 24. num. 3. de quo meminit Maſcard. in tract. de probation. concluſ. 666. num. 4. vol. 2. & Menoch. in tractat. de probationib. lib. 2. cap. 50. nu. 30. Sed etiam, quod ipſe filius pupillus ſuperuixit patri mortuo poſt annum, & intra annum non fuiſſe tutorem petitum, vt Alexand. notabiliter ſcribit in conſ. 185. nu. 10. vol. 6. quem refert, & ſequitur Cacheran. in d. deciſ. 57. nu. 8. Paſchal. vbi ſupra num. 28. limita tamen concluſionem principalem, quando filio pupillo ſuperſunt, & extant legitimi tutores, vel alij agnati, & conſanguinei, quia hoc caſu mater ob non petitum tutorem infra annum filio ſuo pupillo, & mortuo non priuatur ſucceſſione ſecundum gloſ. in l. matres C. ad tertull. Soccin. in conſ. 153. col. final. vol. 2. Afflict. & Vrſill. in deciſ. 75. & Paſchal loco citato nu. 34. & 35. vide Hondedeum in dd. conſil. verùm limitatio prædicta intelligitur, quando mater infra annum renunciat expreſsè tutelæ dicti ſui filij, nam facta per eam hac renunciatione eſt aperta via legitimis tutoribus, & non tenetur petere, ſecus ſi non renunciat, quia ſucceſſione priuatur, & ita intelligitur gloſ. in d. l. matres, & eſt verus intellectus ſecundum Robert. Marant. qui alios allegat in d. l. is poteſt num. 240. & 241. quod nota, quia pluries habui in facto, & ſemel obtinui; Concluſio item principalis procedit etiam in matre, quæ ſi tempore mortis ſui viri remanſit prægnans, tenetur à Prætore petere dari Curatorem ventri infra triginta dies, ſecundum Bartol. in l. prima §. eleganter nu. 1. ff. de liber. agnoſcend. alias priuatur ſucceſſione filij pupilli poſtea nati, & mortui in pupillari ætate, ad textum ad literam in dicta l. ſecunda §. quid ſi curatores verſ. quid ſi cum prægnans ff. ad Tertullian. vbi Bartol. reputat menti tenendum, & Alberic. ibi dicit illum textum eſſe notandum contra mulieres prægnantes, ſequitur Marant. in d. l. is poteſt poſt num. 227. & Aſcan. Clement. in loco ſupra citato poſt num. 38. fol. 20. in paruis, videatur Alexand. Trentacinqu. in conſil. 70. volum. 1. & Stephan. Gratian. lib. 1. diſceptat. forenſ. cap. 72. in prima concluſione, & in tantum opinio iſta eſt vera, & procedit, vt ſi nato filio mater poſtea tutelam ipſius gerat, nihilominus priuatur eius ſucceſſione ob dictum Tutorem non petitum, Bald. in d. l. matres num. 3. & Nicolaus de Vbaldis in tractatu de ſucceſſion. part. 3. in quinta quæſtione principali verſ. quarto fallit, quod ſimiliter notandum eſt, quia habui in facto, & conſului, & pendet in Sacro Conſilio, vide ſi conſerunt ſcripta per D. Vincent. de Franch. in deciſion. 167. Hinc quemadmodum mater priuatur ſucceſſione filij pupilli mortui ob non petitum Tutorem, vel ob non petitum Curatorem ventri dari, vt ſupra; ita etiam debet priuari auia d. l. 2. §. quid ſi nepotibus, & ita tenere videtur Bartol. in l. ſecunda in prima oppoſitione, & clarius num. 15. ff. qui pet. tutor. ſequitur Cardinal. Pariſ. in conſ. 84. num. 22. volum. 1. quem refert Gabriel. in dicta concluſione prima num. 1. in fine, vbi etiam addit Soccin. Iunior. & Mantuam. accedunt prædictis Silu. Nuptial. lib. 2. num. 53. Cardinal. Mantic. in tract. de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 5. tit. 14. nu. 21. & Capriol. in loco ſupra citato nu. 42. & ſubſtantialiter D. Vincent. in d. deciſ. 167. nu. 7. 10. & 11. quia hoc onus ſolum datum eſt matri, & auiæ, & libertis, vt ibi num. 9. in fine; & quando mater tranſiuit ad ſecunda vota non petito tutore, vt ſupra, priuatur proprietate bonorum, ac etiam legitima, vt reſpondet Thobias Nonius in conſ. 74. num. 2. & 3. quem refert, & ſequitur Ioſeph Ludou. in ſuis opinion. concluſ. 33. idem in conſ. 75. & clarius Honded. in conſ. 49. nu. 22. & 23. qui Thobiam, & alios allegat. Quomodo autem probetur matrem non petijſſe tutorem filio pupillo, vide Marcell. Cala in tract. de modo articuland. nu. 1438. & qualiter mater excuſetur ob tutorem prædictum non petitum, vide Gabriel. in d. concluſ. 1. poſt Marant. in d. l. is poteſt; Iacob. Menoch. in tractat. de præſumptionib. lib. 6. cap. 98. & vide Gratian. in deciſ. 177. & ad principalem concluſionem adde videndum Lucam de Penna in l. 1. col. 1. verſ. & faciunt hæc ad quæſtionem C. de agent. in reb. lib. 12. vbi etiam colum. 3. in ſecunda quæſtione diſputat, cui debetur hæreditas pupilli mortui abſque Tutore ob negligentiam matris, vel agnatorum non petentium, & ſcribit, quod fiſco debet applicari, & à matre vti indigna auferri, aut Eccleſiæ illius loci, ex quo pupillus eſt ortus, & hoc dicit ipſe eſſe æquius, ſubdit inſuper, quod deberet poni ægris laborantibus, qui ob debilitatem, & impotentiam victum ſibi afferre nequeunt, & ad iſtam concluſionem vide Iacob. Menoch. in caſu 572. in fine, & in pulchro caſu Stephan. Gratian. lib. 2. diſceptat. forenſ. cap. 219. & an matri incumbat neceſſitas petendi Tutorem prædictum eius filio pupillo, ſi in teſtamento paterno fuit datus ſubſtitutus pupillaris, dic quod non, ſecundum Bald. in conſil. 317. in princ. vol. 5. & 410. vol. 3.

Mater licet ſit debitrix filio ſuo pupillo, tamen ad eius tutelam adminiſtrandam admitti debet, ſecundum Aret. in §. actionum autem nu. . inſtit.



Digitized by Google

de action. quem refert, & ſequitur Surd. in tractat. de aliment. tit. 4. q. 13. nu. 14. poſt Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſu 168. num. 3. & Anton. Piagg. in tract. de tutor. & curator. q. 3. nu. 16. Quando tamen tranſit ad ſecunda vota, bona ſecũdi mariti ſunt tacitè obligata pro adminiſtratione tutelæ ipſius filij, quam adminiſtrauit ſecundum Dec. in conſ. 591. ſequitur Vrſill. in deciſ. Afflict. 75. nu. 4. Matant. in tract. iudiciorum part. 6. in verb. exequutio num. 53. Marſil. in ſingul. 248. circa medium, Neguſant. in tract. de pignor. in 4. membr. 2. part. nu. 156. Gabriel. in tit. de ſecund. nupt. concluſ. . . nu. 4. Caualcan. de tutor. & curator. num. 322. & Capriol. in tract. de ſucceſſion. nu. 60. fol. 215.

Mater licet non poſſit filio ſuo pupillariter ſubſtituere, quia illum non habet in poteſtate, Aſcan. Clement. in tract. de patria poteſtate effect. 15. nu. 16. Viu. in opin. 864. nu. 24. & ſeq. par. 2. in nouiſſima editione Aquilana, Michael Craſſ. in §. ſubſtitutio q. 23. nu. 3. & Marc. Anton. Nacta in conſil. 68. nu. 2. Tamen ſi talem ſubſtitutionem fecerit, illa ad fideicommiſſum trahitur ſecundum Gloſ. in l. verbis ciuilibus ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitut. quam communiter ibi Doctores ſequũtur, vt Caualcan. teſtatur de vſufruct. mulier. relicto nu. 44. fol. 214. in paruis, omninò Morot. in conſ. 56. & Molſeſ. in conſ. 5. à nu. 4. & maximè ſtante clauſula codicillari in teſtamento appoſita, Viu. in opinio. 865. nu. 6. par. 2. & Fab. Turett. in tract. de virtute, & effectu clauſul. codicill. q. 82. ſecundum primam impreſſionem, & ſecundum; iſtam concluſionem pluries conſului.

Mater tenetur lactare filium intra triennium l. pen. vbi gloſ. in verſ. primo C. de patria poteſtate, Surdus qui infinitos Doctores allegat in tract. de aliment. tit. 1. q. 14. nu. 1. quia præſtare lac eſt modica impenſa, vt ibi nu. 2. ſequitur etiam Nauarr. in manuali confeſſor. ſub quarto præcepto cap. 14. & Anton. de Gamma in deciſ. 152. in fine, & Aluar. Valaſc. in conſult. 92. vbi latè, & quid ſi poſt triennium viuente marito, qui eſt pauper teneatur alere, vide Aluar. vbi ſupra in ſecundo dubio: fallit tamen quando mater eſt nobilis, cui foret indecorum lactare filium, nam iſto caſu excuſatur, vt poſt Caccialupum, & alios, concludit Surd. in d. tract. tit. 7. q. 9. num. 26. & latè in q. 13. col. 1. vel eſt infirma, & lac non habet, aut eſt inhabilis, vt ibi num. 4. & 10. qui reprobat opinionem illorum, qui tenent, quod mater proprijs expenſis prouidere debeat de nutrice filio, quæ eius loco filium lactet, nam debitum matris inquit Surdus in lactando filium eſt perſonale, quod non tranſit in alium: ſi enim teneretur lactare per nutricem nullius vtilitatis eſſet exemptio, vt ibi per eum: niſi mater ſine iuſta, & legitima cauſa recuſaret filium lactare, tunc filius lactandus eſt apud nutricem expenſis matris ibi nu. 13. Item excuſatur mater à lactando filium quando eſt pauper, adeò quod ſi lactaret non haberet vnde viueret, cogereturq; victum quærere ſuis laboribus, vt ſcribit D. Vincent. de Franch. in deciſ. 336. num. 4. vbi alios addo, quibus addendus eſt Surd. in d. q. 13. nu. 15. qui alios concordantes citat, & rationem reddit, quia mater primum debet ſuis operibus ſe ipſam alere, & vitæ filij ſe præponere, nam prima charitas incipit à ſe ipſa, l. Præſes C. de ſeruit. & aqua, & eſt de mente D. Vincent. in d. deciſ. nu. 3. verùm quando tenetur lactare intra triennium, vt ſupra, debet in eius domo præſtare, extra verò propriam domum non cogitur ad gloſ. in l. 1. §. 1. in verb. iuſtiſſima cauſa ff. de liber. exhib. de qua cum alijs meminit Surd. in d. tract. tit. 4. q. 14. nu. 14. & ad iſtam concluſionem in princ. adde Paſchal. de virib. patr. poteſt. par. 2. cap. 3. nu. 48. & ſeq.

Matrimonium quomodo probetur fuiſſe conſumatum, & quot modis, Dec. in conſ. 577. poſt num. 9. verſ. tertio principaliter, reſpondet primo probari ex confeſſione mariti, & vxoris, nam de copula ſequuta ſtatur dicto viri cap. continebatur de deſponſatione impuberum cap. tertio loco de præſumpt. cum alijs, quæ Dec. allegat in d. conſil. vbi nu. 10. & ſequ. ſcribit probari per teſtes deponentes vidiſſe maritum, & vxorem ſolum cum ſola, & nudum cum nuda in lecto, maximè quia copula ſequuta non poteſt concludenter probari, vnde leuiores probationes admittuntur in his, quæ ſunt difficilis probationis l. conſenſu cum alijs ſimilibus allegatis per Dec. ibi nu. 12. C. de repud. ſequitur Phanuc. in tract. de lucro dotis in text. nuptæ num. 89. & ſequ. poſt Alex. Felyn. Soccin. & alios, quos allegat, benè facit, quod ſcribit Alex. in conſ. 77. nu. 1. vol. 7. Vrſill. in deciſ. Afflict. 236. num. 6. Viu. in deciſ. 241. num. 17. quibus accedunt Maſcard. in tract. de probation. concluſ. 1028. vol. 2. vbi tradit modum probandi matrimonium per confeſſionem coniugum, & Viu. in opin. 493. nu. 2. par. 2. videatur omninò Iacob. Menoch. in tract. de præſumption. lib. 3. cap. 1. Item ex copula ſubſequuta, idem Maſcard. in d. tract. concluſ. 1029. ponit modum probandi ex copula ſubſequuta poſt ſponſalia, videatur Iacob. Menoch. vbi ſupra à num. 6. cum ſeqq. Item ex traductione *mulieris* ad domum viri poſt ſponſalia de futuro, idem Maſcard. in concluſ. 1030. vide eundem Menoch. in loco ſupra citato à nu. 55. & ſeq. & pariter præſumitur contractum ex oſculis, amplexibus, & muneribus poſt ſponſalia, idem in concluſ. 1031. & multa ponit Marcell. Calà in tract. de modo articul. nu. 261. fol. 95. & an præſumatur matrimonium contractum per anuli ſubarrationem, vide eundem Maſcard. in concluſ. 1022. Iacob. Menoch. in d. cap. 1. num. 94. & 95. & omninò in cap. 2. d. lib. 3. & Seraphin. in deciſ. 519. nu. 2. Peregrin. in deciſ. 107. col. fin. & deciſ. 108. Quando verò matrimonium probandum venit per teſtes debent illi eſſe omni exceptione maiores cap. 1. vbi gloſ. in verb. maiores de conſanguinit. & affinit. Maſcard. qui infinitos Doctores ad id citat in concluſ. 1021. à num. 4. vol. 2. vbi videndum eſt; verùm ſi matrimonium contrahitur inter Nobiles, Magnates, & Principes debet ſcriptura, non autem teſtibus probari, vt poſt Bald. & Marſil. ſcribit Maſcard. ibidem nu. 22. ſequitur Marcell. Calà in d. tract. nu. 1554. fol. 249. qui de Maſcard. non meminit, alioſque modos, quibus præſumitur matrimonium contractum, vide per Iacob. Menoch. in d. cap. 1. col. penult. & final. An autem matrimonium contrahatur per iſta verba: promitto accipere talem in vxorem, Tiraquell. de retract. conuention. in fine nu. 53. & 76. poſt infinitos Doctores quos allegat tenet, quod non, ſed tantum ſponſalia de futu-

ro,

Digitized by Google

ro,vt ibi, ſecus ſi dixit accipio talem in vxorem, vt per eundem ibidem,ſequitur Iacob.Menoch.in d.tract. lib.3. cap.3. in princ. Hinc ſi dixit volo te in vxorem accipere, hoc caſu matrimonium de præſenti non contrahitur,ſed ſolum ſponſalia de futuro ſecundum Auguſt.Berou.in q.6.nu.3. poſt Afflict. in conſtitut. ſancimus in 3.lib. in 2.notab, ſequitur Fuſc.in ſingul.13. liter.M. & Viu.in opinion.489.par.2.quia verba prædicta ſonant in futurum,& ſignificant principium actus,Iacob.Menoch.in d.cap.3. nu.2. Quid autem ſi aliquis dixit habebo te in vxorem, vel promitto, quod te in coniugem habebo, an per iſta verba, & ſimilia mutuo dicta contrahatur matrimonium per verba de præſenti,idem Viu. poſt infinitos, quos allegat in opin.490. tenet, quod ſic, quia verbum habebo refertur ad tempus præſens, vt ibi, qui allegat multos Summiſtas, ſequitur Suar. in ſuis opinion.liter.M. nu 90. & Iacob.Menoch in d.cap.3. nu.8.vbi infinitos ad id citat, & in conſ.368. Verba autem iſta promitto, quod nunquam accipiam aliquam in vxorem niſi te, inducũt matrimonium per verba de præſenti, vt ſcribit Alex. in conſ.152. num.3.& ſeq. vol.5. & in pluribus alijs conſilijs ſequentibus, Iacob. Menoch. vbi ſupra, & multa ſcribunt Villalob.in ſuis opinion.liter.A.num.34. cum ſequ. & Suar. in loco ſupra citato cum ſequ. & vide in materia Alex in conſ.150. & ſequ. eod. volum.5.& per quę alia verba matrimonium contrahatur,vide Pariſ.in conſ.55.num.14. & ſeq. volum.4. Volens autem contrahere matrimonium debet eſſe habilis, & idoneus ad illud contrahendum,& conſequenter generandum,vt poſt Innocent.Butr.Alciat. & Luc. de Penna, ſcribit Iacob. Menoch.in tractat. de præſumption.lib.6. cap.90. nu.1. & ideò infans, & impubes matrimonium contrahere non poſſunt, ſed ſponſalia ſic cap.1. §. idem quoque de deſponſat.impub. lib.6. ea eſt ratio, quia non eſt prohibitus perpetuò contrahere matrimonium,ſed ſolum durante ætate pupillari, Iacob.Menoch.in d.tractat.& lib.cap.93. num.10. nam natura generare non poteſt,idem Iacob.Menoch.in d.cap.90. nu.3. licet nu.4. referat ex Diuo Gregorio puerum nouem annorum grauidam reddidiſſe nutricem, attamen dicit ipſe non debere eſſe in conſideratione, quia fuit præter naturam, & quod impuberes matrimonium per verba de præſenti contrahere non poſſint, ſed tantum ſponſalia de futuro conſuluit per dictum §.idem quoque,Nauarr.in conſ.2. in tit.de deſponſat. impuber. niſi ſint pubertati proximi, vel malitia, aut potentia ſuppleat ætatem,vt ibi, & prædictis adde Farinac.in deciſ.246.vbi per Rot.Roman. iudicatum refert fuiſſe annullatum matrimonium, ex quo contractum erat cum fœmina minore decem,& maiore nouem annorum, non obſtante cohabitatione,& carnis copula ſequuta; an autem Papa poſſit diſpenſare, vt ambo impuberes, nempè ſponſus, & ſponſa poſſint matrimonium per verba de præſenti contrahere,legatur quæſo idem Nauarr. in conſ.4. in allegato titulo de deſponſat. impuber. & in conſ. ſequ. vbi pro affirmatiua reſpondit, vide eum, quia ſatis eleganter loquitur,& inter magnos Principes Hiſpanos conſuluit. Senex etiam ad coeundum impotens eſt, ſecundum Iacob. Menoch.in tract.de arbitr.iudic. caſ.89. nu. 58. & in d.cap.90. num.5. tamen poteſt matrimonium contrahere, & ita ſeruat tota Eccleſia, vt affirmat Nauarr. poſt Scot. & D.Thomam in dicto conſ.4. nu.15. etiam ſi mulier ſciat virum eſſe aliqua impotentia facti perpetua impotentem, & loquitur Menoch.dicto num.58.in ſene ſexagenario impotente ad generandum, poſt Ariſtot. Coraſ. Tiraquell.& alios,quos refert, ſed Afflict.in conſtitut.conſuetudinem prauam nu.7.refert vidiſſe plures ſenes ſeptuagenarios generare, & vide eundem in conſtitut. poſt mortem nu. 22. & ad fauorem ſeptuagenarij, poſſe nempè generare fuit iudicatum Florentiæ, & Fiuizani, vt refert Caualcan.in deciſ.18.ante nu.7.par.2 quem refert,& ſequitur Franc.Viu. in deciſ.246. nu 6. vbi in fine d.nu.refert Simon.de Præt.in conſ.8.nu.26. & ſeq. vol. 1. conſuluiſſe ad fauorem octuagenarij, addo videndum Silu.Nuptial.lib.2.num.16.fol.160.in paruis,Alex.Raudenſ.de analog.cap.30. num.39. Ex quibus autem cauſis probetur impotentia generandi,& coeundi,vide Maſcard.in tract.de probationib.concluſ. . . . & iterum in concluſ.888. vol.2.& aliqua per Menoch.in d.cap 90.à nu.6. & ſequ. Quæ autem ſint impedimenta matrimonij, & quomodo probentur, vide Maſcard.in d.tract. & volum.concluſ.1033.per totam,& Camill.Borrell.in conſ.89.colum.2. Deciſ.caſ.conſcient.lib.2. cap.85. fol.214. Ricc. In deciſ.9. part.2. inter quæ quando matrimonium fuit metu contractum eſt ipſo iure nullum, ſecundum Abbat. & alios communiter in cap. cum locum de ſponſal. ſatis pulchrè Alex.in conſ.156.per totum vol.5. & conſil. 99.vol.3.Silu.Nupt.in d.lib.2.nu.119. Viu.in opin. 493.num.1.par.2.Fuſc.in ſingul.14.liter.M. Suar. vbi ſupra num.104. & ſequ. Et qualiter probetur matrimonium per metum contractum,& ex quibus coniecturis, vide omninò Iacob.Menoch.in d.tract.de præſumptionib.lib.3. cap.4. per totum, D.de Ponte in conſ.43. Mart.voto 64. Paſchal.de virib.patr.poteſt.par.3.cap.2.nu.1.& ſeq & omninò Ricc.in deciſ.15. par.2. & vide circa matrimonij impedimenta plura conſilia per Nauarr. edita in tit.de conſanguinit.& affinit.à conſ.4. cum ſeq. & in conſ.2.de frigid. & malefic. & ideò Sancta Synodus in ſeſſ. 24. cap. 1. hodie diſponit, quod matrimonia non poſſint contrahi, niſi præcedant debitæ denunciationes in celebrandis matrimonijs factæ à proprio Parocho, vt per d. cap. ſcribit Iacob.Menoch.in d.tract. de præſumptionib. lib.6. cap. 88. ac adhibitis alijs ſollemnitatibus requiſitis, quas denunciationes à Sacro Concilio requiſitas non poteſt Parochus in cõtrahendis matrimonijs prætermittere, vt conſuluit Nauarr. in conſil. 12.in tit.de clandeſt.dĕſpõſat. & multa ponit idem Nauarr.in manual.confeſſor.cap.22. nu.70. & infra. Quæ verò ſint iuſtæ cauſæ remittendi has denunciationes, vide per Menoch.in conſ.69. vol.1. An autem licentia,quam Parochus dat Sacerdoti, vt interſit matrimonio contrahendo iuxta d. cap. 1.requirat ſcripturam, vel poſſit teſtibus probari, Nauarr.in conſil.12. in tit. de clandeſt. deſponſat. conſuluit,dictam licentiam poſſe teſtibus probari, vt ibi. Quid autem ſi matrimonium contrahatur non adhibitis, neque ſeruatis ſollemnitatibus dicti Sacri Concilij Tridentini, ſed ſolum coram Parocho,& teſtibus,an valeat,Nauarr.in conſ.3. in tit. de

de ſecũd.nupt. reſpondet pro validitate matrimonij, ſed Parochus, & teſtes debent, & poſſunt caſtigari, vt ibi per eum, vide tamen eundem in conſil. 11. in tit. de clandeſt. deſpõſat. omninò Guttier. libr. 2. practic. quæſtion. cap. 4. Marc. Anton. Peregr. in tract. de fideicommiſſ. art. 24. num. 54. Quando autem dicatur matrimonium clandeſtinè contractum contra formam dicti Sacri Concilij, legatur quæſo Afflict. in d. conſtit. ſancimus in 1. notab. vbi multa ponit in materia noſtræ concluſionis, Maſcard. in d. tractat. vol. 2. concluſ. . . . & nota, quod licet ſic clandeſtinè contrahatur, reddit tamen filios legitimos, vt poſt Paleot. ſcribit Iacob. Menoch. in d. tract. de præſumptionib. lib. 6. cap. 54. nu. 19. & an prohibitio matrimonij clandeſtini ex dicto Sacro Concilio habeat locum in ſponſalibus clam contractis, Iacob. Menoch. dubitat in d. lib. 6. cap. 93. nu. 12. & de matrimonio clandeſtino multa ſcribit Gratian. lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 212. Item inter raptorem, & raptam, vt in eodem Sacro Concilio, & ſeſſ. cap. 6. & impedientes ne liberè contrahantur ſunt ipſo iure excommunicati, vt in eadem ſeſſione cap. 9. & Maſcard. in tract. de probationib. concluſ. 1031. in fin. vol. 2. & Menoch. in d. cap. 1. nu. 99. & ſeq. Contrahentis verò ſcienter matrimonium in gradu prohibito bona ipſo iure debent publicari per text. in auth. inceſtas C. de inceſt. nupt. Didac. Couarru. de ſponſal. in 2. par. cap. 6. §. 8. nu. 5. & Viu. in opin. 487. à nu. 1. par. 2. D. Vincent. de Franch. in deciſ. 52. nu. 10. & an ſit excommunicatus, vide Borrell. in conſ. . . ſupra allegato; & quando de nullitate matrimonij ſic ſcienter contracti inter affines, vel conſanguineos tractatur, debet cauſa prædicta ad Iudicem Eccleſiaſticum remitti, prout fecit Sacrum Conſilium in caſu d. deciſion. vt refert ibi D. Vincent. ante num. 1. Viu. qui de d. deciſ. meminit in opin. 1057. nu. 2. & 3. quia matrimonij cauſa ſpiritualis eſt, & cognoſci debet per Iudicem Eccleſiaſticum cap. cauſam matrimonij de offic. delegat. cum ſimilibus allegatis per Bellug. in Specul. Principum rubr. 11. §. ſunt, & aliæ fol. 65. à tergo in nouis, Farinac. in tit. de inquiſit. q. 8. nu. . & latiſſimè Surd. in tract. de aliment. tit. 8. priuileg. 10. nu. 6. & debet iudicari ſecundum ius Canonicum cap. final. de ſecund. nupt. vt ibi nu. 7. & tit. 7. q. 29. nu. 13. quia ſpiritualis eſt, vt ſupra, idem Surd. in d. tit. q. 17. nu. 13. vide aliqua in materia per eundem Surd. tit. 1. q. 6. maximè quando quæſtio eſt inter ipſos coniuges, ſiuè de fœdere matrimonij, ſiuè de ſeparatione Thori, ſecundum D. Vincent. de Franch. in deciſ. 36. & alibi per eum, vt ibi addo, puta ex cauſa furoris, vt in caſ. deciſ. eiuſdem Domini 312. Ricc. in deciſ. prima par. 2. & an ex cauſa ebrietatis viri poſſit peti ſeparatio Thori, idem Ricc. in dec. 164. par. 2. vide tamen Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Lucæ 82. num. 1. & 2. & ſupra in concluſ. diuortium, vel in caſu, quo maritus laborat morbo Gallico; vt conſuluit Marc. Anton. Nacta in conſ. 24. videatur idem Ricc. in deciſ. 65. par. 2. vel in alijs caſibus, ſecũdum Campen. in cap. Regni 261. & Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. iudic. caſu 519. & in materia D. Vincent. de Franch. in deciſ. 551. & 36. nu. 3. An filij nati in figura matrimonij, ex quo mulier habebat alium virum, ſecundo viro ignorante ſine legitimi, & naturales, & conſequenter ſuccedant, eſtò quod lis pendeat ſuper ſeparatione matrimonij, idem D. Vincent. de Franch. ſemper memorandus in deciſ. 530. latiſſimè diſputat, & tandem per maiorem partem Dominorum de Sacro Cõſilio fuit pro filio iudicatum fauore prolis, & matrimonij; matrimonium inſuper licet in mortis articulo contrahi poſſit, & ex eo filij legitimentur, Viu. in opin. 492. par. 2. & hoc voluit dicere Anna in ſingul. 337. tamen locum non habet quando matrimonium in fraudem ſubſtituti contrahitur, ſecundum Iacob. Menoch. in d. tract. de præſumption. lib. 4. cap. 83. nu. 7. & Viu. vbi ſupra in fine; & potius præſumitur matrimonium clãdeſtinum, quam adulterium, ſecundum eundem in d. tract. lib. 5. cap. 5. nu. 25. Præſumiturq; matrimonium contraxiſſe in mortis articulo pro ſalute animæ, & non in fraudem ſubſtitutorum, vt legitimaret filios, idem Menoch. in d. lib. 5. cap. 5. num. 16. poſt Felyn. quem allegat in cap. in præſentia nu. 36. de probation. An autem poſſit filia prohiberi à patre ne matrimonium contrahat cum certo genere perſonarum, & licet poſſet dici, quod non, quia matrimonia debent eſſe libera cap. cum locum, & cap. gemma de ſponſal. nec per ſtatutum hoc fieri poteſt, Afflict. in d. conſtit. ſancimus nu. 11. & conueniunt ſcripta per Surd. in d. tit. 1. q. 6. num. 6. vide in pulchro caſu Annam Iuniorem in conſil. 341. Cæphal. in conſ. 319. nu. 29. Iacob. Menoch. in conſ. 425. ſub nu. 4. Ludouic. Peguer. in deciſ. 235. nu. 1. & omninò in deciſ. 204. Thor. in compend. deciſion. fol. 333. tamen Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 350. nu. 3. & poſt nu. 5. tenet talem prohibitionem, modo quo ſupra factam valere in qualibet muliere, & refert ita iudicatum in Sacro Conſilio, ſequuntur Decian. in conſ. . . vol. 1. Craſſ. de ſucceſſion. §. legatum q. 50. poſt num. 3. ibi, aut *verò* Surd. in deciſ. 30. num. 28. & 29. & eſt de *mente* Alex. in conſ. 96. poſt nu. 6. verſ. non obſtat vol. 5. & ex allegatis per ipſum poteſt ad contraria adducta reſponderi, vide ſi conſentiant ſcripta per D. Minadou. in conſtitut. in aliquibus in 6. notab. nu. 17. & ſeq. fol. 140. vide Molinam de primogen. hiſpan. lib 2. cap. 13. & Eugen. in conſ. 18. An inſtitutio facta à patre in perſonam filiæ, ſi nupſerit de conſilio talis ſit valida, vide latiſſimè Mart. in vot. 50. vbi affirmatiuè concludit Morotium in conſil. 97. Vrſill. vbi ſupra nu. 6. & D. Paſchal. in d. tract. par. 3. cap. 2. nu. 2. & 9 vbi diſtinguit. Nota denique pro complemento huius concluſionis, quod ſi matrimonium eſt concluſum non conuenit ab eo recedere, quia eſſet verecundum, dareturq; timor futuri ſcandali, ſecundum D. Vincent. de Franch. in deciſ. 677. nu. 7. & omninò Gabriel. in conſ. 159. vol. 2.

Medicus, qui ſua imperitia, vel negligentia infirmum necat punitur Iudicis arbitrio extra ordinem, ſecundum magis receptam ſententiam teſtatur Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. iudic. lib. 2. caſu 581. vbi Alberic. Florian. Auguſt. de Arimino Rip. Coraſ. & Ant. Vacc. allegat, quia Medici debent eſſe inſignes experti, probatæ artis, & fidei, Luc. de Penn. in l. 3. C. de his, qui morb. ſe excuſ. libr. 10. & Afflict in conſtit. quiſquis nu. 5. verùm corporaliter puniri non poteſt, Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 123. nu. 4. de quo meminit Viu. in opin. 491. in fine par. 2. quibus accedit Anton. Gomez. lib. 3.

de

de delictis cap.3.nu.16.in fine,verſ.idem in Medi-co,vel Chirurgo fol.358 à tergo, Farinac.in 3.vol. q.87. poſt nu. 45. Immò ſi Medicus ex ignorantia male curaret ægrotum,& ipſum derelinqueret ante terminum, nedum ſalario deberet carere, ſed etiam ad ſatisfactionem infirmo teneretur, ſecundum Viuium in loco ſupra citato, per text. in §. præterea,vbi Arct.inſtit.ad leg.aquil.quia imperitia Medici eſt valde periculoſa generi humano, Afflict.vbi ſupra nu.6. Secus ſi dolo malo,ſeú culpa lata ipſius Medici ægrotus mortuus eſt, quia pœna mortis puniri debet, vt poſt Ripam in tract. de peſte in tit.de remed. ad curandum peſtem nu. 34.fol.33.in magnis, ſcribit Iacob.Menoch in loco ſupra allegato num.3. & 4. & itá debet intelligi Aymon Crauet.in conſ.132.num.3.in fine,de quo Baiard.ad Clar meminit in §.homicidium nu.40. Medici enim dicuntur illi, qui alicuius partis corporis, vel certi doloris ſanitatem medicinæ ſanitate, & experimento pollicentur, vt poſt Ripam tenet D.Vincent.de Franch.in deciſ.564 nu.7.Hinc Chirurgus, Medicus appellatur, vt ibi nu 6. qui ſi eſt doctoratus acquirit dignitatem, ex qua nobilis efficitur, vt per eundem D.Vincentium in d.deciſione, qui refert per Sacrum Conſilium deciſum, quod Medicus Chirurgus doctoratus fuit pro delicto per ipſum commiſſo rel. gatus, ad quam relegationis pœnam nobiles relegantur, & condemnantur, vt ibi in fine, qui latiſſimé opinionem iſtam tuetur,& ſi Cæphal aliter teneat, & conſuluit in conſ.61. Hinc Medicus poteſt eſſe ſine doctoratu,& nihilominus poteſt appellari Medicus, vt ſcribit Ripa in d.tractatu, & titulo allegato nu. 8.fol.3 allegat Bart.& Alex.ſequitur D Vincent. in d.deciſ.num.11.licét de Ripa non meminit: verùm Conſtitutio Regni, quæ incipit vtilitatem aliter diſponit, vbi Afflict. nu.7.ſcribit, quod non ſufficit Medico ſe allegare talem, niſi probet ſe à Collegio Medicorum approbatum: excuſatur autem Medicus, qui diligentiam adhibuit in medicando infirmum,ſecundum præcepta artis,Dec.in l.imperitia ff.de regul.iur.eum viſitando bis in die, & ſemel in nocte, ad ipſius infirmi requiſitionem, recipiendo ſalarium caro'eni vnius intus Ciuitatem,extra veró tarenos tres, ſecundum Conſtitut. Regni,quæ incipit,quia nunquam, de qua meminit Viuius in loco ſupra citato nu 6. vellet Deus, vt d. conſtitut. hodie ita ſeruaretur, quia adeó eſt auctum ſalarium Medicorum, quod vix pati poteſt, & multi pauperes infelices ægroti ob impotentiam ſalarij exceſſiui moriuntur, prout iſto anno 1607.dùm hæc ſcribo accidit in hac patria mea Giſonenſi: Medicus enim tenetur gratis medicare pauperes, ſecundum communem opinionem, de qua teſtatur Ripa vbi ſupra num. 99. quem admodum Aduocatus,& Doctor tenetur gratis patrocinare, & conſulere pro pauperibus, Ripa vbi ſupra nu. 100. & multa in ſimili ad fauorem pauperum ſcribit Roland. à Valle in conſ. 87. vol. 2. Eſt bene verùm,quod nec Medicus,nec Aduocatus regulariter tenentur mederi, & gratis patrocinari, vt per Ripam in ſæpius allegato loco nu. 93. & ſeq. nam multi infirmi auxilio Medicorum ſanantur,qui alias morerentur, Ripa in d.loco nu.1. allegat cap.fin.de pœnitent diſtinct.7.Camill.Borrell.in conſ.71. nu.7. Quid ſi Medicus eſt ſalariatus per annum ab aliqua Ciuitate, vel Terra, moritur infra tempus anni, an debeat habere integrũ ſalarium,& ius petendi illud ad heredes tranſmittit, & dicendum eſt, quod ſic, vt eleg inter conſuluit Ioan.Cæphal.in conſ.70.& ſeq vol.1.poſt Rip. in d.tract. & tit. quem cum alijs allegat, quia ſalarium datur Medico,non ſolum pro labore,ſed ob probitatem ſcientiæ, & intellectus, prout eſt in Aduocato per theoric. Bart.in l.1.§. Diuus ff.de var.& extraordin.cognit. & d. Ioan.Cæphal.meminerunt Viu.in opin 201.nu.4. par.1. ſecundum nouiſſimam impreſſionem, Paul. Fuſc. Epiſcop. Rauellenſ. & poſtea Sarnenſ. in ſingul. 2.liter.S.& Suar.in ſuis opin.liter.M.nu.240 & ante eos ita ex Noſtratibus per dictam theoricam Bart.reſpondet in facti contingentia Robert.Marant.in conſil.59. adde videndum Coſta in tractat.de port.rat. q. 4 quod annis præteritis habui in facto,& ſecundum opinionem prædictorum conſului ad fauorem heredum Art.M.D.Donati Talieueni,contra Vniuerſitatem Ciuitatis Troiæ,& conſilio meo ſe ſubſcripſerunt Aduocati dictæ Ciuitatis, & Neapolitanis & eſt Medici ſalarium adeó fauorabile, quod pro eo competit Medico hypotheca, & inter funeris expenſas connumeratur, ſecundum D.Vincent.de Franch.in deciſ.51.vbi addo,nam Medicorum ſalario iuſtior eſt, quam aliorum profeſſorum l. 1. §.Medicorum ff. de var. & extraordin. cognit. & ideó ſcribit Bald.in l.1. nu.3. C. mandat., quod pro ſalario Medici magis eſt ei fauendum, quam pro ſalario Aduocati,quem refert Magon.in dicta deciſ.11. nu.1. & nihilominus Doctores, ſeú Aduocati pro eorum patrocinio, & ſtipendio habent tacitam hypothecam cum priuilegio prælationis, ſicut dos, vt poſt Angelum ſcribit Ripa in l.1. nu. 139. ff. ſoluto matrimonio, ſequitur Petr. de Lenaud. in tractat.de priuileg.Doctor.§.17. Gratian. lib.1.diſcept.forenſ.cap.57.in fin.& lib.2.cap.257. col. 2. Imó pro patrocinio præſtito obligatur feudum,vt poſt alios, quos allegat tenet Anna in ſingul.203. nam priuilegia conceſſa Doctoribus cõprehendunt etiam Aduocatos,quia nõ minus militant, quam illi, qui gladijs, & clipeis nituntur, l. Aduocati C.de Aduocat. diuerſ.Iudic. Guid.Pap. in deciſ.88.num.2. & iterum in deciſ.388.nu.2.& vtrobique de materia conferunt ſcripta per Grammatic.in vot.1.ante nu.8.Iaſ.in l.ad perſonas num. 10.ff.de iureiurand.& Alex in l.Centurio,maximè nu.17.ff.de vulgar.& pupillar. Quod Medici ſalarium ei quoque debetur,cui alimenta debentur, ſi infirmus ſit,& Medico vtatur,ſecundum Surd.qui infinitos ad id citat in tractat.de aliment. tit.4. q.5. nu.3 vbi idem affirmat in medicina præſtanda ei, cui dicta alimenta debentur, quaſi ſine eis homo viuere non poſſit,per text.in l.quos §. verbum viuere, iuncta l.victus ff. de verbor. ſignificat. vt ibi nu.1. quia medicinæ dicuntur pars alimentorum ibi num.18.quæ ſi pauperibus pro eleemoſyna debentur ei quoque præſtari debent, qui etiam ſua culpa incidit in paupertatem, ſecundum Gloſ. in cap. ſicrorum in gloſ. final. 12.q 2. cum alijs allegatis per Sard. in loco ſupra citato, licet hoc ſit apud Doctores controuerſum, vt eſt videre apud Borrell.in d.conſ.71. ſupra allegato à nu.5. Item ſi Medicus conductus ab aliqua Ciuitate,vel Terra per annum,ſi eo finito medicat, & medelas cõ-

tinuat vt prius, cenſetur tacitè reconductus, quia opera Medici comparatur prædio ruſtico, cum magis eius opera indigeamus tẽpore æſtiuo, quam hyemali ob morborũ pluralitatem, vt poſt Corn. Soccin. & Maſcard. oſtendit Iacob. Menoch. de præſumptionib. lib. 3. cap. 85. num. 16. 17. & 18. vbi idem dicit, & locum habet in Aduocato, accedit Stephan. Gratian. in deciſ. 119. nu. 3. Cæphal. in conſ. 71. nu. 9 licet in Medico aliter teneat Rip. in loco ſupra allegato nu. 123. & ſeq.

Melioramenta extimantur, & debentur, non quantum res fuit meliorata, ſed quantum fuit impenſum, & meliorata, vt docet Capyc. in deciſ. 93. nu. 9. ſequitur Neguſant. in tract. de pignor. in 4. mẽbr. 5. part. nu. 11. vbi dicit duo copulatiuè requiri, videlicèt, quod ſit impenſum, & quod res ſit meliorata, ſuadens de hoc eſſe text. cum gloſ. cum qua alij tranſeunt in l. in fundo ff. de rei vendicat. ſequitur Maſcard. in tract. de probationibus concluſ. 1039. vol. 2. num. 10. Flamin. Cartar. in deciſ. Genuę 72. num. 14. & ſequ. Rot. Lucæ in deciſion. 82. verſic. ratio fol. 122. qui omnes admonent Aduocatos, vt ſint cauti in articulando, & probando melioramenta prædicta, vt deducant, quod tantum eſt impenſum, & res meliorata, quibus aſſentiunt Surd. in tract. de aliment. tit. 6. q. 8. num. 19. Marc. Anton. Peregrin. in tract. de fideicommiſſ. art. 49. nu. 70. & Stephan. Gratian. in deciſ. 225. nu. 4. Quod autem tempus ſit attendendum circa meliorámentorum ſolutionem, nempè tempus, quo facta fuerunt, vel tempus reſtitutionis, vide D. Vincent. de Franch. in deciſ. 109. vbi alios allegaui in additionibus meis, quibus nouiſſimè addẽdi ſunt Iacob. Menoch. in tractatu de arbitrar. Iudic. caſu 258. à num. 61. cum infinitis ſequentibus in additionibus nouis, Surd. in loco ſupra citato num. 18. & iterum quæſt. 11. num. 41 Rota Lucæ vbi ſupra, Addentes ad Theſaur. in deciſ. 251. & Stephan. Gratian. in dicta deciſ. 225. num. 18. & ſequ. Quando autem exceptio melioramentorum impediat executionem ſententiæ, vel non, recurre omninò ad D. Vincent. de Franch. in deciſ. 112. nu. 16. vbi alios addo: an autem ſi aliquis, qui melioramenta fecit in fundo, vel domo conueniatur hypothecaria, an liberetur offerendo rei extimationem, eſtò quod extimatio fuerit minor debito, & quod tempus attendi debeat, vide omninò eundem D. Vincent. de Franch. in deciſ. 38. in 2. concluſ. cum his, quæ ibi addo, & Vrſill. in d. deciſ. Afflict. 87. nu. 6. & infra in concluſione valor in fine. An emptor ſciens recuperet meliorationes factas in re ſubiecta fideicommiſſo ſcienter empta, vide text. in l. final. §. emptor C. commun. de legat. & omninò Peguer. in deciſ. 104. An meliorationes factæ in ſpallerijs ex mirto, melangolis, roſis, & ſimilibus in viridarijs ſint reficiendæ, vide Seraph. in deciſ. 986. quando verò meliorationes debeant cum deterioratione compenſari, vide Coſta de port. rat. q. 134. Sed an poſſeſſori, qui condemnatus ad reſtituendum, vel relaxandum rem, melioramentorum exceptionem non oppoſuit, ſed paſſus eſt rem à ſe euinci, competat iuris aliquod remedium, per quod ei ſuccurratur pro dictorum melioramentorum recuperatione, Theſaur. Iun. lib. 1. quæſtion. forenſ. q. 39. dicit, quod inſpecto iuris rigore nullum ei competit remedium, quia ſolum ei ſuccurrebatur per exceptionem, quæ cum perpetua non ſit, ſed temporaria, donec poſſidet nullo modo condicere poteſt, ad text. in l qui perpetuam ff. de condict. indebit. & in materia melioramentorum vltra Iacob. Menoch. in tract. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. à nu. .cum ſeqq. videndi ſunt Decian. in conſ. 28. vol. 2. Ioſeph Ludouic. in deciſ. Peruſin. 24. 34. & 58. Maſcard. in ſupra allegata concluſione, Viu. in opin. 495. & ſeq. par. 2. Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 87. nu. 3. & deciſ. 201. Menoch. in addit. ad d. caſ. 258. poſt Marc. Anton. Peregrin. omninò in d. art. 49. Stephan. Gratian. in d. deciſ. 225. Caualcan. in repertor. deciſ. par. 1. in verb. melioramenta fol. 65. & in deciſ. 32. part. 2. Flamin. Cartar. in d. deciſ. 72. poſt Pinell. in l. 2. par. 2. cap. 3. fol. 315. in paruis C. de reſcind. vendit. Stephan. Gratian. in deciſ. 7. col. final. Seraphin. in deciſ. 898. & infinita cumulat Coſta in tract. de port. rat. q. 81. vbi pluries allegat D. Vincent. de Franch. quando meliorationes debent cum deterioratione compenſari, vide Coſta de port. rat. q. 134.

Mercatoris ſtatus verſatur in magno periculo, & diſcrimine ſalutis æternæ, ſecundum Stracch. in tractat. de mercatur. nu 5. fol. 33. in paruis à terg. quia nunquam Deo placere poteſt, Afflict. in conſtitut. mercatores nu. 4. ex quo negotiatio exerceri non poteſt abſque mendacio, & periurio, Silu. Nuptial. lib. 5. num. 50. fol. 539. Tiraquell. in tract. de pœn. cauſa 51. num. 142. ita vt de eorum ſalute ſperandum ſit, vt ibi; meminit D. Rouit. in pragmat. 1. nu. 2. in tit. de mercatura, & mercatura eſt prohibita omnibus Officialibus, ac etiam Actuarijs, vt per D. Rouit. vbi ſupra, & Stracch. vbi ſupra nu. 8. qui in fine inquit, quod domus mercatoris debet eſſe veritatis, & æquitatis, poſt Alex. in conſ. . . vol. 5. & vide multa per Afflict. in loco citato; qualiter autem probetur aliquem eſſe mercatorem, vide Maſcard. in tract. de probationibus concluſ. 1039. vol. 2. poſt Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 4. des droict §. 1. in text. ſi cll. n. eſt merca. fol. . . & Viuium in deciſ. 517. Mercator verò, aut alius, cui pecunia fuit data ad negotiandum, ad lucrum, & de lucrum debet omni anno rationem reddere, atque damnum infra annum denunciare, ſecundum Bart. in l. 2. C. de naufrag. lib. 11. ſequitur Marant. ſeu Foller ad ipſum in 6. par. actu 6. num. 71. poſt Cappell. Tholoſan. in deciſ. 447. & Anna in ſingul. 381. qui in animalibus refert iudicaſſe contrarium, ex quo fuit notorium, vt ipſe dicit, & latiſſimè Maſcard. in tract. de probationibus concl. 272. nu. 11. vol. 1. vbi refert aliquos Doctores tenere contrarium, inter quos eſt etiam ipſe, & vide Roman. in ſingul. 121. cum addition. Mercatores an teneantur exhibere librum rationis, quem ipſi faciunt pro eorum inſtructione, qui alio nomine quinternectus nuncupatur, & aliter fidem non facit, nec probat, ex quo eſt quodam memoriale, ſecundum Bald. in rubrica de conſtit. pecun. nu. 14. verſ. ſi autem non eſt, meminit Iacob. Menoch. in conſ. 23. nu. 16. vol. 1. & Borrell. in conſ. 66. nu. 10. & concludendum eſt, quod non teneantur ad dictam exhibitionem, vt tenet idem Iacob. Menoch. de arbitrar. Iudic. caſu 499. nu. 65. & 66. in addition. nouis, vide Genuam hic allegatum fol. 196. & ſeq. vide tandem Flam. Cartar. in notab. & breui deciſ. 112. Farinac. in deciſ. 235. 237. & 241. Borrell.

rell.in conſ.82. in fine, & Menoch.qui ſupra num. 57.& ſeq. Mercator verò,qui mutat ſignum mercibus falſum committere dicitur, & falſi pœnæ tenetur, atque puniri debet, Decian. in conſ. 108. nu.74 & 88. vol.2. allegat Felyn.in prohem.Gregorian. nu. 34. An mercator cogi poſſit ad exhibendum librum in aliu loco,quàm domicilij, vide Magon.in deciſ.Lucæ 5. num.14. & Genuam de ſcriptura priuata lib.4 fol.254 nu.155.& ſequ. vbi nu.157. penit practicam poſt Magon. vbi ſupra nu. 15.

Meretrices debent expelli ab honeſta vicinia, omneſq; aliæ mulieres, & perſonæ inhoneſtæ viuentes,ſecundum D.Vincent.de Franch.in deciſ.316. vbi in additionibus meis enumero perſonas expellendas, & ad ibi addita me remitto; ampliaturq; concluſio iſta procedere etiam quoad lenones,qui expelli debent.ſecundum Luc.de Penn.in l.4. col. 2. verſ.& ſic facit,& in l.final. in fine C. de ſpectacul. lib. 11. de quo memini in dictis additionibus meis ad dictã deciſionẽ,& multa contra has meretrices ſcribit Iacob.Menoch.in tract.de arbitr.Iudic. caſu 535. Fallit tamen concluſio iſta, quando meretrix habet virum, quæ ipſo inuito expelli ab honeſta vicinia non poteſt,niſi ipſe ſit vilis, & leno vxoris, ſecundum eundem Menoch. loco citato nu.19. quæ autem dicatur meretrix, vide D. Vincent.de Franch.in deciſ.68. vbi alios addo, & inter alios Menoch. vbi ſupra à num.2. cum ſequ. & ad principalem concluſionem adde D.Paſchal.de virib.patr.poteſt.par.2.cap.10.

Metus debet in ſpecie probari in eo contractu,quem aſſerit aliquis feciſſe ex metu,verberibus, vel cruciatu corporis,vt in caſu Afflict. in deciſ.246. vbi Vrſill.ſequitur,& ſatis pulchrè Minadou. in conſ. 28.maximè nu.4.Anna in allegat.114. nu.4. in fine,& in ſingul.341. quibus accedunt Marcell.Calà in tract.de mod.articul.nu.219. cum ſequentib. fol.89.Morot.in conſ.75.Seraphin.in deciſ.771.& bene Honded.in conſ.29.à nu.21. cum infinitis ſequentibus.Thor.in compend.deciſion. fol.275. in nouis. Qui metus præſumitur durare durante eadem cauſa metus, vt poſt alios concludit Cacheran.in deciſ.179.nu.12. vbi ſatis notabiliter loquitur, ſequitur Anna tàm in dicta allegatione nu.4. quàm in dicto ſingul.341.in medio,Morot.qui ſupra, Seraphin.in d.deciſ.771. nu.8. 851. 863. 881. & 837.aſſentiunt Vrſill.vbi ſupra nu.6. Minadou. in d.conſ.28. nu.9. Camill.Salern ad Napodan.in prohem.conſuetud.Neapol verſ.ſic metus fol.48. in nouis, Burſat.in conſ.72. nu.27.& 28. volum.1. Maſcard.in tract.de probationibus concluſ.1053. nu.14. & 36.vol.2.Rota Auemon.in deciſ.113.nu. 4. Iacob.Menoch.in tract. de præſumptionib lib. 3.cap.126.nu.28.& ſatis pulchrè Gamma Luſitan. in deciſ.346.nu.3. D.Theſaur.Iun. in q.51. nu.19. verſ. noua eſt par.1. & Thor. in d.compend. deciſ. fol. 119. probaturq; præſumptionibus, & coniecturis Plot.in l.ſi quando §.3.nu.12. C.vnde vi. Iacob.Menoch.de arbitr.Iudic.caſu 136.Vrſill.loco citato num.3.Anna in d.allegat.114.nu.1. Cacheran. in allegata deciſ.179. num. 1. cum ſeqq. Maſcard.in d.concluſ.nu.3.& ſeqq. Surd.in deciſ.194. num.23. & Gamma in loco citato, Theſaur. in d. quæſt.nu.22.vſque ad fin. poſt Afflict. & Vrſill. in deciſ.335. probaturq; per vnum teſtem de viſu, & multos de fama,Bald.in conſ.102.vol.4. qui metus licet regulariter non præſumatur, ſecundum Maſcard.vbi ſupra num.1. qui concordantes citat,tamen ſi contractus, vel alius actus eſt factus à perſonis reuerentiam debentibus,puta à filijs erga patrem,vxore erga maritum,vel alijs reuerentiam debentibus concurrentibus minis præſumitur per metum factus,& venit reſcindendus,atque annullandus, ſecundum Ann.qui concordantes allegat in ſæpius citata allegatione nu.2. cui addo Roland. à Valle in conſ.95.num 30 vol.1.Viuium in opin. 500.nu.2.par.2. Plot. vbi ſupra nu.14. & Salern.in loco ſupracitato in addition.quę incipit vis,& metus,verſ.ad prædicta autem, quibus accedunt Maſcard.vbi ſupra nu.15. & 17. & ſeq. Suarez in ſuis opinion. liter.M. nu.150. & Fab.Anna in conſ.73. nu.16.Morot.in d.conſ.& Verall.in deciſ.223.par. 2.Molina de primogen hiſpan.lib.2.cap.3.nu.9. & ſeq.Alex.Trentacinqu.in conſ.35.nu.2. vol.1. videatur in notabili caſu Roderic.Suar. in ſua allegat.24. per totam, qui multum notabiliter loquitur, & in titulo del pleitos fol.604. in paruis. Hinc præſumitur metus ex ſola læſione ſubſequuta inter prædictas perſonas,ſecundum Iacob Menoch. in dicto caſu 136. nu.9. & Minadou. in conſtitut. in aliquibus in 3 notab.nu.7. D.Vincent.de Franch.in deciſ.119.nu.5. & Anna in allegat.88. in fin. Theſaur. qui ſupra nu. 28. & Molinam qui ſupra nu.13. & ſi idem Iacob.Menoch.in d.caſu num.8. teneat metum reuerentialem ex ſola maioris præſentia præſumi, & probari, ſi modo ex Iudicis arbitrio ſit, vt probabiliter metus dici poſſit, vide tamen Cacheran.in d.deciſ.179.nu.5.& ſequ. Qui reuerentialis metus conſideratur etiam in matre, & patruo, vt ſcribit Anna in ſingul.340. an conſideretur in fratre, & licet Capyc. in deciſ.159. nu. 35. teneat, quod non, ſubdens non vidiſſe Doctorem hoc dicentem, & D.Lanar.in conſ.44. nu.30. dubitet, tamen Franc.Aret.in conſ.24.nu.6.affirmatiue reſpondet dari,nempè metum prædictum in fratre,quem refert, & ſequitur Anna in ſingul. 339.vbi alios ad id citat, ſubditq; Carol.Ruin. allegatus per Ann. in conſilijs ibidem relatis, quod ita fuit conſultum à Soccin.Caccialup.alijſq; Doctoribus,quibus accedunt Tiraquell. in tract.de primogen.in præfat. num.143. Menoch.in d.caſu num.6. vbi de Aret.meminit, & iterum in conſ.1. num.492. & ſeq.volum.1. vbi exornat, Fab.Ann. in dicto conſil. 73. num. 15. & ſentit D.Vincent. in dicta deciſ.119.num.5. Nota tamen,quod ſcribit Bald.in l.1.col.final.C.de bon.matern.loquendo de metu reuerentiali, quod ſilentium filij ob patris reuerentiam reputatur contradictio, refert, & ſequitur Iaſon in §.quadrupli nu.64. inſtit.de action. Alexand.ad Bart.in l.1.§.quæ onerandæ ff. quar.rer.act.non det.& Maxill.in conſuetud.Bar. fol.215.nu.151.& Cacheran.in ſæpius allegata deciſione nu.10. & confert Afflict. in d.deciſ.58. nu. 3. An autem metus noceat tertio, qui ignorauit illum fuiſſe commiſſum, vide Vrſill. in allegata deciſ.246.& 263.quod ſic, & an ſufficiat querela, ſeù conqueſtus illius, cui fuit metus incuſſus pro annullatione contractus, vide Vrſill. in deciſ. Afflict.69.& Surd.in d.deciſ.194.nu.19. & in materia metus vide Dec.& Cagnol.in l.in omnibus ff.de regul.iur.Fab.Anna in d.conſ. & in addit. ad d.al-

legat.

Digitized by Google

legat.ſui Genitoris, Maſcard. in d. concluſione, Burſat.in d.conſ.72. Menoch in d.tractat.de præſumptionibus in d.cap.126.& cap.4. eod. lib.3. & caſu 135.Borrell.in conſ.4 à nu.37. cum ſeqq. Ioſeph.Ludouic. in deciſ.Lucæ 18. Surd.in deciſ.ſupra allegata à nu. 23. cum ſeqq. D.Tapia in auth. ingreſſi fol.114. & ſequ. aliqua per Iaſ. in d.§.quadrupli, & multa cumulat Mangrell. ad Bart. in l. interpoſitas C. de tranſact. & nouiſſimè Mart. in vot.64.& Theſaur Iun. in ſæpius citata quæſtione: metus etiam conſideratur in ſorore vidua donante dotes eius fratri, vt reſpondet Decian.in conſil. 30.nu.12. vol.4. & in alijs puellis ad effectum ſucceſſionis,& ad annullandum inſtrumentum donationis, Seraphin.in deciſ.1128. allegat Soccin.in conſ.263.vol.2.& ſubdit leuiores probationes ſufficere Pariſ. conſ.64. vol. 4. Morot. in d.conſil.& Verall.in deciſ.223.par.2.

Militibus à ſubditis hoſpitatio tantum debetur.& nihil aliud debet ipſis præſtari l. deuotum , vbi Luc. de Penn.C.de metat. lib.11. quia nullum omninò alium quæſtum , quàm ex Imperiali munificentia ſperare debent, Roland.à Valle in conſ.68. nu.58. vol. 1. nam de eorum ſtipendijs viuere debent , vt ibidem per Roland.num.57.Theſaur.Iun in q.93. nu.6.par.1. D.Paſchal.de virib.patr.poteſtat. par. 3.cap.3.nu.30. & ibi de materia præſentis concluſionis,licet dicat, quod hodiernis temporibus malè, & peſſimè per eos ſeruatur, ex quo nihil eis debetur;tamen volunt lectos,culcitras,& alia vtenſilia,confectiones,& alia vtilia,& ſi illa conſequi nõ poſſunt rapiunt,& extorquent, vt ibi per Roland. & infinita cumulat pro confirmatione noſtræ cõcluſionis Ioan Grand.de bello exul.fol.113.& 114. vbi fol.115.ſubdit, quod nec de hoc ſunt contenti, ſed recactant patronos , tentant violare mulieres , & alia deteriora committunt, quæ incompatibilia ſunt; ſolentq; ob eorum ſuperbiam,& malos mores tumultuare populos, prout accidiſſe refert Io. Grand.in dicto fol.115.in quibuſdam Terris Prouinciæ Aprutinæ , & adde videndum Parid. de ſyndicat. in verb. excedunt milites ſol.  .in partis. Eſt benè verùm, quod militibus debetur ſtipendium tempore,quo reperiuntur infirmi,& infirmitate durante,& etiam pro tempore, quo captiui apud hoſtes reperiuntur,Surd.in tract.de aliment.tit.1.q.76.nu.4.& 5. vbi multa alia ponit; & refert pro confirmatione præſentis concluſionis , ſcio quod loquor : quia milites multa delicta , & crimina committunt , committereq; ſolent, quæ ſubſtantialiter reaſſumit Tiber. Decian. in tractat. criminali lib.7,cap.15 tom.2.fol.97.& ſeq. & Petr. Caball. qui eodem ordine vtitur in 3. centur. cap. 294. à nu.104. cum ſeqq. inter quæ ſi miles deſerit militiam l.deſertorem iuncto §. deſertor ff.de re milit. aut ſtationis munus nempè præſidium, quia eſt pluſquam emanſor pro modoq; delicti puniri,& caſtigari debet d.l. deſertorem §.qui ſtationis munus,Iacob.Menoch.in conſ.107. nu 16. & Decian. qui ſupra , vel qui deſiſtit ab excubiatione Præſidis,aut cuiuſuis Præpoſiti l.3.in §.ſi Præſidis, & l.qui excubias ff.eodem, Caball.loco citato nu. 113. Item alia delicta committunt, de quibus in l.3.per totam , & l.qui cum vno per totam ff. allegato titulo : quibus autem pœnis deſertores militiæ puniantur, vide Marc.Anton.Eugen. in conſ. 23. & Caball.in d.cap.294.nu.164. & ſeq. D.de Ponte hic allegat. num. 5. & quomodo puniri debeant Capitanei , qui ſtipendia militum fraudant , vide text. in l. 2. verſ. ſi vſurpauerint C. de offic. Præfect.Prætor. Afr. & D.Rouit.in rubr. de militib.nu.5. in nouis. Hinc inferri poteſt ad Caualla ſios deputatos ad cuſtodiendum mare noctis tempore ob inimicorum inuaſionem,aut ad Cuſtodes Turrium , ſeù Arcium , qui ſi dormiunt, & damnum aliquod euenit , vel captiui aufugiunt puniri debent,quia tenẽtur ratione officij ob mercedem, quam recipiunt,iuxta gloſ.in l.cura ita in §.ſpecies per illum textum ff. de legat. 2. & notanter ſcribit Luc.de Penn. in l.quicumque col.3. verſ. hæc omnia,& col.penult. C.de exact.& executorib.lib.12. meminit , & clarius proſequitur Caball. in d.cap. 294.nu.282.283. 284. & ſequ. & ſubdit Luc.de Penn. vbi ſupra , quod etiam tenentur de damnis ab inimicis magna vi illatis ratione officij,& mercedis, vt ſupra, licet ſomnus ſit accidens naturalis, cui reſiſti non poteſt, quia ſemper quis non poteſt vigilare , nihilominus nõ excuſatur ex notatis per Bald. in l. 3. in §. cognoſcit ad finem ff. de offic. Præfect. Vigil. quem allegat Caball. vbi ſupra, infertur etiam ex his ad birruarios , quibus data eſt cura conducendi captiuos ad aliquem locum , ſi per incuriam,aut ſomnolentiam aufugiunt grauiter peccant,& puniri debent,quia cuſtodibus præceptum eſt, vt vigilent, debentq; ſcire quid oportet eos facere,Caball.loco ſæpius citato num. 281. Milites veró dicuntur non ſolum Nauarchi , & Trierarchi claſſium, ſed etiám omnes remiges, & nautæ,qui in claſſibus deſeruiunt l. 1. ff. de bonor. poſſeſſ.ex teſt.milit.del Caſtillo.in deciſ.105.nu.6. vbi num.7.ſcribit, quod militare etiam dicuntur, qui circa latus Principis aliquam dignitatem gerunt,allegat multa iura, vt ibi per eum, inferq; ad milites veteranos, & eos, qui vulgo *trattenuti* nuncupantur, & de immunitate, quæ eis competit, & D.Maſtrill.in deciſ.173.Caſtill.in deciſ.103.& D. Paſchal. in loco citato , & de militibus , qui vulgo auenturerij appellantur, vide D.de Ponte in dicto tractatu fol.507.Habentq; milites prædicti eorum proprium Iudicem , quando delictum militare committunt , de quo in l.magiſterio C. de iuriſd. omn. iudic. D. de Ponte de poteſtat. Proreg fol. 507.nu.6. ſed videndus eſt D.Vincent. de Franch. in deciſ.88.cum ibi additis per me,nam in caſu deciſ.prædictæ delictum commiſſum per illum Capitaneum triremium non fuit militare, ſed commune, prout ſic deciſionem prædictam referunt , & approbant Caball. & del Caſtillo in locis ſupra allegatis, ille nu.272.& 277.& ſeq. iſte nu.8.& vide D. Rouit. in pragmatica vltima de militibus. An liceat Capitaneo impunè occidere militem , à quo offenditur , vide Eugen. in conſ. 22. & Farinac.in conſ.4. & quando milites gaudere debeant priuilegijs militaribus,& quid de militibus noſtri temporis vide D.de Ponte in d. tractatu fol. 343. á nu.32.& ſeq.& D.Paſchal. vbi ſupra nu.35.

Minor,qui in contractu ſe eſſe maiorem aſſerit,licet excludatur à reſtitutione in integrum , tamen à nullitate contractus non excluditur ſecundum deciſion. Rotæ Bononienſ.47. ad finem, ſequitur Viu.in opin.796.nu.25.& 26.par.2. & in deciſ.  nu.7.Rot. Auenion.in deciſ.73. nu.6. & ſeq. Sfort. Odda

Digitized by Google

Odd. in tract. de reſtit. in integr. part. 1. quæſt. 24. artic. 4. à num. 24. cum ſeqq. qui ad partes diſputat, & hanc opinionem magis communem dicit Mãdoſ. in conſil. Roman. 12. litera E. Stephan. Gratian. in deciſ. 234. num. 3. 16. 17. Mart. in voto 25. num. 9. & in voto 140. & Surd. in tract. de aliment. tit. 7. quæſt. 37. num. 39. Euerard. in loco à vi iuramenti num. 87. fol. 858. Oddus Sfort. de reſtit. in integrum quæſt. 24. tit. 4. num. 24. & ſeq. verum, vt minori competat reſtitutio in integrum non ſufficit probare ſe eſſe minorem, ſed debet etiam probare ſe fuiſſe læſum in contractu, vel alio actu per ipſum facto, ſecundum Guid. Pap. in deciſ. 141. & ſeq. Viuius ſatis pulchrè in opinion. 504. part. 2. Sfort. Odd. in dicto tract. part. 1. quæſt. 4. artic. 1. licet in quæſt. 36. artic. 6. contrarium voluerit, & malè Theſaur. Iun. libr. qq. forenſ. quæſt. 34. num. 30. poſt Morot. quem allegat, & Maſcard. in tract. de probation. concluſ. 1058. à num. 1. & ſeq. vol. 2. vbi ſcribit, quod minor debet probare ipſum contraxiſſe tempore minoris ætatis, & quod fuit læſus, & iterum in concl. 1273. vol. 3. quibus accedit Roland. à Valle in conſ. 53. in vlt. dubio volum. 2. & conſil. 10. per totum volum. 4. Oſaſc. in deciſ. Pedemont. 158. num. 13. poſt Alex. in conſil. 21. num. 6. volum. 1. Carau. in rit. 72. nu. 5. Viu. in deciſ. 437. num. 5. Marcell. Calà in tract. de modo articul. nu. 184. cum ſeq. Stephan. Grat. in deciſ. 196. num. 16. & ſeq. Ioſeph. Ludouic. in ſuis opinion. concluſ. 49. vbi de communi teſtatur quam tamen dicit in actu practico non ſeruari, quia ex ſola minori ætate nullo alio docto conceditur, & fatetur, ita ſeruaſſe in Prouincia Anconitana, Vmbriæ, in Rot. Lucæ, Florentina, & Senenſi, atque in alijs locis ſic ſeruari teſtatur, quem in hoc reprobat nominatim Viu. in d. deciſ. 437. num. 6. & Stephan. Gratian. in deciſ. ſupra allegata num. 17. Poteſt tamen procedere opinio, & obſeruantia Ludouici in illis Curijs, in quibus ipſe fuit Iudex, & verſatus eſt, ex dictis per me ſupra in concluſ. ius congrui, vide ad prædicta Capyc. in deciſ. 109. num. 8. 10. Mangrell. ad Bart. in l. 1. in §. nunciatio ff. de nou. oper. nunc. & Muſcatell. in praxi Sacr. Conſil. in gloſ. in integrum col. 2. vide de veritate D. Rouitum in pragm. curſu dilationum num. 25. in notis, ſed quid ſi minor factus maior alienationem tempore minoris ætatis nulliter factam ratã habuerit, an poſſit illam retractare, text. in l. final. vbi gloſ. in verbo comprobauerit C. ſi maior fact. alienat. &c. dicit quod non, ſi infra quinquennium minor non ſit conqueſtus, & ita reſpondit Alex. in conſil. 117. num. 2. vol. 5. ſequitur Antonius Gabriel. qui alios citat in tit. de minor. concluſ. 4. nu. 1. Viſill. in deciſ. Affl. 249. num. 9. & ſeq. Caualc. in tract. de tutor. & curator. num. 146. verſic. at ſi res minoris, latiſſimè omnium Octau. Simoncell. in tract. de decret. libr. 3. tit. 9. in primo caſu fol. 158. à terg. Viu. in d. deciſ. num. 9. & D. Vincent. de Franch. in deciſion. 35. num. 5. vbi addo D. Rouit. in pragm. de titul. abuſu nu. 114. vide Surd. in cõſ. 49. nu. 29. quę tamen opinio, & concluſio procedit, & intelligitur quãdo alienatio eſt facta titulo oneroſo, vt ſupra allegati DD. fatentur, ſecus ſi titulo lucratiuo puta donationis eſſet facta, quia tũc alienatio ratihabitione tacita ex lapſu decem annorũ conualidatur d. l. fin. ad fin. per quam ita tenet Capyc. in deciſ. 92. num. 2. Gabriel. & Caualc. in locis ſupra allegat. Octau. Simoncell. qui alios refert in d. tit. 9. vel ſic. ſecundus caſus fol. 159. & Viu. in d. deciſ. num. 10. prædicta tamen procedunt, quando contractus ex vna parte nempè minoris fuit inualidus, & eo volente valet ex tunc, ſecundũ Intrigl. qui infinitos ad id citat in ſing. 1. nu. 2. ſecus quando ex parte vtriuſque contrahentis contractus eſt nullus, quia ſubſequens ratificatio non confirmaret illum ex tunc, ſed ex nunc, & ita notabiliter iudicauit Senat. Mant. vt refert doctiſſimus Surd. in deciſ. 245. vbi reprobat in ſpecie Alex. in conſil. ſupra citato nu. 2. & Surd. refert, & ſequitur Intriglio. in d. ſingul. num. 5. vbi alios allegat, nam contractus prædictus dicitur nouus, & nouus atque ſimultaneus conſenſus requiritur, ſecundum eundem Surd. in deciſ. 70. in ſecundo dubio, meminit & ſequitur idem Intrigliol. loco citato nu. 7. 8. Et quot modis ratificatio huiuſmodi contractus, vel actus nulliter geſti fieri poteſt, vide Caualc. in d. tract. de tutor. num. 147. omninò D. Rouit. in loco citato, nempè per receptionem pretij, Item quãdo adultus petit à tutore, vt reddat rationem adminiſtrationis allegat deciſ. Auen. hic allegatam, diſpoſitio vero d. l. fin. ſupra allegatę locum habet quãdo alienatio, ſiuè contractus factus eſt à minore, cum cõſenſu curatoris, vel à tutore, ſiuè curatore nomine pupilli, ſeù minoris abſque ipſorum præſentia, vt tenere videtur Capyc. in d. deciſ. 92. quẽ ſic refert, & ſequitur Caualc. in loco ſupra citato poſt nu. 146. verſic. quę lex finalis, & in alijs duobus caſibus notatis per Molſeſ. in conſ. 4. num. 38. poſt multos ibi per eum relatos; Item diſpoſitio d. l. fin. non habet locum quando dolus interuenit, vt ſatis pulchrè ſcribit Oſaſc. in deciſ. 179. nu. 13. & Gabriel. in d. cõcl. 2. nu. 8. Anna in ſing. 525. vbi addit. deciſ. Rotę Auenion. 59. nu. 8. & pariter non habet locum in pupillo alienante, ſecundũ Iacob. Menoch. in conſil. 29. nu. 50. vol. 1. refert, & ſequitur Alphan. Peruſin. in collect. 293. in fine, ſecus ſi per alium, puta tutorem fiat, & non per ipſum pupillum, quia non valet etiam ſequuta tacita ratificatione, quia emptor contra iura mercatur, & eſt in mala fide, vt latiſſimè comprobat Cornazzan. in deciſ. Lucæ 99. vbi col. fi. multis modis reſpõdit ad l. fi. hic allegatam, & denique ad ornatum dictę l. fi. vidẽdi ſunt Roland. á Valle in conſ. 72. à nu. 10. vſque ad finem vol. 4. Alphan. in d. collect. 293. Simoncell. in loco ſupra allegato, Intrigl. in d. ſing. 1. Rot. Auenion. in dec. 97. Gamma Luſitan. in dec. 76. & 275. Maſcard. in tract. de probat. concl. 1255. vol. 3. nouiſſimè D. Fab. Ann. in conſ. 29. nu. 20. & iterum collect. 2. poſt Surd. in d. conſ. 49. vbi ſubdit d. l. non habere locum niſi in prædictis quatuor caſibus enumeratis per Gloſ. ibi, num. 33. & 35. aliqua per Stephan. Gratian. in deciſ. 102. col. fi. Et nota pro coronide, quod ad impediendam ratificationem in terminis d. l. fin. ſufficit querela, ſiuè conqueſtus coram vicinis, ſecundum Petr. de Benint. in dec. 9. ad fin. ſequitur Ann. in ſing. 342.

Minor an ligetur ſtatuto generaliter loquente, Roman. in ſing. 816. nu. 2. tenet, quod non per text. in cap. 2. de delict. pueror. vbi nu. 4. infert ad ſtatutũ prohibens, vt nemo poſſit extrahere bladũ de Comitatu, quod non cõprehendat minorẽ, ſiuè pupillum per d. cap. 2. & ſubdit, quod ſolũ ipſe notauit

eum ad hoc refert, & ſequitur alios allegãdo Surd, in deciſ. 49. num. 9. & ſeq. qui loquitur de minore quatuordecim annorum, & ita concluſio intelligi debet, ſecundum Surd. vbi ſupra, & ita intelligendus eſt Viu. in opin. . . . . in fin. part. 2. & Grand. de bell. exul. fol. 215. multaſq; alias limitationes ponit ad concluſionem iſtã Addit. ad Roman. vbi ſupra, & aliquas refert Surd. loco ſupra citato; & an ligetur ſtatuto, quod cauſæ inter cõiunctos, & affines, vſque ad quartum gradum compromictantur, iuxta formam Regiæ Pragmaticæ, odia litium, & dicendum eſt, quod ſic, vt dixi ſupra in concluſione compromiſſum; ſed ante omnia aduerte, quod in Regno ætas minor taxata eſt ad 18. annum per conſtitutionem ipſius minor iura, vt refert D. Vincent. de Franch in deciſ. 167. ad finem, & in deciſ. 632. nu. 3. & alibi ſæpè, an autem minor dicatur idoneus ad pugnam, vel prælium, vide Roman. in ſing. 123. quod nota ad ſciendum ſi minor 18. annorum põt cogi ad perſequutionem foraſcitorum, vel ad faciendum excubias vigore alicuius Regij banni; Item minor non habet vocem in Conſilijs, ſeu parlamentis in creatione Syndici, ſecundum Iaſon. in l. de pupillo nu. 4. ff. de nou. oper. nunc. quem refert, & ſequitur Villalob. in ſuis opinion. litera M. num. 102. vbi dicit communem, quod tamen limita, quando eſt conſuetum minorem dare vocem in parlamentis generalibus, ſecundum D. de Ponte in conſil. 31. num. 1. vide Carroc. in deciſ. 23. num. 3. Item non poteſt eſſe in iudicio ſine Curatore ob fragilitatem Conſilij, adeo quod omnia acta facta ſine Curatore ſunt nulla, ſiuè illum habeat, ſiuè non, quod procedit tàm in cauſis ciuilibus, & criminalibus, quàm Eccleſiaſticis, & beneficialibus, vt poſt Gloſ. Specul. Bart. Caſtrenſ. Vant. Marant. & alios, tenet Surd. in tract. de aliment. tit. 8. priuilegio 8. vbi tamen limitat in petitione alimentorum, quia venter non patitur dilationem, vt ibi per eum; maximè facta oppoſitione, quod minor ipſe legitimet perſonam ſuam, quia tunc ad vlteriora non debet procedi, vt ſeruatur in Sacro Conſilio, refert D. Vincent. de Franch. in deciſ. 692. parte 4. poſt Bald. Iaſon. Ann. & Iacobin. quos allegat; An autem minor poſſit dare in dotem bona immobilia, vel mobilia pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt abſque ſollemnitatibus à iure requiſitis, text. in l. lex quæ tutores C. de adm niniſtratione tutorum dicit, quod non, per quem ſic tenet Caualc. qui concordantes congerit in tractatu de Tutor. & Curator. num. 157. & ſecundum opinionem iſtam fuit iudicatum in Senatu Mantuano, vt refert Surd. in deciſ. 278. vbi latiſſimè, accedit Octauius Simoncell in tract. de decret. libr. 3. tit. 8. inſpect. 14. num. 89. & ſeq. fol. 132. & Robert. Marant. in tractatu de multiplici alienat. num. 31. verum Simoncell, loco prædicto declarat multis modis opinionem iſtam, & facit pulchram diſtinctionem, quam vide, & cogita ſi vera eſt; licet autem bona ſupradicta in dotem dare non poſſit minor, tamen ea obligantur tacitè pro dote, quia eſt obligatio legis non hominis, vt voluerunt Bald. & alij, & præcipuè Iaſon in l. ſi conſtante num. 210. & ſequenti ff. ſolut. matrimon. quos refert Surd. in dicto tractatu tit. 7. quæſt. 14. num. 43. & tit. 9. quæſtione 44. num. 15. Requiſita autem, & ſollemnitates pro alienatione rei ſtabilis minoris facienda poſt Iuriſconſ. in l. magis puto, §. ne paſſim ff. de rebus eorum, enumerant Roland. à Valle in conſil. 33. vol. 1. in conſil. 18. à num. 72. vſque ad finem volum. 2. & in conſil. 7. num. 20. cum ſeqq. volum. 3. & in conſil. 60. 1. 2. col. vol. 4. Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. libr. 2. caſ. 172. à num.   . cum ſeqq. & Simoncell. in dicto tract. libr. 1. tit. 1. per totum, & Surd, in tractatu de aliment. titul. 8. priuilegio 45. num. 1. & Viu. in deciſ. 22. Poteſt tamen minor fructus bonorum immobilium abſque decreto, & ſolemnitatibus alienare, vt in d. l. lex, quæ tutores, & Gloſ. in l. 1. vbi omnes C. ſi aduerſ. vſucap. & Surd. in dicto tract. tit. 4. quæſtione 10. num. 31. quia ſeruando ſeruari non poſſunt dicta l. lex, quæ tutores, quod tamen abſque difficultate in fructibus à ſolo ſeparatis procedit, ſed in fructibus pendentibus, qui pars ſoli dicuntur, & inter immobilia connumerantur, vt dixi ſupra in concluſione fructus contrarium eſt dicendum, cogita tamen. Poteſt inſuper minor rem immobilem abſque ſolemnitatibus, & decreto ex permiſſu, & iuſſu teſtatoris alienare, ſecundum D. Vincent. de Franch. in deciſ. 302. num. 2. vbi alios addo, quibus addendus eſt Surd. in dicto tractatu, & tit. priuilegio 56. num. 91. Item quando alienaret in exequutionem actus geſti à teſtatore, vel ordinatione paterna, vt ibi num. 92. & iterum titulo 9. quæſt. 26. num. 123. qui infinitos allegat, Et ſicuti non poteſt minor bona prædicta alienare, ſine decreto, & ſollemnitatibus, vt ſupra dixi, ita nec obligare, ſecundum D. Vincent. in dicta deciſ. 302. num. 11. ibi nam hoc, vbi alios allego in addit. quibus nunc addo Surd. in deciſ. 77. num. 3. & in dicto tractatu titulo 9. quæſtion. 44. num. 22. ſed ſtantibus prædictis, an poſſit minor, ſeu eius tutor, vel Curator, abſque dictis ſollemnitatibus, & decreto alienare molendinum poſitum ſuper flumine ob aquarum impetum, & periculum, vide Rube. Alexandr. in conſil. 138. Tiraquell. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 7. nu. 92. Foller. in praxi crimin. in verb. annotentur bona num. 9. Pinell. in l. 1. part. 3. num. 28. C. de bon. mater. Vrſill. ad Affl. in deciſ. 249. num. 18. Ioſeph. Ludouic. in ſuis opinion. concluſ. 48. verſic. & dicta molendina fol. 111. à tergo, Paul. Fuſc. in ſingul. 43. litera T. in fine, & omninò Simoncell. in dicto tractatu libr. 3. fol. 130. & ſeq. & nouiſſimè Surd. qui aliquos ex prædictis citat in dicto priuilegio 45. num. 4. an autem poſſit alienare eius bona immobilia ob alimenta, & famis neceſſitatem, vide eundem ibi num. 2. vbi concludit hanc eſſe iuſtam cauſam alienandi bona prædicta interuenientibus tamen debitis ſollemnitatibus, & decreto, refert & ſequitur Intriglio. in ſingul. 132. An autem minor reſtituatur aduerſus fideiuſſionem, quæſtio iſta poteſt dupliciter intelligi, primo an reſtituatur aduerſus fideiuſſionem ſibi datam, quod omninò affirmandum eſt, quando minori datus eſt fideiuſſor minus Idoneus, adeo quod ſibi non idoneè cautum eſt, quia tunc ei de alio fideiuſſore magis idoneo à debitore prouidendum eſt, vt probat text. cum gloſ. in l. de die, §. ſi ſeruus ff. qui ſatisda. cogant. cum ſimilibus allegatis per Sfort. Odd. in tractatu de reſtitutione in integrum parte 2. quæſtione 54. articulo 1.

fol.

fol.20.qui ita in indiuiduo concludit; ſecundo poteſt intelligi ſi reſtituatur aduerſus fideiuſſionem à ſe pro alijs factam, & in hoc ſecundo caſu concluſio eſt in iure clariſſima, minorem hunc eſſe reſtituẽdum, l.1.C.de fideiuſſ.min.& in l.ait prætor §.1.ff.de minor. & vtrobique DD.tradunt, & poſt eos Sfort Odd.in d q.54 artic.2. Mart. in voto 25.& Surd.in tract.de aliment.tit.6.quæſt.8.nu. 95. quod adeo verum eſt, vt licet, vt poſſit minor reſtitui, neceſſe ei ſit non ſolum probare ſe eſſe minorem, ſed etiam læſum, vt dixi in præcedenti concluſione, tamen quando fideiuſſit abſque alia læſionis probatione reſtituitur, quia eius intereſt litibus non vexari, & ratione iſtius intereſſe eſt ei reſtitutio concedenda, vt poſt Bart. Fulgoſ. Alex. Bellamer. Iacobin. Bero. & alios ſcribit Odd.in ſupra citata quæſt. artic. 3. qui etiam inquit hanc eſſe communem DD. opinionem, quam ampliat etiam ſi pro diuite fide iuberet, vt in artic.5 per rationes ibi adductas, ſed quid ſi iurauit, an tunc excludatur à reſtitutione in integrum, eſto quod fuerit enormiter læſus. & minorem hunc non eſſe à reſtitutione in integrum excludendum ſtante enormiſſima læſione, conſuluerunt poſt Cyn. & Alberic.Soccin.Iun in conſil.47.nu.10.vol.4. Roland. à Valle latiſſimè in conſil.7. à nu. 43. cum ſeqq. vol.3. Cephal. in eodem caſu in conſil. 207. nu 74.cum ſeqq ſequitur Sfortia Odd.in d quæſt. 54 artic 8. & Mart.in voto 25.qui omnes affirmãt ſtante læſione prædicta auth. Sacramenta puberum locum ſibi non vendicare, meminit de Roland.& Cephal.Surd.in conſil.46. col.1. vbi etiam allegat Aff in deciſ.322.nu.7. & conſil 98. nu.12. 13. & conſil 114. nu.10. 13. qui tamen contra eos conſuluit, & ſubdit in d.conſil.88.num.13.in fine, ſic iudicaſſe Senatum Mant. & loquitur tàm in minore fideiubente, quàm donante cum iuramẽto, magna profectò eſt deciſ. iſta Senat. Mant. eſt verum,quod Sfort.Odd.in d.artic.8.num 34.videtur diſtinguere, & opiniones prædictas conciliare ad quem lectorem remitto; Item minor reſtituitur in integrum ſi Iudici ſuſpecto conſenſit.ſecundum D. Vincent.de Fran.h in d.deciſ.692. vbi fic deciſum refert, an verò reſtituatur aduerſus delicta, vide latiſſimè per Odd. in prædicto tractatu parte 2. quæſt.80. cum ſeq. ſed vtrum minor Curatore carens validè contrahere poſſit, & iure cõmuni cautum reperitur validè contrahere poſſe, vt determinat Imperator in l.ſi curatorem habens in ſecundo reſponſo C. de in integr. reſtitut. minor. ſed ſi ex eo contractu læditur, reſtituitur, vt ibi in fine, Aff.in conſtitut. montium iura num. 3.in fine, & num. 15. in fine, Anton. Gabriel.in tit. de minoribus concluſ 5. Alphan Peruſin. in collect.36. Surd.in deciſione 278.num.15. & 287.nu. 10. poſt Roman. in conſilio 318. num. 4. & obligatur ſi per eum melior eius conditio reddita eſt, idem Roman. in conſil.316.num.5. & conſil.453. vbi Mandoſ.in addit. litera B. ſed ſi in eo minor ſe obligauit cum iuramento publico inſtrumento mediante habẽte paratam exequutionem,aut mediante obligatione ſtipulata panes acta Curiæ ſoluere aliquam pecuniæ quantitatem, vel aliquid aliud, an termino elapſo poſſit carcerari,vide Cauait. diſtinguentem in rit.166. num.12. & ſeq. & Viu. qui eum refert, & ſequitur in opinion. 501. parte 2.& de iure communi, vide Brun.in tractato de ceſſione bonorum in 3. quæſtione 4. q. principalis num.7. & Mandoſ. in conſilio Roman.120. litera B.an eius iuramento firmetur contractus,ſiuè obligatio per ipſum minorem factus,vel facta, eſto quod ſit minor quatuordecim annorum pubertati tamen proximus,v.l doli capax, vide Aff. in deciſione 322. Viu.in opinion.508 & iterum in opinion.676.parte 2.omninò Farinac.in titul.de accuſat.quæſtion.15.num 34.35.Stephan.Gratian. in deciſione 74. num. 12. D Carol. Tap. in auth. ingreſſi capite 6.num 25. fol.47. C.de ſacroſanct. eccl.ſ. Henric.in ſuis opinion. concluſ.107. libr.2. & iterum in concluſion.109.libr.3.omnes concludentes,quod ſic ſecundum magis commun.opin. vide Theſaur.Iun in quæſtione 60. maximè num. 22.23.& colum final.parte 4 poſt Peregrin.in deciſ.8.& 112. col.fin. quia iuramentum repreſentat ipſum maiorem dicta auth Sacramenta puberum C.ſi aduerſ.vendit.& pro tali habetur, D.Vincent. de Franch.in deciſione 438.num.1. quem text.dicit procedere etiam in iudicijs. vt ibi, vbi multa ponit in materia dictæ auth. poſt Gabriel.in titulo de minor.concluſ.5 ſupra allegata,vbi refert ampliationes, & limitationes, eamque exornat Alphan. Peruſin in collect.116. & Mart. in voto 25. Quis verò dicatur doli capax, vel pubertati proximus, vide Iacob. Menoch. de arbitr.iudicum lib.2 caſ.57. Ioannes Grand.de bello exul.ſul.314. vbi etiam quis dicatur infans, vel infantiæ proximus, poſt Cagnol. in l. pupillum ff. de regul. iur. Viu.in opin.674.parte 2.latiſſimè Farinac. in tertio volum. quæſtione 92. vbi ſatis accuratè, & copioſè enumerat hominum ætates, quibus addè vnum, quod pubertas alimentorum fauore in maſculo durat vſque ad 18. annum,in fœmina vſque ad 14. ſecundum Roman. in ſing.604. qui allegat text. in l. mela ait ff. de al ment. & cibar. legat. vbi Iuriſconſult. dicit hoc fuiſſe inductum fauore pietatis, & Surd. qui infinitos ad hoc citat in dicto tract.titul. 8.priuileg.58.num.4.an minor poſſit donare tàm inter viuos, quàm cauſa mortis cum iuramento abſque Curatoris authoritate, vide ſupra in concluſione donatio facta, & ad principium huius concluſionis, vide Raudenſ. de analog. cap.33. nu. 86. & ſequitur omninò Ricc. in deciſ.225.part.1.

Modus dicitur, quando onus quod iniungitur poſt quæſitum emolumentum venit adimplendum, l.cum tale §.2.vbi Bartol.ff. de condit. & demonſtrat. vbi dicit modum à conditione ex eo dignoſci, an adimplendum ſit quid ante, vel poſt emolumentum quæſitum, Idem ſcribit Bartol. in l.quibus diebus in §.termilius num.1.ff.de condit. & demonſtrat. Aym.Crauet.in conſil. 59 num.1. Marc.Anton.Natta in conſil. 373. num.28 Card. Mant. in tract. de coniectur.vltimar.voluntat.lib. 10.titulo 5.num.16. Surd.in tract.de aliment.titul. 5.quæſt. 3. num.19. & fuſius titulo 9.quæſt.26.nu. 40. vbi nu.41. ſcribit, quod tacto legato ſub modo legatarius cauere debet de implendo modum alias agere non poteſt per d. §.termilius, vbi Bart. nu. 14. & alij DD. per Surd.citati ſequuntur, imò modum non adimplens priuatur relicto, ſecundũ

Bart.& Socin.in d.§.Termilius ille num.17.& iſte num. 14. verſ. ſecunda concluſio, Alex.in conſil. 137.nu.2.vol.7.& alii,quos citat,& ſequitur Surd. in d.q.26. num.56. & in q.4. nu.24. d.tit.9. Quid autem ſi legatarius, cui factum eſt legatum ſub modo decedat non adimpleto modo, an illud tranſmittat ad hæredes, vide remiſſiuè ſupra in concluſ.legatarius,& in hac materia nota vnum,quod in dubio potius modus, quam conditio intelligi debet, vt poſt Mantic.& alios, tenet Steph.Grat.in deciſ. 153. num.18. ad iſtam concluſionem adde videndum omninò Molina de primogen. hiſpan. lib.2.cap.12. Gratian.lib.1.diſcept.forenſ.cap.44. & 136 & libr.2.cap.400.

Molendinum in ſuo prædio vnicuique licitum eſt facere, & aquam deriuare à curſu ipſius aquæ,ſiuè fluminis, dummodo non impediatur curſus prædictus,ſecundum Curt.Senior.in conſil.33.de quo meminit Iacob. Menoch.in tract. de arbitrar. Iudic. libr.2.caſ.462. in fine, adeo quod habens molendinum in parte inferiori non poteſt prohibere volentem facere molendinum in parte ſuperiori, quando quis molendinum facit, vt ſibi porſit, & alteri non noceat,& flumen eſt priuatum, vt Bart. ſcribit in l. quominus in 1.q.num.2. ff. de flumin. allegat l. fluminum, §. final. & l.proculus ff. de damno infecto, ſequitur Iaſon ibi,qui infinitos allegat num. 21. & fatetur hanc eſſe communem opinion. vbi etiam Rip.à num.25. & ſeq. & ita reſpondit Dec.in conſil.373.num 3.vbi DD.in apoſtillis,& ſecundum opinionem iſtam fuit alias in Sacr.Conſil. deciſum refert Afft.in deciſ.338. in primo dubio, maximè quia non aderat priuilegium,aut conſuetudo, ſiuè ius prohibendi in contrariũ in caſu d.deciſ. Afft.qui ſatis pulchrè,& ſubſtantialiter loquitur, ſequitur ibi Vrſill.num.1. & Viu. in opinion.510. part.2. ſecundum editionem Aquilanam, deciſionemque prædictam Afflict. exornat Pariſ.in conſil.114.vol.1. & Thor.in compend.deciſ.fol.304.& accedunt Iacob.Menoch.in tract.de præſumpt.libr.6.cap.29.num.15.& Anna in allegat.91.num.3.ſecus ſi faciens molendinum faceret iure ſeruitutis, quia intantum poteſt facere,in quantum importat ſeruitus,vel niſi aqua non duceretur per fundũ ædificantis,vt ibi per Anoam poſt Iſern.quem allegat, aut ſi adeſſet conſuetudo in contrarium, ſecundum Afft.videndum in conſtit.magiſtris poſt nu.1.& vide Alex.in conſi.174. nu.6.vol.2.in dubio autem molendinum ędificans præſumitur facere ad ſuam vtilitatem, non quod alteri noceat,ſecundum gloſ.in d.l.fluminum in fine,verſ.non teneri,latiſſimè Anna,qui in terminis loquitur in d.allegat.nu.5.& dixi ſupra in concluſione ædificare; Verùm quando flumen eſt alicuius priuati ex priuilegio ſibi conceſſum, vt ſunt flumina, aquæ, & aquarum decurſus in Regno Baronibus conceſſa, ex forma priuilegiorum, ſecundum Capyc.in inueſtitura feudal. in verb.feudorum clauſulæ, verſic. in Regno fol. 106. verſic. fontibus,& verſiculo aquæ tamen fol.107. D.Vincent.de Franch.in deciſ.183. Viu,in dicta opinion. 510. num. 10. & in deciſione 344. iſto enim caſu prohibetur, & prohiberi poteſt, ne quis molendinum ædificet, & aquam deriuet à dicto flumine, vt ſatis notabiliter conſuluit Loffred. videndus in conſil.13. maximè num.6.7.& ſeq. vbi iuribus,rationibus, & DD. authoritatibus, quas non tranſcribo,probat;adde in pulchro caſu Pacian.libr.1. de probation. cap.28. num.104. & ſeq. poſt Bald. quem allegat, ſed retentis terminis noſtræ principalis concluſionis dico, quod quando aqua deriuatur à flumine priuato, & ducitur ad vſum,& eſt ſufficiens ſuperiori,& inferiori molēdino,vterque Dominus poteſt illam ducere, & prohiberi non poteſt, vt ſcribit Bart. in d. l. quominus num. 12. vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum Bononiæ inter Fratres Prędicatores, & Minores, ſequitur Iaſ. ibi nu.56.vbi reputat notandum pro intelligentia potius materię illius legis,& multis authoritatibus,ac rationibus comprobat, & Rip. ibidem ſimpliciter ſequitur num. 53. poſt Alex. in conſil. 22. num.9. volum.4. quibus accedunt Afft. in dicta deciſ. nu. 11.D.Vincent. in dicta deciſ. & eſt de mente Annæ in d.allegat.col.fin. Et quid ſi fiat præiudicium molendino inferiori, an poſſit ſuperior prohiberi, vide Alex.in conſil.174.nu.7.volum. 2. Afft.loco,& num. ſupra citato ad finem, reliqua in materia, vide per Loffred. in d.conſil.13. Viu. ſeu alium in dicta opinion. 510. Iacobin. in verb. cum molendinis, & cum fluminibus, Ann.in dicta allegat. & in terminis huius concluſionis,vide in pulchro caſu Lucam de Penn.in l.3.colum.1.C.de aquęduct. libr.11.ſuſius Capyc.in loco ſupra citato in verb. cum molendinis fol.108. Modernos Germanos in §.flumina inſtit.de rer.diuiſ.& Peguer.in dec.220. & Thorum in d.compend. fol. 338. & in materia aquarum, vide ſupra in cõcluſione aquæ Gratian. libr.1.diſcept forenſ.cap.89. & libr.3.cap.480.Padill.in l.manifeſtè C.de ſeruit.& aqua, & in materia Bald. in conſil.62. 107.& 273.vol.3. & in conſ. 71.vol.1.vbi pulchrè.

Moleſtare dicitur,qui quomodocumque controuerſiam facit, ſiuè agendo,ſiuè excipiendo,ſiuè de iure,ſiuè de facto,ſiuè in iudicio,tàm ante litem conteſtatam,quàm poſt,vt notat gloſ.in l.Lucius,in §. tres hæredes in verb. mouerit ff. ad Trebell. & ibi DD. & ſatis pulchrè ſcribit Alex. in conſ.52. poſt nu.2.verſ.& conſtat,vol.2.ſequitur Capyc.in dec. 69.nu.9. Marc.Anton.Natta in conſ.109. in fine, & conſ.ſequ.nu.4.Rota Auenion.in dec.118.nu.5. vbi in pulchro caſu loquitur, Iacob. Menoch.in tract. de præſumpt. libr.4. cap.98.nu.1. Surd.in tract.de aliment.tit.9.quæſt.26.nu.1.& ſeq. Steph. Gratian.in dec.153.nu.13.& Carroc.in dec.36. & maximè quando verba prohibentia moleſtiam ſunt ampla,& prægnantia, ſecundum Iacob. Menoch.in loco ſupra allegato nu. 8. Surd. in d.q.26. num.27. & in deciſ.194.num.12. & ſeq. Maſcard. in tract. de probat.concluſ. 1236. nu.111.licet nu. ſeq. contrarium teneat, nempè quod prohibita moleſtia non cenſeatur prohibita, quæ de iure infertur ex authoritate multorum DD.quos allegat ſed num.115.concordat opiniones, vt eſt videre apud eum, vide in pulchro caſu Caputaq. in dec. 233.part.1. vbi optimè loquitur, vbi meminit etiã de gloſ.& Alex.hic in principio allegatis,& vide Iacob.Menoch. in d.cap.98. vbi conſiderat, & diſtinguit multos caſus, & Surd. in d.q.26.à num.9. cum ſeqq. Moleſtare etiam dicitur quis, quando bona alicuius pænes ſe retinet, & non conſignat, Surd. in dicta deciſ. num. 13. & in dicta quæſt. 26. num.4.5. & ſi pro parte moleſtat, à toto cadit,

Surd.

Surd. in d. deciſ. nu. 15. & in d. q. nu. 35. Item facti moleſtiā dicitur quis inferre quando occultat res iura, & actiones, vt poſt Rip. ſcribit Iacob. Menoc. in d. cap. 98. nu. 11. vbi alijs multis modis moleſtia tàm iuris, quā facti infertur, vt ibi per eum, & vide in pulchro caſu Magon. in deciſ. Florent. 20. nota tamen in hac materia vnum, quod promittens aliquem non moleſtare, vel inquietare, intelligitur niſi ei iuſtam cauſam præbuerit, vt poſt Bartol. & alios concludit Iacobus Menoch. in d. tract. de præſumpt. libr. 3. cap. 38. num. 4. 5. & in pulchro caſu Verall. in deciſ. 232. part. 1. & ad principalem concluſionem adde Mart. poſt hæc ſcripta impreſſum in voto 28. à nu. 1. cum ſeq. & voto 110. num. 3. Abbas in conſil. 43. vol. 2. Gratian. libr. 2. diſc. epr. forenſ. cap. 246. & benè Sempron. Aſcia in determinatione 136.

Momentanea an ſint in cōſideratione, Alex. in conſ. 53. nu. 12. vol. 6. reſpondet, quod diſpoſitio quando loquitur per verba habentia tractum ſucceſſiuum eius momentaneum implementum non ſufficit per l. ſi quis ita legauerit ff. de condit. & demonſtr. cum ſimilibus ibidem allegatis, ſequitur Affl. in conſtitut. Baiulos nu. 55. Dec. in l. ſi quis heredem num. 3. C. de inſtit. & ſubſtit & Gabriel. in titul. de fideicommiſſis concluſ. 8. in fine, in multis inſuper caſibus de momento non eſt curandum, ſecundum Bald. in l. final. ad finem C. de bonis quæ liber. Cagnol. in l fin. num. 259. C. de pact. & vide Camill. Borrell. in conſil. 100. nu. 27. Surd. in deciſ. 178. & Magon. in deciſ. Florentina 10. Grāmatic. in conſil. ciuili 1. poſt num. 3. & ſeq. Et licèt Affl. in conſtitut. Regni ſpeciale quodam num. 6. dicat momenta temporum non eſſe in conſideratione, fallit tamen ſecundum eum, quod momentum eſt in conſideratione in appellatione, quæ debet fieri infra decem dies, qui currunt de momento ad momentum ad text. in auth. hodie C. de appell. idem Affl. in conſtitutione appellationum tempora, per illum text. num. . poſt Alex. in conſil. . vol. 7. à die intimationis ſententiæ ſecundū Vrſill. ad Affl. in deciſ. 344. num. 2. & dixi ſupra in concluſ. ius congrui, hinc etiam Bald in cap. 1. §. quoniam Epiſcop. vel Abbat. ſcribit, quod filius natus, & ſubito mortuus operatur excluſionē ſubſtituti, ſeù fideicommiſſarij, per l. ex facto in fine ff. ad Trebell. ſequitur Affl. in d. conſt. ſpeciale num. 7. & eſt de mente Alexand. in d. conſil. 53. Cotta qui alios concordantes citat in verb. momentum fol. 467. in paruis, Gabriel. in d. tit. de fideicommiſ. concluſ. 7. num. 3. Rolan. à Valle in tract. de lucro dot. q. 49. num. 4. Tiraq in l. ſi vnquam in verb. ſuſceperit liberos num. 188. cum ſeqq. C. de reuocan. donat. Dilect. in tract. de arte teſtan. titulo 5. cautel. 25. & multa cumulant Gabriel. in dicta concluſ. 7. & 8. Anna in allegation. 137. num. 16. Viuiu. in opinion. 855. part. 2. & Róland. à Valle in conſil. 56. volum. 3. Item momentum eſt in conſideratione in alio caſu notato per Bald. in l. 1. §. in nouiſſimo C. de caduc. toll. quod filius, qui poſt mortem patris non vixit niſi per horam tranſmittit hæreditatem patris non agnitam ex potentia ſuitatis, refert & ſequitur Iaſon in l. non tantum num. 2. C. de legat. & Roland. in d. conſil. 49. num. 6. Qui alium notat caſum, nempè quod maritus lucratur lucrum dotis ſtatuto ſic diſponente, eſtò quod matrimonium momento durauerit, allegat Bald. & Angel. in d. l. non tantum, accedit Cotta in d. verb. momentum, verſic. 2. pro hoc, vbi in verſic. 3. infert ad alium, vt ſtatuto diſponente, quod ſtantibus maſculis filia femina non ſuccedat ſufficit filium maſculum momento vixiſſe, vt filia perpetuo excludatur poſt Alex. in conſil. 29. ad finem vol. 1. Bald. Soccin. Aret. Corn. Iaſ. & Dec. quos citat, & ſequitur Tiraquell. in loco ſupra allegato num. 193. & vide Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 48. num. 3. & ibi de materia, & D. Vincent. de Franch. in deciſ. 649 part. 4. Cumia in verb. maior natu num. 210. in verb. maritata in 1. quæſt. fol. 253. vide etiam caſum ſatis notabilem in quo momentum non eſt in conſideratione ad eundem D. de Franch. in deciſ. 14. col. final. poſt Phanuc. quem allegat ad iſtam concluſionem in principio; vide Molina de primogen. hiſpan. lib. 1. cap. 6. num. ....

Monacho profeſſo in monaſterio capaci, hæreditas non ſolum parentum. ſed etiam fratrum, & aliorum agnatorum defertur l. Deo nobis, in §. hoc etiam, iuncta gloſ. in verb. parentum C. de Epiſcop. & cleric. vbi Bart. notat, ſequitur Benedict. in cap. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam nu. 209. & verſ. ſi abſque liberis il 2. nu. 51. de teſtam. & Aret. in §. 1. nu. 2. inſtit. de ſeru. cognat. vide Surd. in deciſ. 302. nu. 2. quia monachus retinet iura ſuorum, & tanquam ſuus ſuccedit eis, Iaſ. in l. patre furioſo nu. 47. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. vbi dicit communem, ſequitur Villalob. in ſuis opinion. littera M. num. 113. Farinac. in titul. de accuſ. quæſtione 13. num. 20. poſt Molina de primogen. hiſpan. cap. 13. num. 73. verùm monaſterio acquirit cap. cum olim de priuileg. capit. ad monaſterium de ſtat. monach. Nicaſ. in §. item vobis inſtitut. per quas perſon. nob. acquir. nu. 6. D. Vincent. de Franch. in deciſ. 40. num. 2. 3. Camill. Borrell. in conſil. 67. nu. 1. 3. 6. vbi infinitos ad id citat, quia monachus proprium habere non poteſt niſi in vtilitatem monaſterij, ſecundū eundem ibidem, & D. Carolus Tap. in auth. ingreſſi fol. 520. nu. 2. 3. & alibi ſæpè in d. repet. & Surd. in tract. de aliment. tit. 8. priuileg. 79 nu. 1. vbi declarat, & eſt expreſſum in Sac. Conc. Trident. ſeſſion. 25. capit. 2. de quo meminit idem D. Carol. in d. repetitione in verb. ipſo ingreſſu cap. 3. nu. 55. fol. 359. vbi ſatis notabiliter loquitur, clarius Honded. in conſil. 94. nu. 15. vol. 1. imò nec Prælato diſpenſante poteſt tenere ea, quæ ſibi ex ſucceſſione, aut alia acquiſitione peruenerunt, ſecundum eundem D. Tap. ibi num. 54. poſt Calder. Felyn. & alios quos allegat, & ſi fuerit deprehenſus aliquid proprium habere eſt priuatus voce actiua, & paſſiua, atque iuxta regulas, & ordinationes ſui ordinis debet puniri, ſecundum Sacr. Concil. in dicto capit. 2. in fine, meminit idem D. in dicto loco ſub num. 63. fol. 361. & fur etiam dicitur, vt ibi poſt Præpoſit. quem allegat, & acquiſita per monachum poſt aſſumptionem ad Epiſcopatum, cui acquirūtur, vide Couarr. in cap. 1. nu. 19. de teſtam. Alex. Trentac. in conſ. 28. vol. 2. & Coſta de port. rat. q. 226. Quid ſi monachus tranſit de vno monaſterio ad aliud, cui acquirit, vide eundem D. Tap. in d. repet. in verb. ſua cap. 6. fol. 395. nu. 5. & ſeq. & n. 9. fol. 397. Surd. in d. tract. tit. 9. q. 27. col. 2.

quid ſi monacus, vel monialis decedat infra annum probationis ante profeſſionem factam, & monaſterium aliquid recepit, an teneatur reſtituere, quod ſic, Concil. Trident. in d. ſeſſ. 25. c. 16. & Honded. in d. conſ. ſupra citato nu. 8. & in conſ. 73. vol. 2. Quis autem dabit ei licentiam tranſeundi de vno monaſterio ad aliud, legatur omninò Iacob. Menoch. in d. tract. caſ. 421. per tot. vbi plures caſus diſtinguit, & D. Tap. in d. ſua repet. in verb. ingreſſi cap. 9 Et ſi recedit à ſuo monaſterio ſine licentia ſui Superioris, poteſt dictus eius Superior eum capere, & carcerare, aut carcerari facere, etiã ſi ad Romanam Curiam acceſſerit ſcd͂m Nauarr. in conſil. 16. in tit. de ſtat. monac. & bona per monachũ apoſtatã acquiſita Cameræ Apoſtolicæ acquiruntur, & debentur, ſcd͂m eundem Nauarr. in conſil 17. eod. tit. & bona acquiſita per Beneficiatũ, cui acquiruntur, & debentur, vide Nicaſ. in d. §. ſub n. 6. quid ſi monachus licite à monaſterio recedat, an recuperet bona ipſi data, & collata, Marc. Ant. Natta in conſil. 180. nu. 3. & Gratian. lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 96. nu. 25. Verùm monachi in Gallia ſunt excluſi à parentum ſucceſſione ex conſuetudine ibi approbata, vt teſtatur Benedict. in dicto verb. & vxorem nomine Adelaſiam nu. 152. Sed quando Monaſterij facultates non ſunt ſufficientes ſunt alendi, meminit Surd. in d. tract. tit. 9. conſil. 38. nu. 6. vbi tamen ipſe credit ſanctius, & magis piè facturos Gallos ſi ea cõſuetudine, ſeu potius corruptela deſtructa monachos, & moniales ad ſucceſſionem parentum admitterent, nec dictam conſuetudinem probarent, quia libertati Eccleſiaſticæ aduerſatur, ex quo à vita contẽplatiua retrahit, quidquid pro illius validitate laborãdo, Bened. adducat, quid ſi monachus, vel monialis decedat infra annum probationis, ſeù ante profeſſionem factam, & monaſterium aliquid recepit ab eodem monacho, ſeu moniali, an teneatur reſtituere, & dicendum eſt, quod ſic, ſecundum Concil. Trid. in d. ſeſſ. 25. cap. 16. & Honded. qui ſupra nu. 8. 9. Monachorũq; correctio, & punitio ſpectat ad Abbatem, vt dixi ſupra in concluſ. Abbas, & ibi dictis addo Nauarr. in conſil. 9. in tit. de priuileg. maximè nu. 4. vbi exornat Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 20. necnon ad eorum Prouincialem, ſiuè Generalem, Mar. Muta latiſſimè in dec. 2. & Ricc. in dec. 213. nu. 2. part. 1. vide tamen Gratian. lib. 2. diſcept. forẽſ. cap. 270. nu. 24. & ſeqq. & quid ſi monachus delinquit ante profeſſionem, ad quem ſpectat eius cognitio, vide Farinac. in q. 56. poſt nu. 46. & monacho agẽte ſi Abbas non conſentit iudicium non procedit, D. Vincent. de Franch. in deciſ. 718. nu. 2. vbi refert deciſum, legatum factum monacho religionis capacis cum prohibitione, vt nihil monaſterio quęratur valere, & monaſterium poſſe pati monachũ illud habere, & poſſidere eo modo, quo poteſt conniuentibus oculis, ſed quando accuſat Abbatem ſuum interim debeat ali de bonis monaſterij ſi proprium nõ habet, vide Surd. in tract. prędicto tit. 1. q. 121. & ibi multa in materia, Monachus factus Epiſcopus non liberatur ab obligatione habitum monachalem deferendi, & ſi illum deponit, atque deſerit, & Epiſcopalem aſſumit excommunicatur, ſecundum Surd. in d. priuileg. 79. nu. 9. 10. & D. Carol. Tap. in d. cap. 6. nu. 60. 61. fol. 414. vbi ampliat etiam ſi efficiatur Cardinalis, aut Papa nu. 62. 63. 64. vbi refert, quod dũ ipſe Sixti V. pedes deoſcularetur, vidit quod habitum monachalem Franciſcanorum, atque biretum eiuſdem coloris ad inſtar monachorum deferebat, & pariter refert Rodoan. vidiſſe ſic veſtitum, & indutum Pium V. Pontificem Max. vt ibi n. 65. An monachus offenſus poſt profeſſionẽ admittatur ad accuſandum, Farinac. in q. 13. nu. 24. verſ. ſecunda concluſio tenet, quod non, poſt Aret. conſil. 39. & quid ſi eſt occiſus, an conſanguinei admittũtur. & pręferantur Monaſterio ad accuſandum, vide Carauit. in ritu 275. nu. 33. Farinac. vbi ſupra nu. 35. & ſequ. D. Rouit. in pragm. 8. de compoſition. in nouis, & Paſchal. de virib. patr. poteſt. par. 2. cap. 1. nu. 11.

Monaſterium non excludit parentes à legitima filij monachi profeſſi, & in eo mortui ſecundum opinion. Bart. contra Azon. in auth. ſi qua mulier nu. 18. C. de ſacroſanct. eccleſ. cuius Bart. opinio verior viſa fuit Rot. Anconitan. & ſecundum illam iudicauit, vt refert Steph. Gratian. in deciſ. 7. nu. 6. 7. vbi alios citat, quia Monachus efficitur ciuis illius monaſterij, & Ciuitatis per Monachationem ſicuti per adeptionem ſecundum Bart. in l. 1. num. 14. ff. ad municipalẽ, de quo meminit, & ſequitur Nauarr. in conſil. 6. nu. 1. de teſtamen. fol. 457. & ex hoc infertur monaſterium teneri filios ingreſſi. & profeſſi in ipſo alere, atque ad omnia onera dicti ingreſſi teneri, quia in monaſteriũ tranſeunt omnes actiones actiuè, & paſſiuè, quæ monacho, & contra ipſum competebant, ſecundum Surd. latiſſimè in tract. de aliment. tit. 1. q. 29. col. 1. vbi concord. refert, & inſuper tenetur ad ęs alienum, quod ante ingreſſum contraxerat, vt ſcribit Roman. in conſil. 293. ſub nu. 2. verſ. quod autem, Surd. in loco citato nu. 4. vbi ad alias infert quæſtiones, eſt bene verùm, quod ſi monachus exijt à *religione* ſoluit ſua debita antiqua, vt ibi ſequitur D. Carol. Tap. in auth. ingreſſi fol. 505. nu. 3. in fine C. de ſacroſanct. eccleſ. & in materia vide deciſ. Capp. Toloſan. 225. & ibi Additiones.

Monitoria ad finem reuelationis habendæ debent concedi pro rebus deperditis, vel ſubtractis, & nõ aliter quàm ex re non vulgari, & cauſa diligenter, & cum magna maturitate per Epiſcopum examinata, & quæ moueat eius animum, & in eius arbitrio, & conſcientia eſt totum repoſitum, vt legitur, & ordinatur in Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. de reformat. vide latiſſime Silu. Nuptial. lib. 3. in verb. monitoriæ à n. 30. cum infinitis ſeqq. fol. 257. & ſeqq. in par. Addit. ad Affl. in conſtit. Regni corruptelę, & in pulchro caſu Rip. in tract. de peſte in tit. ad curandum peſtem num. 118. cum ſeqq. Et quis poſſit ſe excuſare à non reuelando, vide Silu. Nupt. in loco ſupra citato poſt nu. 46. & ſeq. fol. 273. & Addit. ad Affl. vbi ſupra, an quis reuelare teneatur rem furto ſubtractam ſub pęna excommunicationis ex relatione in ſecreto ſibi per furẽ facta, vide Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 355. Maxill. in conſuet. Bari fol. 326. nu. 41. & Magon. in deciſ. Lucæ vltima nu. 18. item monitoria non ſunt concedenda, quãdo ſunt infamatoria alicuius perſonæ cap. 1. & ſeq. 5. q. 1. Silua Nupt. in loco ſupra allegato nu. . Et pariter ſi ſunt criminoſa, puta ſi aliquod delictũ continent, argum. cap. 1. de homicid. in 6. & huic concluſioni addẽdus

Digitized by Google

das eſt D.Petr.Foller. in praxi crimin. canon. fol. 120.& ſeq.à nu.27. vſque ad 35. & Giurb. in dec. 94.& 95.Ricc.in deciſ.1.part.1.219.ea.par. & dec. 36.69.& deciſ.ſeq.part.2.& in reſolut.310.

Monopolium committit ille,qui operatur, vt annona carius vendatur l.1. C. de monopol. per quam ita tenet Ripa in tractat. de peſte in tit. de remed. præſeruat. contra peſtem nu.203. Monopolium committunt inſuper illi negotiatores, qui conueniunt ne merces niſi certo pretio vendantur d.l.1. verſ.neve quis, Iacob.Menoch. in tract.de arbitr. Iudic. caſ. 569. nu. 3. Item monopolium committunt artifices,qui inuicem paciſcuntur ne ipſorum aliqui opus ab alio inceptum perficiant d.l.1.verb. ædificiorum,Iacob.Menoch loco ſupra citato, vbi alios decem.& ſeptem caſus enumerat,& colligit, in quibus monopolium perpetratur, ad quem recurrendum eſt. quibus adde,quod valdè illicita eſt conuenticula,ſeù coniuratio,quam mercatores,& artifices faciunt circa eorum merces, & bona non vendenda d.l.1. & Boſſ.in tit. de vnion.num.4.fol. 229 vbi alios modos, & caſus congerit nu.ſeqq.in quibus monopolium committitur.Sed an dicatur aliquis illud committere ſi cum altero conuenit, vt nõ vendat alios pannos quàm ſuos, Boſſ.in loco ſupra allegato ſub nu.8.tenet,quod non,poſt Bald. quem allegat, vide etiam aliqua per Capyc.in dec. 209. nu.30. Pœna autem monopolij eſt bonorum confiſcatio,& perpetui exilij d.l.1.verſ.ſi quis autẽ, & Iacob.Menoch.in d.caſ.nu.23.ſed male iſta pœna ſeruatur, quia hodie in qualibet arte id, quod valet decem,artificum malitia venditur quatuordecim ſecundùm Boſſ.loco prædicto nu.10. Venũ facientes vniones, ſeù congregationes cum armis ad malum effectum puniuntur pœna mortis, ſecundum Alex.in conſil.103. col.fin. vol.1. de quo meminit idem Boſſ.in loco cit.nu.1.adde videndũ Caball.de omni genere homic.n.113.& ſeq.n.255 & 256.& omnino Theſaur.Iun.q.69.par.3.Tenẽtes autẽ homines malæ vitæ in domo armatos puniuntur lege Iul.de vi publica,etiã extra l.fin.C.ad l.Iul.de vi public.Luc.de Penn.in l.1.col.2.verſ.itẽ nota C.vt armor. vſus, & Boſſ.qui de Luca non meminit in ſæpius allegato loco nu. 2. congregationes verò,ſiuè vniones in dubio,an præſumantur illicitæ, vide omninò Aymon.Crauet.in conſ.4.& Iacob.Menoch.in conſil.28.vol.1. Et ad hanc concluſionem vide Decian. in tract.crimin.lib.7. cap. 21.ſol.108.tit.2 Bertazzol in conſil. criminali 77. ad finem vbi addictiones,poſt Gramatic. in deciſ. 300.nu.12.& Campan.in cap.Regni Grauamina à nu. . & Caball.in caſu 215.

Moræ purgatio,quando debet,vel non admitti,vltra DD. in locis topicis,vide Carauit.in rit.174.nu.5. Vrſill. ad Affl.in deciſ.174.num.23. Anna in ſing. 349.& 350.Marcell.Calà in tract.de modo articul. nu.58.ſol.43.& nu.81.ſol. . Iacob. Menoch.in tract.de arbitrar.Iudic.lib.2.caſ.7.& vſq;ad quod tempus ibidẽ, & Corbul.in tract.de iure emphyt. in tit. ex quibus cauſis emphyt. priuet. ob canon. non ſolut. fol. . & Viu.in opin.522.& ſeq.par.2. ſed quid ſi Dominus declarauit velle locum eſſe caducitati,an poſſit mora purgari,Didac.Couarr. doctiſſimus Iuriſconſ.Hiſpanus lib.3.var. reſolut. cap.17 nu 4. verſ. quia apud me affirmatiuè concludit,ex iuris authoritatibus, & rationibus, quas allegat;contrariũ tenet Steph Grat.in deciſ.49.nu. 4.& ſeq.poſt alios,quos citat,vbi de materia,ſed in dubio eſt tenenda illa opinio,quæ fauet purgationi moræ ſecundum Ann.in ſing.668.& ideó in Sacr. Conſil ſtrictiſſime proceditur in declarando res emphyteoticas deuolutas, ob non ſolutionem cẽſuum, & in eo plures termini dantur pro ſolutione ipſorum,& moræ purgatione antequam ſententia deuolutionis proferatur, vt refert D.Vincent. de Franch.in deciſ.482. nu.10. ex iſtis ego ſequerer opinionem Couarr. in loco citato . Mora tamen in illiquidis antequam fiat liquidatio non cõmittitur,Affl.& Vrſill.in deciſ.205.D.Lanar.in conſ.28.nu.24.& Surd.in deciſ.179.nu.13. & Fab. Ann.in conſil.95.nu.23.& in materia vide Surd.in tract.de aliment.tit.8.priuileg.47.& quando mora committatur, & in eam quis incurrat, vide Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 220. & Surd.in d.tract.tit.1.q 42.à nu. . & Anna in dictis ſingul. diſtinguit in debitore multis debitis inuoluto,& non inuoluto,ſequitur Cala vbi ſupra,& Alex.Trentac.in conſil.39. ad finem vol.1.

Mors mariti ad finem contrahendi matrimonium per eius vxorem relictam debet per certum nuncium probari, quia de re magni præiudicij tractatur cap. in præſentia de ſponſ. & ita reſpondet Roland.à Valle in conſ.93.nu.12. verſ.non obſtat vol.3.& eſt cõmunis opinio, vt poſt Clar.teſtatur Rota Peruſ. in deciſ. 12. nu 6. 7. & eſt de mente Natt.in conſil.241. ad fidem, accedit Maſcard.in tract.de probat.concl.1059 nu.3.4.vol.2. licet nu. 5.aliter tenent,& Paul.Fuſc.in ſing.43 littera M.& malè. Mortiſque appellatione venit mors naturalis. & non ciuilis, à quocumque hoc verbũ proferatur D.Vincent. de Franch. in deciſ.562.nu.9. & 689.nu.10.quia mors ciuilis non reperitur apud Iuriſconſ. D.Vincent. in d.deciſ.562.nu.10. Cumias omninò videndus in cap.ſi aliquem in verbo mortis à num. , , ,

Mulier cui factum eſt legatum ſub conditione nubendi Titio,ſi cum eo nubere recuſat perdit illud licet poſtea mutet eius voluntatem ſecũdum DD. in l.1.vbi Paul.Caſtrenſ.nu.4. dicit notabile, quia cõditio ſemel deficiens non reuiuiſcit C. de inſtit. & ſubſtit.& dicit ibi Iaſ.nu. . quod in conditionibus implendis non admittitur moræ purgatio, vbi Dec.nu.7.dicit quod mora non purgatur, etiã in continenti, ſequitur Sard. in tract. de aliment. tit.5.q.4.nu. 26 vbi dicit hanc concluſionem verã, & procedere, quando legatum eſt vnicum, ſecus vbi eſſet multiplex, & annuum, vt quando diceretur donec,quouſque,vel quamdiu,vt ibi per eum, quid autem ſi mulier vidua nubat intra annum luctus,an debeat perdere legatum ſibi à marito factum ob nimiam feſtinantiam nuptiarum, text.in l.1.C.de ſecundis nuptijs determinat,quod ſic,vbi Bald.num.6.declarat, & ſcribit procedere non ſolum reſpectu proprietatis, ſed etiam vſusfructus, ſiue legatum ſit purum, ſiue conditionale, ſubdẽs eſſe menti tenendum, quia ſæpè accidit, ſequitur Alex.ad Bart.in d.l.1. Dec.in ead.l.nu.10.15.& ratio eſt ſecundum Alex.quia offendit animam mariti, & vti ingrata priuari debet, & Boer. in deciſ. 286.per tot.adde quod ſecũdum opinionem iſtam affirmatiuam conſuluit Alex.Trentacinq.in conſ. 69.in 2.dub.vol.2. vbi multis modis reſpõdit DD.

con;

Google

contrarium tenentibus, vide tamen Theſaur. in q. 29. nu. 4. part. . . . vbi omninò; verùm opinio iſta procedit inſpecto tempore, d. l. 1. ſed cũ hodie omnes pænæ indictæ ſecundo nubentibus ob dictam nimiam nuptiarum feſtinantiam ſublatæ ſint de iure canonico per cap. fin. de ſecund. nupt. quod ius canonicum debet etiam ſeruari in foro ciuili, vt ibi per Doctor. quia mulier nubit de licentia Apoſtoli, vt ibi nõ debet perdere legatum ſibi per maritum relictum, eſto quod nubat intra annum luctus, vt poſt Federic. de Sen. Calder. Paul. Caſtr. Io. de Gar. & alios infinitos, quos citat, tenet Surd. in præallegato tract. tit. 6. q. 22. col fin. & nouiſſimè Peregr. in deciſ. 41. quod enim fit lege permittente pænam non meretur, declara tamen, vt per eundem Surd. in dicto tract. tit. 9. conſil. 30. nu. 30. videtur omninò Campan. in cap. Regn. 165. verſ. quæro modo fol. 151. & Theſ. Iun. lib. 1. qq. forenſ. q. 28. à nu. 10. vſque ad finem, & quando dicatur nimia feſtinantia, adeo quod indueatur conſuſio ſanguinis, ibidem per Campan. & Mart. in voto, 153. nu. . Verùm Iacob. Menoch. in conſ. 469. in ſecundo dubio affirmatiuè reſpondet, & quid ſi inſtitutus eſt hæres filius à teſtatore, & vxor ſua, cui per maritum teſtatorem eſt ſactum legatum alimentorum tranſit ad ſecundas nuptias amictat illud, vide omninò eundem Surd. in d. quæſt. 30. vbi ex profeſſo, & ad partes diſputat, & tandem pro affirmatiua concludit, ſed declara, vt ibi; vide in contrarium Peregr. in d. deciſ. nu. 30. item mulier vidua trãſiens ad ſecundas nuptias perdit dominium rerum, quas titulo lucratiuo, & ex liberalitate primi viri conſequuta eſt, teneturq; illud reſeruare, & reſtituere filijs prioris matrimonij iuxta text. in l. fęminæ C. de ſecund. nupt. Anton. Gabriel. in tit. de ſecund. nupt. in princip. Viu in opin. 535. num. 1. par. 2. Surd. in deciſ. 199. nu. 1. Alphan. Peruſ. in collect. 17. eamque exornat D. Fab. Ann. in collect. 93. ſed clarius, & melius dilectus meus D. Vincent. de Franch. in dec. 632. 655. & 666. vbi videndum eſt, Paſchal. de virib. patr. poteſtat. par. 3. cap. 10. nu. 49. ratio eſt, quia pęnæ ſecundo nubentium filiorum fauore non ſunt ſublatæ per dictum Apoſtoli de quo ſupra, vt tenet Affl. in dec. 75. ad fin. vbi Vrſill. nu. 14. Campan. in cap. Regn. mulier, quæ dotarium nu. 36. ad finem, Roland. à Valle in conſil. 95. nu. 14. vol. 1. Viu. in loco ſupra citato nu. 2. & in deciſ. 432. nu. 10. in fin. & ſeq. Villalob. in ſuis opin. lit. B. nu. 13. fol. 44 Suar. in lit. M. nu. 267. & liter. N. nu. 66. ſuſius Horatius Mandoſ. in conſil. Roman. 182. liter. A. D. de Ponte in conſ. 19. num. 64. Craſſ. in tract. de ſucceſſ. §. ſucceſſio ab inteſt. q. 25. ſub num. 1. Capriol. in eod. tract. de ſucceſſ. fol. 193. nu. 580. 581. & Theſau. Iun. in d. q. 28. nu. 4. 16. Paſchal. vbi ſupra nu. 50. & ibi in nu. ſeq. vide multa in terminis pręſentis cõcluſionis, & per iſta poteſt declarari opinio ſupra relata ſi mulier nubat infra annum luctus, an perdat legatum ſibi per maritum ſactum, & penæ prędictæ ex rationis identitate locum etiam habent in marito tranſeunte ad ſecunda vota, vt poſt Bart. & alios antiquos, & Soccin. Corn. Dec. Pariſ. Aret. Aym. & alios conſuluit Rolan. à Valle in dicto conſ. 95. maximè num. 8. q. 10. & iterum in conſil. 81. vol. 3. Viu. in d. opinion. nu. 4. Franc. Burſat. in conſil. 12. nu. 1. vol. 1. & Mart. in voto 92. Paſchal. qui ſupra num. 51. & Gratian. lib. 1. diſceptat. forenſ. cap. 41. prędictæ tamen pęnæ locum non habent ſi mulier vidua tranſiret ad ſecundas nuptias de conſenſu viri, quia tũc dominium prædictorum bonorum non amicteret, ſecundum Campan. in dicto cap. mulier quæ, & nu. ſupra citat. in fin. & ſuſius nu. 58. Horat. Mandoſ. in conſ. Roman. 219. littera B. Viu. in d. opin. nu. 22. Craſſ. in d. §. ſucceſſio q. 17. nu. 6. poſt Gabriel. in dicta concl. 1. nu. 29. Capriol. in d. tract. fol. 192. n. 572. Theſaur. Iun. lib. 1. qq forenſ. q. 39. à nu. 2. & Iacob. Menoch. in conſil. 469. à nu. 13. cum ſeqq. vbi tamen nu. 14. intelligit, quoad præiudicium ipſius mariti, non autem filiorum, prout etiam intelligit Theſaur. Iun. in d. q. 30. nu. 4. vbi in fine d. nu. ſic per Senat. Iudicatum refert quæ tamen limitatio intelligenda eſt de licentia contrahendi ſecundas nuptias poſt annum luctus, non autem infra annum luctus, ſecundum Gabr. loco ſupra citato nu. 14 fol. 45. Capriol. d. nu. 575. Viu. in d. deciſ. 432. nu. 10. in fin. Stephan. Gratian. in deciſ. 168. nu. 12. & nouiſſimè Theſaur. Iun. loc. ſupra cit. poſt nu. 3. vbi infra verſ. hanc tamen ſcribit hoc à Didac. Couarr. & Forſter. non eſſe receptum propter ius canonicum, quod ei aduerſatur qualiter autem mariti conſenſus deprehendatur, vide Cremen. in ſing. 75. Dilect. de arte teſtand. tit. de legat. caut. 18. & Iacob. Menoch. in conſil. 470. nu. 10. 15. & Honded. in conſil. 73. num. 121. vol. 2. ceſſant ſecundo pęnæ prædictæ ſi mulier vidua tranſit ad ſecundas nuptias cum filiorum conſenſu ſecundum Roman. in d. conſil. 219. nu. 3. vbi Mandoſ. littera C. Viu. in d. opin nu. 23. Gabriel. Campan. Craſſ. & Capriol. in locis ſupra citatis, quibus aſſentiunt Marc. Ant. Natta in conſil. 465. nu. 13. & conſil. 466. Franc. Burſat. in d. conſil. nu. 41. Menoch. in conſil. 155. nu. 13. Surd. in dec. Mantuan. 100. nu. 1. in fin. vbi refert ita per Senat. Mantuan. iudicatum, D. de Franch in d. deciſ. 632. nu. 4. & Theſaur. Iun. in allegat. q. 30. nu. 6. vbi tamen verb. mihi vllo, refert multos ab hac opinione diſſentire, prout etiam ipſe ab ea recedit, quæ limitatio ſi vera eſt ampliatur procedere, etiam in tacito filiorum conſenſu ſecundum præallegatos DD. & inſuper Surd. in dec. 99. nu. 12. verſ. quinimmò, Menoch. qui ſupra nu. 15. qui tamen conſenſus intelligitur poſt annum luctus, quia filij tunc nec expreſsè, nec tacitè poſſunt conſentire ſecundum Capriol. in loco ſæpius citato nu. 575. vbi Roman. Iaſ. Coraſ. Dilect. & Gabriel. allegat. Quid autem ſi filij non fuerunt conquæſti de trãſitu matris, vel patris ad ſecundas nuptias, an ſibi præiudicium intulerint, vide Viu. in d. opinion. nu. 25. Rolan. in allegat. conſil. 81. nu. 15. in fin. & D. Vincent. in d. deciſ. 632. nu. 4. verum ſi filij ſunt infantes, vel impuberes non poſſunt matri ad ſecundas nuptias tranſeunti talem conſenſum pręſtare, vt plenè diſcuſſo negotio iudicauit Senat. Mantuan. teſte doctiſſimo Surd. in d. deciſ. 100. ſequitur D. Vincent. vbi ſupra nu. 5. & ſeq. vbi ſubſtantialiter loquitur, ſed bene poteſt tutor conſentire ſecundum Gabriel. in d. concluſ. nu. 40. & D. Vincent. in d. deciſ. poſt nu. 4. verſic. immò ſufficere, conſenſus autem tacitus filiorum, vel filij elicitur quando fuit præſens matrimonio, vel ſi viuens tacuit, nec de matre eſt conquæſtus ſecundum Burſat. in d. conſil. 12. nu. 42. poſt Grat. & Bocr. quos allegat, & eſt de-

men-

Digitized by Google

mente Gabriel. loco ſupra citato nu. 7. & D. de Franch. in d. deciſ. 632. dicto verb. imò ſufficere, vide tamen ipſum nu. 5. & ſeq. vbi de veritate, in multis etiam caſibus diſpoſitio d. l. fœminæ non vendicat ſibi locum, vt eſt videre apud D. Vincent. in deciſ. paulo ante citata à nu. 1. & ſeq. & in d. dec. 655. ad quē lectorem remitto, quibus addo quod pariter ſibi locum non vendicat in acquiſitis per mulierem titulo oneroſo, vt ſcribit Roman. in d. conſ. 219. ſupra allegato n. 4. vbi Mandoſ. in addit. litera D. Menoch. in d. conſil. 155. num. 6. ſequitur Viu. in allegat. opinione nu. 26. vbi ita judicatum refert, Item ſibi locum non vendicat in donatione vxori contemplatione viri facta, ſecundum eundē D. de Franch. in deciſ. 18. nu. 7. Item & ſi ex diſpoſitione d. l. fœminæ, mulier, ſeù mater tranſiens ad ſecundas nuptias filijs exiſtentibus ex primo matrimonio amittat dominium omnium, quæ conſequuta fuit ex titulo lucratiuo, & liberalitate primi viri, vt ſupra, tamen ſi ipſa exiſtente vidua, filius, vel filij omnes moriuntur, & poſtea nubit benè in proprietate, & vſufructu ſuccedit, ſecundum Affl. in d. deciſ. 75. nu. 3. in fine, & eſt de mente D. Vincent. in d. deciſ. 655. col. 1. verſic. primus caſus, Theſaur. Iun. in q. 30. nu 1. part. 1. & quod lucratur non tantum vti hæres, ſed iure proprio, Anna Iun. in conſil. 74. ſubdit tamen Affl. vbi ſupra nu. 4. verſic. tamen Angel. quod mater ſolum hodie ſuccedit filio in bonis paternis in vſufructu, ſiuè nubat ante mortem filij, ſiuè poſt, & proprietas eſt fratrum, & dicit ita firmare Alex. in conſil. 63. vol. 5. & Vrſill. ibi ſequitur, verùm dicit ipſe, quod in bonis quæſitis per filium mortuum ſuccedit in proprietate, & vſuſufructu cum alijs fratribus, vt patet in auth. ex teſtamento C. de ſecund. nuptijs, & in l. mater C. ad Tertull. & ibi Paul. de Caſtro, Quid autē ſi mater nupſit ante mortem filij, adeo quod de proprietaria eſt effecta vſufructuaria eorum, quæ habuit titulo lucratiuo, & liberalitate primi viri, vt ſupra iuxta d. l. fœminæ, ſi poſtea moriatur filius ſuperſtite matre, an ceſſat pœna amiſſionis proprietatis, & ſi eſt reuocabiliter, vel irreuocabiliter, vide Crauet. in conſil. 285. & omninò D. Vincent. in d. deciſ. 655. vbi pro matre iudicatum refert, Gratian. libr. 3. diſcept. forenſ. cap. 519. nu. 55. & Sempron. Aſcia in determinatione 50. in fine, & circa pœnam amiſſionis ſucceſſionis ſecundo nubentis, vide omninò Theſaur. Iun. d. libr. 1. q. 29. à nu. 9. cum ſeqq. verſic. tertia pœna, & ad materiam huius cōcluſionis, vide Mſinger. obſeruat. 24. cent. 5. & ad iſtam concluſionem adde Gratian. libr. 1. diſcept. forenſ. cap. 140.

Mulier regulariter conſtante matrimonio non poteſt petere eius dotes, niſi eo ſoluto l. 2. ff. ſolut. matr. §. dotes in auth. de nupt. Alex. in conſi. 106. colum. 1. vol. 5. Tamen in mulris caſibus datur ei repetitio, vt per gloſ. in d. l. 2. in verb. dos, & in d. §. dotes in verb. ex cauſa. Pract. Papienſ. in forma libelli ad dotem in gloſ vxor. nu 7. DD. in d. l. 2. & Molfeſ. ad Napodan. part. 6. q. 5. ful. 479. inter quos eſt vnus, quando maritus vergit ad inopiam deteriorando ſubſtantiam ſuam, iuxta l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim. & l. vbi adhuc C. de iur. dot. Tunc enim poteſt petere aſſecurationem pro ſuis dotibus, & antefato ſuper bonis mariti, quæ aſſecuratio nihil aliud facit, quam dotes in tuto ponere, vt ipſarum fructus deſeruiant pro alimentis vxoris, & mariti, ac filiorum, vt inquit Bald. in cap. contingit col. 2. verſ. quid ergo de reſtit. ſpoliat. quem refert, & ſequitur D. Vincent. de Franch. in deciſ. 54. nu. 2. vbi addo, & iterum in deciſ. 617. nu. 9. 10. vbi nu. 7. refert quomodo ſententia aſſecurationis concipiatur in Sacr. Conſil. videlicet, vt de fructibus bonorum ſe, & ſuos alat, iuxta formam iuris, & ſic executioni demandatur ſententia, quia nullo modo transfertur dominium, vt etiam ſcrbit Affl. in deciſ. 9. de quo cum alijs memini ad eundem D. in d. deciſ. 54. & vltra addo nunc gloſ. in d. §. dotes ſupra in principio allegatam, & Pract. Papienſ. loco ſupra citato, Nam per aſſecurationem non fit vera dotis reſtitutio, ſed in tutum poſitio, vt de fructibus alantur vxor, vir, & filij, vt ſupra, ſecundum eundem Dominum in d. deciſ. in princip. vbi addo, & iterum in d. deciſ. 617. num. 9. verſ. & propterea, quidquid Viu. dixit in deciſ. 538. nu. 11. & ſeq. & D. Maſtrill. in deciſ. 144. Nec contra mulierem agentem, & aſſecurationem petentem datur mariti creditoribus ius offerendi, vt pluries fuit deciſum in Sacr. Conſil. refert idem doctiſſimus Dominus in dicta deciſ 54. num. 4. 5. vbi latiſſimè alios addo, & nunc addo eundem Dominum in deciſ. 617 nu. 9. cui nos DD. plurimum debemus, videatur tamen Mart. in voto 36. num. 10. Verùm quando mulier petit aſſecurationem ſuper pecunia viro debita non extantibus alijs bonis cōpetit creditoribus viri ius offerendi, ſecundum Affl. in deciſ 221. vbi dat modum, vt pecunia ponatur in emptionem annuorum reddituū, vel penes fidum mercatorem in fauorē mulieris, iuxta text. in cap. per veſtras de don. int. vir. & vxor. meminit, & ſequitur idem Dominus in d. deciſ. 54. nu. 5. Paul. Fuſc. in ſing 49. in fin. litera M. Mangrel. & de Bott. ad Bart. in d. l. ſi conſtante, Viu. in deciſ. 413. nu. 4. & Stephan. Gratian. in deciſ. 194. in fine, & mulieri per mercatorem debetur intereſſe, Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Lucæ 21. nu. 50. 54. Qualiter autem mulier agere debet ſi petat aſſecurationem bonorum immobilium in dotem datorum, vide omninò D. de Punte in deciſion. 19. Item poteſt mulier ipſa vigore ſui inſtrumenti dotalis in quo extat præcarium, & conſtitutum reuocando illud inſiſtendo, atque incumbendo pignori impedire exequutionem factam, ſiuè faciendam ad inſtantiam creditorum mariti ſuper eius bonis, ſecundum Grammat. in deciſ. 92. nu. 17. 19. ſequitur Ann. Sen. in ſing. 598. & Molfeſ. in d. q. 5. nu. 35. fol. 481. etiā nun conſtito in promptu de inopia, & vergentia viri, vt dicit Vrſill. in deciſ. Affl. 199. nu. 2. vbi ita deciſū refert in Sac. Conſ. & etiam aduertit modum practicandi, refert & ſequitur Flamin. Cartar. in deciſ. Genuæ .... nu. 2. & D. Senat. Theſ. Iun. in addit. ad dec. 207. ſui genitoris, vbi ſimiliter refert ſecundum opinionem iſtam iudicatum, & ſubdit in iſtis terminis loqui Marc. Anton. Natt. in conſil. 300. Thor. in compend. deciſ. fol. 196. & Semprun. Aſcia in determinatione 5. ſecundo dubio, vbi nu. 9. 10. & quoad fructus pendentes executio impeditur, licèt aliter teneant D. Antoninus eius Genitor in d. deciſ. & Fab. Ann. in conſi. 63. & Marcell. Calà de modo articul. nu. 154. fol. 78. & malè per prædicta, hinc etiam mulieri aſſecuratio prædicta competit non ſolum per viam actionis,

ſed

ſed etiã per viam exceptionis, nam cui datur actio conceditur etiam exceptio, & ita iudicatum refert Stephan. Gratian. in d.deciſ.194. nu.19.20. Cuius exceptionis vigore mulier ipſa poteſt vti retentione, ſecundum D.Senat. Theſaur. in addit. ſupra citata, qui allegat Alex. in conſil. 106. col. 1. vol.5. conuenit Bertazzol. in conſil. crimin. 113. vol.1. poſt Neguſant. quem allegat, quæ tamẽn mulier aſſecurationem petens nõ poteſt actionem hypothecariam ſibi contra maritum, & poſſeſſores bonorum ipſius competentem ſibi obligatorum alteri cedere, ſecundũ Neguſant. in tract. de pignor. in 1. memb. 5. part. nu.38. ſequitur Tiraquell. de retract. conſangu. §.26. gloſ. 1. nu.8. & Viu. qui de communi teſtatur in opin. 10 part. 1. Verùm poſſeſſores conuenti hypothecaria tacita à muliere poſſunt exceptionem excuſſionis aduerſus eam opponere, vt iudicatum fuiſſe in Sacr. Conſilio refert D.de Franch. in deciſ.270. vbi multis Doctorum authoritatibus iſtam opinionem probat, & ego alios concordãtes in additionibus meis addo. Quando autem mulieri conceditur aſſecuratio, debet aſſecurari pro concurrenti quantitate ſuarũ dotium, & menſura ſui crediti, vt poſt Neguſant. Bald. Nouell. & alios ſcribit Vrſill. in d.deciſ.9. nu. 5. quibus accedunt Campan. in cap. Regn. 209. ou. 47. in fine, Cacher. in deciſ. Pedemont. 130. nu. 13. Hyeronim. Gabriel. in conſilio 147. col. 1. vol. 1. & Viu. in d.deciſ.413. num. 2.5. ſed quæ probatio ſit per vxorem facienda circa vrgentiam mariti ad inopiam, Rot. Bononiæ in deciſ.68. à nu. 1. & ſeq. diſtinguit hoc modo, aut mulier agit contra maritum, & tunc probationes non requiruntur adeo integrè, quia de leui præiudicio agitur, & tractatur, aut agit contra tertium, & iſto caſu requiritur plena inopiæ probatio, ex quo de graui præiudicio tractatur poſt Barr. & alios, quos allegat, & ſequitur, & nu. 3. ſcribit teſtes deponere debere manifeſtum eſſe maritum ad inopiam vergere, allegat text. in l. in rebus §. fin. in verbo claruerit C. de iur. dotium, cum alijs concordantibus, de quibus ibi per eum, ſequitur Maſcard. in tractat. de probation. concluſ. 1017. nu. 2. vol. 2. qui tamen non meminit de dicta deciſ. Bonon. & Marcell. Calà, qui alios modos addit in loco ſupra allegato nu. 150. & ſequitur Ioſeph Ludouic. in deciſ. Lucæ 22. à nu. 9. cum ſeqq. vbi benè loquitur, & meminit de deciſ. Bonon. ſupra allegata, & Stephan. Gratian. in deciſ. 194. nu. 23. 24. quibus addo Napodan. in conſuet quæ incipit, vbi dos num. 18. cum ſeqq. fol. 235. à tergo in nouis, & Cornazzan. in deciſ. Lucæ 95. col. 1. maritus autem dicitur vergere ad inopiam, & malè vti ſubſtantia ſua, quando pro alijs fideiubet, vt dixi ſupra in concluſ. fideiubere pro alio, Item quando maritus longo tempore fuit abſens, aut eſt bannitus cum bonorum publicatione, vel alio modo exul factus ſine publicatione bonorum, tunc mulier poteſt agere, & aſſecurationem petere ſecũdum Gloſ. in d.l. 2. ſolut. matrim. & Roman. reſpondit in conſil. 187. ad finem, ſequitur Pract. Papien. in loco ſupra citato fol. 66. & Mandoſ. ad Roman. vbi ſupra litera D. accedunt Grammatic. in conſil. crim. 52. nu. 4. Foller. in verb. annotentur bona nu. 23. Burſat. in conſil. 56. poſt nu. 1. verſic. quæ reſtitutio vol. 1. Surd. latiſſimè in tract. de aliment. tit. 1. q. 34. à nu. 1. cum ſeq. & q. 36. nu. 1. & ſeq. & Ioſeph. Ludouic. in d. deciſ. 22. ad finem, quibus addo Napodan. vbi ſupra, & vide D. Vincent. de Franch. qui Napodan. allegat in deciſ. 562. nu. 11. & poſt nu. 12. vbi an mulier poſſit petere eius dotes marito foriudicato vide eum, & iterum in deciſ. 689. part. 4. Carroc. in deciſ. 106. nu. 19. qui loquitur in condẽnato ad triremes, & ſequitur Molſeſ. part. 6. q. 5. nu. 7. vbi non ſolum loquitur de condemnato ad triremes perpetuo, & de deportato, ſed etiam de condẽnato ad triremes per decennium, & relegato nu. 14. Verum mulier tempore dilapidationis mariti, & ipſius vergentiæ ad inopiam debet querimoniam de ea facere, atque probare, vt poſt Angel. & Grãmat. tenet Calà loco ſupra citato nu. 154. ad finem, & ante eum Vrſill. in d.deciſ. Affl. 9. in fine, & Stephan. Gratian. vbi ſupra nu. 22. licet Vrſill. relinquat cogitandum, an autem mulier poſſit aſſecurationem eius dotium petere, ſi tempore contracti matrimonij ſciebat maritum eſſe inopem, & ad inopiam vergere, Ioſeph. Ludouic. in d.deciſ. nu. 7. 17. & ſeq. poſt infinitos, quos allegat tenet quod ſic quia dotis fauore ſibi non præiudicauit, & ſi aliter videatur tenere Vrſill. ad Affl. in deciſ. 284. & Calà in loco ſupra allegato num. 153. Quid autem ſi maritus, qui vergit ad inopiam dedit fideiuſſorẽ de reſtituendo dotes in omnem caſum dotium reſtituendarum, an eo caſu mulier poſſit contra fideiuſſorem dotiũ aſſecurationem petere, Franc. Burſat. in d.conſil. 56. poſt nu. 1. verſic fideiuſſorẽ verò vol. 1. reſpondet, quod non, poſt Natt. in conſil. 81. in fine, & alios, quos allegat, ego tamen ſemper dubitaui, & dubito de huiuſmodi opinione, poſtquam communis forma fideiuſſionum, quæ mediante inſtrumẽto publico fiunt, fideiuſſor promittit, & ſe obligat, quemadmodum promittit, & obligatur principalis debitor, nempè maritus, & principalem debitorem ſe conſtituit, vt dixi ſupra in concluſ. fideiuſſor, etiam in caſu aſſecurationis, vt in inſtrumentis dotalibus legitur, & animaduertit D. Vincent. in d.deciſ. 562 ad finem, & conſequenter teneo contra Burſat. & ſequaces, & in hac opinione videtur eſſe Rip. in d.l. ſi conſtante nu. 95. 96 qui à communi diſcedit, quem vidi dum iſta ſcriberem; Quid ſi mulier poſſit petere aſſecurationem dotium, & anteſati contra ſocerum correum, marito vergente ad inopiam, Roman. in conſil. 362. in 1. dubio conſuluit, quod ſic, quem ſequitur Ancharan. Iun. in quæſt. 29. par. 1. videantur Ripa in d.l. ſi conſtante num. 50. 53. Fab. Ann. in d.conſil. 63. ad finem, & Michael Craſſ. libr. 2. de ſucceſſ. §. collatio bonorum q. 15. fol. 183. vbi plures recenſet opiniones ex mente DD. in d.l. ſi conſtante, vt ibi per eum, vide etiam Neguſant. in tract. de pignoribus in tertio memb. 8. part. nu. 1. ibi niſi in caſu inopiæ mariti, vel alterius obligati, Viu. in opin. 533. nu. 3. 4. part. 2. & Molſeſ. in loco ſupra citato nu. 36. fol. 481. Quid verò dicendum in hoc caſu, mulier fuit per ſententiam pro ſuis dotibus, & anteſatu aſſecurata, vt de fructibus bonorum ſe, & ſuos alat, vt dixi ſupra, ſi fructus, aut introitus dictorum bonorum alimenta prædicta excedunt ad quem pertinẽt, ad virum, an ad vxorem? Bart. in d.l. ſi conſtante nu. 104. tenet pertinere ad virum, latiſſimè D. Vincent. in d.deciſ. 617. à nu. 2. vbi dicit poſt DD. quos allegat opinionem

iſtam

ſtam Bart. communem, quam ipſe latè defendit ab impugnatione Ioann. Crot. eamque ſequitur Surd.in d.tract.de aliment.tit.1.q.35.nu.12.q.39. nu.3.& q.41.nu.11. Maritus verò confitendo ſe vergere ad inopiam, vt vxor ſua poſſit aſſecurationem ſuper bonis ſuis petere nō præiudicat ſuis creditoribus, vt poſt Cyn. ſcribit Marc. Anton. Natta in conſil.438. nu.10. & Surd in d.tract.tit.9. q.42.nu.26. vbi ad alias infert quæſtiones nu.27. vide deciſ. Cappell. Toloſan. 338. & ſeq. & Cornazzan.in d.de.iſ.95. col.1. Denique pro complemento nota vnum, quod ſi vxor agit pro aſſecuratione ſuarum dotium pro inopia mariti, & proceſſu inſtructo moriatur maritus, adeò quod ſit caſus verè dotium reſtitutionis, poteſt expediri facere proceſſum in cauſa reſtitutionis dotium, ſecundum Annam in ſingul. 597. accedit Pract. Papienſ.in forma libelli, ad dotem nu.13. & multa apud Thor. in d.compend.verb.aſſecuratio.

Mulier, quæ liberauit vnum ex fideiuſſoribus, qui fideiuſſit pro ſuis dotibus, ſi agit pro dictarum eius dotium recuperatione, minimè ei obſtat exceptio cedēdarum, quia ſpeciale eſt in dote, prout etiam alia ſunt pro dote inducta ſpecialia, ſecus ſi pro alio debito, vt poſt Soccin. Aff. Neguſant. & Vrſill. concludit D. Vincent. de Franch. in deciſ. 477.nu.23.in fine,& ſeq.vbi addo D.Lanarium, quibus nouiſſimè accedit Stephan.Gratian in dec. 223.nu.13. Viu. in deciſ.100. & Intriglio. in deciſ. 16.nu.41. & Thor.in d.compend.deciſ.fol.81.

Mulier an poſſit priuilegium tacitæ hypothecæ cum prælatione, de quo in l. aſſiduis C. qui pot. in pignor. habeantur cedere, & in ceſſionarium tranſeat, eſt valde dubium, & in eo DD.vario modo loquuti ſunt, adeo quod diſcerni non poſſit, quæ ſit magis communis opinio, vt teſtatur Neguſant. in tract. de pignor. in 4 memb. 2.part. nu.107. in principio, vbi refert Alex.in l.poſt dotem col.fin. num.31. & ſequ. ff.ſolut.matrim. dicere eſſe difficilem, & venenoſam, in qua Neguſant in loco ſupra citato, poſt Bart.in d.l.poſt dotem nu.35. diſtinguit, quod quædam eſt ceſſio, quæ fit ex neceſſitate ex vtraque parte, quia ille, qui cedit cogitur cedere, & iſto caſu tranſit cum onere ſuo, & Bart. allegat text. in l. fin. C. de priuileg. fiſci ſubdens, quod ſi neſcis extrahere vadas ad ipſum, vel eſt ceſſio, quæ fit ex voluntate, & priuilegium non tranſit, & quando tranſit in ceſſionarium, debet intelligi ſi agitur iure directo nomine cedentis, vt in §. fuerat inſtit. de action. ſecus ſi agatur vtili nomine ſuo, & cum hac Bart. diſtinctione tranſit Curt.in addit. ad Alex. in d.l.poſt dotem litera B. vbi dicit, quod opinio Bart.eſt in foro adoranda, quam etiam ſequitur Vrſill. ad Aff. in deciſ.305. nu.6.& ſi aliter videatur tenere Neguſant.qui Doctores in contrarium refert in loco ſupra citato, & tandem refert Bald. Nouell. diſtinguentem hanc opinionem in duo membra, vt ibi per eum qui fimbrias multum dilatat. An autem interuſurium vxori, vel marito debitum poſſit alteri cedi, Lup. Gemin. in tract. de vſur.comment.1.§.7. ad l.curabit nu.159.fol.45. à terg. in paruis, poſt Cagnol. & alios, quos allegat tenet, quod ſic, quidquid aliter dixerit Neguſant. in loco per Lup. citato, ceſſio tamen, quæ à muliere fit ſi valida eſt per eam mulier diſcedit à loco ſuo, & ceſſionario, cui cedit, locum facit, qui præfertur cæteris, qui poſt mulierem cedentem contraxerunt, vt poſt Bald. & Salicet. concludit D.Vincent.de Franch.in dec.478. poſt nu.3.vbi alios addo, & bene facit notabilis deciſ. Minad. 29. Quæ ceſſio vbi pecunia interuenit ſimilis eſt emptioni, & vēditioni, Roman.in conſ. 86.nu.12.vbi Mandoſ litera F. ſequitur Marc.Anton. Natta in conſil.398.nu.20 Stephan.Gratian.in deciſ.13.nu.38. vbi nu.39. dicit ceſſionem eſſe loco ſolutionis, poſt Dec. in conſil. 99. nu. 4. & aliqua per Roland à Valle in conſil. 60. à nu. . volum. 4.

Mulier non poteſt petere à filijs interuſurium, ſiuè alimenta dotis non ſolutę poſt annum luctus, ſi fuit prædictorum ſuorum filiorum tutrix, & ſibi non ſoluit, quia fuit in culpa, ſecūdum Plot in l ſi quando §.11. nu.34. C. vnde vi fol.155. à terg. ſequitur Surd.in tract.de aliment.tit.3.q.7.nu.18.poſt Soccin.Sen quem ambo allegant.

Mulier plebeia nupta Baroni, vel alteri nobili, acquirit eiuſdem mariti Nobilitatem, & dignitatem per text. in l. fęminæ, ff de Senat. & ita poſt Bart. Fulgoſ.Caſtrenſ.& Iaſ.tenet Vincent.Maxill. in cōſuet.Bar.fol.49. nu.24. in nouis, accedit Cumia in cap.ſi aliquem in verb.maritata, nu.151. D.de Ponte in conſil.31. nu 7.8. vol.1. de quo meminit D.Fab.Anna in conſ.108.nu.14 cum ſeq.idem D. de Ponte de poteſt Proreg fol.502.nu.19.& ſeq. D. Rouit in pragm 15.nu.10.de militibus,& Capibl. in pragm.8.part.2.nu.193.in nouis, de Baron. Quæ concluſio procedit etiam mortuo viro, ea tamen vidua exiſtente per l. filij in §. vidua ff. ad municipal. quam allegat D. de Ponte vbi ſupra numer.9. D. Anna in d. conſil. num. 8. & ſequ. quia cenſetur eſſe in primo matrimonio l.fi. C.de bonis mater. qualiter verò hoc procedat, vide Cumia qui ſupra nu.44. ſed quid ècontra ſi mulier nobilis, ſeu titulata nubat ignobili, aut non titulato, an faciat ipſum nobilem, vel titulatum text. in d. l. fęminæ videtur dicere, quod non ſecundum Maxill. in loco ſupra allegato, & Cumia in d.nu.151.in fine, & faciunt ſcripta in principio huius concluſionis, Dominus autem Regens de Curte de feud.fol.12. à nu.24. cum ſeq. ſcribit, quod de conſuetudine maritus conſequitur hanc dignitatem, & nobilitatem ex perſona vxoris, ſubdens, quod in hac poſſeſſione hodie ſunt mariti, & allegat Hoſtienſ. vt ibi per eum, & hanc opinionem videtur tenere Paul.Fuſc.in ſing.43 litera M. vide omninò D.de Ponte vbi ſupra nu.20.& ſeq.& Thorum in compend.deciſ.fol.105.575.& ſcribit Paſcalis in tract. de virib. patr. poteſtat. part.3.cap.2. nu.37. quod mulier nobilis nubent viro plebeio, & ignobili ſtatim nobilitatem amictit.

Mulier ſoluto matrimonio non tenetur præcisè ſtare locationi rerum dotalium factę à marito dum ipſe eas res adminiſtrabat, & dotis dominus erat, verum ipſa marito cauere de indemnitate tenetur, ne damnum aliquod conſequatur, ex his, quæ matrimonio conſtāte vti legitimus adminiſtrator geſſit, vt poſt Bart.Cuman. Imol. Roman. Caſtrenſ. Cyn.Salycet.Alberic.Campeg.& alios, quos allegat, ſcribit Didac.Couarr.libr.2.var. reſolut. cap. 15.ſub nu.5. vbi fatetur hanc eſſe communē opin. meminit, & ſequitur Villalob. in ſuis opinion. litera M.nu.145. ſcribit tamen idem Couarr.poſt d.

nu.

Digitized by Google

nu. 5. verſic. ſed nihilominus, quod non omninò reprobanda eſt opinio Alex. in l. ſi filiofam. in §. ſi vir in quinquennium nu. . ff. ſolut. matrim. ſcribentis teneri præcisè mulierem ſtare locationi vbi locatio facta fuerit per maritum ad modicũ tempus, puta per annum quaſi id æquitati conueniat, cum ea locatio rectè, ac boni fide facta ſit, quam Alex. opinionem videtur ipſe ſequi, quem refert idem Villalob. litera L. fol. 233. nu. 135. vide tamẽ D. Vincent. de Franch. in deciſ. 488. nu. 3. 4.

Mulier viuens iure Longobardorum abſque mundualdo non poteſt teſtari, neque codicillari, ſecundum Affl. in conſtit. inſtrumentorum robur nu. 4. verſic. & qui 1, & nu. 5. & latiſſimè plenè diſcuſſo artic. idem Afflict. in deciſ. 260. vbi reprobato Paulo Caſtrenſe contrarium ſentiente fuit ita per Sacr. Conſil. deciſum, ſequitur Marãt. in tract. iudicio. part. 3. nu. 125. Cauenſ. in rit. 291. nu. 4. vbi ſimpliciter ſequitur Affl. vbi ſupra, & nouiſſimè Franc. Viu. non contemnendus author, qui alios allegat in deciſ. 245. num. 1. vbi num. 2. refert ita iudicaſſe Regiam Audientiam Apuleæ in anno 1583. & nu. 8. teſtatur ſic ſemper iudicaſſe in varijs cauſis, & iudicari vidiſſe, accedit idem Viu. in opinion. 829 nu. 2. part. 2. ſecũdum impreſſionem Aquilanam, & Capriol. in tractatu de ſucceſſ. fol. 63. nu. 329. videatur Vincent. Maxill. in conſuet. Bari à nu. 14. cum infinit. ſeqq. fol. 237. à tergo, & ſeq. qui aliter videtur tenere, dicẽs Affl. in d. deciſ. nõ dicere Sac. Conſ. ita iudicaſſe, ſed ſolũ maiorem partem Dominorum inclinaſſe in opinionem ſupra relatam, & reſpondit omnibus, quæ per Affl. adducuntur, ſed Affl. & ſequacium opinionem ſequitur Grauin. in rit. 164. ſecundũ ordinem ſuum part. 2. declarat. 18. nu. 35. Vrſill. ad Affl. in d. deciſ. poſt nu. 2. verſic. ſed quod valeat, & ita tenendum eſt, & ſecundum opinionem iſtam conſuluit Alex. Trentacinq. in conſ. 7. vol. 2. vbi ita iudicatum refert, quis verò erit legitimus mundualdus ipſius mulieris, Luc. de Penn. in l. quæcumque colum. 2. vſque ad finem C. de re milit. libr. 12. de quo meminit remiſſiuè Affl. in d. deciſ. 260. in fine diſtinguit hoc modo, aut mulier habet patrem, in cuius poteſtate ſit, vel fratres, & iſto caſu pater erit mũdualdus, vel fratres, aut caret iſtis perſonis, & maritus erit mundualdus, ſubdit tamen, quod in partibus Apuleæ, vbi tale ius viget, patres tempore, quo tradunt filias maritis retinent mundium, ſequitur Cauenſ. in d. rit. nu. 5. & Carau. ibi num. . ſubiungit tamen Lucas in loco ſupra allegato in fine quod Dominus Bartholom. de Cap. venerandæ memoriæ voluit, & conatus fuit dictum ius Longobardum vti aſininũ, & ſine ratione auferre, ſequitur Maxill. in prohem. conſuet. Bari n. 224. & ſeq. Carau. in rit. ſupra citato nu. 2. quia per generalem cõſuetudinem eius diſpoſitioni derogatum eſt, ſecũdum Maxill. & Carau. in locis paulo ante citatis, licet Maxill. ibidem num. 228. dicat ſeruari ſolum in aliquibus partibus; mundualdus autem non habet mulierem in poteſtate, ſed ſolum mundium mulieris, non enim habet niſi quandam authoritatem ad inſtar Curatoris, ſecundum Maxill. in d. conſuet. in 9. mulieri nulli licere num. 33. fol. 239. á terg. & ibi ponit multa in materia ad principalem concluſionem, vide Tiraquell. de li. connubial. gloſ. 5. in 7. q. & de ſtatuto prohibente mulierem contrahere abſque mundualdo, vel cõſenſu propinquorum, vide Vrſill. ad Affl. vbi ſupra Grauin. in d. declar. 18. à nu. 63. cum ſeqq. Viu. in opinion. 796. part. 2. & aliqua in d. deciſ. 245.

Mulier, quæ alienam in ſe ſuſcipit obligationem iuuatur velleiano l. 1. in principio, & l. 4. C. ad velleian. ſiuè pro patre, & marito ſe obliget, ſiuè pro fratre, & filio mariti, vt poſt Bald. Salycet. & alios tenet Theſaur. in deciſ. 223. nu. 5. vbi refert ita per Senat. iudicatum, quibus adde D. de Pont. in tract. de poteſtat. Proreg. fol. 493. nu. 25. D. Maſtrill. in deciſ. 140. & Honded. in conſil. 45. à num. 17. cum ſeq. vol. 1. quod quidem velleianum habet locum, ſiue mulier, quæ pro alio ſe obligauit ſit vidua, ſiuè nupta, aut virgo, vt docet D. Vincent. de Franch. in deciſ. 622. nu. 8. & ſeq. & de Theſaur. meminit idem D. Vincent. in deciſ. 578. nu. 11. 13. & 14. & D. de Ponte vbi ſupra fol. 489. nu. 5. quia velleianũ eſt fauorabile, ex quo inductum eſt principaliter mulierum fauore, vt per eundem D. ibidem num. 5. poſt Roffred. quem allegat. nam cum ipſa prohibeatur ſe obligare, ſiuè intercedere pro alio, tùm ex diſpoſitione iuris communis, vt ſupra, cum etiã ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ primæ in tit. ad Senatuſconſ. Velleian. præſumitur ſemper color quæſitus, ſecundum eundem D. Vincent. in deciſ. 221. nu. 1. & iterum in deciſ. 279. ante nu. 9. & ideò idem Dominus in d. deciſ. 578. refert, contractus initos per illam mulierem, de quibus in d. deciſ. 279. fuiſſe per Sacr. Conſil. nullos declaratos, tamquã in fraudem velleiani factos, licet D. de Ponte vbi ſupra teneat contra dictam deciſ. D. Vincent. Diſpoſitio enim dictæ Regiæ Pragmaticæ in fauorem mulierum editæ eſt fauorabilis, tãquam facta contra doloſos, & fraudatores, ne ipſæ vti imbecillioris conſilij, & fragilitatis ſexus decipiantur, & in perniciem earum ſubſtantia conuertatur, §. 1. in fine inſtit. quib. alien. lic. vel non, & vti fauorabilis latè interpretari debet ad obuiandum fraudibus l. 1. in §. . ff. de calumnia, maximè quando nullibi apparet, mulierem, quæ pro alio ſe obligauit, ſiuè interceſſit vtilitatem ex d. obligatione percepiſſe, ex dictis per Gloſ. Bald. Salycet. & alios in auth. ſi qua mulier C. ad velleian. ſubeſt enim publica vtilitas, ne mulier ex aliena obligatione, & interceſſione dãnum patiatur, & indotata remaneat, vt eſt de mente dictæ Regiæ Pragmaticæ, etiam ſi cũ iuramento pro alio ſe obligat, quia eo non obſtante, vti contra bonos mores, & ſic non obligatorio iuuatur velleiano per dictam Regiam Pragmaticam, & ita in Sacr. Conſil. iudicatum refert D. Vincent. in d. dec. 578. nu. 2. de qua memini ad eũdem Dominũ in dec. 237. quia illam ad pennam vidi, addo nunc Maxill. in conſuet. Bari fol. 237. nu. 11. ſecundum nouiſſimam impreſſionem Venetam, & Viu. in opinion. 529. & 531. part. 2. vbi ambo d. Pragm. allegant. Hinc mulier pro debito mariti, vel filij dando iocalia ſua executori poteſt agere ad illorum reſtitutionem, & recuperationẽ, quia ſicuti iuuatur velleiano pro aliena obligatione per ipſam facta, vt ſupra, ita etiam dãdo pignus, ſecundum Stephan. Gratian. in deciſ. 118. à num. 1. cum ſeq. & dixi ſupra in cõcluſ. iocalia. Ao autem mulier, qua pro dote filiæ ſe obligauit, vel pro filio de dote reſtituenda fideiuſſit iuuetur velleiano text. in l. dotem, & in l. fin. C. ad velleian. dicit

quod

quod non, & ita tenet D. Vincent. de Franch. in deciſ. 182. vbi alios addo, quæ iura etiam ad antefatum fuerunt per Sacr. Conſil. ibi extenſa, & meminit idem D. in d. deciſ. 578. poſt num. 7. An vxor pro cauſa dotis filiæ poſſit ſe obligare, vide omnino Surd. in deciſ. 164. & in pulchro caſu Theſaur. Iun. in q. 80. part. 4. hinc ſi pater, & mater promittunt dotem pro filia, pater tenetur vt principalis, & mater, ſeu vxor videtur interuenire vti fideiuſſor, Aym. conſil. 77. nu. 2. Roland. conſil. 64. nu. 6. vol. 1. Cacheran. deciſ. 44. nu. 7. An renunciatio iuris hypothecæ facta per mulierem ſuper bonis viri cum iuramento ſit valida, vide eundem D. de Franch. in deciſ. 84. cum alijs ibi per me additis, in quibus verò caſibus mulier non iuuatur velleiano, vide Aretin. & alios, quos remiſſiuè addo ad d. deciſ. 179. D. de Franch. & eundem D. ſimiliter remiſſiuè in d. deciſ. 578 nu. 6. & aliqua in materia per eundem in dicta deciſ. 622. vbi num. 9 ſcribit, quod mulier tuta velleiano ſi ſoluit ſolutum repetit poſt Anton. Gomez. quem allegat, & in materia huius concluſionis omninò D. de Ponte vbi ſupra à fol. 483. cum ſeqq. & multa apud D. Rouit. in cōmen. d. pragm. qui meminit d. D. de Franch. D. de Ponte, & Theſaur. hic alleg. & Thor. in compend. deciſ. fol. 134. & Theſaur. Iun. in deciſ. 6. ſcilicet par. 4.

Mulier, quæ vt ſuam pudicitiam ſeruaret procurauit ſibi abortum partus iam animati, qua pœna debeat puniri D. Vincent. de Franch. in deciſ. 592. part. 4. latiſſimè quæſtionem iſtam ad partes tractat, & relatis Cacheran. in deciſ. 50. & Theſaur. in deciſ. 12. & infinitis alijs hinc inde refert per Sacr. Conſil de menſe Aprilis 1597 cum interuentu ſex Conſiliariorum, & Præſidis fuiſſe mulierem condemnatam ad fuſtigationem, & detruſionem eius vita durante in loco per Eccellentiſſimum Proregem declarando, Thorus in compend. deciſ fol. 13. licet Magn. Cur. ipſam condemnaſſet ad pœnam mortis naturalis, & ibi ponit de percutiente mulierem prægnantem ex qua percuſſione cauſatus eſt abortus.

Mulioni dicenti ſe fuiſſe diſrobatum non creditur, ſecundum Corn. in conſil. 318. nu. .vol. 4. quia dum allegat caſum debet illum probare, ſecūdum gloſ. in §. fin. in verb. fortuito in fine, vbi Aretin. num. 2. dicit illam ſemper ad hoc allegari inſtit. quibus mod. recontr. oblig. Vrſil. ad Aff. in dec. 150. nu. 29. & fuſius Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 271. 272. volum. 1. vide in notatabili caſu Theſaur. Iun. in q. 61. part. 3. verum datur cautela ipſi Mulioni, vt adeat Iudicem loci, vbi furtum paſſus fuit, vel alium caſum fortuitum, & faciat teſtes de furto, vel caſu prædicto recipere, qui examinati plenè eius intentionem, & caſum coram competenti Iudice probab. nt etiam ſi parte non citata fuerint recepti, ſecundum Bart. qui hanc practicam ſumit ex l. 2. in fine, vbi Alex. in addit. C. de naufrag. libr. 11. & ita fuit iudicatum, vt refert Cappella Tholoſ. in deciſ. 447. verſic. ad ſecundum, & verſic. ad tertium, ſequitur Foller. ad Marant. in tract. in lic. part. 6. actu 6. poſt nu. 71. Gabr. in tit. de cit. concluſ. 1. nu. 352. Viu. in deciſ. 1. nu. 2. & Maſcard. in d. concluſ. 272. nu. 4. & 9. ſed quid ſi Mulioni dedi res meas exportandas, de quibus gabella, ſeu pedagium ſolui debebat, & ipſe fraudauit, & non ſoluit, an debeant dictæ res publicari, vel potius Mulio teneatur ad illarum valorem præſtandum, & dicendum eſt, Mulionem teneri ad illarum valorem præſtandum, ſecundum addit. ad Bart. in l. 2. num. 3. C. de nau. non excuſ. libr. 11. ſequitur Ferret. in tract. de gabell. nu. n. 243. 586. & ſeq. poſt Felyn. in cap. olim num. . . de except. & Paul. Fuſc. in ſingul. 55. litera M. quod procedit etiam in ſocio, qui ſi portat rem communem cum altero ſocio, & gabellam, ſeu pedagium non ſoluit, res pro eius parte incidit in commiſſum, ſeu pœnam, ſecundum eund. Ferret. in d. tract. nu. 605. & maximè ſi per iter inſolitum gratia fraudādi pedagium iter facit, quia multo magis ipſius Mulionis periculum erit. Ioſeph. Ludouic. in ſuis concluſ. concluſ. 53. verſic. infertur 15. fol. 126. qui loquitur in ſocio, Paul. Fuſc. in lo. o ſupra allegato in fine, imò habet contra ſe ſuſpitionem, vt iudicis arbitrio puniri poſſit, ſecundum Viu. in opin. 766. num. 19. part. 2. poſt Marſil. quem non allegat in l de minore num. 29 ff. de quæſt. & Ferrett. in d. tract. num. 158. 159 & contra eum magna ſuſpitio oritur, vt ibi nu. 166. Corſett. in ſing. in verb. Ambaſſiator lo ſecundo num. 2. Fuſc. in ſing. 25. litera R. & Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 99. nu. 2. vol. 1. quia pedagium fregiſſe videtur, idem Viu. in loco, & num ſupra citat. & multa congerit contra euntes per viam inſolitam, & inuſitatam, idem Viu. in loco, & nu. n. citat. & multa congerit contra euntes per vias prædictas Stracha in tract. de mercat. fol. 153. nu. 6. in paruis, Felyn. vbi ſupra, videatur nouiſſimè Theſaur. Iun. libr. 1. qq. forenſ. q 52. à nu. 1. cum ſeq. qui licet cum prædictis concordare videatur, tamen num. 4. poſt Bald. quem allegat dicit de generali conſuetudine obſeruari, vt merces alienæ, ex facto Mulionis fraudantis pedagium in commiſſum incidant, & ita per illum Senatum iudicatum refert, Quid autem ſi Mulio aſportat res non prohibitas cum prohibitis aſportari, an omnes res debeant confiſcari, vide Viu. in d. opinion. nu. 7. Clar. in §. fi. quæſt. 82. ſtatuto 7. verſic. vltimo. Ferrett. in d. tractat. num. 182. poſt Alex. in concl. 159. vbi Doctores in apoſtillis vol. 6. & Fuſc. in dicto ſingul. 55. in medio, & D. Rouit. in rubr. de extract. animal. num. 17. in nouis, An verò equus, ſiuè mulus aſportans res prædictas incidat in commiſſum, vide Ann. in ſingul. 225. & Baiard. ad Clar. in d. quæſt. & ſtatuto num. 91. & Theſaur. Iun. loco ſupra citato num. 2. quid ſi equus commodatus in itinere moriatur, teneatur ne cōmodatarius ipſius valorem ſoluere, vide Caualc. in deciſ. 38. par. 4. qui iudicauit, quod ſic, & de ſtatuto prædicto prohibente extrahi animalia, & talia bona à Regno, vide D. Rouit. loco, & num. citato, & ſi comprehendit exterum ignorantem, idem in pragm. 8. eod. tit.

Munera quædam ſunt perſonalia, quædam realia, & quædam mixta, ſecundum Cardin. in clement. 1. q. 18. num. 17. de vit. & honeſtat. Cleric. & Iaſ. qui magiſtraliter loquitur in l. placet num. 2. C. de ſacroſanct. eccleſ. allegat l. finalem per tot. ff. de muner. & honor. & non meminit de Cardin. in dicto loco, & inter perſonalia, quædam dicuntur ſordida, vt per Gloſ. in dicta l. placet in verb. ſordidorum, vt calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, & cuſtodiæ aquæductus, & ſunt multa exempla in

R l. maxi-

l.maximarum, & in l. ſordidorum C. de excuſatione munerum libr.10.quæ iniunguntur perſonis vilibus, & abiectis, vt ſic aliquis eligatur de publico, vt vadat ad quærendum panem per Ciuitatem pro carceratis, & de iſto non loquitur text. in d. l. placet, ſecundum Iaſ.ibi num.3, multa ponit Marant. in conſil.81.& remiſſiuè Iacob. Menoch in tract. de arbitr. Iudic. libr.2.caſ.562, nu.33. ſubdit inſuper Iaſ.in d.l.placet num.4. munera quędam eſſe ordinaria, quæ à lege, vel ſupremo Principe, vel ab eo, qui eius vicem obtinet imponuntur habentque certam, & determinatam formam, quędam eſſe extraordinaria, quæ non habent certam, & determinatam formam, & à ſupremo Principe non ſunt impoſita, & ideo ea, quæ imponuntur ab inferioribus Principibus ſunt, & dicuntur extraordinaria, vt per Iaſon. vbi ſupra num. 8. poſt Bartol. quem allegat. Quis veró tenetur ad onera prædicta, vide Cardin. in loco ſupra allegato, & DD. in d l.placet, Campan. in extrauag. de vit. & honeſt. clericor. in verb. priuilegio num. 161. & ſeq. in nouiſſima editione, & Marant. in d. conſil.81. col. 1. & aduerte in hac materia, quod mulier nuptæ, quæ mutat originem, & deſinit eſſe ciuis illius Ciuitatis non tenetur ad munera perſonalia in loco originis, vt poſt Gloſ. Bartol. & alios ſcriptum reliquit Domin. Vincent. de Franch. in deciſ.546. num 20 21. an Eccl. ſia ſit immunis ab his muneribus in quibus publica verſatur vtilitas, vide Cardin. in d. quæſt.18. & omninó Luc. de Penn. videndum in l.2. col.1. C. de quibus muner. vel præſtation. libr. 10. ad iſtam concluſionem in principio, adde Burſat, in conſil.16. Roland, in conſil.79. vol. 3. & Coſtam de port. rat. q.158.

Murus quando eſt communis, & à quolibet vicino pro indiuiſo poſſidetur, & à latere vtriuſque apparent communionis ſigna, non poteſt ſocius in eo altero inuito ædificare, quia melior eſt conditio prohibentis, ſecundum Burſat. qui ita conſuluit in conſil 57. vol.1. ſequitur ſatis pulchrè Magon. in deciſ. Florent.46. & Honded. in conſil.80. vol.1. Marc. Anton. Eugen. in conſil. 47. in 3. dubio, & benè per Coſt. in tract. de port. rat. q.50. Viu. in deciſ.217. poſt Pariſ. in conſil.116. col. fin. vol.4. & omninò conſ.63. vol. 1. Gabriel. in conſil.149.150. vol.1. ſed quando murus, ſiuè paries eſt deſtinatus ad eleuandum, poteſt inuito ſocio in eo ædificari, & extolli, ſecundum Anton. Theſaur. in deciſ.23. in principio, & eſt de mente Magon. à contrario ſenſu in deciſ. ſupra allegata, nu.6. vbi nu.11. ſcribit poſt Boer. in conſil.5. quod tria ſunt, quæ permittunt ædificari in muro communi, videlicèt, Pactum, Pacientia, & Natura rei; Quando autem murus, ſiuè paries dicatur communis pro indiuiſo, vel pro diuiſo vltra Soccin. in conſil.44. ſub num. 2. verſic. ſi tum temporis, & verſic. ſed quid ſi trabes volum.4. & Alexand. Trentacinq. in conſ. 40. volum.2. & Gratian. lib.2. forenſ. diſcept. cap. 263. vide Maſcard. in tract. de probat. concluſ. vol.3. Boer. in d. conſil qui bene declarat, Menoch. in tract. de præſumpt. lib.6. cap.73. per totū, Marcell. Calà in tract. de modo artic. nu.648. Theſaur. in d. deciſ. in fine, & ſuſius in dec.219. Paul. Fuſc. in ſing.56. litera M. Anna in ſing.352. & Ioann. Bapt. Coſta in tractat. de retrotract. ſol.53. & ad hanc concluſ. vide omninó Pract. Papienſ. in forma libelli, quo agitur pro re ſingulari diuidenda ſol.129. & Carroc. in deciſ.92. vbi multa ad ornatū l.ſi. binis ff. cōm. diuid. poſt Pariſ. in conſ.115. n.10.& col. ſi. vol.1.& Alex. Trentacinq. vbi ſupra in 2. dubio.

Mutans ſibi nomen fraudulenter, ſiue doloſe incidit in pœnam falſi, ſecundum Bart. in proœm. ff. §. nos autem ad finem allegat text in l.falſi, vbi gloſ. ff. de falſ. de quo meminit, & ſequitur Nauarr. in conſil. vltimo in tit. de falſ. quibus accedit Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. libr.2. caſ.318. num.17.22. vbi ad alia infert, ad quem ſe remittit Baiard. ad Clar. in §. falſum nu.194. vbi idem dicit de mutatione veſtium doloſè facta, Farinac. in 5. vol. in tit. de falſ. quæſt.150. nu.137.144. Item mulier ob luxum, vanitatem, ſeù luxuriam virilem habitum aſſumēs peccatum mortale committit, & anathema incurrit cap. ſi qua mulier, el ſecūdo 30. diſtinct. & Viu. poſt Summam Armill. in deciſ. 345. num.9. vbi nu.10. ſcribit, quod dum de anno 1583. fuiſſet reperta quædam meretrix in Ciuitate Luceriæ nocturno tempore hominis habitu induta ſuit per Regiam Aud. etiam Apuleæ ob hoc graue, & deteſtabile ſcelus fuſtigata, & in exilium condemnata, addo Fabr. in §. iniuria in ſi. inſt. de iniur. qui dicit, quod deſerens habitum Religioſi in ludis profanis debet puniri tanquam inferens iniuriā Religioni, ſequitur Paſchal. de virib. patr. poteſt. libr. 1. cap.10. nu.60. & de conſulēte, vt quis nomen ſibi mutet, poſt Affl. Soccin Iun. & Port. quos allegat ponit idem Baiard. loco ſupra citato nu.195. vbi nu.196. ponit etiam de conſulente, vt quis mutet ſibi nomen quando teſtimonium deponit, quod puniatur de falſo, vt ibi, & de ſupponente vnam perſonam pro alia, vltra quod magna ſit iniquitas tenetur nihilominus ſupponens pœna furti, & falſi, vt ſcribit Vrſill. ad Affl. in deciſ.39. in fine, allegat text. in l.ſi quis vxori in §. *cum Titio honeſto viro* ff. de furt. dicens illis diebus ſibi contigiſſe de facto, prout mihi etiam euenit in facto in anno 1594. perſonas non nomino, vide dec. Auen. 108. & Farinac. vbi ſupra num.97. verum text. in d. §. cum Titio dicit ſolum teneri pœna furti, & vide Gloſ. ibi in verſic. furti teneris, & ibi Bart. quando autem mutatio nominis eſt licita, vide Bartol. per illum text. in dicto §. nos autem num. 2. vbi Alex. in addit. Iacob. Menoch. in dicto caſu 318. in principio, & remiſſiuè Baiard. ad Clar. loco citato num. 196. & de teſte mutante ſibi nomen, vel cognomen, vide Carauitam in pragm.4. num. 112. in tit. de falſis.

Mutuum factum filioſamilias pro cauſa ſtudij poteſt de iure communi à patre repeti non obſtante Senatuſconſ. Macedon. quod in caſu iſto ceſſat l. Macedonianı C. ad Macedon. Gloſ. in l. Iulianus in §. quid dicitur per illum text. ff. eod. & in §. penult. verſic. Senatus inſtit. quod cum eo &c. Ann. in ſing. 1. in fine, & latius Craſſ. libr. 2. de ſucceſſ. §. collatio bonorum q.10. n.5. & dicit Ann. vbi ſupra ſic practicaſſe; contrariū in terminis Reg. Prag. n. primæ de Senatuſconſ. Maced. tenet Carau. in cōmentar. illius in §.9 n.26. verſic. quæro de vna quęſtione p verba d Reg. Pragm. bene á Carau. pōderata, & de Carau. meminit Mart. in vot.36. n.6. in ſi. licet poſſit dici pro prima opinione, d. Pragm non corrigere expreſsè d. l. Maced. & ideo euitandam eſſe legum correctionē l. præcipimus C. de appell.

Imò

Digitized by Google

Imò dicta Pragmatica debet diſtingui, ſecundum legẽ veterem, vt ſatis pulchrè ſcribit D. Vincent. de Franch. in deciſ. 665. nu. 4. & in deciſ. 531. quod Macedonianum eſt odioſum, quia principaliter fuit inductum in odium Macedonis fœneratoris, vt poſt Roffred. inquit D. Vincent. in deciſ. 578. nu. 5. & de mutuo facto Prælato, quod pro eccleſia recipit, & Syndico, ſiuè alijs adminiſtratoribus Ciuitatis, ſi obligant eccleſiam, ſiue Ciuitatem ipſam. vide Menoch. in caſu 432. & in tract. de præſumpt. lib. 3. cap. 55. Maſcard. de probat. concl. 728. concl. 1160 & ſeq. volum. 3. & Thor. in compend. deciſ. fol. 278. & 389.

Mutuo facto alicui ſpecialiter ad emendum merces, vel alia bona, quæ licet ex pecunia mutuata ſint empta, tamen creditores priorẽ, atque anteriorem hypothecam habentes in eis præferuntur ſecundo, & poſteriori creditori, qui pro illis emendis pecuniam mutuauit, vt poſt alios concludit Neguſan. in tract. de pignor in 2. membr. 5. part. nu. 3. vbi reprobat Gloſ. aliter tenentem in auth. quo iure C. qui potior in pign habeant. quia dictus creditor, qui mutuauit nullam habet hypothecam in dd. rebus, ſed ſolum priuilegium in actione perſonali, quo mediante præfertur creditoribus ſolam perſonalem habentibus, vt ibi per Neguſan. & dixi ſupra in concluſ. creditor mutuans, addo nunc Viu in opin. 536. part. 2. vbi poſt Neguſant. de cõmuni teſtatur, & in opinione 1012. & Surd. in tract. de aliment. tit. 8. priuilegio 48. num. 4. niſi expreſsè dicatur, quod merces, ſiuè alia bona ſint ſpecialiter obligata, vt ibidem per Surd. num. 7. & Emanuel Suar. in ſuis opin. litera M. nu. 273. & D. de Ponte in deciſ. 33. nu.  . adde etiam Vincent. Maxill. in conſuet. Bari fol. 278. & ſeq. in nouis, ſed vt ſecundus, & poſterior creditor mutuans præferatur prioribus creditoribus habentibus generalem hypothecam, quid habeat neceſſe dicere, & probare, vide ſupra in dicta concluſione creditor mutuans, vbi Alex. Neguſant. Myſinger. Peregr. Surd. & Coſtam allego, & nunc addo D. de Ponte in d. deciſ. 33. qui omninò legatur; ad iſtam concluſionem in principio videatur Thorus in compend. deciſ. fol 130. col. 2. & ſeq. & Gratian. libr. 1. diſceptat. forenſ. cap. 25.

N

NAtus in octauo menſe, ac etiam aliquibus diebus de nono non poteſt viuere, & habetur, ac ſi mortuus natus eſſet, & conſequenter eſt inſucceſſibilis, ſecundum Affl. in deciſ. 236 maximè num. 5. 6. vbi refert ita per Sacr. Conſil. deciſum, ſequitur ibi Vrſill. qui allegat DD. contrarium tenentes, ſed opinionem Affl Sacr. Conſil. & ſequacium ſequuntur Iul. Clar. in §. teſtamentum q. 45. verſ. ſed quid ſi, Michael Craſſ de ſucceſſ. in §. teſtamentum q. 36. nu. 19 vbi dicit opinionem iſtam veram, & tenendam vti communiorem, prout magis communem appellat Marc. Anton Eugen. in conſ. 27. num. 5. Coſta de port. rat. q.  . & Thor. in compend. deciſ. fol 380. Ioſeph Ludouic. in ſuis communibus opinion. concluſ. 37. fol. 83. á terg. de quo meminit Henric. in ſuis opin. concl. 435. libr. 1. fol. 53. à terg. in paruis, & conſuluit Bæc. in conſ. 74. num 35. 36 Iacob Menoch. de arbitr. Iudic. libr. 2. caſ. 89. nu. 38. vbi nu. 34. diffusè tractat materiam ſeptimeſtris partus, & à nu 35. nonimeſtris, & omninò in conſil. deciſiuo 284. Eugen. vbi ſupra nu 7. 8. Magon. in dec. Florent. 41. nu. 2. 3. Marc. Anton. Peregrin. in tract. de fideicommiſſ. artic. 43. nu. 30. 33. Capr. in tract. de ſucceſſ libr. 1. nu. 587. fol. 194. & fol. 314. 315. & 316 nu. 102. Maſcard. in tract. de probat. vol. 2. concl. 1084. maximè poſt nu. 3. & latiſſimè in concl. 1136. vol. 3. etiam ſi viuus natus eſt, & per aliquos dies vixit, vt ibi per eum, & Peregr. in d. nu. 30. quomodo autem probabitur aliquem fuiſſe natum in ſexto, vel octauo menſe, vltra Affl. in d. dec. 236. & Cardin. Pariſ. in conſ. 56. vol. 2. recurrendum eſt ad Maſcard. in d. concl. vbi latiſſimè Marcell. Calá de modo articul. nu. 130 cum ſeq. & illis nouiſſimè acceſſit Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. libr. 6. cap. 52. per totum, & in conſ. 284. & ad principalem concluſionem vide Camill. Borrell. in conſ. 28. cuius opinionem pro qua ipſe conſuluit ex ſupra allegatis non puto veram, noſtramque principalem concluſionẽ tenet Mart. in dec. 55. num. 6. poſt hæc ſcripta viſus, & Gutter. practic. qq. libr. 2. q. 100. & pro opin. Affl. vbi ſupra, & ſequacium conſuluit Alex. Trentac. in conſ. 14. in 2. dub. nu 12. & ſeq. vol. 2. & an credatur Obſtetrici natum fuiſſe in octauo menſe, quod ſic ſecundũ Alex. vbi ſupra in 1. dub. concurrente bona fama ipſius, & aliquibus coniecturis.

Nauigantes, nec inter viuos, nec inter mortuos connumerantur, ſecundũ Rot. Genuæ in dec. 36 nu. 6. vbi allegat Iaſ. in l. 1. nu. 9. ff. ſi quis cautio, qui hoc nõ dicit, ſed tantum ſcribit, quod Cato tria reputabat pœnitentia digna, primũ ſi quod arcanum mulieri credidiſſet, ſecundum ſi per aquam traieciſſet, quo poterat per terram proficiſci, & ad hoc credo, quod voluit Rot. prædicta Iaſ. allegare, tertium ſi per incuriã aliquot dies ſine ſtudio tranſijſſet.

Neceſſitatis cauſa multa permictuntur, quæ alias nõ permicterentur, Iaſ. in l. 1. n. 75. ff. de offic. eius, Gerard. in ſing. vlt. Affl. in conſtit. ſi quãdo nu. 5. Tiraqu. de retr. conſang. §. 26. gloſ. 1. ſub. nu. 18. & D. Vinc. de Franch in deciſ. 526 nu. 5. vbi alios addo, hinc neceſſitas facit nedum aliquid eſſe licitum, quod alias erat illicitum, ſed & facit, quod poſſit quis cogi ad faciendum illud illicitum, ſecundum Affl. in conſtit. Aſcriptitios nu. 5. item nota, quod relictũ pro neceſſitate intelligitur relictum pro alimentis l. penult. in §. fin. & l. final. ff. de aliment. & cibarijs legatis, quia neceſſitas nulla durior fame l. 2. C. de patr. qui filios diſtrax. cum alijs allegatis per Surd. in tract. de aliment. tit. 2. quæſt. 5. in principio poteſtque peti etiam neceſſitate non ſubſiſtente, vt poſt Corne. & Simon. de Præt. ſcribit idem Surd. in d. tract. tit. 5. q. 1. num. 42. & q. 5. in fine, Quia neceſſitas facit licitum, quod alias erat illicitum l. non eſt, vbi Gloſa citat concordantes de regul. iur. in 6. Neceſſitatiſque tempore omnia ſunt communia capit. 2. 12. quæſt. 1. & vide quæ ſcripſi ſupra in concluſ. furtum, eſt tamen bene verum, quod conceſſum ex cauſa neceſſitatis eatenus durat, quatenus durat ipſa neceſſitas, & conſequenter ipſa ceſſante ceſſat, capit. 2. de Cuſtodi. Euchariſt. Surd. in dicto tractatu titul. 2.



Digitized by Google

q.5.nu.6.& tit.8.priuilegio 38.nu.28.& tit.9.q.29 nu.9. & tit.7. q. 6.nu. 19. & q.42.nu.4.

Negans in iudicio apochas Banci,aut cambij,vel priuatas,vel eius ſubſcriptionem, ſiuè publicorum Notariorum,aut priuatarum perſonarum ſi fuerit conuictus punitur pro ſingulis ducatis centum in ducatis decem pro apocis Banci, & Cambij, pro ſcripturis priuatis in ducatis quinque pro centũ per Regiam Pragmaticam editam de menſe Auguſti 1598. & multa congerit contra tales negantes, Additio ad Carauit.in rit.79. & quid de iure communi, vide text. & ibi Doctores in auth.contra qui propriam C. de non numerat. pecun. Roman.qui ponit pract.in conſil.373. de quo meminit Vrſill. ad Affl. in deciſ.85. num.4. & contra negantem multa ſcripſit Niger Campan. in cap. Regn.202. & latè Fulu.Pacian. de probation.libr. 1.cap.19. & contra negantes, & mendaces latiſſimè Gratian.libr.1.diſcept.forenſ cap.109.& contra negantes mutuum eſt impoſita pœna per pragm.1. in tit.de negant.mutuum, vbi D.Rouit.

Negatiua debet probari ab eo, qui in illa ſe fundat, ſiuè agendo, ſiuè excipiendo, ſiuè ſit negatiua iuris,aut facti, ſiuè qualitatis, iuſta gloſ.in l.2.ff.de probation. Bart. in l. in illa num.5. vbi Iaſon poſt alios num. 14. ff. de verb. obligat. Alex. in conſil. 39. num.1. volum.1. Aym. Crauet. in conſil.112. num.6. Viu.in opinion.538.num.1.part.2. Villalob.in ſuis opinion. lit... nu.1. & Hiſp. Suar.in ead.litera num.21. Oſaſc. in deciſ.Pedemont.108. num.3. 174. num.5. & Maſcard. in tract. de probat.concluſi.1087. à num.1.volum.2. quibus accedit Anton.Gabriel. in tit. de probat. concluſ.6. vbi reaſſumit ampliationes, & limitationes, Ioſeph. Ludouic. in ſuis opinion. concluſ. 14. in 15. illatione fol.35.Cardin.Mant.de coniectur.vltim. volunt.libr.11.tit.4.num.4. vbi num.7.ponit aliquos modos illam probandi, Viu. in deciſ. 392. num. 7. Marc. Anton. Peregr. in tract. de fideicomm. artic.43. num.49. & Surd. in tract. de aliment. tit.1. quæſt.48. num.56. & tit. 4. quæſt. 15. num. 46. & quæſt. 26. num.9. quæ negatiua probatur ex inſpectione ſcripturæ, ſiuè acturum, ſecundum Alex.in conſil.59. nu.17.volum.4. Dec. in l.iuſtum num.3.C.de eden. & in conſil.213.nu. 6.483.num.4.& ſeq.& 551.num.8.Aym.in conſ. 138.num.5. Marc.Anton. Natt. in conſil.266.nu. 15.301.ad finem 569.nu.1.& 648.nu.2.& ſeq.Roland.à Valle in conſ.45.nu.4.vol.1.conſ.99.nu.32. vol.2. Grammatic. in deciſ.59.nu.16. Iacob.Menoch.in conſ.98.nu.50.vol.1. vbi dicit communé, Maſcard.in d.tract. concluſ.1005.nu.14. & concl. 1049.nu.9.vol.2. & D.Vincent. de Franch.in dec. 663.nu.6. probaturque alijs modis, vt per Viu. in d.opin.num.3. & Maſcard.in concluſ.1087. vol.2. Qualiter verò debet probari negatiua cohartata loco, & tempore, vide pulchrè per Viu. in d.opin. num. 4. cum ſeq. poſt DD. quos ibi allegat, Iul. Clar.in §.fin.quæſt.52.verſic. ſcias autem, Suar.in loco allegato nu.23. & Fuller. in verb. recipiantur defenſiones num. 31. fol. 279. & licet negatiua,ſecundum DD prædictos, & inſuper Cott.in verb.negatiua,& Viu.in deciſ.426.num.11.ſit improbabilis, tamen pro vera intelligentia d.opinionis eſt dicendum vna cum doctiſſimo Menochio in tract.de,præſumpt. libr. . cap.50. á nu.9.cum ſeqq. quadruplicem eſſe negatiuam, vna dicitur iuris, vt aliquem non poſſe teſtari, alia dicitur facti,videlicet aliquid factum non fuiſſe, tertia dicitur qualitatis, videlicet aliquem non eſſe probum vel idoneum virum, quarta dicitur quantitatis, vt talis res non eſt tanti ponderis,numeri, vel menſuræ, allegat Gloſ.in d.l.2.ſupra allegata, Rip.in d.l. in illa,& alios,vt ibi per eum,ex qua diuiſione colligitur,quando negatiua eſt probabilis,vel non,ſecundum Menoch.loco citato num.10. cum ſeqq. ad quem recurrendum eſt. Hinc infertur ad negatiuã, quod ſi aliquis inſtitutus deceſſerit ſine liberis, vt ſubſtitutus non teneatur illam probare, quia ex præſumptione iuris habet fundatam intentionem, quod inſtitutus deceſſerit ſine liberis, vt Alex.reſpondit in conſil.20.ad finem,& iterum in conſil.39. nu.2. ſupra allegato vol.1. per text.in l. ex facto §. penultimo ff.ad Trebell. ſequitur Dec. in conſil.652.nu.7. Viu.in opin.256.nu.4.part.1.& 861.num.4.part.2.& hanc opinionem optimis rationibus defendit Cardin.Mantic.in d.tract.& loco ſupra citato per totum fol. .in nouis, & Maſcard.in tract.de probat.concluſ.343.nu.8.& ſeq. vbi in fine dicit veriorem, & communiorem vol. 1.& in cõcluſ.666.nu.39.licet nu.43. allegat DD. contrariam opinionem tenentes, Anton.Gabriel. in d.concluſ.6. nu.25. vbi bis dicit iſtam communem, refert tamen multos Doctores tenere contrarium licet nu.26.conetur opiniones concordare. Fab. Anna poſt ſing.ſui patris in ſing.682.& ſi ipſe, & genitor ſuus in ſing.354. allegent DD.remiſſiuè,accedunt Cott. in d.verb.negatiua,verſic. quibus adde, Iacob. Menoch. in tractat. de præſumpt.lib.4.cap 182.nu.5.& Capriol.in tract.de ſucceſſ.fol.322.nu.137. Villalob.in ſuis opin.lit.F. nu.58. cõtrariam opinionem amplexus eſt Didac. Couarr.libr.2.variar.reſolut.cap.7. nu.6. pro qua videtur iudicaſſe Senat.Pedemõt. vt refert Octau. Cacher.in d.deciſ.108.per totam, vide tamen dec. Rotæ Lucæ vltimam in nouis, & de veritate Maſcard.in d.tract.vol.3.concluſ.1344.& 1347.à nu. 4.vſque ad 10.& omninò Marc.Anton.Peregr.in tract.de fideicomm.artic.43.à nu.45.vſque ad 54. & ideo Alex. in d.conſil.20.num.12. inquit tutius eſſe, quod peteretur committi per Iudicem nuncijs publicis,& exploratoribus,vt vadant,& inquirant per vicinatum, ſeù apud notos, an is,de cuius hæreditate agitur deceſſerit cum filijs, vel ſine filijs,de quo meminit Capriol.in d.fol.323.nu.138. Cui autem incumbat onus probandi ſi colonus promiſit laborare terram ad arbitrium boni viri, & vſum boni laboratoris, ſi locator negat colonum ſic coluiſſe,ſeù laboraſſe,Alex.in conſil.129. num.2. volum.2. reſpondit colono, ſeù conductori hoc onus incumbere, idem Alex. in conſil. 79.num.1.volum.4. & Marcell. Calà in tractat.de modo articuland.num.1173 fol.212. qui Alex. in d.conſil.129 & concordantes allegat, quod comprobatur,quia quando quis tenetur ad aliquid faciendum ſibi incumbit onus probandi, quod fuerit factum, ſecundum Natt. ad Alex. in d. conſil. 129. & in d.conſil.569.num.2.4.allegat Bart. in d.l. in illa, & conſil. Alex.ſupra allegata, refert, & ſatis pulchrè declarat Magon. in deciſ. Florentin. 101. vnde ſcribit Natta in d.conſil. 569. num.2. 4. quod allegans ſolutionem ſibi incumbit onus

proban-

probandi ſoluiſſe per l. 1. C. de probat. cum alijs, vt ibi, Ioann. verò de Amicis in conſil. 99. alio modo diſtinguit, veluti quando ab aliquo petuntur centum, & reus interrogatus reſpondit ſoluiſſe, tunc onus probandi incumbit petenti, ſed ſi petũtur centum ab aliquo ex cauſa mutui, qui reſpondit verum eſt, quod mutuo accepi dicta centum, ſed ſolui, iſto caſu per reſponſionem iſtam eſt fundata intentio actoris, & ſi reus non probat ſolutionem condemnabitur, vt ibi pulchrè per eum nu. 1. qui iuribus, & authoritatibus hanc diſtinctionem probat, & propterea ad euitandam hanc DD. controuerſiam traditur cautela, vt debitor reſpondeat ſe nunquam mutuo habuiſſe centum, & caſu, quo aliter appareret ſoluiſſe, quia tunc ſibi non incumbit onus probandi ſolutionem, ſecundum Gloſ. in l. ſi quidem, vbi Bald. num. 4. C. de except. refert, & ſequitur Carau. in pragm. per eccellentem §. 13. nu. 30. de Senatuſc. Maced. & Boer. de quo ipſe non meminit in deciſ. 243. nu. 12. de reliquis in materia vide Ioſeph. Ludouic. in d. concluſ. 14. & in pulchro caſu Farinac. in deciſ. 487. & ſeq. & Peguer. in deciſ. 116. & multa apud Pract. Papienſ. in forma libell. contra inſtrument. in gloſa quod negatur.

Nepos ex primogenito ſtante ſtatuto, vel conſuetudine, quod primogenitus ſuccedat in Regno, an excludat patruum ſecundogenitum, & in fauorem patrui excluſo nepote, tenent Andr. de Iſern. Bald. Salycet. & alij, quos refert, & ſequitur Alex. in conſil. 4. nu. 11. vol. 4. & iſtã opinionem latè proſequitur Niger Campan. in prohem. Capitulorum Regni num. 23. vbi appellat eam magis communem, & melioribus rationibus comprobatam, & alij quos refert Anton. Gabriel. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. concluſ. 2. nu. 1. Viu. in opinion. 539. verſ. in contrarium, Villalob. in ſuis opinion. lit. N. nu. 3. D. Regens Lanar. in conſil. 1. à nu. 50. cum ſeq. Anton. de Gamma in deciſ 306. num. 14. & deciſ. 274. num. 11. Michael Craſſ. in tract. de ſucceſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato q. 2. nu. 10. & ita fuit ad fauorem Roberti iudicatum per Boniſac. VIII. ſummum Pontificem, vt affirmant Anton. Gabriel. & alij ſupra citati, Conſtantin. Capriol. de ſucceſſ. lib. 1. nu. 626. 627. vbi etiam teſtatur pro patruo fuiſſe iudicatum, Viu. in deciſ. 502. nu. 2. 3. Pro nepote verò contra patruum tenent Doctores allegati per Grammatic. in dec. 1. vbi refert ita in Sacr. Conſil. deciſum fuiſſe, & alij quos allegat Gabr. in d. concluſ. 2. nu. 16. vbi in fine allegat d. dec. Grammat. ſequitur Suar. in ſuis opin. litera N. nu. 26. Capriol. in loco ſupra citato nu. 628. Viu. in d. dec. nu. 6. vbi pariter refert Grammat. ac Rot. Roman. ſic iudicaſſe, Molina de primogenit. hiſpan. libr. 3. cap. 6. & Thor. in compend. deciſ. fol. 343. & in hoc Regno ſæpius, ac ſemper ſic fuit iudicatum, vt refert Minad. in conſtit. in aliquibus in 3. notab. ſub nu. 119. fol. 121. & plures alias deciſ. referunt Piſancll. & Salern. in addit. ad Napodan. in conſuet. ſi moriatur in verb. tenet hic Napodan. & verſic. tu vides, & verſic. iſte articulus fol. 107. & ſeq. in nouis, & iſta eſt verior, & communior opinio, vt teſtantur Barſat. in conſil. 67. num. 13. volum. 1. Additiones ad Alex. in d. conſil. 4. & Capriol. in loco citato fol. 201. nu. 629. nouiſſimè D. Fab. Anna olim Reg. Conſiliar. nemini ſecundus in conſ. 135. à nu. 37. 40. 41. & 42. qui infinitos allegat, & affirmat opinionem iſtam in Regno ſeruari, & ſic in eo extare obſeruantiam, & conſuetudinem, Paſchal. de viribus patr. poteſt. part. 4. cap. 9. nu. 6. & maxime in feudo, in quo viuitur iure Francorum, vt per eundem ibi nu. 42. vbi recurrendum eſt. & ſequitur Farinac. in deciſ. 392. & ad hanc concluſionem vide omninò Cumiam in cap. ſi aliquem in verb. gradu quæſt. 6. à num. 38. & Theſaur. Iunior. libr. 1. qq. forenſ. quæſt. 35. Alex Raudenſ. de Analogis cap. 15. fol. 91. 92. & Hōded. in conſ. . . . vol. 2.

Nepos ſubingreditur locum patris mortui, & ſuccedit in hæreditate Aui vna cum patruo, vel patruis in ſtirpes, non autem in capita ad text. in §. cum filius inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. deferuntur, & ibi DD. Craſſ. in §. ſucceſſio ab inteſtat. q. 2. nu. 6. & Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. libr. 4. cap 95. à num. 6. vide Mart. in voto 47. nu. 6. & vot. 102. num. 8. omninò Cumia in cap. ſi aliquem in verb. gradu q. . . . . . Qualiter autem duorum fratrum filij ſuccedant patruo, vel alij in ſtirpes, vel in capita, eſt valdè inter DD. controuerſum, ſufficit tamen dicere, quod Sacr. Conſ. Neapolitanum, vt refert D. Vincent. de Franch. in dec. 24. in ſecundo dubio, iudicauit debere ſuccedere in capita non autem in ſtirpes, vbi Theſaurum Magon. Capriol. D. Georg. & Molſeſ. allego in addit. qui ex profeſſo hanc quæſtionem, & opinionem diſputant, vt apud eos videri poteſt, Molina de primogenit. hiſpan. libr. 3. cap. 6. num. 21. Paſchal. infra alleg num. 14. & Thor. in compend. deciſ. fol. 253 453. An autem in fideicommiſſis nepos ſubintret perſonam patris, & in eis ſuccedat vna cum patruo, vel patruis, ex diſpoſitione hominis, Gloſ. in l. cum ita §. in fideicommiſſo in verſ. primo, tenet, ꝙ ſic per auth. ceſſante C. de legit. hæred. & cum gloſ. prædicta tranſeunt magis communiter DD. vt Alex. teſtatur in conſil. 26. poſt nu. 13. verſ. præterea gloſ. vol. 3. excepto Bald. vt ibi per Alex. addo eund. Alex. in conſil. 88 nu. 1. vol. 1. Roland. à Valle, qui ſecundum opinionem d. gloſ. & Alex. conſuluit in conſ. 68. nu. 31. 33. & 46. vol 1. vbi de veriori, & magis communi teſtatur, Viu. in opin. .par. 1. vbi ait hanc opinionem eſſe veriorem, & magis æquam, pro qua etiam iudicauit Rot. Bonon. in dec. 88. Anton. Gabriel. de fideicomm. concluſ. 3. à nu. 1. Alex. Trentacinq. in conſ. poſito poſt opin. Viu. 844. nu. 31. & 32. & in ſubſcriptione nu. 65. & Ioſeph. de Ruſtic. in conſil. in eodem caſu edito, atque inter eaſdem perſonas, poſito poſt eius tract. an & quando liberi in cõdit. poſiti nu. 84. Alphan. Peruſ. in collect. . verſ. ad gloſ. penultim. Cardin. Mantic. in tract. de coniect. vltim. volũt. lib. 8. tit. 9. Capriol. in tract. de ſucceſſ. lib. 1. nu. 604. & ſeq. fol. 197. Anton. Theſaur. in deciſ. 65. nu. 3. Camill. Borrell. in conſ. 33. in fine, & de magis communi opin. teſtatur Henric. in ſui opin. concluſ. 185. libr. 3. fol. 108. à tergo in paru. Iacob. Menoch. in d. cap. 95. nu. 14. cum ſeq. Craſſ. in §. fideicom. q. 11. nu. 2. 3. & 4. Marc. Ant. Peregr. omninò legendus in tract. de fideicomm. art. 21. à nu. 1. cum ſeqq. vſque ad 21. vbi pro nepote iudicatũ refert, & tandem 13. caſus diſtinguit, & cõſiderat, videatur ipſe poſt Mant. & Menoch. qui ſatis pulchre loquitur, atq; cõiecturas conſiderat, & nouiſſimè Viu. qui ſimiliter pulchrè loquitur, &

diſtinguit in deciſ. 418. & Morot. in conſil. 91. num. 1. 2. vbi refert coniecturas, & pro nepote latè diſcuſſo artic. conſuluit Honded. in conſil. 70. vol. 1. Alex. Trentacinq. in conſil. 30. in primo dubio, & conſil. ſeq. vol. 1. & Paſchal. hic alleg. nu. 23. & ſeq. vbi de larat, videatur Farinac. in deciſ. 482. & Cumia vbi ſupra, & nouiſſimè Iacob. Menoch. lib. 4. de præſüpt. cap. in addit. nouis, Hõded. in conſ. 63 vol. 2. Alex. Trentacinq in conſil. 8. nu. 9. & ſeq. vbi diſtinguit, item nepos cum patruo concurrit in ſucceſſione legati ab alio patruo facti, ſecúdum Dec. in conſil. 1. num. 5. vbi de communi teſtatur, quem refert, & ſequitur Villalob. in ſuis opinion. litera N nu. 10. vide in pulchro caſu Magon in deciſ. Florent. 147 & in deciſ. Lucæ 19. licet addentes ad eundem in dec. 82. in addit. magna, quoad principalem concluſionem, ſeú opinion. ſupra poſitam aliter teneant, & malè, & D. Lanar. in conſ. 69. nu. 23. & ſeq. An in fideicommiſſo, ſiuè ſubſtitutione facta filijs, vel nepotibus collata in tempore alicuius futuri, & incerti euentus veniant concepti poſt mortem, vide Alex. in d. conſil. 26. nu. 14. vbi DD. in addit. latiſſimè Tiraquell. in tract. de retr. conſangu. §. 1. gloſ. 9 nu. 82. poſt Roman. in conſ. 134. nu 5. Cagnol. in l. fin. nu. 235. C. de pact. Roland. in conſil. 70. nu. 10. 20. & ſeq. vol 3. & conſ. 43. nu. 32. 33. vol. 4 Craſſ. in d. §. fideicommiſſum q. 17. Magon. in deciſ. Florentina 91. nu. 19. & ſeq & deciſ. 92. nu 32. & ſeq. D. Regens de Curte in 1 part. diuerſor. iur. feudal. fol. 65. num. 126. & ſeq latiſſimè Menoch. in tract. de præſumpt. libr. 4. cap 93. qui multos caſus conſiderat in fideicommiſſo puro, & conditionali, & Capriol. in loco ſupra allegato à nu. 590. & ſeq. fol. 195. videatur tamen Marc. Anton. Peregrin. d. loco, & Natta in conſ. 665. & quid ſi in fideicommiſſo eſt dictum, ſalua gradus prærogatiua, an nepos ſubintret in locum patris, D. Lanar in ſupra allegato conſil. nu. 29. negatiuè cõcludit, & latè Honded. in conſil. 60 nu 76 & ſeq. vol. 1. & in d. conſ. 63. idem poſt Dec. Pariſ. & Nonium, tenet Capriol. d. libr. 1. fol 198. nu 610. an in feudis filius ſubintret in locũ patris, vide Magon. in d. deciſ Lucæ 19. nu. 5. vbi addit. & Capriol loco ſupra citato num 611. & multa in materia ſubingreſſionis, ſiuè repreſentationis, ſcribit D. Vincẽt. de Franch. in deciſ. 149 & 374. vbi latius addo, D. Rouit. in pragm. 11. num. 57. 82. & ſeq. de feud. & nota vnum, quod nepos ex fratre concurrit cum patruo in ſucceſſione ex propria perſona, ſecundum eundem D. de Franch. in deciſ. 543. num. 6. & ad iſtam concluſionem adde videndum Mart. in vot. 102. poſt hæc ſcripta viſum, & in pulchro caſu Franciſc. Becc. in conſil. 81. vbi pro nepote conſuluit, vt ad hæreditatem patrui, & ſic fratris patris ſui admittatur, excluſo patruo ipſius defuncti per text. in auth. poſt fratres C. de legit. hæred. & per illum textum in ſimili iudicauit Rot. Roman. ſecundum Farinac. in deciſ. 382. num. 1. & vide etiam Cannet. Sicul. in d. cap. ſi aliquem fol. 139. num. 26 & Thor. in compend. deciſ. fol 350. licet Roman. in conſil 196. videtur tenere contrarium, tamen Paſchal. vbi ſupra nu. 18. ſequitur Becc. & Peregr. in artic. 20. num. 4. & in quibus caſibus nepos in locum patris ingrediatur, vide Dec. in l. ſi auiæ nu. 4 C. de ſucc. edict. & ad iſtam concluſionem in principio adde videndum Paſchal. de viribus patr. poteſt. part. 4. cap 9. col. 1.

Nobilitas ex nouem cauſatur, & oritur, primo ex ſapientia, & hæc cæteris eſt præferenda, vnde ſcientia iuris ciuilis ipſo iure peritum nobiliſſimum reddit l. prouidẽdum C. de poſtul. Cumia in cap ſi aliquem in verb. maritata nu. 149. & nu. 160. verſ. nam vt eſt dictum, hinc Vulpianus nobiliſſimus appellatur l. diximus in fin. ff. de excuſat. tutor. qui in Tiro ortus fuit l. 1. ff. de cenſib. & Imperator appellat Doctorem amicum ſuum l. ex diui C. locati, atque illuſtrem, & anteceſſorem, vt in §. cumque in prohem. inſtitut. hinc etiam Doctores ſunt honorandi, ac domini appellandi l. 2. C. de offic. ciuil. iudic. & Luc. de Penna latiſſimè in l. mulieres col. 1. C. de dignit libr. 12. Viu. qui alios citat, & ſequitur in opinion. 197. nu. 13. part. 1. Imò Princeps iuriſperitis reuerentiam habet l. quidquid C. de aduocat. diuerſor. Iudic. & omnis ianua clauſa, doctori patere debet l. ſciãt C. de offic. diuerſ. Iudic. & debet ſtare ad latus nõ ad pedes Principis l. Iuriſperitos ff. de excuſat. tutor. & refert Angel. de Peruſ. in l. 1. C. de ſentent. paſſ. Vrban. Pontificem Maximum eum ad oſculum pacis recepiſſe, licet alios ad oſculum pedis recipiat, & non immerito dicitur nobilis doctor, quia nobilitatem ex dicta ſcientia legali conſequitur, Alex. in conſil. 94. nu. 2. vol. 1. & Viu. loco ſupra citato, nec non, & dignitatẽ, Alex. & Viu. vbi ſupra, latiſſime D. Vinc. de Franch. in deciſ. 564. à nu. 3. vbi de communi teſtatur, quibus aſſentiunt Maxill. in conſuet. Bari fol. 54. nu. 17. Robert. Marant. in conſil. 33. nu. 20. & ſeq. & multa ponit Camill. Salern. ad Napodan. in prohem. conſuet. fol. 2. nam ex DD. ſcientia mundus illuminatur, & niſi eſſent, in tenebris eſſemus, ſecundum Salycet. in auth. habita C. ne fil. pro patre, ſequitur Grammat. in voto 1. nu. . vbi multa cumulat, Viu in loco ſupra citato nu. 12. & Marant in d. conſ. nu. 26. ibique multa refert circa doctoralem dignitatem, eiuſque priuilegia, Secundo nobilitas oritur ex virtute, Tertio oritur ex dignitate ſuſcepta, Quarto ex comitatu vel Baronia, Quinto ex diuitijs, & alijs quatuor modis, vt per Luc. de Penn. in d. l. mulieres col. 1. vbi recurrendum eſt, licet nobiles veri dicantur illi, qui naturaliter naſcũtur nobiles, & ſunt virtuoſi, verum debent abſtinere, vt non faciant aliquid, quod de iure non ſit licitum, vt poſt Bald. & alios ſcribit Affl. in conſtit. Regn. ſancimus in 3. libr. poſt nu. 1. verſic. ſed hic cadunt, & vide Alex. in d. conſil. & nu. . Nobilitas autem cum facti ſit debet per allegãtem probari, Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. libr. 6. cap. 60. nu. 1. vbi concordantes citat poſt Maſcard. in tract. de probation. concluſ. 1092. nu. 11. & 12. vol. 2. & D. Vincent. de Frãch. in dec. 630. nu. 3. part. 4. tãquam quodam accidens, & aduenititium, vt ibi per Menoch. quæ nobilitas ſufficienter probatur, ſecundum vulgarem, & communem loquendi modum, & ex ſtirpe non multum magni, Seraphin. in deciſ 207. vbi allegat Felyn. in rubrica de probat. & iterum in deciſ. 355. & Padill. in l. . . col ſin. C. de ſeruit & aqua, Viu. in deciſ. 225. in principio, & ex leuibus probationibus, ſecundum D. meum Alphan. in auth. ſi quis in aliquo n. 110. C. de edend. vbi refert vidiſſe iam in praxi iudicatum, quẽ refert, & ſequitur eumque peritiſſimum appellat Viu. loco citato, licet laudes

maio-

Digitized by Google

maiores mereatur. accedit Maſcard. in d.concluſ. nu. 11. & 12. vide Pacian. de probat. libr. 2. cap 26. nu. 56. & ſeq. intellige tamen opinionem iſtam quando nobilitas incidenter in iudicium deducitur, tanquam quaſi poſſeſſio ipſius nobilitatis, ſecus quando principaliter, vt declarat Iacob. Menoch. in d. cap. 60. in fine, & iudicauit Sacr. Conſil. vt refert D. Vincent. in d. deciſ. 630. ad finem, & Anna in conſil 80. Paſchal. de viribus patr. poteſt. part 4. cap. 2. nu. 63. quantum autem ſit nobilitati deferendum, quaque ſint eius prærogatiuę, vide Menoch. d. libr. 6. cap 59. Maſcard in cócluſ. 1091. vol. 2. & D. Vincent. in d. dec. 630. & in dec ſ 569. vbi dicit, quod pœna truncationis capitis in hoc Regno datur nobili delinquenti, Paſchal. loco citato nu. 61. & Itē Ricc. in deciſ. 19 part. 2. pœna verò furcarum datur ignobili, pœna relegationis nobili delinquenti, & pœna triremium ignobili, Fab Anna in conſil. 34 col 1. carceres nobilium in M. C. ſunt diuerſi à carceribus popularium, & ignobilium, & pariter tortura pro excellibus intus carceres eiuſdem M. C. cōmiſſis, diuerſo modo irrogatur nobilibus, quàm ignobilibus, & popularibus, ſecundum eundem D. in d deciſ. 630. & vide aliqua apud eundem in deciſ. 240. Probatur inſuper nobilitas per famam, ſecundum Farinac. qui infinitos concordantes citat in t. c. de indic. & tort. q. 47. nu. 101. & ſeq & multis aliis modis nobilitas probatur, ſecundum Viu. in d. deciſ 225. & in conſil. poſito poſt ipſam, & Marcell Calà in tract. de modo articul à num. 265. cum ſeq fol. 94. Item nota, quod in vna eademque familia, ſiuè domo poſſunt eſſe nobiles, & ignobiles, ſecundum Ann. Sen in ſing. 559 quē refert, & ſequitur Ann. Filius in conſil. 88. num. 2. & iterum in conſil. 110. nu. 5. vbi multa in matèria in dd conſilijs, & Paul. Fuſc. in ſing. 12. & 13. litera N. Item licet pater ſit ruſticus filius verò nobilis, filius filij, & ſic nepos eſt etiam nobilis, ſecundum D. de Boct. ad Bart. in l. 1. C. de dignit. libr. 12. Item nobiles nō condemnantur ad pœnas ignominioſas, & viles, D. Fab. Ann. in d. conſil. 34. col. 1. vbi etiam ampliat procedere in popularibus diuitibus, & honeſtioribus, vt ibi nu. 5. & de Ann. meminit Farinac in 3. vol. q. 98. num. 99. & ſeq. Paſchal. vbi ſupra nu. 62. poſt D. de Ponte quem non allegat de poteſt. Proreg. fol. 11. nu. 2. vbi num. 5. dicit fuiſſe practicatum, & obſeruatum in cauſis arduis nobiles fuiſſe condēnatos ad triremes, & iterum dec. 24. vide Peguer. in deciſ 80. & omninò D Rouit. in pragm 1 nu. 11. & ſeq. de pęn. & latè Ricc. in d. deciſ. nu. 8. & deciſ. 231. ſcribit autem Luc. de Penna in d. l. mulieres col. fin. quod nobilitas procedens ex ſcientia virtutibus, ac bonis moribus, præfertur nobilitati, quæ ex genere, ac diuitijs peruenit, agricultura autem nobilitati nō derogat, ſecundum D. Vincent. de Franch. in deciſ. 128. nu 4. & infinitos ad id citat D. Fab. Anna in d. conſil. 34. num. 8. cuius agriculturæ laudes refert Luc. de Penna in rubrica C. de agricol. & cenſit. lib. 10. & pariter nobilitatem non amittit, qui domi propriæ negotia gerit, idem Fab. in d. conſil. nu. 9. 10. vbi exempla refert, verum mercatura nobilitati derogat, Myſinger. in obſeru. 54. centuria 6. allegat l. nobiliores, vbi Bald. C. de commerc. & mercat. meminit de Myſinger. D. Rouit. in rubr. de mercat. Official. & Paſch. vbi ſupra n. 44. vbi declarat. & ideo infero, quòd nobiles pro mercimonijs, & induſtrijs, quæ ad lucrum, & quæſtum non prodeunt, ſed ſolum pro eorum victu, & vitæ ſubſtentatione procedunt non coguntur in collectis contribuere, idem Luc. de Penna in l. 3. quæſt 2 in fine C. de fund. limitr. libr. 11. Militia verò, an ſit dignitas, Luc. de Penn. in rubr. C. de dignit. libr. 12. tenet, quod non allegat l. vnic. C. de equeſt. dignit. eod. libr 12. verum Petrus Bellug. in ſpecul. Princip. rubrica 20. §. quia poſt Eccleſiam ante nu 9. fol. 115. à terg. in nouis, poſt Bart quem allegat, ſcribit, quod dum paganus, vel vilis ſuſpenditur, miles decapitatur, vbi D. Borrell. in addit. litera C. citat concordantes, forſan Bellug. voluit intelligere de militibus nobilibus, quia ipſi nobiles vocantur ad militiam, vt ibi per eum nu. 5. per d. l. 1. ſupra citatam C. de equeſtri dignit. vide Pacian. in d. cap. 26. nu. 46. & ſeq. & Affl. in conſt. conſuetudinem in 3. libr. poſtquam ſolus Princeps aliquem nobilitat, & generoſum facit ibi num. 4. & Anna Sen. in alleg. 130. nu. 4. & D. de Franch. in deciſ. 62. nu. 6. Paſchal. in loco citato nu 76. vide multa per Bellug. in ſpec. Principum rubr. 6 nu. 13. fol 13. à tergo, vbi Borrell. litera F. & alia qua apud Annam in d. conſil. 80. & latiſſimè Proſp Farinac. in d q. 98. per totā, & ex quibus cauſis nobilitatis priuilegium amittatur, vide Luc. de Penn. in d l. mulieres col. 4. & Paſchal. in d. cap. 2. vbi multa ad ornatum præſentis concluſionis, an maior pars nobilium poſſit aliquem ad nobilitatem aggregare, minori parte cōtradicente, vide D. de Franchis in deciſ. 2. & Paſchal. vbi ſupra nu 71. 72.

Nomina debitorum conſtituunt tertiam ſpeciem ſeparatam à bonis mobilibus, & ſtabilibus, & ideo bonorum mobilium, & immobilium appellatione debitorum nomina nō veniunt, ſecundum Iaſ. in l à diuo pio, §. in venditione in §. not. nu. 7. per illum text. ff. de re iudic. vbi concordantes allegat, ſequitur Tiraquell. infinitos allegando in tract. de retractu cōſanguin. §. 1. gloſ 7. nu. 7. Arius Pinell. in rubr. de bon. mat. part. 1. nu. 24. fol. 18. vbi de vera, & recepta opinione teſtatur, & nouiſſimè Theſaur. Iun. libr. 1. qq. forenſ q. 2. nu. 2. qui opiniones etiam refert, hinc infertur, quod ſi quis donauit omnia bona ſua mobilia, & ſtabilia, præſentia, & futura non comprehēduntur nomina debitorum ſecundum Iaſ in loco ſupra citato, verſ. per iſta ego, vbi refert ita conſuluiſſe, prout verè conſuluit in conſ. 5. vol. 3. & pariter Dec. in conſ. 237. Arius Pinell. in loco citato poſt nu. 25. verſic. hinc infertur poſt Tiraquell. in d nu. 9. Iul. Clar. in §. donatio q. 19. verſ. pariter, quibus accedunt Roland. à Valle in conſil 65. nu. 7. & 8. vol. 1. & Theſaur. Iun. loco citato nu. 9. 10. Quid autem ſi donatio eſt facta de omnibus bonis mobilibus, & ſtabilibus quibuſcūque, an veniant iura, & actiones, Roland. à Valle in conſ. 54. nu 36. vol. 3. tenet quod ſic, ob virtutem dictionis, quibuſcumque, & nu. 43. & ſeq. comprobat, ſequitur Addit. ad Iaſ. in d. §. in venditione nu. 7. litera B. contrarium tamen tenet Theſaur. Iun. loco prædicto nu. 4. poſt Tiraquell. Borgnin. & alios quos allegat, vt non obſtante generali dictione quibuſcumque, vel omnibus, aut alia nomina debitorum nō contineantur, & ita in Senatu illo contra Roland. conſilium iudicatū refert, cuius

rei

Digitized by Google

rei illam reddit ratione͂, quia dictio illa vniuerſalis intelligitur de rebus eiuſdem ſpeciei, ſed iſta eſt tertia ſpecies omninò ſeparata, cui ego aliam addo rationem, quia vniuerſalis dictio non mutat verbi ſignificationem, vt poſt Rip. & Soccin Iun. tradit Mantica de coniectur. vltim. volunt. libr. 7. tit. 3. num. 5. fol. 175. Hinc etiam infertur, quod quando vigore ſtatuti publicantur, ſeù confiſcantur bona mobilia, & ſtabilia vt eſt in Regno cõtra vſurarios per conſtit. Regni vſurariorum, ibi omnium ſuorum bonorum, tàm mobilium, quàm ſtabilium publicatione damnetur, non debent confiſcari nomina debitorum, quæ tertiam ſpeciem diuerſam, & ſeperatam conſtituunt, vt ſupra, & in terminis d. conſtit. Regn. conſuluit veritatis pater Alex videndus in conſil 244. vol 2. etiam ſi adeſt ſignum vniuerſale omnia, vt ibi per eum, ſequitur Arius Pinell. qui alios citat in loco ſupra allegato nu. 26. fol. 20. & Theſaur. Iun. in ſæpius citato loco nu. 13. & ad principalem concluſionem addo Foller. in prax. crimin. in verb annotentur bona nu. 8. fol. 12. & in praxi cẽſuali fol. ,& multa in materia apud Fuſc. in ſing 15. litera N. & Theſaur. Iun. in d. q. 2. vbi ampliationes, limitationes, & illationes habes.

Notarius in Regno, vt poſſit creari debet eſſe maior 25. annorum, & ita quotidie ſeruatur, & ordinatur per Dominum Præſidentem Sacri Conſilij, atque oſtendit Grauin. in comment. rit. M.C.V. 164. ſecundum ordinem ſuum part. 1. declarat. 5. nu. 27. de iure autem communi vide Cagnol. in l. 2 9. impuberes nu. 5. ff. de regal. iur. & Grauin. vbi ſupra. Quando autẽ Notarius creatur à Catholica Maieſtate, ſeu ab Excellẽtiſſimo huius Regni Prorege capitur informatio non ſolum de ætate, ſed etiam ſi eſt natus de legitimo matrimonio, vt ſcribit Affl. in conſtit. mores diſſolutè viuẽtium in 6. not. & Grauin. in loco citato nu 28. poſt Alex. in conſ. 80. nu. 2. vol. 2. Affl. in conſtit inſtrumentorum nu. 37. & eſt expeditum in Regno per conſtit. ipſius, quæ incipit præſenti, & firmat etiam Camill. Borrell. ad Bellug in ſpecul. Princip. fol. 22. à terg litera R. ex quo ſpurius, ſiuè infamis non poteſt in Regno creari Notarius, Alex. in d. conſil. ſequitur Marſ. in ſing. 273. col. fin. verſ vltimo, quidquid in contrarium dixerit Viu in opinion. 547. part. 2. & Suar. in ſuis opin. litera N. nu. 37. licet Grauin. in ſæpius allegato loco nu. 30. & ſeq. opiniones hinc inde referat, tamen Roland. à Valle in conſil. 79. num 52. vol 2. ſequitur Alex. & alios, quibus accedunt Viu. parum ſibi conſtans in opin. 647. nu. 9. in fine part. 2. & D. Tap. in l. un. fol. 199. nu. 49. ff. de conſtit. Princip. qui loquitur de naturali tãtum, quia Notariatus officium dignitas eſt, Alex. in d. conſil. 80. nu. 2. verſic. ſicut, Viu. in loco paulo ante citato, & nu. 4. qui dicit inter nobiles connumerari, addo Luc. de Penn. in l. vniuerſos, vbi latiſſimè C. de decur. lib. 10. qui in ſpecie reprobat Bart. eũque ſequentes, quod non ſit dignitas, & iterum in l. 2. C. de dignit. libr. 12. vbi reputat falſitatem eſſe cum Bart. & ſequacibus, Inſuper capitur informatio de eius bona vita, & fama in qua examinantur omnes circumſtantiæ, quæ ad officium Notariatus pertinent, ſecundum Viu. in d. opin. 647. nu. 6. prout ſic vidi pluries ſeruatum, Hinc propter eius authoritatem, & officium publicum, quod exercet poteſt pro altero abſente ſtipulari, ſecundum Bart. in l. ſtipulatio iſta §. ſi ſtipuler, verſic. 3. fallit ff. de verb. obligat. ſequitur Afſl. in conſtit. baiulos nu. 39. & ſeq & in deciſ. 135. in fine, & 393. nu. 8. vbi Vrſill. in addit. nu. 6. latiſſimè Tiraquell. in tract. de conſtituto part. 3. limit. vltima, Carau. in rit. 44. ſub. nu. 8. Paul Fuſc. in ſing. 22. litera N. Viu. in opin. 541. part. 2. Cacheran. in deciſ. Pedem. 33. Ioſeph. Ludouic. in ſuis opin concluſ. 52. poſt infinitos, quos citat, & Antonin. Theſaur. in deciſ. 70. nu. 2. hinc etiam infertur, quod donatio facta abſenti Notario pro eo ſtipulante valet ſtatim, & acquirit pro abſente, abſque alia ratificatione, ſecundum D. Vincent. de Franch. in deciſ. 339. qui ſic in Sacr. Conſil. deciſum refert, vbi alios addo, ſed an per dictam ſtipulationem acquiratur ei dominium, Rot Lucæ in deciſ. 18. col. fin. verſic. nam ad hoc reſpondit fol. 2 3 in nouis, ſecundum verã, & communem theoricam poſt Cacheran. vbi ſupra ſcribit, quod actio perſonalis, & hypothecaria quæritur abſenti, Notario pro eo ſtipulante etiam ante ratificationem, dominium autem, & poſſeſſio minimè, vt ibi per Cacheran. & Rot. Lucæ, licet Mart. in vot. 135. num. 7. 8. aliter tenere videatur, ſubdunt tamen, qđ in donatione ſecus eſt, quia in ea fauore donantis Ius efficaciter abſenti acquiritur, & dominium vtile abſque traditione transfertur, & vide Afflict. in conſtit. baiulos nu. 42. in fin. & Ioſeph. Ludouic. in d. concluſ. qui aliquos caſus conſiderat, Quanta autem ſit authoritas Notarij ob præſumptionem ſui publici officij, vide apud Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 1095. vol. 2. nam præſumitur, & rogitus cenſetur apponere omnes clauſulas, apponi ſolitas, & conſuetas, ſecundum Bald. per illum text. in l fin. C. de fideiuſſ. ſequitur Alex in conſil. 27. nu. 2. vol. 2. Anton. Gabriel in tit. de conſuet concluſ. 3. in principio, Iacob. Menoch. in conſil. 37. nu. 70. vol. 1. Maſcard. in d. tract. concluſ. 259. nu. 10 & ſeq vol. 1. & in concl. 1093. vol. 2. D. Vincent. de Franch. in deciſ. 302. nu. 4. Viu in deciſ. 397. & Surd. in deciſ. 223. Addit. ad Iaſ. in l. 1. §. procurator litera B. ff. ſi quis iuſdic. nõ obtemp. & Paul. Fuſc. olim Epiſcopus Rauellenſ. & poſtea Sarnenſ. in ſing. 23. litera N. Thor. in cõpend. dec. in verb. clauſula conſtituti, hinc ex prædictis alias in Sacr. Conſil fuit deciſum in cauſa Domini Ferdinandi de Roſſis, cum Magnifico Ioanne Vincentio de Mari, inſtrumentum ex nota Notarij mortui extendi debere cum hypotheca conſtituto, & præcario, & alijs clauſulis conſuetis, iuxta ſtilum Notarij mortui per Notarium ſubrogatum. addo Surd. in deciſ. 213. nu. 5. & 6. & deciſ. 223. & 265. nu 63 Pariſ. in conſil 48. nu. 26 27. vol. 1. & Thor. vbi ſupra, verum extenſio clauſularum intelligitur de illis, quæ concernũt exequutionem, & clariorem dilucidat onem veritatis, non autem de illis, quæ nouum inducunt effectum, vt eſt de mente D. Vincent. in d. deciſ. & nu. . . & iterum in deciſ. 567. nu. 2. 3. vbi dicit quod parte citata fieri debet, & de ſtilo Notarij in proceſſu conſtare debet, & ideo vbi deficit ſubſtantia contractus non poteſt extendi per alium Notarium ſubrogatum, ſecundum eundem D. in d. deciſ. 567. vbi ita deciſum refert, addo vidẽdum D. Rouitum in pragm. 2. de fide inſtrument. & nota etiam, quod hypotheca, quæ extenditur in inſtrumento, quod reaſſumitur, operatur à die contractus, non à die reaſ-

ſum-

ſumptionis, ſecundum Affl. in conſtit. Baiulos nu. 86. verſic. 2. quæro, Et in quãtum dixi ſupra, quod Notarius cenſetur rogatus apponere in inſtrumẽto clauſulas ſolitas, & conſuetas, intellige de illis, quæ ſunt de natura contractus, & eius executionem, & dilucidationem concernũt, ex D. Vincent. de Franch. in d. deciſ. nu. 8. cui aſſentit Rot. Bononiæ in deciſ. 32. nu. 6. & vide alios, quos ibidem addo, & Grammatic. in deciſ. 103. nu. 176. & Capyc. in deciſ. 159. nu. 39. an autem extenſio fieri poſſit per Notarium ſubrogatũ alicuius clauſulæ omiſſæ in inſtrumento, & apponi ſolitæ vigore illius clauſulæ, ſeu dictionis &c. vide Alex. in conſil. 28. nu. 8. vbi DD. in apoſtill. vol. 2. Dec. in l. contractus nu. 18. & in l. ſemper in ſtipulationibus num. 13. ff. de regul. iur. Tiraquell. latiſſimè in d. tract. in vltim. limit. Vrſill. in dec. Affl 139. nu. 5. & ſeq. & nouiſſimè Fab. Anna in conſil. 93. nu. 24. in fine, & ſeq. & D. Vincent. in d. deciſ. 567. nu. 2. omninò Muſcatell. de appell. in gloſ. ſententia num 149. & ſeqq. ſed qualiter intelligatur, & procedat iſta opinio, vide Cott. in verb. Notarij imbreuiatura fol. 486. Marſil. in ſing. 113. Affl. in d. conſtit. Baiulos nu. 17. Anton. Gabriel. in d. concluſ. 3 num. 33. & 36. Maſcard. in d. concluſ. 1098. num. 8. & Roland. in conſil. 66. nu. 14. vol. 4. & quid importet huiuſmodi dictio &c. vide D. Vincent. de Franch. in deciſ. 641. nu. 4. Si verò Notarius omiſit apponere in inſtrumento debitas ſolemnitates præſumitur falſarius, & de falſo puniri poteſt, ſecundum DD. in l. iubemus per illum text. C. de teſtament. & iſta eſt magis recepta opinio, vt teſtatur Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. iudic. libr. 2. caſ. 370. nu. 4. quam intellige non de pœna ordinaria falſi, ſed extraordinaria, vt ibi per Menoch. nu. 5. cui accedere videtur Maſcard. in d. tract. concluſ. 1094. nu. 32. cum ſeqq. vol. 2. & ſi Viu. in opin 542. part. 2. teſtetur ſemper obtinuiſſe contra hanc receptam opinionem in varijs cauſis, & Tribunalibus, & præſertim in Regia Audientia Aprutina, in cauſa cuiuſdam Notarij Ciuitatis Aquilæ, quo mediante ſuo patrocinio fuit abſolutus per rationes, & iura, quæ ibi allegat, maximè quia Notarius potius præſumitur errare, quàm falſum committere, vt ibi per eum, & de Notario omittente, quæ de iure, & conſuetudine apponi ſolent quomodo puniendus ſit, vide Affl. in deciſ. 21. nu. 6. Aym. Crauet. in conſil. 75. nu. 6. Foller. in verbo item, quod committit falſitatem nu. 60. Qui ſi incepit fabricare falſum inſtrumentum, ſed non perficit eſt tamen puniendus pæna falſi, ac ſi illud compleuiſſet, & perfeciſſet, ſecundum Luc. de Penna in l. vnica col. 2. verſic. nota hanc literam C. vt nulli liceat in fren. & equeſtri ſell. libr. 11. & latiſſimè in l. 1. verſ. & quia iſta materia C. vt nemo ad ſuum patrocin. eod. libr. vbi ex profeſſo diſputat, & tenet, quod pæna ordinaria falſi puniri debet, refert, & ſequitur Vrſill. ad Affl. in deciſ. 21. num. 3. & Baiard. ad Clar. in §. falſum nu. 78. Pæna autem ordinaria falſi cõtra Notarium falſum inſtrumentum conficientem, vel illud falſificantem eſt mortis naturalis per conſtit. Regn. quæ incipit Iudices, vt poſt Grammatic. & Capyc. tenet Foller. in loco ſupra allegato num. 70. fol. 207. in nouis, vbi reprehendit Affl. aliter tenentem in d. conſtitutione, quæ & ipſius pæna eſt in viridi obſeruantia, ſecundum D. Vincent. de Franch. in deciſ. 454. in principio vbi alios addo, & vide ad materiam Stephan. Gratian. in deciſ. 116. an Notarius poniatur pæna prædicta ſi committit falſitatem in inſtrumento nullo, vide Grammatic. in voto 25. nu. 12. & in deciſ. 74. num. 20. vbi clarius loquitur Baiard. ad Clar. in §. falſũ num. 85. & ſeq. & Ricc. in deciſ. 135. part. 1. & ſi conſert Vrſill. ad Affl. deciſ. 366. nu. 5. & an dicatur falſarius ſi aliter ſit dictum, quam ſcriptum, vide eundem Foller. in loco citato nu. 58. & 65. verum in dubio pro Notario præſumitur, quia ob eius peritiam rogatus præſumitur vera ſcripſiſſe in inſtrumento, vt poſt Gloſ. & Bald. firmat Alex. ſiuè alius in conſil. 73. nu. 7. vol. 1. verba enim Notarij rogati conficere inſtrumentum, videntur eſſe verba partium, quia quidquid eſt ſcriptum in inſtrumento videtur ſcriptum de voluntate eorum, qui Notarium rogauerunt, vt Bald. notat in l. errore, C. de teſtament. quem refert, & ſequitur Dec. in conſil. 184. ante nu. 9. vbi DD. in apoſtill. ſecundum ordinem meum, Cagnol. in l. ſi librarius nu. 71. ff. de regul. iur. Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 13. num. 2. Marc. Anton. Natta in conſil. 14. nu. 18. & conſil. 357. nu. 2. Roland. in conſil. 7. nu. 28. vol. 4. Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 144 num. 10. & ſeq. & fuſius in conſil. 37. nu. 130. & ſeq. vol. 1. Mangrell. ad Bart. in l. ſi quis filiabus ff. de teſtament. tute. Maſcard. in d. tract. concluſ. 1099. vol. 2. Surd. in deciſ. 104. nu. 20. & Camill. Borrell. in conſil. 44. nu. 52. An autẽ Notarius poſſit ſupplere clauſulas ex errore omiſſas per Notarium mortuum, Pet. Foller. in loco ſæpius citato nu. 63. tenent quod ſic, dũmodo interueniat decretum Iudicis, & ſubdit ita practicaſſe, & practicari vidiſſe, & quod ita practicauit D. Ioann. Nicol. de Vicar. Salerni de anno 1529. qui fuit maximus Doctor, vt ſæpius audiuiſſe teſtatur á doctiſſimis viris poſt Campan. D. Vincent. de Franch. in deciſ. 197. nu. 6. verum ego non intelligo de decreto Curiæ inferioris, ſed maiuris puta Sacr. Conſil. an autem Notarius, qui reperitur bannitus pro aliquo magno, & famoſo crimine poſſit interim inſtrumenta conficere, ita vt valeant, & facta poſſit reaſſumere, vide eundem Foller. in verb. banniantur nu. 39. fol. 131. vbi pulchrè diſtinguit, item Notarius, qui ſemel edidit inſtrumentum in forma publica tenetur illud de nouo facere, quia à voluntate vnius dependet, maximè quando pars, quæ illud habuit, allegat perdidiſſe, vt Maranta reſpondit in conſil. 82. poſt Iaſ. quem allegat, vide remiſſiuè D. Rouit. in d. pragm. 11. nu. 13. An Notarius poſſit ſcribere inſtrumentum obligatorium contra ſe, & quid in Notario actorum, vide D. de Bottis ad Bart. in l. ex ſententia ff. de teſtament. tute. vbi an poſſit ſcribere inſtrumentum procurationis in eius fauorem, & beneficium, quod ſic, poſt Guid. Pap. in deciſ. 318. & ibi multa in materia per D. de Bottis, qui Notarius tenetur exibere prothocollum, & ad id ad inſtantiam partis poteſt per Iudicem cogi, ſi aliqua ſuſpicio inſurgat contra inſtrumentum, vt poſt Didac. Couar. & alios tenet D. Vincent. de Franch. in deciſ. 194. ad finem, vbi teſtatur ſe multoties feciſſe hoc etiam ex officio, & quia ſupra dixi, ꝙ officium Notariatus eſt dignitas, & inter nobiles Notarius connumeratur, quia homo vilis conditionis non

debet

debet Notarius creari, in conſtit. diuinæ iuſtitiæ in fine, & ſeq. adde, quod Affl. in decis. 387. in fine, mentionem facit de Notario Theſeo Piſanello, à quo forſan deſcendit D. Ioannes Angelus Piſanellus qui fuit doctiſſimus, & laborioſiſſimus Doctor, & erit omni tempore nemini ſecundus, vt teſtatur D. Vincent. de Franch. in deciſ. 621. nu. 6. à quo dependet D. Antonia Piſanella, quæ fuit, & eſt Marchioniſſa Cluſani vxor domini Federici Tomacelli Capicij, & refert D. Scipio Rouit. meritiſſimus Regius Conſiliarius in Pragm. 1. ſub nu. 1. in tit. de Notar. vidiſſe proprijs oculis quoddam Priuilegium in quo enunciatur Notarius quidam de ſedili Ciuitatis Neapolis, qui eo tempore, quo Notariatus officium exercebat eiuſdem ſedilis honoribus gaudebat, & ibi vide multa in materia, quia nobilitas non perditur per illud, Didac. Couar. pract. qq. cap. 19. ver. ſic. , vide tamen Paſch. de viribus patr. poteſt. part. 4. cap. nu. 53. & ſeq. & Proſper. Farinac. in deciſ. 596 num. 3. inquit, quod exercitium Notariatus dicitur ars honeſta, & honoratis ciuibus digna, & hoc officium eſt dignum, & honorabile, atque dignitas, ſecundum Dominum Regent. Carol. Tap. in ſecundo tomo iur. Reg. folio 435. vbi poſt Marin. Frecc. dicit, quod debent eligi optimi viri, ſicut olim, qui fuerunt nobiles, quia magna eſt fides Notarij.

Nouatio habet vim ſolutionis l. ſi rem §. fin. ff. de nouatio. Alex. in l. ſi diuortio nu. 3. ff. de verb. obligat. Stephan Gratian. in deciſ. 117. nu. 14. quia per ipſam tollitur obligatio §. præterea inſtit. quibus mod. tollit. oblig. in principio, hinc per nouationem voluntariam liberatur non ſolum principalis debitor, Stephan. Gratian. in d. deciſ. nu. 15. ſed etiam fideiuſſor, nam regulare eſt, quod nouata principali obligatione per nouationem voluntariam ſunt liberati fideiuſſores, qui pro debitore fideiuſſerunt in ea, ſecũdum Gloſ. in l. 4. §. ſi ex conuentione in verbo pignora, vbi Alex. nu. 8. ff. de re iudic. etiam quod creditor proteſtatus fuerit citra nouationem, & præiudicium priorum fideiuſſorum, quia cum fideiuſſores tempore ſecundæ obligationis nouantis ſint abſentes, & in ſecunda non conſenſerunt, nec ſe obligauerunt, ſequitur, quod dicta reſeruatio nihil operatur, ſecundum Stephan. Gratian. in ſæpius allegata deciſione nu. 17. & 18. vbi ita iudicatum refert, vide tamen D. Lanar. in conſil. 7. Theſaur. in deciſ. 125. Vrſill. ad Affl. in deciſ 353. nu. , & Caualcan. in deciſ. 18. part. 4. vbi contra fideiuſſorem iudicatum refert, dummodo ſecundus contractus non ſit incompatibilis, vide etiam Lanar. in conſil. hic allegato, & omninò Theſaur. Iun. libr. 2. qq. forenſ. q. 57. nouatio enim eſt prioris obligationis, ſiuè debiti in aliam obligationem transfuſio l. 1. in principio ff. de nouat. quæ hodie aliter non fit, quàm ſi expreſsè agatur d. §. præterea, & l. fin. C. de nouat. per quę iura ita tenet Alex. in conſil. 13. nu. 2. vol. 2. Anton. Gabriel. in titul. de nouat. concluſ. 1. in principio, Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 1107. à nu. 1. vol. 2. & nouiſſimè Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. libr. , cap. 45. nu 6. & libr. 3. cap. 134. nu. 34. & D. Vincent. de Franch. in dec. 15. D. Maſtrill in deciſ. 40. & Caualcan. vbi ſupra, eſt bene vertitur, quod nouatio etiam hodie ex coniecturis, & præſumptionibus fit, vt poſt Affl. in deciſ. 44. concludit D. Vincent. vbi ſupra, vbi ad Affl. recurrendum dicit, & ad eum Maſcard. & alios addo, maximè quando præcedit mandatum promittendi, vel ſoluendi, & promiſſio eſt acceptata, quia promiſſio pręcedente iuſſu ſoluendi habetur pro ſolutione, Dec. in conſil. 107. num. 1. cum alijs allegatis per Gratian. in d. deciſ. nu. 9. 10. item poſſet dubitari ſi nouatio fiat ope exceptionis, idem D. Vincent. in allegat. deciſ. refert per Sacr. Conſil. deciſum, quod non, ſequitur Maſcard. in d. concl. 107. nu. 7. 10. Rota Genuæ in deciſ. 2. nu. 20. Viu. in opinion. 550. part. 2. D. Lanar. in d. conſil. 7. num. 2. addit. ad Iaſ. in l. eum qui §. hominem ante nu. 4. ff. de verb. oblig. & in l. pecuniam in fine ff. ſi cert. peta. & latiſſimè Iacob. Menoch. in d. cap. 134. num. 48. & 49. & vide ad materiam principalis concluſionis Gabriel. Maſcard. & Menoch. in locis prædictis, vbi latiſſimè explicant, Fit etiam nouatio neceſſaria per Sententiam, vel decretum, ſecundum Gloſ. in §. vltimo, in verb. dictum eſt inſtit. quibus mod. tollit oblig. contrarium tenent Affl. in deciſ. 93. nu. 3. & D. Vincent. de Franch. in dec. 155. num 10 ſed qualiter procedant hę opiniones, vide Surd. in deciſ. 69. nu. 4. & Flamin. Cartar. in deciſ. 118. nu. 3. an text. in d. l. fin. C. de nouat. habeat locum in delegat. vide Anton. Gabriel. in d. concl. 1. nu. 46. Menoch. in d. cap. 134 nu. 38. Rot. Genuæ in d. deciſ. 2. nu. 21. Vrſill. poſt Affl. in dec. 353 Suar. in ſuis opinion. num. 53. litera N. an per compromiſſum ſequuto laudo intelligatur facta nouatio priori obligationi, vide Gabriel. & Menoch. in locis allegatis ille nu. 62. iſte nu. 34. & Flamin. Cartar. in d. deciſ. 118. & quando inducta, & facta dicatur ratione contractus incompatibilis poſt primum facti, vide Dec. & alios in l. pacta nouiſſima C. de pact. & Gabriel. in conſil. 81 nu 3. Et quando ratione mutationis formæ primi contractus, vide Soccin. in conſil. 62. nu. 23. in quarto, & Seraph. qui allegat alios in deciſ. 1063. nu. 2. 3 & 14. Gabriel. Maſcard. & Menoch. vbi ſupra, Gabr. in conſil. 82. vbi de materia vol. 1. omninò Gratian. libr. 2. diſcept. forenſ. cap. 290.

Nouitius ſi infra annum profeſſionis decedit, debet haberi pro profeſſo, quia in eadem voluntate videtur perſeueraſſe, quam à principio habuit, in quo ſe, & ſua dedicat monaſterio, adeo quod eius bona ad monaſterium, & non ad proximiores ipſius ſpectant, vt poſt Bart. Butr. Dec. & alios tenet doctiſſimus Surd. in deciſ. 303. nu. 4. vbi de magis communi teſtatur, & Stephan. Gratian. in deciſ. 35. nu. 13. videatur interim Ioannes Baptiſta Coſta in tract. de retrotract. caſu 3. in 9 cap. à num. 8. cum ſeqq. fol. 212. vide in pulchro caſu Surd. in conſil. 145. vol. 1. Camill. Borrell. in pragm. odia fol. 106. num. 114. Camill. Salern. ad Napodan fol. 76. in nouis, Aſcia in determinatione 174. & nouiſſime Ricc. in reſolutione 138. vbi contra Tiraqu. Surd. & ſequaces tenet.

Nunciatio noui operis habet locum quando ædificatur in terra, & ipſi terræ, ſeù ſolo cohæret, vnde ſi quis arbores plantat, aut excidit, non habet locum noui operis nũciatio l. 1. §. hoc edictum ff. de noui oper. nunciat. & competit pro iure dominij, vel quaſi ſeruitutis, & iuriſdictionis tuendo, l. in prouinciali §. pen. & l. ſi prius ff. eod. tit. Pract. Papienſ. in forma libelli in actione noui operis, in gloſ. quę-

dam

Digitized by Google

dam parietem in principio, quæ nunciatin ſit, vt opus futurum impediatur, non vt iam factum ante denunciationem tollatur, quia tunc habet locum interdictum, quod vi, aut clam, vt ibidẽ per Pract. Papienſ. per l. 1. §. 1. ff. de noui oper. nunc. cui accedit Marant. in conſil. 56. nu. 3. intantum, quod vicinus opere facto eo ſciente, vidente, & non contradicente, vltra quod facit ſibi præiudicium, amictitius ſuum prohibendi per ſuum tacitum conſenſum, gloſ. notabil s in l. mæniana C. de ædific. priuat. & conſuluit Maranta in d. conſil. num. 2. vbi etiam dicit eſſe text. in l. qui bona, §. ſi quis iuſta ff. de damn. inſe. & quando interdictum quod vi, aut clam ceſſet, vide ibidem num. 6. vbi allegat l. 1. §. quid ſit, & l. 3. §. fin. ff. quod vi, aut clam, an autem nunciatio noui operis habeat locum quando ædificatur in re communi, vide omninò Rot. Lucæ in deciſ. 119. in nouis, an opus nouum in re communi poſſit per alium prohiberi, vide Bald. in conſil. 65. vol. 1. quæ noui operis nunciatio pluribus modis ſit, ſecundum Pract. Papienſ. in d. loco, in gloſ. nouum opus nu. 3. Aretin. in §. præterea nu. 26. & ſeq. inſtit. de actio. & Andr. Gail. libr. 1. practic. obſeruat. cap. 16. n. 11. & inter alios ſit authore prætore, ſeu Iudice per præceptum ipſius vt talis, vel eius operarij vlterius non ædificent in opere incæpto, ſed ab illo omninò deſiſtant, quæ etiam ſi iniuſte facta ſit ligat ædificantem, adeo quod teneatur deſiſtere ab opere cæpto etiam in ſuo, & ſi nõ obtemperat deſiſtendo ædificium factum poſt nunciationem, & litem motam debet demoliri, & deſtrui ſumptibus ędificantis tãquam attentatum, Iaſ. in l. 1. in primo nota. ff. de noui oper. nunciat. Plot. qui allegat alios in l. ſi quando §. 3. poſt nu. 49. C. vnde vi fol. 29. in paruis. Viu. in opinion. 594. nu. 1. part. 2. in impreſſis Aquilæ de anno 1582. vbi de communi opinione teſtatur, Seraphin. in dec. 834. allegat l. 1. de nou. oper. nunc. Gail. vbi ſupra col. 1. & D. de Ponte de poteſtat. Proreg. fol. 61. num. 2. adde videndum Gratian. libr. 2. diſcept. forenſ. cap. 384. ſed ſi ille, cui nouum opus nunciatum eſt cõparet dicendo, quod vult in eius iuribus audiri præceptum factum cum clauſula Iuſtitiæ euaneſcit, & in vim ſimplicis citationis reducitur, ſecundum Gloſ. in l. de pupillo §. meminiſſe in verb. vbi Bart. nu. . & cæteri alij ſequuntur ff. de nou. oper. nunciat. Pract. Papienſ. in d. gloſ. nouũ opus num. 3. in fin. Iaſ. in l. nec quicquam §. vbi decretũ num. . ff. de offic. Proconſ. meminit Ancharan. Iun. in q. 25. nu. 9. & ſeq. part. 1. Ioann. de Amic. in conſil. 104. nu. 1. conſil. 153. num. 2. Vrſill in deciſ. Aſſ. 167. nu. 5. & Viu. in opinion. 678. in principio part. 2. & ſatis pulchrè in iſtis terminis idem de Amic. in conſil. 35. nu. 1. 2. 3. vbi num. 4. poſt Paul. Caſtrenſ. quem allegat in d. §. meminiſſe ſcribit eſſe practicam totius Mundi faciendi huiuſmodi præcepta cum clauſula iuſtificatiua, quia Iudex in nihilò grauat partem, vt ibi nu. 3. nam per illam iuſtificat ſe ipſum, & Coſta in tract. de retrotract. fol. 196. num. 7. & Marant. in tract. de multiplici alien. nu. 315. adeo quod ſi eſt factum præceptum ſine tali clauſula non tenetur citatus comparere, quia à tali præcepto, nec ab exequutione debet inchoari, vt per Coſtam poſt alios, quos allegat in loco ſupra citato fol. 195. nu. 3. 4. tamen in materia iſta noui operis ex quo non agitur de graui præiudicio, quia tempore nunciationis non diſcutitur de iure nunciantis, valet præceptum prædictum, etiam ſi fieret ſine dicta clauſula, & ſi illi nõ paretur poteſt nõ obtemperans puniri pæna ſpreti mandati, Vrſill. in d. dec. 167. nu. 6. & ita poſt Paul. Caſtrenſ. in d. § meminiſſe, concludit Ioannes de Amic. in d. conſil. 35. nu. 12. qui omninò legatur, verum ſi ille, cui nouum opus nunciatum eſt offerat ſatiſdationem de demoliendo, ſecũdum vnam opinionẽ tollitur nunciatio ipſa, & poteſt in opere perſeuerare d. l. de pupillo, §. is cui, vbi Bart. cæterique, & conſuluit Grammat. in conſil. 73. in ciuilibus, ſed ille, qui nouum opus nunciauit, ne fiat poteſt replicare, quia hodie conſtat, hodie agi debet, & conſequenter ſuperſederi debere ob opere incæpto per tres menſes non obſtante dicta fideiuſſione oblata, vel data, & non acceptata, ex quo nuncians vult docere hodie de iure ſito, ſecundum Pract. Papienſ. in d. libello, in gloſ. ante aliquam, ſub nu. 3. Iaſ. in d. l. 1. nu. 19. vbi dicit DD. ita communiter tenere, licet ipſe teneat indiſtinctè, ſiuè dicat, ſiuè non, debet per tres menſes ſuperſederi, quem refert Villalob. in ſuis opinion. litera N. nu. 42. & Gaill. in d. loco nu. 17. vbi ita iudicatum refert, licet aliter poſtea videatur tenere, ſed communem opinionem latè proſequitur Plot. in d. §. 3. nu. 50. & alios refert Viu. in d. opinion. ſupra allegata num. 4. & Gratian. libr. 2. diſcept. forenſ. cap. 384. qui omninò legatur, & ſi ipſe in verb. contrarium tenet contra ſupradictam opinionem, ſecundum quam ſæpiſſimè inquit ipſe iudicauit, & iudicare vidit, & allegat Grammat. in d. conſil. 73. quem refert, & ſequitur Caualcan in deciſ. 23 ſub nu. 3. par. 2. ſubdens opinionem Grammat. & Viu. eſſe multum æquam, & tenendam, maximè non apparente à principio de aliquo iure nunciantis, & de Grammat. meminit etiam Vrſill. in loco, & nu. ſupra allegato, & Caroc. in deciſ. 19. num. 22. vbi Grammat. Viu. & Caualcan. refert, & ſequitur, & ita ego vidi iudicatum per M. C. V. de anno 1578. ad fauorem Magnificorum de Cioffo de Salerno, & facto verbo fuit decretum M. G. confirmatum in Sacr. Conſil. & ita iudicaui, & obſeruaui in pluribus cauſis in Regia Addientia Calabriæ vltra de anno 1614. & ſeq. videatur Sempron. Aſcia in determinatione 119. num. 11. vbi diſtinguit. Inſignis autem Anton. Theſaur. in deciſ. 203. relatis dictis opinionibus, cum reſponſionibus ad vnamquamque refert num. 5. quod ipſo exiſtente Senatore, & poſtea Præſide ſemper in illo Senatu fuit obſeruatum temperamentum iſtud, vt ſiquidem à principio nunciatur antequam ædificans multas fecerit expenſas in cementis, & inſtrumentis ad ædificandum, & non eſt graue volenti ædificare ſuperſedere per tres menſes, & nuncians allegat habere iura, quæ tunc producere nõ poteſt, ſed petit tempus dictorum trium menſium, & iſto caſu procedit opinio communis, & text. in l. 1. C. de nou. oper. nunc. aut res non eſt integra ædificanti, ſed periculum eſt in mora ſi differat, vel ex aſpectu Iudex videt calumnioſam nunciationem, & procedit alia opinio, quod ſtatim admittitur cautio, & remittitur nũciatio, atque totum Iudicantis arbitrio remittitur, vt poſt Bart. ibi per Theſaur. allegatũ refert pluries ſic Senatum iudicaſſe, inſpectis, & diſcuſſis circumſtantijs ſi ſtatim ſit remittenda nuncia-

Digitized by Google

nunciatio, vel expectari tempus dictorum trium menſium, quia regula illa hodie conſtat, & hodie agatur, non intelligitur de eodem inſtanti, ſed de tempore Iudicis arbitrio arbitrando, ſecundum communem opinionem, de qua teſtatur Ioannes de Amicis in conſil.63 num.6. quem refert, & ſequitur Fab. Anna in conſil.65.num.19.vol.1. nunciatio autem noui operis, ex quibus cauſis ſperni poteſt, vide Pract. Papienſ. in d.libello in gloſ. parietem nu.3. & Plot.in d.l.ſi quando §.3.nu 53. & Viu. in d.opinion. num.7. Villalob. in d.litera N. Gaill.in d.obſeruat.16.vbi refert limitationes, maximè quando periculum eſt in mora, l. de pupillo, §.ſi quis riuos ff.de oper.nuu.nunc. & iterum in obſeruat.13. & aliqua in materia per Magon. in dec.Lucæ 29.& Marc.Anton.de Amat. in dec.64.

Nuncius apportans, vel referens alicui malum, vel triſte nuncium doloſè, ob quod paſſus ille fuit intereſſe, vel damnum ad omne illud, quod ex illo malo nuncio paſſus eſt, reſarciendum tenetur, vt poſt Angel.tenet Iaſ.in l 1.nu.1.ff.de eo per quem fact. erit, ſequitur Maranta in ſuis ſingul. in verb. quidam fol.139. vide tamen Foller. limitantem in fragment fol 401.nu 75 in nouis, Menoch in caſ.381. nu.19. & omninò Caball.in caſ.281.

Nuncio publico, ſeù iurato, vel alguzerio creditur, & fides adhibetur in his, quæ ad eius officium ſpectant, veluti ſi referat Titium citaſſe, ſecundum Alciat. in tract.de præſumpt.reg.3. præſumpt.14. nu.10. vbi dicit communem, Tiraquell. latiſſimè in tract. de retr.conſanguin. §.8.gloſ.9.nu.6.10.& 11. Foller.in verb. fiat relatio nuncij nu.12 verſic. 1.caſu fol.51. vbi pulchrè diſtinguit, Viu. in opin. 555.num.1.part.2.& Suar.in ſuis opinion.litera N. nu.57. quibus accedum Paris de Puteo de Syndicat.in verb. nuncius in §.fuit magna quæſtio nu.2. f.212.in paru.Plot.in d.l.ſi quando §.3.poſt nu.33. verſic.nam licet fol.25. Mandoſ.in conſ. Roman. 497.litera C.Anton.Gabriel.in tit.de cita.concluſ. 4.in fine, Maſcard.in tract. de probat.concl.1115. nu.1. & 4.vol 2. & nouiſſimè Iacob. Menoch. in tract.de præſumpt libr.2.cap.25.licet in tract.de arbitr.Iudic. libr.2. caſ.132. tres in medium referat opiniones, & tamen num.8. ſcribit hoc deberi Iudicis arbitrio relinqui, qui ex qualitate perſonarum, & negotij conſiderabit qualitatem, & veritatem, ſed principalem concluſionem hic poſitam ipſe Menoch. ponit, & concordantes allegat in d. caſ.nu.1.12.& propriè in Regno quando nuncius, ſiuè iuratus, aut alguzerius citat aliquem extra Ciuitatem, debent ſaltim citationis tempore interuenire duo teſtes, vt animaduertit Foller. in loco ſupra citato, & Viu. in opinione 556. nu.4.part.2. & vidè in pulchro caſu D.Vincent.de Franch.in deciſ.560. & quod conſtet de Iudicis commiſſione, Carauita in ritu 38.num.1. per illum text. Maranta in tract.Iudic.part.6.in verb.citatio num.51. vbi nu.52. declarat, & conferunt ſcripta per eundē ibi nu.44.& Foller.vbi ſupra nu.3. & Ricc.in dec. 204 part.1. vide in pulchro caſu Honded. in conſ. 82. nu.12. vol.1. verum in his, quæ ſunt extra eius officium iurato, vel nuncio nō creditur, ſecundum Plot.in locu ſupra citato, vbi de communi opinione teſtatur, ſequitur Viu.in d.opinion. Iacob.Menoch. Gabriel. Maſcard. & alij ex ſupra allegatis DD.teſtantur, hinc infertur, quod nuncio referēti ſibi ab aliquo pignus denegatum fuiſſe non creditur, nec fides adhibetur, ſecundum Parid. de Put. in d.§. fuit magna quæſtio nu n.2. in fine, cui aſſentit Boſſ.in tit. de denunciat.nu.12.qui allegat l fin.ff.de teſt. nec minus ipſi creditur ſi referat, & dicat citatum ſibi iniuriā intuliſſe, aut verberaſſe, aut quia reſpondit ſe nolle venire, ſecundum Tiraquell latiſſimè in d.§.8 gloſ.9.num.14.15.& 16. Foller. in loco ſupra citato, verſic. 3. caſu, Iacob. Menoch.in d.caſu 112.num.13.& ſeq. & in d.cap. 25.in fine, Anton.Gabriel. in d.concluſ.4. num.4. Maſcard.in loco citato nu 5.& 11.licet nu.6.referat DD. contrarium tenentes, Vulpell. in conſil. 38. & Caball.in caſ.127.colum.1. eſt benè verum, quod iſte illationes debent intelligi quoad puniendum, non autem quoad inquirendū, vt poſt Bald. & alios ſcribit Maſcard.loco prædicto num.12. & 13.& pariter ipſi non creditur ſi refert, ſe ab aliquo impeditum ne delinquentem caperet, vt ipſum ad carcerem duceret, vt poſt Alciat. in d præſumpt. ſupra allegata, concludit Iacob. Menoch.in d.caſ. 112. nu.15. Anton Gabriel. in loco ſupra allegato nu.7. & Maſcard.in ſæpius citato loco nu.8. & ita fuit iudicatum in Rota Lucæ, vt teſtatur ead.Rot. in deciſ.21. in nouis, vide tamen addit. ad Iaſ.in l. ſenium litera A. C.qui teſtam.fac.poſſ.& omninò Farinac.in tit.de carceribus q 32.nu 80. & ſeq.vbi an debeat credi de exemptione, & reſiſtentia ei facta, Rot. Lucæ vbi ſupra, & Caball.loco citato nu. 4.vide nouiſſimè Ricc.in deciſ.59. per totam par. 2.an autem credatur exequutoribus, vel birroarijs referentibus inuen iſſe, & cæpiſſe aliquem cum ſcopicto paruo, vel alijs armis prohibitis, vide omninò D.Vincent.de Franch.in deciſ.379. vbi latiſſimè alios addo, & adde Caball.qui ſupra.... Quid ſi eſt contentio inter nuncium, ſiuè iuratum, & actuarium, ex quo iuratus negat retuliſſe, Actuarius verò affirmat, cui eorum credendū eſt, Foller. in ſæpius citato luco nu.12.verſic. in ſecundo caſu dicit communem concluſionem eſſe, vt inſpecta qualitate Actuarij.ſiuè Notarij, & iurati, vel nuncij, Iudex arbitretur cui eorum ſit magis credendum, Maſcard.in concluſ.189.nu.10.vol.1. & vide Carau. in Rit.269. nu. .reliqua in materia vltra DD. ſupra allegatos, vide per Mart.in vot.131.& Muſcatell.in praxi Sacr.Conſilij.libr.1.part.2.in gloſ.intimato col.3.& 4.ad iſtam concluſionem adde videndum Guid. Pap. in deciſ. 628. & Gratian.libr.2.diſcept.forenſ.cap.239.

Nullitas, quæ ex defectu iuriſdictionis peruenit poteſt quocūque opponi, nec in ſtatuto, ſeù reſcripto nullitates excludente includitur, ſecundum Gloſ. in clement.1. de ſequeſtr.poſſ. & fruct. Alex. in conſil. 79. ad finem vol.7. vbi de communi teſtatur, Roman.in conſil.42.ſub nu.2. Marſil.in ſing. 10. Mandoſ. qui infinitos concordantes allegat ad Roman.in d.conſil.42.litera C. & Anton.Gabriel. in tit.de ſtatut.concluſ.3. quæ impedit etiam exequutionem trium ſententiarum conformiū, iuxta Clementin.vt calumnijs de re iudic. Viu.in deciſ. 495.nu.6.7.vbi num.13.& 14.ampliat, & vide quæ dixi ſupra in concluſ.exceptio nullitatis, quæ nullitas, ſiuè ipſius exceptio poteſt opponi vſque ad 30.annos, ac de ea dici, & allegari, Aym.Crauet.in conſil.108. ad finem 266.ante nu.3. & 276.nu. . & Afll. qui ita deciſum refert in deciſ.178. nu.5.in

4.dubio

4.dubio, vbi Vrſill.num.5.& Viu.qui allegat alios, licet non Affl.in opinione 551.in principio part 2. hoc tamen intellige, quando agens dicit de nullitate,& ſic in agendo, ſecus ſi per viam exceptionis nullitas opponitur, quia perpetuo poteſt de ea dici, & allegari, ex quo exceptio eſt perpetua l.pure §.fin.ff.de except.doli,& firmat expreſsè Affl. in conſtit. dilationes ante num.30. & in conſtit. vſurariorum num.18. & in d.deciſ.178.num.5.in fine verſic.ſecus, Villalob. in ſuis opinion. litera N. nu. 45. Caualcan in repertorio deciſ.in verb. nullitas in fine fol.72.à tergo, & ita debet intelligi Alex.in conſil.59.num.15. vol.4. vide pragm editam de menſe maij 1611.delli 28.capi, & nota, quod pendente cauſa nullitatis principaliter intentatæ fatalia in cauſa appellationis non currunt quando fuit appellatum, & principaliter de nullitate dictũ, ſecundum Affl.in conſtit. vt vniuerſis num.40. & in conſtit.appellationum tempora num.43.& clarius in d.conſtitut.dilationes num.19. vbi concordantes allegat,& ſubdit eſſe mentieenendum, quia eſt de pane lucrando, quam opinionem intellige ſi nullitatis oppoſitio,& allegatio nõ ſit calumnioſa, ſed ex actis apparet probabili rõne appoſita, ſecus ſi ſit calũnioſe oppoſita, quia fatalia currunt,&non retardatur curſus cauſę principalis, ita diſtinguẽdo tenet Bald.in l.contra maiores n.4.C.de inoffic.teſtam.vbi Iaſ.n.8.& ita intelligi debent Alex.in cõſ. 68.n.3.vol.7.& Marſil.in ſing.152. quæ fatalia currũt ẽt in cauſis reclamationis, ac etiam ſi haberetur recurſus ad Reg.Cancell. ſcd̃um D.Vincent.latiſſimè in dec.646.vbi omnes allegat,& licet ſi appellatum ſit à ſententia, & æquè principaliter de nullitate dictum, & appellatiu non ſit proſequuta ſit effecta deſerta, nihilominus non eſt præcluſa via nullitatẽ probandi,& proſequendi, ita tenent Bart. in l.ſi expreſſim num.10.ff.de appellat.& alij, quos refert,& ſequitur Didac.Couarr.in tract. practic. qq.cap.24.ad finem, verſic.etenim fol.387.in paruis, vbi ſubdit hanc eſſe communem opinionem, & frequentiori Interpretum ſuffragio probatam, quibus accedunt Grammat. in conſil. ciuili 164. vbi refert ita obtinuiſſe in Sacr.Conſil. Neapolitano, & Viu.in d.opin.551.in fine, vbi pariter ſic obtinuiſſe teſtatur, videatur Gamma in deciſ.68 quẽ allegat,& ſequitur Rouit.in pragm 2.nu.18.de appell. quando autem nullitas dicatur principaliter intentari, & quando incidenter legatur quæſò, Couarr.in locu ſupra allegato num.7. & Viu. vbi ſupra nu.45. item nullitas poteſt opponi, tàm coram iudice à quo, quàm coram Iudice ad quem, & eſt in ipſius opponentis electione, ſecundum Bart.in d.l.ſi expreſſim nu. .verſic.quæro coram quo Iudice, ſequitur Felyn.in cap.in literis nu. . de officio delegati, Ioann.de Amic. in conſil.147. nu.10.& Myſinger.in obſeruat.92.cent.5.Peregr. in deciſ.127.& nota in hac materia perpetuo vnũ, quod ſi ſententia apparet ex actis nulliter lata, ſed liquet Iudici nullitatis de iuſtitia cauſæ, & bono iure illius, qui eam obtinuit, debet tamen Iudex ipſe, cui de iuſtitia cauſæ, & bonn iure partis conſtat eam confirmare, vel de nouo dare, ita notabiliter reſpondit Alex.in conſil.73.num.11.& conſil. 181.nu.15. vol.6.refert, & ſequitur Caualcan. qui infinitos alios ad id citat in deciſ.25.num.,16. vbi refert Romæ,& alibi ita iudicatum,& in deciſ.22. nu.15.part.1. quibus aſſentiunt Anna Sen. in allegat.93.nu.7.vbi alia conſil.Alex.allegat, Rota Genuæ in deciſ.23.nu.16. Viu. in deciſ.53.& melius, ac fuſius in deciſ.331. qui teſtatur ſic ſeruare M.C.V.Sacr.Conſil.Rot.Roman.& Regiam Audiẽtiam, Magon.in deciſ.Flurent.62 in fine, & in dec. Lucæ 25.nu.45. & 62.nu.28.& 92.in fine, Anton. Gamma Luſit. in deciſ.324.in principio, & iſta opinio procedit etiam in ſententia nulla ex defectu iuriſdictionis, ſecundum Viu.in d.deciſ.331.& Magon.in d.dec.92.in fine, videatur Flamin.Cartar.in deciſ.150.ad finem 132.nu.17.& 18. & Stephan.Gratian.in dec.236.col.fin. poſt Aym.Crauett.in conſil.270.in 4.dubio,& Stephan.Gratian. libr.2.diſcept.forenſ.cap.206.colum.1.

Nundinarum conceſſio ad ſolum Principem ſpectat, Theſaur.in deciſ.264. vbi multa addit, & ſcribit doctiſſimus Senat.eius filius in addit.& eſt de mẽte D.Borrelli in conſil.85.in principio,& infra, & vide quæ ſcribit Arius Pinell. in rubrica C.de reſcind.vendit. part.1. cap.3. & in eis liberè, & tutè contrahi poteſt quoad acceſſum, & receſſum, Iacob.Menoch.in tract. de præſumpt.libr.5.cap.29. nu. .& in cauſis, quæ in nundinis agitantur poſſunt acta fieri in omnibus diebus non feriatis, & feriatis etiam in honorem Dei, ſecũdum Marant. in tract.iudicio part.4.diſtint.16.num.87. & 91.& hoc ex antiquiſſima conſuetudine, quæ non habet memoriam in contrarium, & habet vim priuilegij,& ſtatuti l.hoc iure §.ductus aquæ ff.de aqua quotid. & ęſti. ſequitur Carau.in rit.80.nu.45. & Mangrell. qui etiam de Marant. meminit in add. ad Bart.in l.1.ff.de nundin.& à ſententijs, ſeù ſententia, quæ in ipſis à magiſtro nundinarum profertur debet appellari ad Regiam Audientiam, ſiuè ad Magnam Cur. Vicariæ, non ad Baronem, ſeù eius Iudicem ſecundarum cauſarum, quia ad Principem ſpectat nundinatum conceſſio, vt dixi ſupra in principio, & cum officiales nundinarum dependent à Principe, videntur eius vices gerere, Aretin.in conſil.87. col.2. & ita eleganter conſuluit D.Borrell.in conſ.ſupra allegato, & ante eum Mand. de quo non meminit in conſil.24. nota tamen vnum in hac materia, quod licet inſtrumenta liquida tunc habent exequutionem paratam quando ſunt liquidata,& accuſata ſecundum formam rit.M.C.V.166. præcedente tamen partis citatione, vt ibi, & per Carau. nu.10. & in rit.167. nu.9 & in rit 127.nu.6.tamen in nundinis debitor capitur, & ducitur per citationem realem ante Curiam magiſtri nundinarum, qui interrogatur ſuper tenore dicti inſtrumenti, & ſi fatetur debitum eſſe verum, & inſtrumentum eſt liquidum detinebitur dummodò ſolutionis dies ceſſerit, & venerit, ſi vero ſolutionis dies non venerit, & creditor allegat debitorem ſuſpectum, & fugitiuum ex alia cauſa, quàm ex ea, quod reperiatur in nundinis, & per teſtes cauſa hæc probabitur, & tunc interrogabitur ſi habet fideiuſſorem,& ſi non habet detinebitur de perſona, quia in nundinis non requiritur fugę probatio, quia omnes ad nundinas venientes ſunt de fuga ſuſpecti, vt ad literam ſcribit Foller. ad Marant. part.4.diſt.9.nu.133. vbi in fine teſtatur, ita pluries practicatum vidiſſe, & ad principalem concluſionem adde Capyc. in ſua inueſt. in verb. feudorum clauſulæ verſ. mercatis

fol.112.aliqua per Campan.in cap.Regn.51.n.5.& cap.137.& omninò D.de Ponte in tract. de poteſt. Proreg.fol.459. & Capiblanc. in pragm.8.part.2. nu.53 fol.269.in nouis de Baronib.

Nuptiæ ſecundæ non ſunt benedicendæ cap.1. de ſecund.nupt.qui text.non corrigitur per Sacr.Conc. Trident.ſeſſ.24.cap.1. vbi ſimpliciter ſtatutum eſt nuptias eſſe benedicendas, quia de primis non autem de ſecundis exiſtimatur,& opinatur,Iacob. Menoch.de arbitr.Iudic. libr.2.caſ.417. in principio,& iſta concluſio procedit etiam ſi vnus ex cõiugibus fuerit primo loco benedictus per text. in cap.vir autem de ſecund.nupt. quem text. dicit ibi Abb. procedere etiam ſi viduus ducat virginem, & Sacerdos Cappellanus illas benedicens pœna arbitraria puniendus eſt, ſecundum magis receptam opinionem, vt idem Iacob.Menoch. teſtatur in loco ſupra allegato poſt Ioann.Andr.Butr.Abbat.& Diaz, quos allegat, & rationes plures quare ſecundæ nuptiæ non benedicuntur,refert Menoch. ibidem à nu.3.cum ſeqq.& illam præcipuè ſequitur num.7. quia benedictio ſemel habita durat,& qui tranſit ad ſecundas nuptias communicat ſocio, vel ſociæ eam benedictionem, quam ſemel conſequutus eſt,dicit autem Gloſ.in d.cap.vir autẽ ad finem, quod ſi aliquis ducit virginem benedicuntur, & iteratur benedictio, ſecundum conſuetudinem quorumdam locorum, & hoc ſi Papa ſciat adeſſe talem conſuetudinem alias non licet, & ideo nuptiæ bigami cum virgine poſſunt impunè benedici, & ceſſat pœna prædicta arbitraria, vt poſt Diuum Thom. Aſtenſ. & Henric.Boic. ſcribit Iacob.Menoch.in d.caſ.417. in fine, vbi tamen deliberandũ relinquit, Didac.Couarr.in Epitome de ſponſ. part 2. cap.8.§.11.num.2.fol.153 in par. refert Diu.Thom.& Silueſtr.dicere text.in d.cap. 1. habere locum etiam priori coniugio ſoluto ſi vterque coniugum fuerit iam ſemel benedictus, vel ſaltim ipſa mulier, quod ſi fœmina nondum fuiſſet benedicta, poſſet tunc benedictio ſollemniter fieri,& teſtatur ſic in praxi obſeruari, vide Nauar.in manua.confeſſ.cap.22.nu.83. vbi intelligit opinionem Diui Thomæ procedere ſtante conſuetudine,& Iacob.Menoch.in d.caſ.num.9.aliter videtur intelligere text.in d. cap. 1. ex iſtis poteſt inferri, quod mulier, quæ ſecundo nubit dicitur caſtè,& honeſtè viuere, ſecundum Bart. & alios in l.mulier,§.cum proponeretur ff.ad Trebell. Surd. in tract.de aliment tit.7.q.23.nu.5. quia nubit de licentia Apoſtoli,vt in cap.fin.de ſecund. nupt. licet aliter teneat Araon.in ſingul.3.& aliter diſtinguit Aret.in §. iuris præcepta ſub nu.1. inſtit. de iur.nat.gent.& ciu. ſeù de iuſt.& iur. & malè, poſt quàm ſecundæ nuptiæ iure Pontificio non improbantur, ſed permittuntur, vt ſupra, imò nubere etiam octauo permiſſum eſt cap. aperiant 31.q.1. & teſtatur Boer.ex Diuo Hyeronimo, vt refert Iacob.Menoch. vbi ſupra nu.5. mulierem duxiſſe 21.viros,qui vltimus 20.vxores ſepeliera',& Surd. vbi ſupra nu.19. ſequitur octauas nuptias permiſſas, quarum nuptiarum appellatione de primis, ſecundis,& vlterioribus intelligitur, vt poſt Gloſ. Bart.Corn.& alios ſcribit Burrell. in conſil.96.nu. 34.vide tamen Marant.in conſ.33.n.4.vbi dicit,quod illa verba, quæ teſtator apponit in legato ſi vxor ſua non cuſtodierit lectum viduale interpretantur in quo caſu nupſerit, allegat Bart. & Alex. in d.§. cum proponeretur, verum ſi teſtator legat mulieribus dotandis intelligitur de primis nuptijs, non de ſecundis, & ſic legatum non comprehendit viduas,vt poſt Bald.ſcribit Dec.in rubr.C.de ſecũd. nupt.nu.3 vbi DD.in apoſtillis, ſequitur Tiraqu. in l.boues §. hoc ſermone, videatur omninò Alex. Raudenſ.in tract. de analog.capit.11 fol.39. & ad iſtam concluſionem adde videndum Ricc. in reſolut.382.

## O

OBlatio, quam debitor creditori, vel alij vult facere debet eſſe realis, vt conſequatur effectum, in tantum, quod non ſufficit offerenti dicere verbo, ſed debet habere pecuniam in manu, vt ſatis pulchrè ſcribit Bart.in l. prætor, §. ſi reus paratus ff. de nou.oper. nunciat. refert, & ſatis notabiliter comprobat Alex.in conſil.130.nu.11.vol.4. & multa cumulat Pract.Papienſ in forma libelli ad pœnam in compromiſſo in gloſ. legitimè obtulit, vbi in fine ſcribit pecuniam ipſam debere exburſari, & offerri, eamque in burſam recondi, vt à teſtibus videatur qualis, quantauè ſit, Coſta de portitati q.217.Neguſ.in tract.de pignor.in tertio membro 5.part.num.1.Capyc.in deciſ.19.nu.2.Carau.in rit.169.poſt nu.1.& alios allegat,Addit.ad Alex.in d.conſil.in verb. offeres, quibus aſſentiunt Vrſill. in deciſ.187.num 3.Iacob.Menoch.de arbitr. Iudic.caſ.232. nu.3. & 4. vbi etiam alia debere concurrere, ſcribit Burſat. in conſil.8. nu. .qui de Menoch.meminit, & conſil.9. nu.52.vol.1. Viu.in opinion.557. num.1. & 2.part.2. fuſius Roland. à Valle in conſil.53.num.34.35. & 36.vol.1. Ioſeph. Ludouic.in deciſ.Petuſ.105.num.1.D.Lanar.in conſil.75.nu.1.Roland. in conſil.60.nu.33.vol.4. Magon.in deciſ.Florent.118.num.5. & nouiſſimè Iacob. Menoch. in addit. ad d.caſ.232.à nu.23.& ſeq fol.83. & Viu.in deciſ.526.num.2.cum infinit. ſeq.ſed ſi creditor expreſsè recuſat recipere pecuniam ſibi debitam, tunc ſufficit oblatio verbalis, atque in mora creditor conſtituitur, ſecundum Roland.in d.conſil.53. nu.26. Viu. tàm in d.opin. num.5.quàm in d.deciſ num.10.poſt Capyc.in d. deciſ.19. colum.1. & Neguſant. vbi ſupra num.7. accedunt Anton. Gabriel. in tit.de ſolut. concluſ. 8.Ioſeph.Ludouic.in alleg.it.deciſ.nu.6. & Iacob. Menoch.in d.addit num.22. & Ricc.in deciſ.128. part.2.An autem ſufficiat ſola oblatio iudicialis ad hoc, vt offerens non dicatur in mora ſoluendi, legatur quæſo M.A.Natta in conſil 531. nu 2.3.Vrſill.ad Aff.in dec.205. ad finem, omninò Cauenſ. videndus in rit.173.nu.4.& 5. Roland.in conſil.7. nu.29.vol.3.& in d.conſil.60.nu.36.fit etiam oblatio à poſſeſſore conuento à creditore actione hypothecaria,vt poſſit ſe liberare à nexu hypothecæ, quam habet ſuper re, quam poſſidet, offerendo creditum,quam etiam malæ fidei poſſeſſor facere poteſt,vt lantiſſimè per Iacob.Menoch.in addit.ſupra allegata nu.16. & 17. quæ etiam locum habet contra ſecundum creditorem ementem iure creditoris,ſecundum D.Vincent,de Franch. in deciſ. 531.

Digitized by Google

531. poſt num.8. verſic. vnde cum in caſu de quo agitur, dummodo fiat ante appretium factum, vt per Affl.in deciſ.187. quem refert, & ſequitur D. Vincent.de Franch.in deciſ.620. ad finem, quando veró offertur res immobilis, ſola verbalis oblatio ſufficit, vt poſt Bart. & alios concludit Alex.in l.ſi mora nu.4.verſic.tamen fallit ff.ſolut.matrim. Cauenſ. in loco citato nu.8. Viu.in d.deciſ. nu.11. & Menoch.in d.caſ.in add.nu.19.vbi nu.20. intelligit quando dicta res immobilis, quæ offertur eſt ſolutioni parata, verum ſi debitor teneatur realiter offerre rem immobilem, conſtituendo ſe creditoris nomine tenere liberatur, ſecundum Capyc. in deciſ.14.num.13. ſed ſi res immobilis offertur per debitorem condemnatum virtute ſententiæ quid teneatur adimplere, vide per Tartagl.in praxi rer. ciuil.cap.vltim.nu.8.fol.114.& nota, quod oblatio, quæ fit per ſecundum creditorem primo creditori iuxta tradita per Iacob. Menoch. in d.addit.nu.28. poteſt etiam fieri in cauſa appellationis poſt ſententiam, ſecundum Affl.in deciſ.16.num.5.vbi Vrſill. qui alios concordantes allegat nu. 4. Anna in ſing.563.vbi refert pluries ſic deciſum, quibus accedunt Mangrell. ad Bart.in l mulier ff. qui pot. in pign. habea. & Rot. Lucæ in deciſ.45. in nouis, reliqua pro materię complemento, vide apud Menoch. in d.caſu, & in addit.aliqua per D. Vincent. de Franch. in deciſ.217. nu.4.5. Lup.Gemin. de vſur.fol.80.nu.107. & ſeq. & ſupra in concluſ. ius offerendi.

Obligatio iudiciaria ſtipulata pænes acta Curiæ, ſi liquida eſt, etiam de iure communi exequutionem paratam habet per text.in l.eum pro quo ff. de in ius voc.Gloſ.in auth. generaliter C.de Epiſcop. & Cler.Affl. in deciſ.387. in principio, Carau. in rit. 127.nu.5.& melius, ac latius in rit.ſeq.128.num.1. Camill.Borrell.ad Bellug. in ſpec.Princip.fol.103: litera C. in nouis Viu.in dec.35.ſub nu. 1.D.Vinc. de Franch. in deciſ. 118. nu.7. & iterum in deciſ. 656. verum, vt habeat exequutionem paratam requiritur, quod accuſetur, cuius incuſationis vigore expediuntur literæ exequutoriales contra debitorem realiter, & perſonaliter, dummodò dies ſolutionis venerit, & hoc fit ſtatim ipſa accuſata poſtquàm non requirit citationem, neque libellum, ſecundum D.Vincent.tàm in d.deciſ.118. nu.8. & 9. quàm in d. deciſ.656. & procedit concluſio iſta etiam ſi in d.obligatione non adeſſet iuramentum, vt poſt Affl. quem allegat firmat Carau.in alleg.rit.128.nu.1.& Viu.in d.deciſ.num.4. & poteſt tàm á principali creditore, quàm ab alia eius legitima perſona, puta procuratore accuſari, D.Vincent.in d.deciſ.118. nu.9. & ante eum clarius Foller. in praxi cenſual. in verb. tanquam res iudicatas ante nu.53. fol.116. & Carau. in rit.286. nu.6.in fine, & nu.7. de quibus D.Vincent. non meminit, ſed Carau.allegat Galter.in praxi inſtrument.fol.99.nu.21.& Petr.Foller.in loco, & num. citat. dicit procedere etiam in exequutione cenſus virtute Regiæ Pragmaticæ, quam procurator cum ſpeciali mandato petere poteſt, & ſubdit ita ſeruari, ſeruarique vidiſſe, quem Galter.poſt d.nu.verſ. ſecundo ſublimites intelligit, quando exequutio ciuiliter petitur, & allegat Foller.loco citato num. 26.verum non procedit in liquidatione inſtrumẽti quam procurator facere non poteſt, ſecundum Affl.in deciſ.64. & Carau.in rit.166.nu.19.& in d. rit.286.nu.1. in fine, Foller.in loco citato, Galter. in d.praxi inſtrum. fol.106.nu.9. & Scaglion. qui rationes refert in rit.163. nu.43. fallit tamen principalis concluſio, quando eſſet facta, & ſtipulata apud acta alterius Curiæ, quia tunc neceſſe eſt debitorem citari ad dicendum cauſam, quare &c. ſecundum Affl.in conſt.Baiulus ſi furem in primo not.nu.5.de quo meminit D.Vincent.in d.deciſ.& nu.9. addo Carau.in d.rit.128. poſt num.3.verſic. primus caſus, & Vrſill.in deciſ.Affl.3.num.7.fallit ſecundo, quando obligatio ipſa eſt antiqua, puta, quia à die natiuitatis actionis decennium eſt decurſum, nam iſto caſu neceſſe eſt ſimiliter debitorem citari, & ita in dies ſeruatur, teſte eodem Carau.in d.loco verſiculo ſecundus caſus, ibique ponit practicam, quæ obligatio apud acta fieri, & capi poteſt contra debitorem, etiam in die feriato in honorem Dei, nec nulla dici poteſt, quia eſt actus voluntariæ iuriſdictionis, vt per plura firmat Carau.in ſæpius allegato rit.128.nu.14.ſequitur Viu. licet de Carau. non faciat mentionem in allegat. deciſ.35.vbi refert ita iudicatum in Regia Audiẽtia, & Galter.in d.praxi inſtrum.fol.31.nu.36.vbi multa tám in d.fol. quàm in præcedẽti in terminis præſentis concluſionis ſcribit, Obligatio etiam ad formam Cameræ Apoſtolicæ habet exequutionẽ paratam, & ſolum Auditor Cameræ relaxat cenſuras eius vigore incurſas, & promulgatas, tollitq; omne legum auxilium, & comprehendit perſonas priuilegiatas.

Obligatio, quam aliquis facit non ludere ſub tali pæna, valet, & contrauenięns tenetur ad pænam, ſecũdum Bart.in l.ex ea parte §.illud per illum text. vbi Iaſ. ſequitur ff de verb. obligat. & ibi Mangr. in addit. ad Bart. Maxill. in conſuet. Bar. fol.282. nu.17.D.Rouit.in pragm.1. in fine in tit. de aleat. poſt Fuſc. in ſingul.1. litera O. vide Thorum in compend.deciſ.fol.394.col.2.

Obligatione facta à principio à pluribus inſolidum omnes promiſſiones, quæ in eadem obligatione ſubſequũtur cẽſentur etiam factæ inſolidum, quia continuatiuè veniunt ad illam, vt ſcribit Aym. Crauet.in conſil.208.ad fin.allegat text.in l.fin.ibi coniuncta ſcriptura ff.de rebus dubijs, ſequitur Rot.Genuæ in deciſ.176. num.20. vide ſi conſert Gratian. libr.2.diſcept.forenſ.cap.201.

Obligatio antidoralis eſt rationabilis, nec contrahitur ad aliquid certum in ſpecie, ſed ſtat in genere generaliſſimo, quia quis non tenetur ad remunerandum eius benefactorem rebus, vel verbis, vel è contra, ſed poteſt remunerare quomodocumque velit, ex quo dependet á mente eius, qui aliquod ſeruitium recepit, ne ingratus reputetur, cum oriatur ex naturali obligatione, ſiuè lege, & naturæ inſtinctu, & non ex aliquo præcepto cohortante, vt poſt Paul. de Caſtro ſcribit Affl. in conſtit. quanto num.3.& quanto quis eſt ditior, vel in magna proſperitate, tanto magis Deo obligatus eſt ad antidora, ſicuti quando quis recipit ab aliquo beneficium. dicitur naturaliter obligatus ad antidora, vt benefacienti benefaciat, nam Eccleſia ſemper pro benefactoribus orat, ſecundum Affl. in allegato loco nu.1.hinc infertur, quod Rex debet eſſe memor receptorum ſeruitiorum, quia ad antidora eſt obligatus, vt probat text. in conſtitu-

tione ſicut accepimus in principio, quem ibi notat Foller. poſt Affl. num. 5. licet alleget eundem Affl. in deciſ. 307. qui videtur tenere Regem non eſſe obligatum ad antidora ratione ſeruitiorum à vaſſallo receptorum, & præſtitorum, quia ad illa vaſſallus tenetur, dicit tamen Foller. num. 6. quod Affl. in d. dec. fuit immemor d. Conſtit. & eorum, quæ ibi ſcripſit in primo not. hinc etiam conceſſio, ſiuè donatio à Principe facta ob ſeruitia, & benemerita non poteſt reuocari, vt reſpondit Roman. in conſil. 436. num. . vbi allegat text. in l. ſi pater § ſi quis aliquem, vbi Gloſ. in verb. irreuocabilis ff. de donat. refert, & ſequitur Foller. in loco ſupra allegato nu. 8. & an probentur ſeruitia, ſiuè benemerita in priuilegio enunciata ex ſola Principis aſſertione, vide ibidem num. 7. & ibi multa in materia, hinc etiam infertur, quod eccleſia tenetur ex obligatione antidorali remunerare ſuos ſeruitores, vt per Affl. in d. conſtit. quanto num. 2. vbi ad alia infert, & licet obligatio prædicta non producat actionem, ſecundum Dec. & Cagnol in l. donari ff. de regul. iur. tamen plurimum poteſt, vt ſupra, quia multos effectus notabiles producit, & decem, & octo recitat, & reaſſumit Iaſ. in l. ex hoc iure à nu. , cum ſeq. ff. de iuſt. & iur. ſequitur Tiraquell. in l ſi vnquam in verb. donatione largitus á nu. 43. cum ſeq. C. de reuoc. donat.

Obligatione generali, ſiuè vniuerſali veniunt omnia bona debitoris præſentia, & futura, & licet etiam veniant merces, ſecundum Alex. & alios in l. ſi cõſtante ff. ſolut. matrim. & Foller. ad Marant. in tract. iudic. part. 4. diſtinct. 9. num. 110. poſt Neguſ. quem allegat, tamen concluſio iſta reſtringitur ad illas merces tantum, quæ reperiuntur apud debitorem obligatum tempore, quo oritur actio hypothecaria ad merces, vel tempore moti iudicij ex particulari deciſione Bald. in l. vbi adhuc nu. 18. verſic. pone maritus C. de iur. dot. per iura, & rationes, quas ibi allegat, refert, & ſequitur Neguſ. in tractat. de pignoribus in 2. membro, ſecundæ partis nu. 13. fol. 13. Cardin. Pariſ. in conſil. 69. in principio volum. 4 Stracha in tract. de mercat. fol. 123. nu. 7 in paruis, & Anton. Gabriel. in tit. de regul. iur. concluſ. 12. num. 11. videatur Villalob. in ſuis opin. litera O nu. 5. & 6.

Occaſio non eſt danda alicui ad malum ob malum exemplum cap. nolo 12. q. 1. nec ob fauorem, nec ob auxilium cap. 1. in medio 6. q. 1. qui verò occaſionem damni dat damnum ipſe dediſſe videtur cap. fin. de iniur. & damno dat. l. qui occidit § in hac ff. ad l. Aquiliam, Luc. de Penn. in l. 3. C. de fund. patrim. libr. 11. Robert. Marant. in conſil. 12. nu. 2. 3. vbi hanc regulam exornat poſt Iaſ. in l. 3. § fin. nu. 11. ff. de cond. ob cauſ. Marſil. in l. nihil col. 1. ff. de ſicar. & Machel. in patrocinio vltimo ad finem, & ex hoc poſſet inferri, an creditor poſſit recuperare ab interſectore ſui debitoris creditum, ad quod debitor ipſe tenebatur, & ex dicta regula poſſet dici, quod ſic, Vrſill. in deciſ. Affl. 34. num. 12. dicit hoc de anno 1559. in Sacr. Conſil. accidiſſe, & non fuit determinatum, & ex dictis per eum ibidem poteſt decidi, vbi etiam poſt nu. 10. infert contra illos, qui portant leones, & vrſos per Ciuitatem, quia ſi hominem occidũt tenentur ciuiliter ad intereſſe, conueniunt ſcripta infra in concluſione prohibens, ſiuè &c. & occidẽs animal ad quid tenetur, vide Plot. in l. ſi quando § 43. nu. 13. C. vnde vi, & in materia vide Marcell. Calà de modo articul. nu. 1069.

Occidens ſe ipſum ob conſcientiam perpetrati ſceleris, ſiue delicti debet ſuis bonis priuari, & illa confiſcari, atque fiſco applicari per text. in l. 3. ff. de bon. eor. qui mortem, &c. cum concordantibus allegatis per Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. libr. 2. caſ. 284. nu. 14. Viu. in opinion. 560. nu. 1. part. 2. vbi tamen refert ſecundum vnam opinionem hodie bona ſe ipſum occidentis non publicari, idem Viu. in deciſ. 244. ante num. 2. Rot. Auenion. in deciſ. 223. poſt nu. 10. verſic. generaliter, vbi poſt Iaſ. & alios in l. 2. ad finem C. qui teſtam. fac. poſſ. in fine dictæ deciſ. tenet bona non confiſcari per auth. bona damnatorum C. de bon. damnat. & eſt de mente Iul. Clar. in § final. q. 68. verſic. ſe ipſum, ibi regulariter, quid ſi occidens ſe ipſum habet filios, vel fratres, an bona prædicta ſpectant ad eos, vel ad fiſcum, vide Ancharan. Iun. in q. 22. part. 2. vbi concludit ad fratrem, & in ſimil. Thor. in compend. deciſ. fol. 348. col. 2. corpus item illius, qui ſe ipſum ob ſcelus patrati delicti occidit ſuſpendi debet, vt per DD. in d. l. 2. & Viu. vbi ſupra nu. 3. licet Iacob. Menoch. in loco ſupra allegato dicat hoc relinqui debere Iudicis arbitrio, nec ſeruari in Vrbe, affirmat Farinac. in tit. de inquiſit. q. . poſt num. 80. ver. vbi autem quis fol. 86. à tergo, licet in verſic. præcedenti ibi, & tamen referat Gomez. Clar. & Menoch. in contrarium, verum efficitur inteſtabilis, & teſtamentum per prius factum irritatur, & annullatur, Clar. in d. q. 68. in verſic. ſupra allegato, *ibi occidens*, Iacob. Menoch. in d. nu. 14. & Roland. à Valle in conſil. 20. num. 29. vol. 3. debetque carere eccleſiaſtica ſepultura, ſecundum Viu. *in loco ſupra* allegato in fine, & Farinac. in d. nu 80. & debet tradi caninæ ſepulturæ, Roland. in d. conſil. n. 26. quia tradit animam ſuam Sathanæ torquendam, idem Roland. loco prædicto nu. 21. & alia deteriora pati debet, vt ipſe refert, ſi verò occidit ſe ipſum ob doloris impatientiam, vel vitæ tedio effectus, aut furore, vel quia ęre alieno oppreſſus tunc nullam pati debet pænam d. l. 3. § ſi quis autẽ tedio ff. de bon. eor. Iacob. Menoch. in d. caſ. num. 16. poſt DD. quos allegat in d. l. 2. & alibi Viu. in d. deciſ. num. 1. & eſt arbitrarium ſi corpus debet ſuſpendi, ſecundum allegatam deciſ. Auenion. nu. 7. imò Farinac. in loco ſæpius allegato opinionem negatiuam amplectitur, & refert pluries illam ſeruatam, verum debet carere eccleſiaſtica ſepultura, vt iudicauit Rot. prædicta Auenion. nu. 8. ſequitur Roland. in loco ſupra citato, & Menoch. in d. caſ. nu. 36. niſi iſte mortuus in puteum reperiatur, vt ibi Fab. Anna in obſeruatione 7. Occidere autem ſe tentans, ſed non perficiens, nec actum conſumans puniendus eſt, ac ſi alterum vulneraſſet, Grammat. in deciſ. 44. num. 1. 3. Iacob. Menoch. alios citans in d. caſ. 284. num. 22. & Viu. in d. opin. nu. 4. & ita intelligi debet Clar. in d. q. & verſic. in principio, an autem occidens aliquem cum pomis arancis, aut niue in ludis carnis priuij ſit puniendus, & qua pæna, vide Mangrell. ad Bart. in l. 1. § diuus ff. de ſicar. & Raudẽſ. de analog. cap. 31. n. . & ad principalem concluſionem vide Farinac. in 4. vol. q. 128. fol. 282. & ſeq. Petr. Caball. in caſ.

137. &

Digitized by Google

137.& D.Garſiam Maſtrill.in deciſ.123.

Officia petere, an ſit licitum, Petr. Foller. in conſtit, quanto nu.12. cum ſeqq. poſt Præpoſitum, quem allegat ex profeſſo diſputat, & tandem plures diſtinctiones, atque caſus conſiderat, & conſtituit, quod aut quis petit à Principe dignitates, & honores, aut offitia, & tunc ſi petens alias adminiſtrauit, & non licet, & dicit ita intelligi debere l. primam C. ad l. Iul. de amb. aut petitur adminiſtratio ab alio, quàm à Principe, & ſi in illis caſibus non debet à Principe peti, nec licebit ab inferiore, vel petit ad ſuum commodum, & iſto caſu licebit, quia quilibet poteſt ad ſuum commodum vigilare, quia & emere poteſt, & ſic à Comite, vel Barone peti poſſet, & ſibi ſupplicari, vt mihi in ſua Baronia adminiſtrationem conferat, & alia diſtinctionis capita, quæ ad ipſum videre potes, ſubdit tamen poſt num.18. verſic. ſed cur, heù me miſerum, vtinam fierent importunè petitiones, & inſtantiæ pro petendis, atque habendis officijs, & non venderentur hodie fauoribus, pretio, certiſque alijs modis, & vtinam benemerentibus, imò ſunt aliqui Barones, qui nunquam prouident officia, niſi ex priuato eorum commodo, nam officia commendanda ſunt diuitibus, & non pauperibus adhoc ne neceſſitatem ſubſtineant, ſecundum Afflict. in conſtit. cuius iuſtitiæ num. 3. in fine, officiaque ſunt concedenda ob merita virtutum, & ſunt proponendi, qui meritorum fulgent inſignijs; Campan. in cap. Regn. 35. num. 8. & num. 11. ſcribit, quod officia concernentia magnam iuriſdictionem non ſunt nouellis, ſed ſenioribus concedenda, ſi viueret hodie Foller. alia ſcriberet, quia Barones vendunt eorum officia, & accẽdunt publicè candelam, & plus offerenti liberant, & hac de cauſa ementibus delinquendi materiam præbent, quia ſubditos excoriant committendo in eos extorſiones, concuſſiones, & barattarias, & ponunt conſcientiam bonorum in magno diſcrimine, item idem Foller. in praxi cenſual. in verb. Nicolaus num. 220. fol. 103. ſcribit, quod domini vendẽdo officia furtum committunt, quæ approbatis, & conſcientiatis tantum viris concedi debent, atque committi, quia infinita mala perueniunt ex hac officiorum venditione, allegat Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius in verb. duas habens num. 55. de teſtam. & hoc idem repetit in conſt. iuſtitiarij nomen num. 16. fol. 154. D. de Ponte de poteſtate Proreg fol. 84. & in deciſ. 16. num. 26. & ſeq. & deciſ. 37. num. 13. & ſeq. & Molſeſ. ad Napodan. in 1. part. cap. 6. num. 9. & num. 6. & ſeq. fol. 24. & 25. multa notabilia refert, diſcutit etiam Bened. in loco, & num. alleg. an licitum ſit dare pecuniam, vel recipere pro officijs habendis, & refert Bald. dicere, quod in Principe licitum eſt, quia non inuenit prohibitum de iure diuino, ſed tantum ciuili, cui Cęſar non ſubeſt, & quod Summa Roſell. refert Beatum Thomam interrogatum per Duciſſam Brabantiæ ſi licitum foret officia ſecularia vendere, & eidem reſpondiſſe, quod ſic, finaliter ipſe tenet, quod nedum officia vendi nequeũt, ſed minimè abſque peccato appeti, & deſiderari poſſunt, & referendo ſequitur Foller. in loco ſupra allegato num. 221. fol. 103. nec Barones curantur de Regia Pragmatica 4. incipiente, & inter alia in tit. de Baron. per quam prohibetur officia vendi, atque pecunia concedi, & ſi contra factum fuerit Capitanei electi nullam habent iuriſdictionem, & concedens incurrit pœnam centum vnciarum, vt ibi clarè legitur, quæ eſt renouata per Pragmaticam D. Comitis de Lemos de anno 1612. & per Pragmaticam primam, & ſecundam in tit. de officialibus ſimiliter prohibetur officia emi, vel vendi, & etiam per ius cõmune, vt in auth vt Iudices ſine quoq. ſuffrag. fiant, & conuenit Campan in cap. Regn 37. num. 15. nec etiam per interpoſitam perſonam ex latiſſimè cõgeſtis per Iacob. Menoch de arbitr. Iudic. caſ. 459. quia officialis emens officium præſumitur omnia mala agere, & animum indebitè lucrandi, & malè faciendi habere, daturque ſibi impunè furandi materia, ſecundum Maſcard. qui infinitos ad id citat in tractat. de probat. concluſ. 1132. num. 39. & ſeqq. de quo meminerunt D. Senat. Georg. in alleg 42. & D. de Ponte in dicto tractat. & loco citato, imò ambientes dignitates, vel officia puniuntur, ſecundum eundem Menoch. in dicto tractatu caſ 401. vide tamen Mart. in voto 40.

Officialis maioris Iudicis ſi delinquit in terra Baronis extra exercitium ſui officij poteſt per Baronẽ, ſeù eius officialem puniri, ſecundum Carau. in rit. 40. num. 14 per text in l. officiales C. de officio Rector. Prouinc. & ibi etiam citat Bart. Alberic. & Boer. dummodò id notum faciat ſuperiori ſuo, refert, & ſequitur Baiard. ad Clar. in q. 38. nu. 89. verſic. & idem, qui etiam allegat Caſſan. & in q. 35. nu. 10 & ſeq. & ita intelligitur Foller. in conſt. magiſter iuſtitiarius num. 35. & Frecc. in tractat. de ſubfeud libr. 3. fol 425. num. 40. ſi autem delinquit in exercitio ſui officij, tunc per Baronem, ſeù eius officialem non debet, nec poteſt puniri, ſecundum Carau. in loco ſupra allegato, cui accedunt Foller. in verb. audiantur excuſatores num. 143. fol 104. in nouis, & Farinac. in 3. volum. quæſt. 101. num. 86. fol. 451. vide D. Vincent. de Franch. in deciſ. 679. num. 2. delinquere autem in officio, vel in exercitio officij dicitur vbicumque quis fauore, calore, colore, authoritate, prætextu, vel contemplatione officij delinquit, D. Maſtrill. de in dultu cap. 40. num. 10. vt poſt Parid. de Put. & alios ſcribit Farinac. in tit. de delict. quæſt. 19. num. 44. poſt Carau. quem ipſe non allegat in dicto rit. 49. colum. final. vbi declarat, & Baiard. ad Clar. in d. quæſt. 35. num. 13. & idem Farinac. in dicto tit. de delict. q. 24. nu. . & omninò in conſil. 5. qui refert deciſ. Rot. Roman. Campan. in capit. Regn. 132. ſub num. 54. latè Ricc. in deciſ. 288. part. 2. & officialis delinquens in officio dignitate, vel munere in quo exiſtit priuatur officio, & dignitate prædictis in quibus deliquit ad text. in l. ſi aliquid, vbi DD. notant C. de ſuſcept. libr. 10. Dec. in cap. vt noſtrum nu. 4. de appellationibus, vbi de Doctore, Notario, Milite, & Equite in eorum officijs delinquentibus ſcribit, adeo quod nunquam ad illud reuertere, vel aſpirare poſſit, Capyc. in deciſ. 121. num. 17. poſt Afflict. in conſtit. nullus campio, & in conſtit. eos tantum num. 7. & Farinac. qui infinitos alios ad id citat in d. q. 19 num. 43. vbi etiam dicit, quod priuatur ſalario officij, & eius bona illi officio confiſcãtur poſt Capyc. vbi ſupra num. 19. vide D. Maſtrill. in deciſ. 183. item officiales, qui

ſurta, & barattarias commictunt debent dignitate priuari, atque degradari, vt ibidem per Capyc. nu. 18. & ita iudicatum fuiſſe, refert Grammat. in vot. 25. & D. Senat. Georg. qui multa cumulat in alleg. 42. vbi num. 27. ſcribit quæ probatio contra officialem requiritur, vide D. de Ponte de poteſt. Proreg. fol. 119. poſt nu. 18. & in deciſ. 16. An auté pæna priuationis officij, vel dignitatis, quam officialis incurrit ob delictum commiſſum incurratur ipſo iure, vel requiratur ſententia, vide Capyc. in ſæpius allegata deciſ. nu. 21. & Farinac. in d. q. 19. nu. 45. & ſeq. Ricc. in loco ſupra citato, an adminiſtratio debeat officiali in officio delinquenti eo pendente interdici, vide D. Vincent. de Franch. in deciſ. 8. cum ibi per me additis, & Ann. in ſing. 370. de quibus veró delictis poteſt officialis pendente eius adminiſtratione, & officio inquiri, & contra eum cognoſci, vide Carau. in rit. 295. in tertio not. Foller. in conſtit. magiſter iuſtitiarius col. fin. Clar. in q. 16. verſic. item quæro, Campan. in cap. Regn. item ſtatuimus nu. 71. & in cap. 35. num. 14. Baiard. ad Clar. in d. q. 35. à nu. 2. cum infinitis ſeqq. & in q. 73. num. 46. & Farinac. in 3. vol q. 111. nu. 185. & omninó in conſil. 5. ſupra allegato, vbi de extorſionibus, concuſſionibus, & barattaria loquitur, ſequitur Dominus Tapia in 2. tomo iur. Reg. fol. 262. licet vt plurimum M. C. V. & Sacr. Conſ. de exceſſibus commiſſis per officiales in officio de quibus eadem M. C. cognoſcit, & non alius ſuperior per d. rit. 49. & Baiard. qui multas deciſ. D. de Franch. allegat in loco paulo ante citato, & in d. q. 16. nu. 10. ſoleat prouidere, & decernere, quod expectetur exitus ſyndicatus, & eſt de mente Follerij in d. conſt. magiſter iuſtitiarius col fin ibi, hodie tamen raro poteſt, & vidi de menſe auguſti 1609. poſt hæc ſcripta iudicatum per M. C. V. referéte D. Saluo Regio Conſiliario, & Iudice ipſius in criminalibus, quod expectetur exitus ſyndicatus Capitanei terræ Marathea inquiſiti de ictu ſcoppitti durante officio ſuo in perſonam cuiuſdam ciuis terræ prædictæ, Quid auté ſi exequutor Regius, vel officialis Regius eſt offéſus in terra Baronis, quis debet cognoſcere de tali offenſa, & dicendum eſt, quod Iudex Regius ſuperior dicti exequutoris, ſiué officialis, & non Baro, vel eius officialis, vt poſt Alber. & Boer. tenet Foller. in d. verb. audiantur excuſatores poſt num. 143. verſic. ſed nonne fol. 105. in nou. dummodo ſecundum eum offenſa ſit facta in exercitio, vel prætextu ſui officij, an autem officialis creati á Sereniſſimo Rege noſtro in adminiſtratione iuſtitiæ poſſint abſque iuſta cauſa ob eorum officijs amoueri, vide Foller. in conſtit. Capitaneorum num. 150. & ſeq. vbi nu. 153. dicit, quod Illuſtriſſimus, & Eccellentiſſimus Prorex huius Regni poteſt amouere, & punire officiales prædictos à Rege creatos pro eorum exceſſibus, dum tamé punitio, & remotio ipſi Regi ſignificetur per l. ſi quos C. de offic. præf. orient. vide interim Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. libr. 2. caſ. 528. hodie Sereniſſimus Rex noſter, quem dominus pro ſua miſericordia dignetur regere, gubernare, ſaluum facere, & incolumem cuſtodire deputat Regium Viſitatorem contra dictos eius officiales, tam ab ipſo immediaté creatos, quàm Illuſtriſſimo domino Prorege, tàm perpetuos, quàm temporales, prout in præſétiarum in hoc Regno reperitur Regius Viſitator Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Archiepiſcopus Salernitanus, videatur D. de Póte de poteſt. Proreg. fol. 96. & ſeq. 127. & ſeq. vbi multa in materia viſitationis, & D. Maſtrill. de magiſtratibus lib. 6. cap. 2. cognoſcit tamen officialis de iniurijs factis, & commiſſis ſuæ familię, ſm Affl. in conſt. iuſtitiarij per prouincias nu. 9. vbi reſpondit ad l. qui iuriſdictioni præeſt ff. de iuriſd. omn. Iud. quem ibi ſequitur Foller. nu. 39. ſed an cognoſcat de offenſa in eius perſonam facta duráte eius officio, vide Capyc. in deciſ. 130. nu. 12. Campan. in cap. Regn. 119. nu. 8. & omninò in cap. 235. nu. 17. Clar. in §. fin q. 35. verſic. ſolet etiam, latiſſimè Farinac. in tit. de delict. q. 17. à num. 41. vſque ad 48. Viu. in deciſ. 278. & Suar. in ſuis opinion. litera O. nu. 6. & ſeq. Ricc. in deciſ. 54. part. 1. omninò Petr. Caball. in reſolut. crimin. caſ. 128. col. 1. vbi nu. 3. & 4. ſcribit officialem non poſſe grauare, & carcerari facere eius priuatum debitorem per ſuum militem, & refert caſum de facto, quod nota ad d. l. qui iuriſdictioni, Ricc. in d. deciſ. nu. 5. 6. & an teſtes poſſint examinari per dictum officialem, vide Caball. hic allegatum nu. 10.

Officiales omnes temporales, tám Regij, quàm Baronum debent ſtare, & parere ſyndicatui in loco vbi officium exercuerunt poſt illud finitum, tum ex diſpoſitione iuris communis per l. 1. C. vt omnes Iudic. tùm ex diſpoſitione iuris Regni, vt in conſt. volumus in rit. 295. & in Pragm. Regiæ dignitati, & non alibi, vt in d. conſtitutione volumus, ibi in verſic. commorentur, & in ſpecie notat Affl. ibidem in 2. not. nu. 2. de quo meminit, & ſequitur Baiard. ad Clar. in q. 73. num. 45. quia iuſtum eſt, vt quilibet teneatur reddere rationé ſuæ adminiſtrationis, ſecundum Affl. in loco *ſupra citato* in 1. nota, & confirmatur per d. rit. 295. vbi Carau. in principio, & ſubdit Affl in fine d. nota. quod ſicut homo primo comedit, & poſtea digerit, ita & officialis dum eſt in officio illud exercet, & comedit, & quod peius commictit barattarias, concuſſiones, & extorſiones, poſtea in fine debet digerere commiſſa per ipſum, & ſic rationé reddere de illis, & dicit Iaſ. in d. l. 1. C. vt omnes Iudic. poſt num. 6. poſt Bald. quem allegat, quod tempus ſyndicatus vocatur tempus digeſtionis officij, verum non poteſt ſyndicari, niſi de his, quæ geſſit in officio, vel contemplatione officij, vt ibidem per Iaſ. nu. 10. & ita expediuntur literæ commiſſionales officialibus, prout etiam aduertit Foller. in d. conſt. magiſter iuſtitiarius col. fin. verſic. hodie, tamen in loco, vbi exercuit, & adminiſtrauit officium, & non alibi, vt ſupra, quia dicta Regia Pragmatica vtitur verbo, ſtare, quod verbum denotat ſtationem perſonalem, ſecundum Cauenſ. ibidem nu.    , & in d. rit. 295. & in tantum ſupradicta procedunt, quod ſi officialis non oſtendit, & demonſtrat literas ſyndicatus liberatoriales alterius officij adminiſtrati, ad aliud officium aſſumendus non eſt, nec admictendus, vt ad literam legitur in d. rit. 291. in fine, vbi Carau. illum notat in 4. nota. & hoc eſt, quod voluit dicere Affl. in conſtit. occupatus ſub nu. 11. D. Rouit. in pragm. 5. nu. 19. in tit. de Baronio. in nouis, verum contra officialem, qui ſtat in ſyndicatu non poteſt procedi, nec condemnari, niſi querela præcedat, & ita ſeruatur in

praxi

praxi, atque eſt communis opinio, vt Baiard. ad Clar. teſtatur in d.q.73.nu.40. & dum ſtat in ſyndicatu non poteſt alium officium exercere, ſed adminiſtratio interdicitur, Baiard. loco citato nu. 41.poſt Cappell. Tholoſ. Grammat. & Lancellot. quos allegat, an autem durante ſyndicatu, & non exiſtentibus querelis criminalibus contra eum poſſit officialis ab aliquo, puta Barone, vel iuriſdictionem habente eligi conſultor, teneo, quod ſic ex traditis per Ioann. Grand. de bello exul. in 53. ſpeciali in fine ſol.182. item officialis infra terminum dierum 20. datum ad porrigendum querelas non poteſt à loco, vbi officium exercuit diſcedere, ſed illis elapſis, & non exiſtentibus querelis criminalibus poteſt diſcedere, relicto tamen procuratore inſtructo d.l.1.§.quod ſi intra, per quem text. ita tenet Ioann. de Amic. in conſil. 139. ante num.13. Campan. in d.cap. item ſtatuimus nu.46. quos refert Baiard. ad Clar. in § fin.q.21.nu.11. & Muſcatell. de fideiuſſ. modo 14.nu.3. Carrab. in ſing. 220. ſed an teſtes debent examinari contra ſyndicandum propoſita querela in termino ad porrigendum, vel ſufficiat, vt examinentur in termino ad proſequendum, vide Carrab. in ſingul. 199.fol.147 verũ ſi contra officialem extant querelæ criminales in termino factæ, poteſt peti, quod carceretur ad inſtantiam querulantium, ſed præſtando officialis iuratoriam cautionem de iudicio ſiſti nõ carceratur, ita ſcribit notabil. Affl. in conſt. humanitate nu. 8. verſic. item habui de facto poſt Barthol. de Cap. quem allegat, & quid ſi durante termino prædicto officialis aufugit, an debeat declarari pro confeſſo, vide omninò Farinac. in tit. de indic. & tort.q.48.à nu.81.cum ſeqq Borrell. poſt Bellug. in ſpec. Princip. rubrica 35.§.fin.fol.167. & ibi vide multa per Bellug. ad ornatum d. l.1. C. vt omn. Iudic. de quibus autem officialis debet ſyndicari, vide Affl. in d. conſtit. volumus num.18. Baiard. ad Clar. in d.q.73.nu.35. & ſeq. & Farinac. in d.q.111.nu.572. & ſeq. vbi declarat, & dixi ſupra, an debeat ſyndicari de negligentia, & quomodo, vide Baiard. loco citato nu. . & ſeq. omninò Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. libr. 2. caſu 571. & Farinac. in d.q.111.artic.15.fol.890. & ſeq. vbi latiſſimè de materia per totam dictam quæſt. an poſſit ſyndicari officialis Regius fiſco inſtante eſto, quod fuit liberatus in ſyndicatu, vide D. de Ponte in dec.26. an autem poſſit officialis, qui fuit ſyndicatus in propria patria conueniri, vide Napodan. in cap. Regn.132. ſub num.18. & omninò Campan. ibi nu.55. quid ſi officialis, vel Iudex per imperitiam male iudicauit, & intereſſe ſoluit parti læſæ poſſit ceſſionem actionis ab eo, cui intereſſe ſoluit petere, & ſolutum à parte contraria repetere, vide Farinac. loco ſupra allegato nu.503. & ſeq. & dixi ſupra in concluſ. Iudex, vide Campan. qui multa cumulat in cap. Regn.29. ad finem; officialis etiam non poteſt niſi vnicum officium exercere, & non plura l. omnes omninò, vbi Bart. notat C. de decur. libr.10. Carau. qui multos allegat in rit.2.nu.30. Scaglion. in rit.8. in principio, Fuſc. in ſingul.10. litera O. & in ſing.44. litera P. in principio, vide quæ ſcribit Benedict. in cap. Raynutius in verb. duas habens nu.63. & D. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. fol.76. nu.12. & quid ſi ſunt compatibilia, an poſſit officialis illa vno, eodemque tempore exercere, vide Affl. in conſtit. minoribus ſuper rubrica, & omninò Cagnol. in l. lecta nu.5. ff. ſi cert. peta. nu.5. & D. de Ponte in loco ſupra citato nu.11. & ſeq. & quid ſi eſt cum eo diſpenſatũ, vt poſſit plura officia exercere, vide Pinell. in l.1. part.3. poſt num.73.fol.495. C. de bon. matern. & Fuſc. in d. ſing.44. & exercendo duo officia cum diſpenſatione, vel compatibilia, vtrum debeat habere duas prouiſiones, vide Affl. in conſt. iuſtitiarios regionis ad finem, omninò D. Tap. in in 2. tomo iur. Reg. ſol.378. vbi refert ipſum duplex ſalarium conſequutum fuiſſe tanquam Conſiliariũ, & tanquam fiſci patronum, cui conuenit Surd. in conſil.66. poſt nu.1. Caſtill. in deciſ.49. D. Rouit. in pragm.1.nu.4. de munerib. official. & Thor. in compend. deciſ. ſol.494. & quando dicatur prouiſio, ſiue ſalarium conſuetum, vide ibidem ad Affl. num.6. quæ prouiſio, ſiuè ſalarium debet officiali ſolui de prouentibus, qui per ipſum fiunt, ſecundum Carau. in rit.9.nu.3. & Mangrell. ad Bart. in l. cotem §. qui maximos ff. de public. & vectig. & ſi prouentus non fiunt, an ſolui debet de proprio, & de Camera Baronis, vide Carau. & Mangrell. in dd. locis, vbi apud Mangrell. reperitur, quid fuit iudicatum, item officialis debet ſeruare conſuetudinem regionis in qua officium gerit l. 4. ff. de officio Proconſ. latiſſimè Luc. de Penn. in l. miſſi opinatores col.1. vbi multa ſimilia allegat C. de exact. tribut. lib. 10. nam obſeruantia ſubſequuta eſt optima conſuetudinis, ſiuè ſtatuti interpres, ſecundum Farinac. qui allegat concordantes in 3. vol.q.103.nu.152. an autem elapſis quadraginta diebus per iura Regni præfixis officialibus ad ſtãdum, & parendum ſyndicatui, & commorandum in locis, vbi officia geſſerũt, quorum viginti dantur ad porrigendum querelas, & 20. ad proſequendum, & expediendum ipſas, inſtantia ſyndicatur prædicti ſit perempta, vide Campan. in d. cap. ſupra allegato num.65. 66. & 67. & omninò Carau. in d. rit.295. in 4. quæſt.

Officialis qui multa acquiſiuit in officio, & ipſius adminiſtratione, an præſumatur de bonis fiſci, vel illius, cuius officium adminiſtrauit acquiſiuiſſe, gloſ. fin. in l. defenſionis facultas C. de iur. fiſci lib. 10. videtur tenere, quod ſic, quam multi DD. ſequũtur, quos refert Neuizan. in ſyl. nupt. lib.5. poſt num.110. verſic. ſic memor Iudex ſol.628. in par. maximè quando ſtatim efficitur diues, ad quem ſe remictit Farinac. in 3. vol.q.111.nu. . Dec. tamen in conſil.6.nu.2. tenet contrarium, quod non præſumitur acquiſiuiſſe de bonis fiſci, vel Reipublicæ, & de communi opin. teſtatur, quem refert, & ſequitur Iul. Clar. in §. fin.q.68. verſic. officialis, Cagnol. in l. fin. nu.219. C. de pact. & Maſcard. in tract. de probat. concluſ.216. vol.1. Caualcan. in deciſ.37. part. . qui pro iſta opin. iudicauit, accedit pro confirmatione dictæ communis Alex. in conſil.82. num.14. vol.2. vbi ſcribit, quod adminiſtrans bona alicuius non præſumitur de illius bonis acquiſiuiſſe ſaltim, vbi ex coniecturis aliud nõ apparet, & ibi multa remiſſiuè allegat Natta in apoſtill. Iacob. autem Menoch. in tract. de præſumpt. libr.3. cap.52. per totum ex profeſſo diſputat quæſt. iſtam, & quinque opiniones in medium refert, & finaliter reſidet cum Luc. de Penn. & alijs per eum relatis ibidem nu.8. quod debet relinqui

Iudi-

Iudicis arbitrio, vt is pro qualitate perſonæ officialis, & adminiſtratoris arbitretur ex cuius bonis acquiſierit, & propterea ad coniecturas eſſe recurrendum, idem ipſe firmat in tract. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 195. in addit. nou. vide eundem in tract. prædicto de præſumpt. libr. 6. cap. 28. nu. 10. cum ſeq. Briard. ad Clar. in d. q. 68 nu. 83. & de Theſaurar. Regis, qui multa acquiſiuit officio, & adminiſtratione durante, vide Aff. in conſt. poſt mortem nu. 13. ad principalem concluſionem vide omninò Maſcard. in tract. de probat concluſ. 1134. vol. 3. & D. de Ponte de poteſtate Proreg. fol. 126. num. 2. & ſeq. & Alex. Raudenſ. de analogis cap. 30. num. 291. & ſeq.

Officium, in quo quis eſt electus cogi poteſt ad acceptandum, & ſi recuſat poteſt aliqua pæna puniri, ſecundum Roman. in ſing. 188. Cagnol. in l. inuito beneficium non. ff. de reg. iur. ſequuntur addit. ad Roman. in loco allegato, & Viu. in deciſ. 144. nu. 1. qui alios citat, D. de Ponte de poteſt. Proreg. fol. 52. num. 3. ideo electus ad aliquod officium debet ſtatim appellare aliás illud recuſare non poteſt ſecundum Viu. in d. deciſ. nu. 2. vbi refert ita iudicatum per Regiam Audientiam, allegat text. in l. hi qui ad ciuilia C. de appellat. vide ſi conueniunt ſcripta per D. Vincent. de Franch. in deciſ. 609. nu. 3. & per me in addit. ad eum in deciſ. 210.

Omnis diſpoſitio debet intelligi rebus ſic ſtantibus, vt erant tempore quo actus, vel contractus initus fuit l. quod ſeruius ff. de condit. ob cauſ. per quam ita tenet Roman. in conſil. 22. ſub nu. 3. Tiraquell. in l. ſi vnquam in præfatione nu. 166. & ſeq. C. de reuoc. donat. Cardin. Pariſ. in conſil. 26. num. 21. & conſil. 69. nu. 42. vol. 3 poſt Alex. in conſil. 85. nu. 4. vol. 5. Marc. Anton. Natta in conſil. 525. num. 16. Gozad. in conſil. 27. nu. 1. Iacob. Menoch. in conſil. 55. nu. 1. vol. 1. Viu. in opin. 562. part. 2. addit. ad Iaſ. in d. l. quod Seruius litera E. Surd. in dec. 289. nu. 11. & in tract. de aliment. tit. 7. q. 20. nu. 22. Cacher. in deciſ. Pedemont. 91. nu. 2. 3. vbi nu. 14. & 15. notat, declarat poſt Bart. in d. l. quod ſeruius, & Roman. in d. conſil. hoc eſt de aliquo iure, quod de præſenti re, vel ſpe, vt ibi, Ioannes Baptiſta Coſta in tract. de retrotract. fol. 237. nu. 6. & fol. 31. num. 6. vbi tamen dicit procedere, & locum habere in actu pendente, non autem perfecto, & conſumato, poſt Pancirol. & alios, quos allegat, & Viu. in loco citato extendit ad ſtatutum, conſuetudinem, & iuramentum, vt ibi per eum, & vide ſupra in concluſ. diſpoſitio.

Omiſſum in contractibus habetur pro omiſſo l. quidquid aſtringendę ff. de verb. obligat. l. ſi cum dotem in principio, ff. ſolut. matrim. Cardin Pariſ. in conſil. 117. nu. 6. vol. 1. Roland. à Valle in conſil. 59. nu. 23. vol. 3. Surd. qui alios allegat in tract. de aliment. tit. 8. priuilegio 76. nu. 1. nec fit de vna ad aliam perſonam extenſio vt ibi num. 2. & in deciſ. Mantuan. 202. nu. 9. vbi num. 10. dicit, quod caſus omiſſus in contractibus habetur pro excluſo, & iſta concluſio vendicat ſibi locum in lege, canone, ſtatuto, conſuetudine, vel à teſtatore, aut à contrahentibus, ſiue à Principe, vel Iudice, ſeù alio ſuperiore, vt quidquid omiſſum eſt pro omiſſo habeatur, vt late congerit Tiraquell. qui in quolibet caſu allegat iura in tract. de primogen. q. 40. nu. 194. fol. 653. in magnis, & in tractat. de iure conſtituti part. 3. limitatione 31. nu. 10. Surd. in d. deciſ. 202. num. 10. vbi pulchrè loquitur, & Viu. in deciſ. 284. verum omiſſum non videtur dici illud, in quo eadem ratio militat, vt poſt Oldradum, Tiraquell. & alios ſcribit Surd. in d. tract. tit. 9. quæſt. 44. nu. 35. ſed pro expreſſo habetur, vt idem Surd. firmat alios citans in d. dec. 202. nu. 2. hinc infertur, quod ſi maritus ſtipulatur ſibi alimenta præſtari, intelligitur etiam ſtipulari pro vxore, vt voluit gloſ. in cap. admonere in verb. parté 33. q. 2. quia eſt pars corporis viri, quam gloſ. ſequitur Oldrad. in conſ. 95. nu. 10. vbi dicit, quod inter virum, & vxorem non debet eſſe diuiſio, ſed humani iuris communicatio, ſequitur Aym. Crauet. in conſil. 51. nu. 3. Anton. de Padill. in auth. res, quæ nu 87. C. comun. de legat. & alij, quos refert, & multis ſimilibus comprobat Surd. in d. priuileg. 76. à nu. 3. cum ſeqq. bene facit regula correlatiuorum, de qua in l. fin. vbi DD. C. de ind. vidu. toll. quam reaſſumit, & exornat Anton. Gabriel. in tit. de legibus concluſ. 3. & vide ſupra in concluſ. correlatiuorū.

Onus impoſitum legatario non diminuitur legato diminuto quando eſt impoſitum in vim conditionis, ſecus ſi eſt impoſitum in vim modi, ſecūdum D. Vincent de Franch. in deciſ. 362. à nu. 1. cum ſeqq. vbi ſubſtantialiter loquitur, & num. 5. ponit notabilem differentiam inter modum, & conditionem, videlicet, vt ſi legatum factum eſt ſub modo debeatur legatario, qui poſtea tenetur modum adimplere, ſecus ſi eſt factum ſub conditione, quia prius conditio adimpleri debet, & deinde legatum aſſignari, ſequitur D. de Ponte in conſil. 81. de quibus meminit D. Georg. in alleg. 31. num. 15. 16. vide quæ dixi in concluſ. legatum, & in concluſ. modus, & aliqua per Surd. in tract. de aliment. tit. 8. priuileg 24 à nu 7. vſque ad finem.

Operari debet ille, cui alimenta ex diſpoſitione legis debentur ad commodum, & beneficium alimenta præſtare debentis, ſecundum Barr. in l. Cato §. Imperator in fine ff. de aliment. & cibar. legat. ſecus ſi alimenta debentur ex diſpoſitione hominis, vt ibi, & in l. diuortio num. 3. ff. ſolut. matrim. vbi loquitur in vxore, ſequitur Pract. Papienſ. in forma libelli pro legato in gloſ. coram nu. 72. Capyc. in deciſ. 24. nu. 10. Caualcan. in tract. de vſufruct. mulier. relicto poſt nu. 138. fol. . in paruis, Anna in ſing. 600. in addit. Surd. in tract. de aliment. tit. 4. q. 29. nu. 1. & ſeq. & nu. 45. & licet ille cui alimēta debentur ex diſpoſitione hominis non teneatur operari ad commodum alentis, hoc tamen intelligitur de operibus artificialibus, ſecus de obſequialibus, puta coquinam facere, menſam parare, lectum ſternere, aquam aurire, aliaque ſimilia, vt per Surd. in d. q. 29. nu. 55. & 57. in fine, quia alimētatius tenetur ad ſeruitia coęqualia, vt ibi, & ita intelligitur Surd. in eodem tract. tit. 8. priuileg. 53. nu. 12. quæ autem ſint alimenta, quæ debentur ex diſpoſitione legis, & quæ ex diſpoſitione hominis, vide ſupra in concluſ. alimenta, ad principalem concluſionem adde videndum Coſta de port. rat. q. 17.

Operarius conductus ad faciendum aliquod opus non debet habere à conducente expenſas diurnas, ſed ſuo ſumptu viuere debet, ſecūdum Bart. in l. ſi non fortem §. libertus nu. 32. vbi Alex. nu. 12. dicit communem ff. de cond. inde. niſi ſecundum

Bart.

Bart. vigeret in contrarium conſuetudo, quia contractus ſecundum illam celebratus cenſetur l. excepto vbi gloſ. C. locat. cum concordantibus allegatis per Surd. in tract. de aliment. tit. 1. q. 66. col. 1. debetque operari cum ſuis inſtrumentis, ſecũdum Bald. qui ponit generalem doctrinam in l. 1. nu. 1. C. de verb. ſignific. vbi loquitur in ſabris, & operarijs quibuſcumque, ſequitur Surd. in loco alleg. num. 10. ſed non tenetur operari de nocte, vt per eundem Surd. in d. tractat. tit. 4. q. 29. nu. 66. verum ſalarium operario, ſiue operarijs ſolui debet conſuetum, & ſi vario modo fuit ſolutum, debetur id, quod minus eſt, ſecundum Guid. Pap. in dec. 252. vbi ita iudicatum refert, quem refert, & ſequitur Marc. Anton. Natta in conſil. 229. & in addit. ad Alex. in conſil. 5. in verb. debetur vol. 5. & Caualc. in deciſ. 13. nu. 46. & deciſ. 26 nu. 47. part 2. Et nota vnum, quod ſi operarius conductus ad laborandum pluuia, aut alio caſu impeditur ne poſſit tota die laborare, tale impedimentum ei nocere debet adeo quod pro rata temporis, pecuniæ, quæ pro mercede datur, diuiſio fieri debeat, vt per gloſ. in l. ſi quis domũ §. 1. in verb. operis ff. locat. Cagnol. in l. diem functo ſub nu. 166. ff. de offic. aſſeſſor. & nouiſſimè Coſta videndus in tractat. de port. rat. q. 128. vbi contrarijs ſatisfacit Paſchal. de virib. patr. poteſt. part. 4. cap. 6. nu. 40. poſt Natt. & Caualcan. quos allegat, & nota etiam, quod merces, ſiuè ſalarium laboratoribus, & operarijs ſolui debet in fine diei ante occaſum Solis, vt poſt Cardin. concludit Foller. ad Marant. in tract. iudic. part. 4. diſtinct. 9. ante nu. 198. de quo meminit Paul. Fuſc. in ſing. 14. in principio litera O. cauſaque prædicta eſt ſummaria, vt ibi per Foller. num. 197. Et habet operarius hypothecam ſuper bonis illius cui perſonales operas præſtitit pro ſuæ mercedis debito, vt ſcribit Burg. de mod. proced ex abrupto q. 5. n. 130. vbi ſubdit, quod pro ſalario prædicto debet præferri omnibus creditoribus anterioribus poſt Carroc. & Actium quos allegat, qui de Medico, Doctore, Notario, & Procuratore loquitur, An autẽ operarius conductus ad aliquod opus faciendũ dietim teneatur de vitio operis, vide Roman. & addit. ad eum in ſing. 31. & dixi ſupra in concluſ. locatio.

Oppoſitio de iure tertij penitus excluſiuo iuris agẽtis proponi poteſt, & procedit, iuxta theoricam Bart. & Soccin in l. 2. ff. de except. rei iudic. ſequitur D. Vincent. de Franch. in deciſ. 14. nu. 10. D. Lanar. in conſil. 25. nu. 3. ſatis pulchrè Roland. in conſil. 57. nu. 10. vol. 3. Boer. in deciſ. 264 poſt nu. 17. Surd. in deciſ. 108. num. 15. & ſeq. pulchrè Gutter. practic. quæſt. lib. 2. cap. 122. nu. 17. & in notabili caſu Cartar. in deciſ. 128. & quamuis regulariter oppoſitio de iure tertij in iudicio non ſubſiſtat l. loci corpus §. competit vbi DD. ff. ſi ſeru. vendic. Theſaur. in deciſ. 4. nu. 1. Cartar. loc. citat. nu. 1. & Viu. in deciſ. 126. col. fi. & iterũ in dec. 291. nu. 1. Tamen Theſ. in d. dec. à n. 2. cũ ſeqq. multos notabiles caſus cõſiderat, vt ibi per eum. quibus adde vnum, quod poteſt opponi de iure tertij vbicunque actus eſſet ipſo iure nullus, vt poſt Alex. Menoch. & Roland. concludit Viu. in d. deciſ. 291. in fine, & vide multa apud Caualc. in report. dec. primæ part. in verb. exceptio de iure tertij fol. 25. à terg. an autem in ſummarijs admictatur exceptio de iure tertij, vide Cacheran. in deciſ. Pedemont. 1. nu. 11. & ad principalem concluſionem, vide Marant. in tract. de remed. poſſeſſ. nu. .

Ordo ſcripturæ debet attendi, maximè in dubio, ſecundum Iaſ. in l. 2. §. prius autem nu. 1. & 18. ff. de vulg. & pupill. Dec. in cap. Nicolao nu. 1. de appell. etiam in materia indifferenti D. Lanar, in conſil. 65. nu. 22. & ideo omninò ſeruari debet, Cauenſ. qui allegat concordantes in rit. 2. nu. 1. quia ordo eſt fundamentum omnium rerum, & modus agẽdi parium, ac diſparium diſpoſitio, Carau. in d. rit. in principio, vbi ponit multa, in tantum, quod vbi ordo non eſt, ibi confuſio eſt, & eſt tanti momenti quod ab ipſo ſumi poteſt argumentum in libellis, contractibus, & teſtamentis, ſecundum Carau. in loco citato nu. 10. & 11. hinc infertur, quod ſi in vno eodemque inſtrumento Titius obligauit bona ſua Caio, & Sempronio, obligatio, & hypotheca Caij eſt prior, & potior illa Sempronij vltimo nominati, ſecundum Doctores in d. §. prius, & Cauenſ. in d. rit. nu. 4. & Maſcard. in tract. de probat. concl. 1228. num. 17. vol. 3. videatur omninò Mart. in voto 75. num. 3. & per totum, quem poſt hæc ſcripta vidi. Infertur etiam ſecũdo, quod ex ordine ſcripturæ primo in ea nominatus magis præſumitur dilectus, ſecundum Maſcard. ibidem nu. 12. D. Vincent. de Franch. in dec. 434. vbi alios addo, & ex ordine ſcripturæ ad alias inferunt quæſtiones, Cauenſ. & Maſcard. in dictis locis, Mart. in loco citato nu. 7. & D. Vincent. de Franch. in deciſ. 649. & ad principalem concluſionem adde Viu. in deciſ. 255. nu. 34 35. & Marant. qui multa de ordine ſcribit in tract. iudic. in principio.

Oſcula, & colloquia ſunt Veneris præludia, vt inquit gloſ. 3. in l. quod ait lex ff. ad l. Iul. de adult. quam poſt Angel. & Lup. ſequitur Surd. in tract. de aliment. tit. 7. q. 16. nu. 36. Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. libr. 5. cap. 41. nu. 26. bene faciunt, quæ ſcribunt Bart. in l. capite quinto ff. de adulter. Marant. poſt alios, quos allegat in conſil. 16. num. 2. Maſcard. in tract. de probation. concluſ. . vol. 1. Campan. in cap. Regni 262. nu. 75. & Iacob. Menoch. in d. cap. 41. qui tamen loquuntur in probatione adulterij per coniecturas, quibus adde Farinac. in tit. de delict. car. .. quæſt. : An autem ob oſculum luxurioſum, & impudicum, quod mulieri volenti illatum eſt, debeat ipſa dote priuari, quẽadmodum priuatur propter adulterium per eam commiſſũ, & licet magna ſit altercatio inter Doctores de iure communi, vt eſt videre apud Modernos in rubrica C. de edendo, vbi in ſpecie D. meus Alphan. à n. 50. vſque ad 73. Viu. in opinion. vltima num. 5. part. 3. ſecundum nouiſſimam impreſſionem Aquilanam, qui omnia ab Aym. Crauet. in tract. de antiquit. tempor. fol. . in paruis deſumpſit, illius tamen nomine ſuppreſſo, Surd. in d. quæſt. 16. nu. 32. & Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. libr. 2. caſ. 287. nu. 13. in addit. nouis, tamen in Regno mulier, quæ paſſa eſt ſe luxorioſè, vel impudicè oſculari, amictit dotem, priuaturque paterna, & materna ſucceſſione per cap. ipſius ſupra allegatum 262. vbi Campan. num. . & de dicto Capitulo meminit Viu. in loco ſupra allegato num. 7. & Baiard. ad Clar. in q. 83. num. 33. verſiculo, at in Ciuitate.

P

PActum, quod vſura certa ad rationem tot pro centenario quolibet anno ratione dotis non ſolutæ ſoluatur valet, & tenet ſecundum Alex. in conſil. 31. nu. 10. & 11. vol. 6. ſequitur Capyc. in deciſ. 65. nu. 4. Didac. Couarr. libr. 3. variarum reſolutionum cap. 1. nu. 3. verſic. 4. hinc poterit, quos refert, & ſequitur Ceuall. in tract. commun. contra communes quæſt. 394. vbi dicit ſic communiter practicari, quibus accedunt Surd. in tract. de aliment. tit. 1. q. 42. nu. 19. Rot. Lucæ in deciſ. 131. in nouis, vbi ita iudicatum refert, Aluar. Valaſc. in conſult. 8. Caſtillo in deciſ. 51. nu. 28. Caualcan. in dec. 35. nu. 21. part. 1. Viu. in deciſ. 221. in fine, Coſta in tract. de portio. rat. q. 91. & D. Conſiliarius Rouit. in pragm. 1. nu. 45. de vſur. latè Gratian. libr. 1. diſcept. forenſ. cap. 143. à nu. . cum ſequ. Molina de primog. hiſp. lib. 4. cap. 5. nu. 6. & adde in ſimili, & notab. caſu Gratian. lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 387.

Pacto in inſtrumento appoſito, quod vir lucretur dotem, non poteſt mulier ſtante pacto prædicto de illa teſtari, ſecundum Cagnol. in l. fin. num. 100. verſ. quando autem C. de pact. ſequitur Roland. in tract. de lucro dot. q. 82. nu. 7. 8. & ita per Senat. Pedemont. iudicatum fuiſſe refert Theſaur. Iun. in addit. ad dec. 34. ſui Genitoris poſt Cacher. in deciſ. 20. nu. 5. verſic. contraria, vbi à num. 8. & ſeq. concluſionem iſtam extendit etiam ad dotem cōfeſſatam, & refert in fine ſic iudicatum, Morot. in conſil. 19. ſed ſi fuit factum pactum à Genero de non petendo dotem à Soccro, non extenditur ad hæredes Soceri, vt poſt Bald. & Iacob. tenet D. de Boti ad Bart. in l. ſi ſic ſtipulatus ff. de verb. oblig. & vide ſi conſerunt ſcripta per D. Vincent. de Franch. in deciſ. 537. nu. 22.

Pactum de retrouendendo quibuſcunque verbis cōceptum triginta annorum ſpatio præſcribitur, ſecundum Tiraquell. qui Infinitos allegat in tract. de retr. conuent. §. 1. gloſ. 2. à nu. 1. cum ſeqq. licèt nu. 15. & ſeq. DD. contrariam opinionem tenentes referat, tamen nu. 26. refert per ſupremum Pariſ. Senat. deciſum pro opinione affirmatiua in principio noſtræ concluſionis poſita, ſecundum quam latiſſimè conſuluit Roland. à Valle in conſil. 21. per totum maximè n. 42. vol. . vbi allegat alios, & reſpondit Doctoribus negatiuam opinionem tenentibus, ſubditque nu. 43. quod iſta opinio eſt verior, & communior, & in iudicando, & conſulendo amplectenda, nec ab ea recedendum, quibus aſſentiunt Bologn. in l. petens nu. 42. poſt alios, quos allegat C. de pact. Didac. Couarr. libr. 1. var. reſolut. cap. 9. nu. 1. vſque ad 6. vbi ex profeſſo diſputat, & de magis communi teſtatur Anton. Gabriel. in tit. de præſcript. concluſ. 6. qui ſimiliter de magis cōmuni opin. teſtatur, refert tamen ibi plures limitationes, Villalob. in ſuis opinion. lit. P. nu. . . Viu. in opin. 579. n. 1. part. 2. in impreſſis Aquilæ de anno 1582. Lup. Gemin. in tract. de vſur. cōment. 2. §. 3. nu. 98. & ſeq. vbi ſimiliter de magis communi teſtatur Foller. in praxi cenſual. fol. 168. nu. 16. Caualcan. in deciſ. 16. nu. 1. part. 2. & fuſius Surd. in deciſ. Mant. 2. vbi ita deciſum refert, & omnibus, quæ in contrarium obiciuntur reſpondit, vt eſt videre apud eum, & nouiſſimè Theſaur. Iun. libr. 2. qq. forenſ. q. 72. nu. 2. vbi etiam de magis communi opin. teſtatur, & Gratian. libr. 1. diſcept. forenſ. capit. 2. inter alias limitationes, quas Doctores ad hanc concluſionem accomodant, illa primo loco ſe offert, quando pactum predictū de retrouendendo eſſet iuramēto firmatum, tunc per iuramentum ipſum impeditur curſus ipſius præſcriptionis, ſaltem per annos quadraginta, quia per dictum tempus actio perpetuatur per iuramentum, prout ita in facti contingentia conſuluit Roland. à Valle in conſil. 25. per totum vol. 2. vbi ad contraria reſpondit, ſequitur Gabriel. in d. concluſ. ſupra allegata in fine, vbi dicit communem, & ſi referat aliquos Doctores in contrarium Didac. Couarr. in loco ſupra allegato nu. 7. & alij multi, quos Surd. refert in deciſ. 3. nu. 1. 2. quibus adde Theſaur. Iun. loco citato nu. 3. vbi ſecundum hanc opinionem in Senatu iudicatum refert, & Gratian. loco citato; contrariam opinionem, quod pactum de retrouendendo eſto, quod ſit iuratum præſcribatur ſpatio 30. annorum, ſequuti ſūt Couarr. loco, & num. citato in fine, Viu. qui infinitos allegat, & de cōmuni teſtatur in d. opin. 579. verſ. & opinio hæc, Lup. in d. §. 3. poſt nu. 114. verſic. ſed his non obſtantibus fol. 70. & copioſè Surd. in d. deciſ. 3. poſt Iacob. Menoch. in conſil. 201. nu. 123. vol. 2. vbi multis authoritatibus, & rationibus hanc opinionem defendit, quam etiam ego ipſe ſequor, & comprobo ex deciſ. Sacr. Conſil. Neapolit. in ſimili relata per D. Vincent. de Franch. in addit. ad deciſ. eiuſdem 48. poſita in 2. part. deciſ. vbi refert iudicatum, pactum de vendendo etiam iuratum non poſſe exerceri elapſis 30. annis, quia illud habet vitam 30. annorum dumtaxat, & iuramētum ſuper eo interpoſitum eandem habet naturam, allegat Angel. & Felyn. nā iuramentum non alterat naturam contractus ſuper quo interponitur, nec mutat naturam illius ſuper quo eſt appoſitū, nec operatur vltra conſenſum, vt dixi ſupra in concluſ. iuramentum, verum in terminis Regiæ Pragmaticæ primæ de cenſ. pactum de retrouendendo nunquam præſcribitur, vt ibidem per Foller. num. 16. 18. & infra fol. 168. & ſeq. cui accedit Couarr. in d. loco, & num. in fine, & nu. ſeq. quod pactum de retrouendendo ſi non eſt appoſitum in contractu cenſuali ſeruata forma dictæ Regiæ Pragmaticæ contractus ipſe non valet, ſecundum Foller. ibi in verb. inſtrumento gratiæ n. 60. quem refert, & ſequitur Octauius Simoncell. in tract. de decret. fol. 82. à tergo num. 7. in fine, & ita de anno 1603. iudicaui, & per quæ verba etiam iuramento firmata videatur præſcriptioni renunciatum, vide optimè Bero. in q. 5. num. 4. & quid ſi fuit addita clauſula de non contraueniendo cum iuramento, an procedat præſcriptio, vide Bolognet. in d. l. petens nu. 42. in fine, poſt Soccin. in conſil. 86. in vltima ſubſcriptione vol. 1. & Cauenſ. in Prag. iuris vtriuſque cenſuram in fine; redeundo ad principalem cōcluſionem ſi eſt elapſum tempus datum per emptorem venditori ad reemendum rem venditam, non poteſt vlterius venditor ipſe cogere emptorem ad retrouendendum per text. in l. creditor §. illud ff. de diſtr. pignor. quem clariſſimum, & expreſſū vocat Tiraquell. in loco ſæpius

citato

citato nu. 51. & Rota Lucæ in deciſ 81. in principio in nouis, quia promiſſum infra certum tempus cenſetur poſt illud prohibitum, vt per Tiraq. in d. loco nu. 44 Surd. in deciſ. 75. nu. 1. & in deciſ. 244 nu. 10. & hanc opinionem latè defendit Tiraquell vbi ſupra à nu. 40. vſque ad 51. quem ſequitur Rot. Lucæ in d. deciſ. 81. ipſam tamē limitat nu. 53. poſt Iacobin. in l. 2. num 2. ff. ſi cert. pet. quando res vendita cum hoc pacto de retrouendeodo fuerit vendita pretio iniuſto, quia tunc vēditor poterit redimere etiam poſt tempus ei præſtitutum, & Iacobin. refert, & ſequitur Ann. Sen. in allegat. 11. in fine, vbi ob eius authoritatem, ita refert Sacr. Conſil. iudicaſſe, & in venditionibus ad rationem decem pro centenario nunquā tempus pacti expirat, & iterum in alleg. 83. num. 4. vbi allegat etiā Tiraquell. vbi ſupra, & refert ita alias iudicatum per M C. V. vbi D. Fab. in addit. alios allegat, & ſubdit, quod pro opin. Iacob. paſſim iudicatur, quibus accedunt Vrſill ad Affl. in dec. 73. vbi ſimiliter refert, ita per Sacr. Conſil. deciſum, Foller. in praxi cenſual fol. 169. poſt n. 16. 20. Lup. de vſur. in d. §. 3 nu. 95. fol 77. Caualcan. in deciſ. 2. num 42. part. 2. vbi ſic iudicatum refert, Ioſeph. Ludouic. in ſuis opinion. concl. 51. verſic. & quando fol. 116. qui ita de anno 1580. per Rot. Senenſ. iudicatū refert, Campan. in cap. Regn. 270. à nu. 26. vſque ad finem, Marcell. Calà in tract. de modo articul. nu. 558. fol. 132. D. Lanar. in conſil. 97. nu. 5. 6. latiſſimè Fab. Anna in conſil. 68. in 1. dubio Magon. in deciſ. Lucæ 77. nu. 18 Surd. in deciſ. 34. col. fin. vbi pro opin. Iacobin in Rot Mant. iudicatum refert, Thor. in compend. deciſ. fol. 476. & ſeq. & fol. 375. & Peregr. in deciſ. 24. ad finem, Rot. Lucæ in d. deciſ. 81, verſic. modicitas fol. 116. & in dec 60. verſic. namque fol. 83. in nouis, & nouiſſimè Mart. in voto 54 nu. 5. 6. poſt hæc ſcripta impreſſus, qui aliquos ex prædictis allegat, imò Tiraquell. in loco ſupra allegato poſt nu. 53. verſ. ſcio autem, refert Senat. Pariſicoſ. ſolere in venditione annuorum reddituum generaliū etiam non reprobatorum concedere aliquod tempus creditoribus vltra tempus conuentum, vel ſi nullum eſt conuentum, vt poſſint reſtituto pretio eos redimere infra certum tempus, ſequitur Foller. in d. nu. 20. & Surd. in d. deciſ. 34. n. 5. ſed quanta debeat eſſe iniuſtitia dicti pretij colligitur ex Affl. in deciſ. 65. nu. 2. latiſſimè Ioſeph. Ludouic. in d. concl. verſic. dubitari contingit fol. 116. Surd. in d. deciſ. & aliqui ex DD. ſupra allegatis, omninò Rot. Lucæ in d. dec. 60. fol. 85. & Mart. in d. voto 54. à nu. 7. cum ſeq. An autem pactum de retrouendendo, & modicitas pretij faciāt contractum ſimulatum, ſiuè vſurarium abſque conſuetudine fænerandi, Affl. in d. deciſ. 65. refert Sacr. Conſil. iudicaſſe pro illa opinione, quod duo ſufficiant, videlicet pactū de retrouendendo, & modicitas pretij, abſque conſuetudine fænerandi, & idem repetit in deciſ. 40. nu. 18. & poſtea idem deciſum fuit in eodem Sacr. Conſil. teſtatur Grammat. in deciſ. 76. & Vrſill. ad Affl. in d. deciſ. 65. & in Rota Roman refert Caſſiod. in deciſ. 1. in tit. de vſur. & in Sen. Taurin. refert Roland. in conſil. 40. nu. 21. in fine vol. 2. & per totum dictum conſilium, & ſi multæ coniecturæ concurrebant contra inſtrumentum in caſu dicti Conſilij, quas ibi enumerat, Campan. in loco ſupra citato nu. 27 quibus accedunt Didac. Couarr. libr. 3 variar. reſolut. cap 8. poſt nu. 4. verſ. è contrario, licet aliter diſtinguat, & proſequitur Lup. in d tract comment. 2. §. 1. nu. 29. vbi allegat alios fol. 60. & à num. 34. vſque ad finem congerit coniecturas ſimulationis, ſiuè vſuræ quas etiam enumerat Caualcan in deciſ. 2. part. 2. D. Lanar. in conſil. 79. in principio, vbi appellat opinionem iſtā ſaniorem, & tutiorem pro ſalute animæ, Minad. in conſ 28. nu. 15. & ſeq Mandoſ in conſ. Roman. 423. in fine litera I. Burſat. in conſil 117 nu. 12. & 13. vol. 1. Rot. Auenion in deciſ. 38. ad finem, Viu. in opin. 1029. verſic. in contrarium verò part. 3. Ioſeph. Ludouic. in d. concluſ. verſic. prima coniectura fol. 115. vbi pluries appellat opinionem iſtā magis communem, & tenendam, quia fauet animę poſt Mandoſ vbi ſupra, Camill. Borell. in conſil. 63. nu. 9. & nouiſſimè Surd. in d. deciſ. 34. nu. 1. & Mart in d. voto 54. nu. 1. vbi teſtatur de veriori, & communiori opinione, & ab hac opinione tantorum Patrum, & deciſionibus roborata, atque conſcientię minus periculoſa non eſſe recedendū, ſcribit Ioſeph Maſcard. in tract. de probat. concl. 447. à nu. 2. vſque ad 6. vol. 1. D. Scipio Rouit. in pragm. 1. num. 50. de fid. memor. in nouis, qui dicit opinionem iſtam vſu receptam, & paſſim in dies iudicatur, licet DD. contrarium tenentes referat, & nu. 7. videtur opiniones conciliare, vide eum, & omninò Rot. Lucæ videndam in d. deciſ. 60 fol. 83. 84. & ſeq. licet Roland. à Valle parum ſibi conſtans in conſil. 96. nu. 19. vol. 2. & conſ. 58. vol 4 num. 10. teneat duo non ſufficere, ſed & tertium requiri, videlicet conſuetudinem fænerandi, ſequitur Ann. in d. alleg. 83. nu. 1. & poſt nu. 3. vbi dicit magis communem, & alij infiniti, quos refert Maſcard. in d. concluſ. 447. nu. 1. & Viu. in d. opin. 1029. in principio, Magon. in deciſ. Lucæ . num. 11. vbi ſimiliter de magis communi teſtatur, Caualcan. in deciſ 1. num. 7. part. 2. licèt addit. ad Magon. vbi ſupra litera B referant opiniones pro vtraque parte, & tamen videtur adhęrere primæ opinioni ſupra relatæ, tandem poſt Iacob. Menoch. in caſ. 13. ſcribit in hoc maximè verſari debere Iudicis arbitrium, qui ex coniecturis poteſt ſe inſtruere, an contractus cum iſto pacto, & pretij modicitate ſit iudicandus fæneraticius, vel ne, & Couarr. in d. cap. 8. poſt nu. 4. verſic. cæterum, videatur omninò idem Iacob. Menoch. in tract de præſumpt. libr. 3. cap. 122. à num. 30. cum multis ſeqq. Aluar. Valaſc. in conſult. 70. & Farinac. de falſ. & ſimulat. q. 163. nu. 37. An pactum prædictū poſſit exerceri contra tertium poſſeſſorem poſſidentem rem, cuius per emptorem fuit facta promiſſio reuendendi, Alex. in conſil. 10. vol. 1. negatiuè reſpondit, quia cum ex promiſſione, & pacto prædicto oriatur actio perſonalis, illa non datur contra tertium poſſeſſorem l fin. ad finem ff. de contrah. empt. & l. 1. §. hæres percepto fundo ff. ad Trebell. & multis alijs authoritatibus, & rationibus hanc opinionem ſubſtinet, & probat, quam multi Doctores ſequuntur, quos citat Tiraquel. in tract. de retractu conuent. §. 1. gloſ. 7. à nu. 1. vſque ad 6. Aym. Crauet. in conſil. 201. nu. 3. & alij infiniti, quos allegat, & ſequitur Viu. in d. opin. 579. ad finem, vbi appellat opinionem Alex. & ſequaciū communem, pro qua refert vidiſſe de anno 1577.

iudica-

Digitized by Google

Promittens factum alienum, & ſe facturum, & curaturum, quod Titius ratificabit talem contractū, vel quod mulier renunciet bonis maternis, & paternis in forma, ſi promittens facit totum ſuum poſſe, omnemque adhibuit diligentiam, vt Titius ratificaret, vel mulier renunciaret excuſatur, & ad nihilum teneri videtur, ſecundum Affl. in deciſ. 295. vbi ita per Sacr. Conſil. deciſum refert, ſequitur Marant. in diſput. 7. per tot. & in conſ. 41. Grāmat. in q. 2. poſt eius deciſ. Vrſill. ad Affl. in deciſ. ſupra alleg. ſub nu. 1. vbi alios allegat, & teſtatur ſemper Sacr. Conſil pro opinione Affl. & aliorum ſupra citatorum iudicaſſe, quibus accedūt Didac. Couarr. in cap. quamuis in 2. part. §. 5. num. 3. de pact. in ſexto, Viu. in opinione 670. nu. 1. part. 2. & Rot. Auenion. in deciſ. 103. nu. 3. Anton. Gabriel. in tit. de pact. concluſ. 2. à nu. 1. Marc. Anton. Natta in conſil. 451. num 42. Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſ. 27. num. 6. & Muſcatell. de fideiuſſor. modo 19. nu. 5. 6. hinc Loffredus in conſil. 41. maximè in 3. dubio conſuluit in ratificatione permiſſa infra tale tempus, quæ ſi poſtea fuerit facta, & ſecuta valet, & promittens in nihilo tenetur, meminit Vrſill. in loco ſupra citato, licet contra eum videatur tenere Aym. in conſ. 64. col. 1. & alibi, & Theſ. in deciſ. 212. & quid ſi ratificatio fuit promiſſa per publicum inſtrumentum cum iuramento an ſufficiat ſi apparet facta abſque publico inſtrumēto, vide omninò Loffred. in d. conſil. 41. in vltimo dubio nu. 18. vbi recitat caſum in facto, ſed quod promittens factum alienum, & ſe facturum, & curaturum etiam faciēdo ſuum poſſe, atque adhibendo eius diligentiam teneatur ad intereſſe ſi nō adimpleuerit, iudicauit nouiſſimè Sacr. Conſil. contra Affl. & ſequaces, vt refert D. Vincent. de Franch. in deciſ. 624. vbi ad partes diſputat, & iuribus, authoritatibus, ac rationibus opinionem iſtā probat contra Affl. & ad contraria reſpondit, vt ibi apud eum videri poteſt, & dicit Vulpel. in conſ. 81. num. 3. quod crebrior ſententia eſt contra Affl. & ibi nu. 8. refert Affl. & Cardin. Pariſ. fuiſſe in hoc audaciores, ſubdens ipſos loqui in permiſſione de faciendo, vt ibi per eum, & quando Affl. deciſio eſſet vera, quod ex ſupra narratis negatur vendicaret ſibi locum in ſtipulationibus conuentionalibus, non autem in prætorijs, ſiuè iudicialibus, in quibus promittens factum alienum, atque ſe facturum, & curaturum non excuſatur probando ſuum poſſe feciſſe, ita poſt alios diſtinguit Farinac. in tit. de carceribus q. 34. nu. 18. in fine, & ſeq. & Muſcatell. loco citato nu. 12. 13. licet nu. 14. & ſeq. adducat quaſdam friuolas rationes contra, & malè, vt per Farinac. loco prædicto. item etiam Affl. deciſio non procederet quādo promittens ſe facturum, & curaturum in inſtrumento procedit vlterius, dicendo, quod in caſu nō adimpletæ promiſſionis vult promittens teneri de ſuo ad omne intereſſe, quia tunc abſque dubio promittens tenetur ad illud non facta, ac ſequuta promiſſione adimplementi, ita poſt Dec. Marant. & alios tenet Viu. in d. opin. 670. num. 5. vbi refert ita conſuluiſſe in actu practico in cauſa magni momenti, & huic opinioni aſſentiunt Couarr. in d. §. 5. nu. 6. Aym. Crauet. in conſil. 272. nu. 13. Cagnol. in l. ſemper, qui non prohibet in fine ff. de reg. iur. Vrſill. in d. deciſ. nu. 6. Natta ad Alex. in conſil. 148. vol. 7. Roland. in conſil. 53. num. 13. & 15. vol. 1. Anton. Gabriel. in loco ſupra allegato nu. 11. Ioſeph. Ludouic. in d. deciſ. 27. nu. 8. Caualc. in deciſ. 25. nu. 27. part. 2. addit. ad Iaſ. in l. ſtipulatio iſta ſub num. 10. litera B. ff. de verb. obligat. & Muſcatell. in d. modo 19. n. 6. 7. an autem promittens ratificationem alicuius contractus, vel fideiuſſores dare ſi ſemel obtulit, & creditor recipere recuſauit poſſit compelli, vide Mangrell. ad Bart. in l. cum quīdam C. de cond. inſert. vbi tenet, quod ſic, & in l. acceptam C. de vſur. qui refert habuiſſe in facto, & allegat Paul. Caſtrenſ. in l. de pupillo §. ſi is ff. de nou. oper. nunciat. & de promittente ſeminare triticum ſi poſtea non ſeminat, ſed alter ſeminat, quod teneatur tantum ad intereſſe expēſarum, ſi verò nec promittens, nec alter ſeminauit tenetur ad totale intereſſe, vt poſt Bald. tenet idem Mangrell. ad Bart. in l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt.

Promiſſio dotis, vel corredi facta per ſocerum genero, vel alium arbitratu ſoceri nulla quantitate expreſſa debet ſolui, & conſignari arbitrio boni viri, detracto ipſius permittentis arbitrio, ſecundum vtriuſque partis qualitatem per text. in l. cum poſt §. in domum, verſic. gener ff. de iur. dot. per quem de anno 1582. ita obtinuiſſe in cauſa propria teſtatur Franciſc. Viu. in opinion. 671. nu. 3. part. 2.

Proprietarius licet poſſit vendere, & alienare proprietatem ſine conſenſu, & voluntate vſufructuarij l. 2. C. de vſufruct. hoc tamen non procedit in caſibus, in quibus pater habet vſumfructum in bonis filij, quia tunc filius non poteſt vendere proprietatē ſine patris conſenſu, & alienare l. fin. §. filijs C. de bon. quæ liber. adeo quod alienatio aliter per filium facta non firmatur iuramento, Aym. Crauet. in conſ. 39. nu. 3. verſic. ſed præmiſſis poſt Bald. Angel. alycet. Paul. de Caſtro, & Curt. quos allegat, quia talis alienatio patris fauore prohibetur, idem tenet Anton. Gomez. de contract. cap. 15. nu. 10. fol. 302. & nouiſſime Stephan. Gratian. in deciſ. 75. in 1. concluſ. atque ita fuit deciſum in Sacr. Conſil. vt refert D. Vincent. de Franch. in deciſ. 71. in 1. dubio, vbi addo; proprietas autem debita filijs ſecundi matrimonii vigore l. fœminæ C. de ſecund. nupt. quomodo debeatur,

beatur, vide Piſanell. ad Napodan. in conſuet. quartam ſol. 262. & D. Vincent. de Franch. in deciſ. 621. ad finem.

Prorogatum non dicitur quid nouum, ſed idem quod antiquum, Anton. Gamma in deciſ. 31. in fi. & in deciſ. 36. num. 5. per l. ſi cum dies ff. de arbitr. latiſſimè Ioann. Bapt. Coſta in tract. de retrotract. fol. 177. num. 2. vbi infert ad officium, & compromiſſum prorogatum, quod idem dicitur, & reputatur, quia prorogans dicitur actum prorogatum confirmare, & approbare, vt ibi per eum, qui ad alia infert, poſt Pariſ. in conſil. 42. vol. 1. dummodo prorogatio fiat durante termino in compromiſſo adiecto, vel durante officio, quia prorogatio extra tempus facta eſt nulla l. ſed ſi manente ff. de præcar. vt ibi, & D. de Ponte in conſil. 77. nu. 3. hinc idem de Gamma in deciſ. 24. infert, quod durante emphyteuſi ſi fiat renouatio eius, non dicitur noua emphyteuſis, & conſequenter noua non requiritur ſollemnitas, & ad id citat Curt. Senior. Affl. & alios, & refert ita Senatum cenſuiſſe, hinc etiam venditor volens vti pacto de retrouendendo in eius fauorem facto, ſi retrouenditio fit vigore illius non dicitur nouus contractus, ſed primus, vt poſt Tiraquell. & alios concludit Mart. in vot. 51. nu. 14. vbi ex hoc nu. 15. ſcribit extrauagantem ambitioſæ non habere locum in bonis ſubditis pacto de retrouendendo, item prorogatio non poteſt, nec fieri debet longiori tempore, & termino primo ſecundum Marſil. poſt alios quos allegat in ſing. 52. DD. in addit. ad Alex. in conſil. 70. litera B. volum. 2. Pariſ. in loco citato, Ioann. de Arno. in problem. 67. D. Fab. Ann. in conſil. 75. nu. 23. & Coſt. in loco ſupra citato num. 20. fol. 180. item prorogatio iuriſdictionis non poteſt fieri ſine partium conſenſu, ſecundum D. Vinc. de Franch. in deciſ. 541. nu. 16. poſt Iaſ. in l. ſi per errorem in 4. nota. ff. de iuriſdict. omn. Iudic. vbi pro iuriſdictione proroganda requiritur expreſſus conſenſus, & non erroneus, vide Soccin. in conſ. 108. col. fin. vol. 4. Anchar. Iun. in q. 5. part. 1. & multa apud Marſil. in materia prorogationis in ſing. 300. Marant. in ſuis ſingul. in verb. prorogatio ſol. 76. Boer. in deciſ. 284. Tiraqu. in tract. de retr. conuent. §. 1. gloſ. 7. nu. 26. Carau. in prag. 4. nu. 75. & ſeq in tit. de exulibus, Anton. Gabriel. in tit. de dilat. concl. 2. Bero, in q. 66. Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 1240. vol. 3. Surd. in deciſ. 189. nu. 3. & Coſta loco citato.

Prouiſio hominis regulariter facit ceſſare prouiſionem legis l. fin. C. de pact. conuent. ſed quando tollatur per prouiſionem legis, vide omninò Ann. in alleg. 40. & quos addo ad D. Vincent. de Franch. in deciſ. 156. nu. 6. 9. & vltra vide Villalob. in ſuis opinion. litera P. nu. 384. Surd. in tract. de aliment. tit. 9. q. 25. nu. 27. & q. 35. num. 26. & ad hanc concluſionem omninò Anton. Gabriel. in tit. de reg. iur. concluſ. 8. & Gratian. libr. 2. diſceptat. forenſ. cap. 386.

Proxeneti, ſiuè mediatóres non ſunt idonei teſtes niſi vtraque parte volente, & ita ſit conuentum, ſecundum Alex. qui concordantes allegat in conſil. 13. num. 14. vol. 1. & ſic communi calculo Doctores concludunt, vt teſtatur Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſin. 95. nu. 1. qui concluſionem iſtam ampliat procedere etiam in cauſa dotis in qua proxenetæ non admittuntur in teſtes niſi vtraque parte volente, vt ſupra à nu. 14. cum ſeqq. vbi ex profeſſo diſputat, & tenet contra dec. Bonon. 61. poſt Ruin. in conſil. per eam allegato, & Caualc. in deciſ. 24. num. 11. part. 1. qui concordat cum deciſ. Peruſin. vbi ſupra, ſed deciſ. Bonon. allegatam refert, & ſequitur Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 569. nu. 4. vol. 1. & in concluſ. 1021 nu 20. & concluſ. 1038. vol. 2. & an proxeneta doloſus poſſit conueniri, vide Mart. in voto 145. ad principalem concluſionem adde videndum Farinac. de teſtib. q. 60. à num. 406. cum ſeqq. vbi ſunt ampliationes, & limitationes.

Proximior iure communi vltimo poſſeſſori præferendus eſt proximiori inſtituenti, vt per plura fundamenta hanc concluſionem probat, atque defendit Soccin. Sen. in conſil. 243. vol. 2. ſequitur, & alios allegat Anton. de Gamma in deciſ. 7. à nu. 1. hinc Romanus in conſil. 22. nu. 6. verſic. ſecundo videndum, reſpondet, quod in petitione renouationis emphyteuſis præfertur mater vltimi poſſeſſoris vti eius proximior amitæ, quæ primo ſtipulatori ſit proximior, refert. & ſequitur Anton. Gamma in d. deciſ. nu. 2. vbi alios citat, & ad eum eſt recurrēdum, cuius autem proximitas in fideicommiſſaria ſubſtitutione ſit attendenda, teſtatoris, vel grauati vltimi decedētis, pulchra quidem, & difficilis eſt quæſtio iſta, & apud Doctores cōtrouerſa, & vt aliqui ſcripſerunt gladio dirimenda, & tam variè Doctores noſtri maximè moderni loquuti ſunt, vt difficile ſit reperire, quæ nam ſit verior, & magis communis opinio, vt teſtatur inſignis Anton. Theſaur. in deciſ. 64. in princip. pro qua videndi ſunt Roland. à Valle in conſil. 100. vol. 1. Dilect. in tractat. de arte teſta. tit. 5. caut. 21. Iul. Clar. in §. teſtamentum q. 76. verſic. ſed hic occurrit, Viu. in opin. 848. part. 2. Gabriel. in conſ. 86. 107. num. 3. & 121. nu. 10. Ioſeph. de Ruſt. in tract. ſeù in conſil. poſit. poſt eius tract. an & quādo liberi nu. 162. & Alex. Trentacinqu. in conſ. 70. nu. 13. volum. 2. Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 18. Magon. in deciſ. Florent. 144. num. 16. & in deciſ. Lucæ 83. & 59. vbi addit. Fab. Anna in addit. ad ſing. 422. in fine, latiſſimè omnium Anton. Theſ. in d. dec. 64. per totam, & nouiſſimè Ant. Gamm. in deciſ. 206. à nu. 23. vſque ad finem, qui latiſſimè explicant, Menoch. de præſumpt. libr. 4. cap. 88. ad finem, & Alex. Trentacinq. in tract. de ſubſtit. part. 4. cap. 12. per totum, vbi optimè ſol. 181. & Thor. in compend. deciſ. ſol. 434. quæ autem proximitas conſideretur in ſucceſſione feudi, vltimi ſ. decedentis, vel primi acquirentis, vide Ann. in d. ſing. 422. vbi omnium latiſſimè Fab. in addit. D. de Ponte conſil. 4. nu. 67. 68. Maſtrill. ad Petr. de Greg. de conceſſ. ſeud. fol. 143. proximioris autem nomen an intelligatur ex iuris, & fictionis diſpoſitione, vel ex veritate, vide eundem Theſaur. in deciſ. 65. vbi ſimiliter poſt DD. quos allegat, latiſſime explicat de proximiore, ſiuè propinquiore multa ſcribit Ancharan. in conſ. 95. D. Lanar. in conſ. 53. & Thor. videndus in d. compend. ſol. 350.

Pupillus maior ſeptennio poteſt habere, & tenere in eccleſia cathedrali beneficia ſimplicia, præbēdam, canonicatum, & ordines cap. ex eo de elect. in ſexto, Gloſ. in cap. ſtatutum, §. inſuper in verb. Canonicis de reſcript. in ſexto, latiſſimè Cagnol. poſt

Dec.

Dec. in l. 2. §. item impuberes nu. 9. cum ſeqq. ff. de reg. iur. verum per Sacrum Concilium Tridentinum nullus prima tonſura initiatus, aut in minoribus ordinibus conſtitutus poteſt beneficium obtinere ante decimumquartum annum, vt ad literam legitur ſeſſ. 23. cap. 6. in principio, de quo meminit Caualcan. in deciſ. 29. num. 1. & infra part. 1. vbi videndum eſt, & conſuluit Nauarr. in conſil. 1. in titul. de ętate, & qualit. ſed pupillus infans poteſt fieri clericus primæ tonſuræ cap. fin. de tẽpor. ordinat. allegat Afflict. in conſtit. terminum vitæ in fine.

Pupillus, vel pupilla mortuo patre apud quem educari debet, & dicendum eſt, quod materia educationis eſt arbitraria, & tota in Iudicis arbitrio poſita l. pæn. ff. vbi pupill. educa. deb. l. 1. & 2. C. eod. tit. latiſſimè Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. libr. 2. caſ. 168. á nu. 1. cum ſeqq. D. Vincent. de Franch. in deciſ. 350. vbi alios addo, & vltra ibi addita, & allegata addo videndum omninó doctiſſimum Surd. in tract. de aliment. tit. 4. q. 13. à nu. 1. vſque ad finem, qui omnia conſiderat poſt Bald. in conſ. 487. volum. 5. quem omnes Doctores tàm antiqui, quàm moderni in materia iſta allegat, & dicit D. Vincent. in deciſ. ſupra alleg. quod omiſſis modernis ſemper conſueuit ad eum recurrere, & non immeritò ſi Sacr. Conſil. in caſu d. deciſ. decreuit pupillum deberi educari pænes matrem, quæ ad ſecunda vota transferat, & pænes vitricum ſtante, quia erant honeſtæ, & probatæ vitæ, contradicente patruo pupilli, & Cardin. Pariſ. in conſil. 56. vol. 2. pro auia reſpondit contra patruum, vt pænes ipſam nepos educaretur, & ſic iudicatum fuit in Sacr. Conſil. vt refert Grammat. in deciſ. 55. de quo meminerunt Menoch. in d. caſu nu. 4. Surd. in d. q. 13. num. 24. & D. de Bott. ad Bart. in d. l. 1. vnum tamen ſciendum eſt, quod pupillus intra triennium debet apud matrem educari, etiam ſi ad ſecunda transferit vota, quamuis ſuſpecta eſſet in adminiſtratione, eſto quod à patre fuerit ordinatum non debere pænes matrem ad ſecunda vota transeuntem educari, vt in terminis conſuluit Ioannes de Amic. videndus in conſil. 245. allegat inter alios gloſ. in §. illud quoque in verb. paſci, & ibi Angel. in auth. vt matri, & auiæ; & hunc caſum omiſerunt Menoch. & Surd. in locis ſupra allegatis, hinc infertur poſſe Iudicem decernere pupillum, ſeù pupillam educandam eſſe in monaſterio, vt per Sacr. Conſil. deciſum fuiſſe, refert Ann. in ſing. 395. de quo etiam memini ad D. Vincent. in d. deciſ. & meminit Fab. eius filius in conſil. 33. nu. 10. & in caſu illius conſilij refert iudicatum pupillum debere educari pænes conſanguineum, infertur etiam Iudicem poſſe ponere puellam ad manus ſuas, & facere prohibitionem ne cum alio copuletur, ſecundum eundem Fab. in addit. ad d. ſing. ſui genitor. in fine, allegat Ioann. Fabr. in l. 1. C. de nupt. & iterum in d. conſil. 33. nu. 12. de quo meminit Coſta in tract. de retrotract. fol. 197. nu. 15. omninò D. de Ponte in tractat. de poteſt. Proreg. fol. 255. á nu. 53. & ſeq. vide Marc. Ant. Natta in conſil. 250. num. 9. Gail. in obſeruatione 112. ad fin. part. 1. omninò Thor. in compend. deciſ. fol. 434. & ſeq. vel deponere pænes aliquam matronã, aut monaſterium monialium, & explorari eius voluntatem ſi vult talem in eius virum iuxta cõſilium Aym. Crauet. 190. de quo meminit Vrſill. in deciſ. Afflict. 113. nu. 2. Couarr. de ſponſ. par. 2. cap. 3. §. 6. nu. 2. & D. Scip. Rouit. in pragm. 9. in tit. de Baron. & ſic in dies obſeruat Sacr. Conſil. per text. in l. deinde §. in hoc interdicto ff. de lib. homine exhib. vbi Angel. ait ſe neſcire text. alibi dicentem hominem liberum eſſe deponẽdum niſi ibi, quem refert, & ſequitur D. Scip. in d. pragm. nu. 2. in fin. vbi an puelli debeat præſtare eius conſenſum, & notat caſum in facto, Verum Iudex non poteſt cogere puellam inuitam educari pænes aliquam perſonam, cui ipſa non conſentit, ſed tenetur ſequi voluntatem ſuam, eligendo perſonam, quam ipſa nominat, & petit, ſecundum eundem D. Scip. in loco citato nu. 1. poſt Alber. & alios, quos allegat, ipſique puellę creditur de malis tractamentis, & vbi vult morari, ſecundum Carroc. in dec. 129. col. fin. allegat Pariſ. vbi ſupra, & pro complemento nota, quod conſanguineus poteſt à manu tutoris ſuſpecti eripere puellam de facto, Aym. Crau. in conſil. 18. col. 2. Vrſill. in deciſ. Afflict. 281. in fin. & in fortiori caſu Seraphin de priuileg. iuram. priuileg. 132. nu. 36. vide multa pro ornatu huius concluſionis apud Thor. in loco, & fol. citatis.

Pupillus, ſeù minor habens bona ſtabilia communia cum fratre, vel ſocio ſi vult illa diuidere, & á fratre maiore, vel ſocio prouocatur ad diuiſionem poteſt diuiſio ipſa fieri abſque decreto l. 1. §. ſi communis, vbi gloſ. in verbo cenſeo ff. de reb. eor. ſed ſi pupillus, vel minor ad diuiſionem fratrem maiorem prouocat, non poteſt illa fieri niſi expediat, & interuenientibus ſollemnitatibus à iure requiſitis, prout ita diſtinguit notabiliter Robert. Marant. in tract. de multiplici alien. prohib. nu. 34. ſequitur Maxill. in conſuet. Bari fol. 314. num. 23. latiſſimè Simoncell. in tractat. de decret. *libr. 2. in*ſpect. 1. à nu. 6. cum ſeqq. & inſpect. *2. num. 23. fol.* 64. & ita debet intelligi Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. caſ. 171. nu. 34. & ſeq. cauſas autem diuiſionis faciendæ inter minorem, & maiorem poſſidentes bona communia enumerãt Menoch. in loco citato num. 36. & ſeq. Grammat. in deciſ. 7. nu. 3. & Simoncell. in d. inſpect. 1.

Pupillus, & vidua habent æquale priuilegium fori per text. in l. 1. C. quando imperat inter pupill. & vid. & conſt. Regn. ſtatuimus, vt magnæ, & rit. M. C. V. 231. adeo quod vnum non eſt altero potentius, ſecundum D. Vincent. de Franch. in dec. 188. vbi ita iudicatum refert, ſed ſi pupillus eſt in poteſtate aui, quia mortuus eſt eius pater non gaudet priuilegio l. vnicę, ſecundum eundem D. Vincent. in deciſ. 671. part. 4. vbi ſic per Sacrum Conſilium deciſum refert, licet Magna C. V. aliter in illo caſu iudicaſſet, de qua deciſ. memini ad eundem Dominum in deciſ. 100. in addit. meis antequam imprimerẽtur, quia eam ad pennam videram, ſed quid ſi ex contractu paterno conueniatur an poſſit declinare forum, in quo conuenitur puta M. C. V. vide eundem D. Vincent. in deciſ. 234. melius, & clarius in deciſ. 553. vbi ponit verum intellectum rit. M. C. V. allegati in dictis deciſ. 234. & 553.

Qualem

Digitized by Google

# Q

QValem quis ſe facit, vel alium alieno nomine, dum agit probare debet ſe talem ad text. in l. non ignorat C. qui accuſ. non poſſunt, & ita poſt Marant. pulchrè ſcribit Carauit. in rit. 294. col. 1. vbi ad Tutores, Curatores, Procuratores, & alieno nomine agentes infert, & latè Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 1247. num. 1. cum ſeq. vbi ad alias infert quæſtiones, Caualc. in deciſ. 12. part. 1. nu. 7. & iterum in repertorio d. dec. in verb. qui agit fol. 84. hinc oppoſita legitimationis exceptione perſonæ in iudicio, & ipſa non legitimata tunc ad vlteriora procedi nō debet, ex his, quę allegat D. Vincent. de Franch. in dec. 692. ad principalem concluſionem adde Marant. in conſ. 146. & Muſcatell. in praxi Sac. Conſ. in gloſ. comparētis, & Thor. in compend. deciſ. fol. 188. & ad principalem concluſionem adde videndum Ricc. in deciſ. 148. part. 2.

Qualitatem in lege, vel in ſtatuto exiſtentem ab eoq; requiſitam, qui agit vigore ipſius legis, vel ſtatuti debet ante omnia probare l. 1. §. ait prætor, vbi Bart. notat ff. ne quid in loco publico, & in l. pen. §. docere ff. ne quis eum, Alex. in conſ. 100. nu. 3. vol. 1. conſ. 172. nu. 5. vol. 2. vbi Doctores in apoſtillis, Affl. in conſt. ſi damna nu. 67. Cotta in verb. qualitas, Tiraquell. de retr. conſang. §. 8. gloſ. 7. nu. 1. Clar. in §. fin. q. 85. verſ. vbi agitur, Cacher. in dec. 88. nu. 6. Mandoſ. in conſ. Rom. 144. litera B. Petr. Foller. in conſt. Capitaneorum nu. 13. Ioſeph. Ludouic. in ſuis comm. opin. concluſ. 14. verſic. infertur 122. fol. 34. Magon. in deciſ. Lucæ 27. vbi pulchrè, Roland. à Valle in conſ. 72. nu. 51. vol. 3. Cacher. in deciſ. 165. nu. 4. Aym. in reſponſo pro genero nu. 31. Caualc. in deciſ. 11. nu. 10. & 22. part. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 1248. vol. 3. Rot. Luc. in deciſ. 12. & 29. col. 3. & in deciſ. 94. in princip. in nouis, Surd. in tract. de aliment. tit. 9. q. 29. nu. 11. Petr. Caball. in caſu 125. nu. 2. Stephan. Gratian. in deciſ. 224. nu. 21. & dec. 228. nu. 2. addo videndum Seraphin. in deciſ. 326. & 332. & iterum in deciſ. 537. vbi loquitur de fundante ſe in ſcriptura qualificata, & in notabili caſu D. Maſtrill. de indultu cap. 29. num. 19. & circa qualitatem perſonæ, quæ debet Iudex conſiderare in pænis imponendis, vide Affl. in conſtit. qualitas.

Quantitas, quam creditor confitetur recepiſſe in diuerſis ſcripturis, intelligitur de diuerſa quantitate non de eadem, ſecundum Alexand. in conſil. 4. num. 4. volum. 1. vbi Doctores ibi ſequuntur poſt Affl. in conſtit. alias & in deciſ. 198. vbi Vrſill. in fine, Roman. in ſingul. 533. addo omninò Surd. in conſil. 80. num. 18. vbi etiam exornat gloſ. in l. ne caſu C. de diſcuſſo. libr. 10. limita tamen ſi vtrumque inſtrumentum, vel eædem ſcripturę ſint eiuſdem datæ, aut probatio vna fieret per inſtrumentū, & altera per teſtes, ſecundum Vrſill. vbi ſupra, Franc. Burſat. in conſ. 106. nu. 14. Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. caſ. 213. nu. 4. & Marcell. Calà de mod. artic. fol. 76. & multa poſuit in materia D. Vincent. de Franch. in deciſ. 423. vbi alios addo.

Quarta Epiſcopalis regulariter debetur Epiſcopo de legatis factis per teſtatorem pro eius anima Eccleſijs, vel alijs locis pijs cap. officij, & cap. requiſiuiſti de teſtament. & cap. certificari de ſepultur. additiones ad Cappell. Tholoſan. in deciſ. 212. poſt Summam Ang. in verb. canonica portio §. 9. ſol. 116. & hoc ratione ſpiritualis iuriſdictionis, & curæ, quam Epiſcopus habet in Eccleſijs ſuis, vt pro regula tradit Ioann. Andr. in d. capit. officij, ſecus ſi ſpecialem iuriſdictionem non habet, nec onus curæ, & communionem aliquam, tunc dicta quarta, ſeù portio canonica non debetur, vt Roman. reſpondit in conſil. 476. num. 19. ſequitur Summa Silueſtr. in verb. canonica portio num. 4. vbi poſt Abbat. in d. cap. officij, hanc opinionem optimè defendit, quam veriorem dicit, & Summa Angel. vbi ſupra num. 7. in fine, & hanc quartam Epiſcopo debitam debet ſoluere Eccleſia, ſeù alius locus pius, cui legatum factum fuit, non autem hæres, ſecundum Capyc. in deciſ. 23. num. 3. ſequitur Didac. Couarr. in d. capit. officij poſt num. 1. verſic. hæc verò quarta, & Coſta de portio. rati quæſt. 143. num. 6. verum quarta iſta Epiſcopalis non debetur de his, quæ relicta ſunt ad perpetuum cultum diuinum, puta pro fabrica, vel Eccleſiæ reparatione, pro ornamentis, luminarijs, ſeu anniuerſario, & alijs, vt legitur in cap. fi. de teſtam. in cap. ex parte lo vltimo de verb. ſignific. per quæ iura ita tenet Roman. in conſil. 234. num. 1. 2. Alex. in conſil. 196. num. 1. volum. 2. Summa Silueſtr. in loco citato num. 5. 6. Capyc. in dicta deciſ. num. 2. 4. Summa Angelica in d. §. 9. verſic. fallit, & Seraphin. in deciſ. 726. num. 4. dummodo tamen Eccleſia indigeat fabrica, & reparatione, ſecundum Didac. in d. cap. fin. poſt num. 2. ſed poteſt ſeruari pro futura reparatione, ſeù refectione, Seraphin. in loco citato num. 3. ſed de legato facto alicui Confraternitati, quarta iſta debetur, ſecundum Didac. Couarr. in d. capit. officij num. 12. vbi de communi opinione teſtatur, item quarta iſta non debetur de legatis factis pauperibus in genere, Roman. in d. conſil. verſic. tertio fallit, Seraphin. in loco citato num. 1. quia legatum eſt factum perſonis, & non locis pijs, item non debetur de legato facto pro puellis maritandis ſingulis annis, quia ſi ſunt pauperes dicitur factum perſonis, & non locis, & ſi non ſunt pauperes non dicitur pium, & ita in omnibus refert iudicatum apud Rotam Roman. Seraphin. in d. deciſ. 726. addo Stephan. Quarant. in ſua ſumma fol. 417. vbi refert dec. prædictam, & vide Thor. in compend. deciſ. fol. . Quarta autem parrochialis non debetur, niſi de his, quæ ratione funeris, & de legatis omnibus factis Eccleſiæ apud quam defunctus eligit ſepulturam, ſecundum additiones prædictas ad deciſ. Cappellæ ſupra allegat. verſic. quarta tamen, & Alexand. in d. conſil. 196. num. 5. 6. hinc addition. prædicti in loco citato ſcribunt, quod ſi legatum eſt factum in Eccleſia, in qua ſepultura non fuit electa, nec in ea ſepellitur, quarta prædicta non debetur, allegat gloſ. in cap. 1. de ſepultur. & alios concordantes, vt ibi ſequuntur additiones ad Angel. vbi ſupra §. 7. in fine, verſic. ſollicitudinis an prædicta quarta parrochialis debet ſolui à monachis, Didac. Couarr. in d. cap. fin poſt num. 6. verſ. vnde poſt Cardin. ſcribit moribus obtentum eſſe, vt Eccleſiæ parrochiali quarta portio ſoluatur à monachis ex his tantum, quæ offeruntur eo tempore, quo funus, vel exequiæ defuncti

celebrantur, & hoc valdè notandum reputat, vide Coſta in d.quæſt. 146. & an quarta ſolui debeat de legato ſacto, vt quolibet die celebratur in certo altari, vide Capyc. in d.deciſ. num. 2. & nota quod quando contingat de vno, & eodem legato ſolui duas quartas, videlicèt epiſcopalem, & parrochialem, vt quando legatum eſt factum Eccleſiæ in qua teſtator eligit ſepulturam, omiſſa Eccleſia parrocchiali, & Eccleſia eſt ſubdita Epiſcopo, prius debet ſolui quarta parrochialis, vt poſt Abbatem, & alios tenet Didac. Couarr. in d. cap. fin. ad finem, ſed de omnibus relictis monachis Minoribus, & Prædicatoribus quomodocumque factis ad certos, & determinatos vſus, quarta pars Eccleſiæ parrochiali ſolui debet per eos, vt in terminis conſuluit Alex. in d.conſil. 196. ſupra alleg. in 1.dubio, vbi nu.4. ſcribit etiam, quod de relicto ſacto ad conſtruendam Cappellam, vel aliam rem, quarta prędicta debetur, an de legato ſacto pro Miſſis dicendis dicta quarta portio debeatur, Alexand. loco citato num. 5. verſic. & licet, tenet quod ſic, & eſt de mente Capyc. in d. deciſ. num. 4. verſic. tum etiam, vide Angelicam vbi ſupra §. 15. vbi additiunes, verum Capyc. vbi ſupra tenet quartam Epiſcopalem non deberi pro Miſſis prædictis, allegat Bald. in l. ſi quis ad declinandam C. de Epiſcop. & cler. quid autem ſi eſt factū legatum Eccleſiæ parrochiali, an imputetur in quartam ipſi Eccleſiæ de iure debitam, vide omninò Couarr. in d. capit. officij num. 6. vbi ad partes diſputat, & tenet legatum prędictum debere compenſari cum quarta d. Eccleſiæ debita, ſequitur Coſta in d.q. 146. nu. 9. & ſeq. & vltra á quibus, & de quibus d. quarta parrochialis debeatur, vide Siluestr. in loco ſupra citato num. 7. verum ſunt multi caſus in quibus dicta quarta non debetur, quos congerit Summa Angel. in verb. canonica portio §. 14. & nota, quod quarta parochialis de directo ab ipſo hærede percipi[…]r, ſecundum Capyc. in ſæpius allegata deciſ. ſub nu. 3. verſic. quartam verò, & an teſtator poſſit prohibere detractionem huius quartæ parochialis, Cotta in ſuis memorialibus in verb. quartam in fine, tenet, quod non, allegat Alexand. in conſil. allegato, & de his omnious, vide Coſta in d.quæſt. 146. & fuſius Ricc. qui exornat hanc concluſionem in reſolutione 209. & aliqua in reſolutione 376. quarta quæ debetur vxori vti pauperi, & indotatæ in bonis viri diuitis eſt loco legitimæ, & alimentorum, ne vxor ipſa mendicare cogatur, Roland. à Valle conſil. 14. nu. 23. volum. 3. Surdus in tract. de aliment. tit. 1. quęſt. 34. num. 15. & iterum tit. 7. quæſt. 11. num. 10. vbi dicitur ſuccedere loco alimentorum poſt Doctor. quos allegant in auth. præterea C. vnde vir, & vxor, & conſequenter illa dcfertur iure ſucceſſionis, idem Surd. in d. tract. tit. 9. quæſt. 35. nu. 22. & datur vxori pauperi miſerationis gratia, idem Surd. poſt Alciat. quem allegat in d. tit. 9. q. 37. nu. 17. & in ſubſidium quando omnia alia deficiunt, vt ibi nu. 18. poſt Soccin. Fabian. Ceph. & Gabriel. quos allegat, & ſequitur, verum vt habeat locum, & procedat diſpoſitio d. auth. præterea r[…]quiritur, quod matrimonium ſit ſine dote, quod maritus ſit diues tempore mortis, & quod eius vxor ſit pauper, adeo quod non habeat vnde viuat, vt ſatis pulchrè ſcribit Mart. in voto 21. nu. 9. & ſeq. etiam ſi poſtea vxori ſuperueniat alia actio, ſiuè ſucceſſio, ex qua alimenta poſſet conſequi, quia diſpoſitio d. auth. locum habet, ſecundum Surd. in d. tit. 9 q. 35. ad fin. quem cum alijs refert, & ſequitur Mart. in voto 22. ceſſat autem d. auth. & quarta quando à marito fuit conſtituta vxori, D. Vincent. de Franch. in deciſ. 410. nu. 3. vbi addo, item vxor excluditur à quarta prædicta vigore d. auth. quando actualiter habet alimenta, vel habitu, ſiuè potentia competit ſibi ius ad illa conſequendum, vt poſt Cephal. Natt. Surd. & alios concludit Mart. in d. voto 21. nu. 5. nam diſpoſitio d. auth. eſt irrationabilis, & in multis locis non attenditur, vt ibi nu. 21. & pariter quarta prædicta vxori pauperi non debetur ſuper feudo, ſed ſuper eius extimatione ſic, vt poſt infinitos quos allegat, tenet idem Mart. in voto t t 5. num. 14. an d. auth. habeat locum quādo vxori fuit modica dos conſtituta, & quæ dicatur dos modica, vide D. Vinc. de Franch. in d. deciſ. 410. vbi addo, & vltra Honded. in conſil 93. vol. 1. & Mart in d. vot. 21. nu. 11. 12. 13. & 14. vbi omninò, & Surd. in d.q. 37. hinc mortua vxore proprietas quartæ vadit ad omnes filios ex quacumque vxore procreatos, vt D. Vincent. de Franch. oſtendit in dec. 621. nu. 4. & quarta, ſeù anteſatum ex eiſdem cauſis repetitur ſicut dos, vt idem D. Vincent. ſcribit in deciſ. 689. nu. 2. & ad d. auth. præterea, vide Surd. in d.q. 35. & D. Vincent. de Franch. in deciſ. 318. vbi addo, & diſpoſitio d. auth. habet ét locum in viro paupere, & vxore diuite, Alex. Trentacinq. in conſil. 60. vol. 1. & de quibus iſta quarta debeatur, vide ibi, & omninò Gratian. libr. 1. diſcept. forenſ. cap. 120. qui exornat d. auth.

Quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio ad text. in l. vendicantem ff. de euiction. latiſſimè Pinell. in l. 1. par. 3. nu. 73. & 82. C. de bon. matern. poſt Rodor. Suar. ad l. quoniam in prioribus in 7. ampliat. ſub num. 6. & ſeq. C. de inoff. teſtam. Paul. Fuſc. in ſing. 12. liter. O. Ioſeph. Ludouic. in ſuis comm. opin. concluſ. 16. fol. 47. Surd. in deciſ. 177. in fine, & Caball. in tract. de euiction. §. 5. apud quos ſunt limitationes.

Quietatio generalis facta ad omnia generaliter, & indiſtinctè extenditur, ſecundum Alex. in conſil. 42. nu. 8. vol. 1. conſil. 11. nu. 7. vol. 2. & conſil. 186. nu. 1. vol. 6. Afflict. in deciſ. 319. in 1. dubio, vbi Vrſill. nu. 1. & iterum idem Vrſill. in deciſ. 285. num. 9. cum ſeq. per text. in l. pluribus ff. de acceptil. Anton. Gabriel. in tit. de regul. iur. concluſ. 4. Surd. in deciſ. 176. vbi loquitur in generali tranſactione facta, quæ ſecundum eum etiam ad incogitata extenditur, & iterum in deciſ. 185. nu. 1. Ioann. de Amic. in conſ. 12. nu. 35. Maſc. in tract. de probat. concl. 1252. nu. 1. vol. 3. & cōuenit Alex. in conſ. 117. vol. 1. & Menoch. omninò in conſ. 496. nu. 58. & ſeq. vbi de liberatione, ſeù quietatione ampliſſimis verbis facta loquitur, licet enim ſecundum aliquos liberatio, ſeù quietatio prædicta deberet reſtringi in eam cauſam ob quam facta eſt per l. emptor §. Lucius ff. de pact. vt tenere videtur M. Ant. Eug. in conſ. 13. tamen quando eſt facta pro omni, & toto eo, quod partes ſimul geſſerunt extenditur ad omnia, vt ſatis pulchrè ſcribit, & tenet Surdus in deciſ. 217. nu. 9. vſque ad finem, maxime quando interuenit pactum de non petendo cum Aqui-

liana

Digitized by Google

liana ſtipulationẽ præcedente, & acceptilatione ſubſequente, vt conſuluit Hõded.ſatis notabiliter in conſ.49.;per totum vol.1. qui reſpondit contra Marc. Ant. Eug. in eod.caſ.in d.conſ. ſupra citato, vnde dicebat Bald. in l.pactum dotali in 16.q.C.de collat. caueant contrahentes ſibi, vt renunciantes non vtantur verbis generalibus, ne ex effuſo ſermone periculum incidant, meminerunt Alex.in dd.conſil. Dec.in conſil.7. nu.4. & in conſ.194.nu.3. Affl.in dec.182.nu.13.& in dec.319 nu 3. Cotta in verb. filius renuncians, & Surd.in dd.dec. ſupra allegatis, hinc infertur, quod ceſſio facta in beneficium alicuius per verba generalia extenditur ad omnia indefinite, & vt conſuluit idem Alex.in cõſil.68. vol.5. & nu.6.allegat d.l.ſi pluribus, & alios Doctores, & meminit de Bald.in d.l.pactum q 16. ſequitur Aym.Crauet. in conſil.123.col.1. an aũt quis poſſit cogi ad faciendum quietationem generalem, vide per Bart. in l. Aquiliana ff. de tranſact. Surd.in d.deciſ.217.nu.10. Vrſill.ad Affl in alleg.dec.319.nu.2.poſt Roman in conſ.155.nu.5. vbi Mandoſ. in addit.litera E. DD.in apoſtillis ad Alex.in d.conſ.11.nu.9.litera D. & Rebuff. ſuper conſt.Frãc.in tit.de famul.ſalario fol.240,nu.2.qui omnes tenent opinionem negatiuam, videatur omninò Ant.Theſ.in dec.74. & in materia Iacob. Menoch. in tract.de præſumpt.libr.3.cap.vltimo, verum creditor recipiendo debitum á ſuo debitore tenetur ipſi facere quietationem pro quantitate quam ſoluit, ſecundum Rebuff. in d. loco, & ſol. denique quietatio, ſeù liberatio facta à minore cũ iuramento tutori, aut curatori ſuo de adminiſtratione tutelæ, vel curę, ſi conſtat nullam fuiſſe rationem redditam, an valeat, videndus eſt Ludou.Peg. in deciſ.142. vbi negatiuè iudicatum refert, & benè Thor. in compend.deciſ. verb.quietatio ſol. & ad principalem concluſionem vide ampliationes, & limitationes, quas poſt Ant.Gabriel.reaſſumit Maſcard. in d.concluſ. ſupra citata, & videatur etiam Aym.Crau. in conſ.221.nu.1.cum ſeq.

## R

Raptus pæna capitalis eſt l.1. C.de rapt. virgin. & in l. raptores C. de epiſc.& cler. & deprehenſus in fragáti, atque conuictus poteſt à coniũctis perſonis mulieris raptæ impunè occidi d.l.1.latiſſimè Farinac. in 4.vol. in tit. de delictis carnis q. 145.& ſatis pulchrè in conſ.33.qui multum elegãter loquitur; hinc pęna raptus locũ habet, ſiuè mulier rapta, ſit virgo, ſiuè vidua, aut maritata, vel ſpõſa, vt ad literam legitur in conſt.Regni capitalem, vbi complices, & fautores raptus eadem pæna cũ raptore puniuntur, vt notat ibi Affl.nu.1. & Farinac. in d.q.num.34. & ſubdit Affl. in principio d. conſt.in hoc Regno inuiolabiliter ſeruari dd.l.primam, & l.raptores, á quibus d.conſt.fuit compilata, dummodò carnalis copula ſequuta ſit in perſonam raptę, ſecus ſi carnalis copula ſequuta non ſit, quia mitius punitur, ſecundum veram, & communem opinionem, vt Boer. teſtatur in dec.316. ſub nu.4.verſic.& vbi, Viu. in opin.679.num.1.in fin. part. 2. qui de magis communi teſtatur, vide Farinac. in loco ſupra citato num.53. 54. & vide nu. 74.omninò nu.196. & ſeq. & in d.conſ.33.nu.59. vbi addit.veluti, quia raptor pænitentia ductus, vel aliquo impedimento impeditus, Ludou Peguer.in deciſ. Cataloniæ 43.nu.2. & ita Senat. Pedemont. ſemper cenſuit, refert D. Ant.Theſ in deciſ.217. nu.1.Clar.autem in §.raptus verſic. ſed quid ſi ille relatis Doctoribus hinc inde ſic diſtinguit, aut raptor mulierem non cognouit, quia id commode facere non potuit, & tunc debet puniri pæna in dd.ll.& conſt.ſtatuta, ſequitur Peguer.vbi ſupra, aut non cognouit, quia mulier rapta noluit, & procedit opinio, quod mitius, & citra mortem puniri debet, vide Farinac.vbi ſupra, ego autem valdè dubito de opin. Sacr.Conſil. Catalon. & Senat. Pedemont. per generalitatem d.conſtit.capitalem quæ generaliter loquitur, & ita intelligi debet, nã eo ipſo, quod mulier honeſta ſit per vim rapta, & de vno loco ad locum alium conducta nullus dubitat, quin raptor pæna raptus puniatur, vt per Clar.in d.§.raptus in princ.Campan in cap.Regn. 262.nu.54. & Ludouic. Peguer. in deciſ.42. nu.7. & conſequẽter ſi libidinis cauſa mulierem rapuit pæna prædicta capitali puniri debet iuxta diſpoſitionem dd.ll. & conſt. Affl.in conſt.ſi quis rapere num.8.Campan.in loco citato num.61.Baiard.ad Clar.in d.§.raptus nu.3. vide tamen ipſum nu.22. 23. verum Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. Iudic.caſu 291.nu.10. noluit ſequi opinionem Clari in loco ſupra allegato, ſed quid ſi mulier conſenſit ſe abduci, an raptor puniatur pæna capitali Anton. Theſ. in d.deciſ. 217. poſt alios, quos allegat nu.4.cum ſeq.conſiderat plures caſus, & poſt ipsũ Iacob. Menoch. in d.caſu in addit.nouis nu.12.& ſeq.& Farinac.in d.q.145.nu.105. & ſeq.quia mulier ſi eſt in poteſtate patris, vel in gubernio alicuius precibus, aut blandis verbis, vel pretio ſeducta conſenſit abduci patre non conſentiente in iſto caſu raptorem pæna ordinaria capitali puniri debere, vt Menoch. ſcribit in d.caſu in addit. nu.12. & ita intelligitur Clar.in d.§.raptus verſic.adde, & Theſaur.in d.deciſ.nu.7. licet in fin.dicat vidiſſe obſeruatum talem raptorem fuiſſe arbitrariè punitum, & male per ſupradicta, vide Maſcard.in tractat. de probat.concluſ.1252.vol.3. & omninò Farinac.in d.q.145.nu.100. & ſeq.alios caſus vide apud Menoch.& Theſ. in dd.locis, an pæna dd.ll. & conſtit. habeat locum in ſponſo rapiente, & vi abducente ſponſam è domo patris, & Imperator in d.l.1. verſ. quibus connumeramus tenet, quod ſic, ſed Didac.Couarr. de ſponſalib. part.2.cap.7. §.4.nu.11.fol.102. á terg. in paruis ſcribit talem ſponſum debere mitiori pęna puniri Iudicis arbitrio, quia illa lex loqui videtur in ſponſa de futuro, & de Couarr.meminit Baiard. ad Clar.in d.§.raptus num.5. & dicit Campan. in d.cap. Regni 262. nu. 62. quod non eſt licitum ſponſo rapere ſponſam, quia in ea non habet manus iniectionem, nec quaſi poſſeſſionem, poſt Ioann.Andr.& Bald.quos allegat, & cum in Senatu Pedemontano accideret iſta quæſtio, quod ſponſus ſponſam propriam vi abduxit è domo patris poſt facta dotalia inſtrumẽta fuit per illum Senatum iudicatum, quod ſponſus liberaretur à delicto, verum erga fiſcum fuit condemnatus ad libras 400.& per biennium bannitus, vt refert D.Theſ.Iun.in addit.ad d.deciſ.ſui genitoris ſupra alleg. & maximè ſi falſis perſua-



Digitized by Google

ſionibus, & circumductionibus rapere voluit, vt concludit Marſil. in conſil. 61. nu. 23. & ſeq. ab hac pæna raptus excuſatur rapiens publicam meretricem, aut eam, qui copiam ſui corporis facit, nec aliqua pæna puniri debet, text. eſt in l. verum ff. de furt. vbi Bart. notat, & valdè commendat, & alij Doctores communiter, vt teſtatur Ludouic. Peguer. in d. deciſ. 43. num. 14. Clar. in d. §. raptus vbi tamen refert Cyn. Aſſl. & Grammat. referentes aliquando hunc raptorem publicę meretricis fuiſſe vltimo ſupplicio condemnatum, & apud eum ſola pæna arbitraria punitur ex diſpoſitione conſt. illius ducatus, & Iacob. Menoch. in d. caſ. 291. poſt alios, quos allegat dicit rapientem publicam meretricem debere puniri pæna extraordinaria, & iſta eſt verior, & magis recepta opinio, teſte Baiard. ad Clar. in loco ſupra allegato nu. 24. & ita poteſt intelligi Lud. Peguer. in d. dec. nu. 15. dum dicit, quod ſi meretrix non cõſenſiſſet raptui, quia ad vitam honeſtam reddire volebat, vel quia contradicebat ratione affinitatis, aut deſijſſet meretricari, tunc raptor punitur, allegat Paul. de Caſtr. & Fulgoſ. & meminit Baiard. ad Clar. in loco citato, opinio verò Cyn. Aſſl. & aliorum poteſt procedere in Regno per conſtit. particularem ipſius, quæ incipit omnes noſtri, vbi vim inferentibus meretricibus contra earum voluntatem libidinis cauſa pæna vltimi ſupplicij imponitur, de qua etiam meminit Viu. in d. opin. 679. num. 6. vide Petr. Caball. in caſu 179 nu. 6. & ſeq. & omninò Farinac. in d. q 145. à nu. . cum ſeqq. ceſſat inſuper pæna raptus quando puella abducitur volens, & ęqualis ad finem contrahendi matrimonium, & non libidinis cauſa, vt tenet Mart. in vot. 19 vbi latiſſimè, ſed vide benè Boſſ. in tit. de raptu mulier. nu. 17. poteſt tamẽ dubitari ſi inter raptorem, & raptam poſſit matrimonium contrahi, & ad hoc videndũ eſt Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 24. c. 6. & Viu. loco prædicto nu 7. Baiard. ad Clar. in d. §. raptus num. 35 Farinac. in loco ſæpius citato nu. 26. cum ſeqq. & Petr. Caball. in caſu 196. vbi declarat, nec ob matrimonium ſequutum pæna raptus contra raptorem euitari poteſt, ſecundum Ludouic. Peguer. in d. deciſ. 42. ſed contrarium tenet Mart. in d. voto 19. ſub nu. 4. maximè de iure canonico, vt ibi per Mart. nu. 9. pro qua opinione vide Clar. in d. §. raptus verſic. quæro modo, an confeſſio mulieris raptę, atque eius inculpatio faciat indicium contra raptorem, vide Farinac. in tit. de indic. & tort. q 43. nu. 90. 94. & 99. hinc etiam raptor poteſt vbique puniri, Ludouic. Peguer. in d. deciſ. 43. num 13. & Farinac. in titul. de inquiſit. q. 7. num. 8. & D. Rouit. omninò in pragmat. 5. num. 5. in titul. de delict. & ad principalem concluſionem vide Maſcard. in d. concluſ. 1252. num. 7. & ſequent. & in materia Menoch. & Baiard. in locis ſupra allegatis.

Ratificans actum cenſetur illum feciſſe, Tiraquell. in tract. de retractu conſang. §. 1. gloſ. 10. nu. 62. ęquiparaturquè mandato l. final. C. ad Macedon. etiam in his, quæ ſpeciale mandatum requirunt l. quod ſi ſpeciale, vbi Bald. ff. de minor. Tiraq. vbi ſupra nu. 61. & Surd. in deciſ 33 nu 2. & ideo actũ ratificans, ſiuè contractum nõ poteſt illum impugnare, Surd. in loco citato nu. 3. & vide per totam deciſ. quia loquitur in notab. caſu, hinc ratificatio actus, ſiuè contractus fit facto, vel verbis l. pauluſ ff. rem ratam haberi, fit etiam per ſolutionem debiti contenti in contractu, vel inſtrumento, ſecundum Alex. in conſ. 127. num. . vol. 5. Aym. Crauet. in conſ. 276. nu 6. Tiraquell. in tract. de conſt. part. 3. limit. 30 nu. 12. Marc. Ant. Natta in conſil. 45. nu. 10. conſ. 101. nu. 4 & 10. in fin & 12. Caualc. de tutore, & curatore nu. 147. Maſcard. de probat. concluſ. 1255. nu. 37. vſque ad 50. vol. 3. Surd. in deciſ. 229. nu 4. 5. D. Lanar in conſ. 15. num. 15. & ſeq. deciſ. Genuæ 101. Intrigl. in ſinglu. 155. num. 2. Iacob. Menoch. de præſumptionib. libr. 2. cap. 39. à num. 4. cum ſeq. & lib. 3. cap. 75. limita vt per Surd. in deciſion. 267. num. 3. & ſequent. inducitur etiam ratificatio contractus per obſeruantiam ſubſequutam, Mart. in vot. 103. num. 7. poſt Bald. quem allegat, hinc etiam infertur, quod ſollemnitas, quæ in contractu principali requiritur, etiam in ratificatione ipſius contractus eadem neceſſaria eſt, vt conſuluit Roman. in conſ. 12. in 2. dubio, Tiraquell. in d. gloſ. 10. num. 87. Mandoſ. in dicto conſil. Roman. litera F. Roland. à Valle in conſil. 90. num. 50. volum. 1. Vrſill. in deciſ. Afflict. 285. num. 17. Cacheran. in deciſ. Pedemont. 166. ad finem, vide Surd. in deciſ. 159. numer. 7. 22. hinc etiam ratificanti inſtrumentum totius tenor illius legi, & vulgarizari debet, vt de contentis in inſtrumento notitiam, & ſcientiam habeat, Ioſeph. Ludouic. qui concordantes allegat in ſuis comm. opin. concluſ. 14 fol. 34. & Maſcard. in d. concluſ. 1255. nu. 3. quando autem, & quo tẽpe debet fieri, vt poſſit, & valeat, vide Tiraq. in d. gloſ. 10 nu. 85. & pulchre per Cacher. in dec. 119. n. 23. & ſeq. Loffr. in conſ. 41. & Maſcard. in ſæpius allegata concluſ. col. pen. & fin. & ad materiam vide Io. Bapt. Coſta in tract. de retrotract. fol. 89. & ſeq. & Surd. in deciſ. 70.

Receptare eſt proprium refugium abſcõdendi cauſa præſtare reo in agro, vel ædificio, vt poſt Salyc. concludit Niger Campan. in cap. Regn. 110 nu. 6. vel qui publicè, vel occultè ſcienter illum receptauerit, Foller. in conſt patarenorum n. 4. & Baiard. ad Clar. in q 90. nu. 32. Petr. Caball. in caſ. 287 nu. 1. & ſeq. Honded. in conſ 87 nu. 162. & conſ. ſeq. 88. nu. . vol. 2. & Farin. in 4. vol. q. 133. nu. 29. ſed nõ dicitur quis delinquentem receptare ſi potum, vel cibum ei dedit, Foller. in verb. banniantur nu. 22. allegat text. in l. 1. §. 1. ff. de ſeruo corrupto, & Salyc. vbi ſupra meminit Baiard. vbi ſupra nu. 33. hinc Cagnol. ſcribit in l. 1. §. is videtur nu. 26. ff. ſi quis iuſſu. non obtemp. ꝙ occultans, vel aſſocians delinquentes ne ad manus Iudicis perueniant punitur pari pæna cum ipſo delinquente, vide Rotã Lucenſ. in deciſ. 31. verſ. ſed præſuppoſito ; latroneſq́; ſuſcipiẽs, & Iudici non offerens pæna vltimi ſupplicij punitur, vel amiſſionis omnium bonorum, vt ibi per eum poſt Aret. & Marſil. quos allegat, inferẽs inſuper dixiſſe ſemel cuidam ſuo amico, qui quoſdam bannitos, & homicidas præmonuerat, cauerent, quia miniſter Iuſtitiæ manu forti, tunc veniebat illos capere, quo intellecto fugam conſeruarunt, & euaſerunt, quod veniebat pari pęna puniendus, tãquam dictis bãnitis præſtans opẽ, & auxiliũ, meminit de Cagnol. Baiard. ad Clar. in q. 68. n. 43. hinc receptator punitur pęna arbitraria ſm Iacob. Menoc. in tract. de arbitr. Iudic. caſ. 348. nu. 3.

Digitized by Google

num. 3. Anton. Gomez. in tit. de delictis thomo 3. cap. 3. nu. 50. ſol. 370 poſt Affl. in d. conſtit. patarenorum nu. 6. licet aliud ſit de iure communi per l. 1. ff. de receptator. vbi punitur pari pæna cum principali delinquente, & in l. 1. C. de his, qui latrones, quam tamen declarat Menoch. vbi ſupra nu. 2. & latè Foller. in d. verb. banniantur num. 10. & Baiard. ad Clar. in d. q. 90. nu. 52. Carauit. in prag. 1. nu. 71. de exulib. & Grand. de bello exulum ſol. 134. poſt nu. 10. quæ pæna iuris communis in pluribus caſibus locum non habet, vt per Affl. in d. conſtit. in 2. not. à nu. 2. vſque ad 6. vbi Foller. nu. 46. cum ſeq. tamen in hoc Regno extant plures pragmaticæ in tit. de receptator. quæ varias pænas contra receptantes delinquentes imponunt, de quibus meminit poſt Carrer. in d. verb. banniantur num. 10. & Baiard. ad Clar. in d. q. 90. num. 53. à quibus pænis, neque pater, mater, & alij conſanguinei excuſantur, vt in dd. pragm. & Foller. in d. verb. banniantur n. 10. ad finem, licet aliter teneat D. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. ſol. 17. vide Foller. qui ſupra nu. 11. 12. & vt puniatur receptãs delinquentem pænis contentis in dd. pragm. debet ſcire illum eſſe delinquentem, & per fundantem nempè per fiſcum in receptatione, debet probari ſcientia Affl. in d. conſtit. Grammatic. in deciſ. 99. Campan. in d. cap. 210. nu. 10. Baiard. in d. q. 90. nu. 36. Boſſ. in tit. de rapin. nu. 17. & 21. pulchrè Bertazzol. in conſil. crimin. 71. nu. 62. 63. vol. 1. & Farinac. in d. q. 133. in fine, quia ſcientia in dubio non præſumitur, Bertazzol. in d. loco, & in conſil. 66. nu. 1. vol. 1. etiam ſi per vnam vicem receptauerit, vt per Baiard. vbi ſupra nu. 35. poſt Oldrad. & Affl. quos allegat, ſecus ſi ignorauerit, vt per Affl. Campan. & Baiard. in dd. locis, & Foller. in d. conſtit. patarenorum nu. 46. & hoc de iure communi, ſecundum Foller. in d. verb. banniantur nu. 13. ſecus de iure Regni, vt ibi in fine, vide tamen D. de Ponte de poteſt. Proreg. nu. 5. & 6. excuſatur autẽ receptans delinquentem à pænis contentis in d. pragmatica quotieſcumque non voluntariè, ſed coapte delinquentes receptauerit non ſolum per metum, ſeù violentiam veram, ſed etiam interpetratiuam, & præſumptam, veluti quando ſunt plures banniti, & delinquentes, vt poſt Affl. in d. conſtit. nu. 8. & ibi clarius Foller. nu. 49. qui ponit exemplum in habitantibus alicuius terræ, vel maſſarijs, & ſubdit in fine vidiſſe ordinem Collateralis Conſilij, quod non moleſtarentur receptantes bannitos de Foria Salerni, & idem Foller. ſimpliciter tenet in d. verb. banniantur num. 18. Campan. in d. cap. 210. ſub n. 10. verſic. limita etiã, quibus aſſentiunt Roland. à Valle in conſil. 45. à nu. 10. vſque ad 76. vol. 1. addit. ad Affl. in conſtit. ſuper inciſionibus litera B. Iacob. Menoch. in d. caſu 348. nu. 16. Cumia de ſyndic. cap. 8. num. 42. Maſcard. in tract. de probat. conclut. 1258 nu. 11. vol. 3. Baiard. in d. q. 90. num. 46. Petr. Caball. in d. caſu 289. nu. 79. & late Farinac. in d. q. 133. nu. 36. cum ſeq. qualiter autem probari debeat ſcientia, vel ignorantia, quod aliquis erat bannitus, qui fuit receptatus, vide Baiard. in ſupra citato loco à nu. 38. cum ſeqq. & qua pæna puniri debeant illi, qui vadunt explorando, quando Curia intendit accedere in perſecutionem bannitorum eiſque notificant, vt fugam arripiant ne Curia capere poſſit, vide Foller. in d. conſtit. patarenorum nu. 87. reliqua vide apud Doctores ſupra allegatos, & Farinac. in conſil. 37. & omninò in d. q. 133. & ſatis pulchrè Caballum in d. caſu 287. D. Rouit. in rubr. & pragm. 3. de receptat. an inquiſitus de receptatione delinquentis banniti poſſit admitti ad compoſitionem, quod non inconſulto Prorege, vt in pragm. 5. eod. tit. de compoſit. & qualiter pæna arbitraria enunciata in d. pragm. fuit obſeruata, & declarata per Regia Tribunalia vide Carauit. in loco citato nu. 83. & D. Rouit in d. pragm. 3. nu. 2.

Recipiens ab eo aliquid, qui donare nõ poteſt veluti à Religioſo, vel filiofamilias, aut vxore ad reſtitutionẽ tenetur Nauar. in manuali Confeſſor. cap. 17. num. 105. Iacob. à Graff. in deciſ. caſ. conſc. ſol. 224. num. 35. vbi limitat in caſu extremæ neceſſitatis, vel ſi ad Superiorem nõ pateat aditus, vt p eos ibi.

Recipiẽs fundum à Titio in emphyteuſim nõ poteſt ipſe cõtra Titium referre quęſtionẽ dominij, quia recipiendo fatetur Titium eſſe dominum, & ita fuit iudicatum in Reg. Conſ. Luſit. refert Anton. Gam. in dec. 12. vbi Guid. Pap. Alciat. & Gulielm. de Benod. allegat, maximè, vt ipſe dicit ſi lapſum ſit tempus decem annorum, conueniunt ſcripta per Rip. in l. ſi aliquã n. . ff. de acquir. poſſ. Aym. Crau. in conſ. 157. & Paul. Fuſc. in ſing 7. liter. F.

Reconueniri poteſt clericus à laico coram Iudice ſeculari, & contra eum mutua petitio proponi per rit. M. C. V. 67. ſecundum ordinem Carau. & hæc opinio eſt de iure verior, & in S. C. recepta, vt teſtatur D. Vinc. de Franch. in deciſ. 193. nu. 3. vbi alios addo, quæ concluſio procedit ẽt quod clericus reconueniatur de re diuerſa, vt ibi per D. Vincent. ad fin. vbi allegat Guid. Pap. in deciſ. 183. & apud eum reperiuntur multa in materia reconuentionis, vbi addo alios in apoſtillis meis, verum reconuentio contra clericum in criminalibus non procedit, ſecundum Carauit. in ritu prædicto 67. nu. 12. in 3. limit. & pariter quando clericus ante reconuentionem renunciauit liti, ſecundum D. Vincent. de Frãch. in dec. 349. qui ita deciſum refert, & in multis alijs caſibus non datur, nec de iure competit reconuentio, vt per Marant. in 4. par. diſtinct. 6. Carauit. in d. rit. & D. Maſtrill. in deciſ. 41. & ad principalem concluſionem vide Thor. in compend. deciſ. ſol. 94.

Reconductio tacita præſumitur ſi conductor finito tempore primæ cõductionis in illa perſiſtit l. item quæritur §. qui impleto, vbi Doctor. ff. loc. & hæc eſt iuris præſumptio, & fundata in ea ratione, quod conductor non poſſet aliter rem conductam licitè retinere, alias occupando delinqueret, vel ex tacito conſenſu, ſiuè contractu locator, & conductor præſumũtur approbaſſe eam volũtatem, quam in prima locatione habuerunt, Iac. Menoch. in tract. de præſumpt. lib. 3. cap. 85. col. 1. hinc reconductio prędij Vrbani, pręſumitur facta pro tempore, quo conductor habitauit, reconductio verò prędij ruſtici per annum tantum, ẽt ſi prima reconductio fuit maioris temporis d. §. qui impleto verſ. quod aũt diximus, Alex. in conſ. 28. ad fin. vol. 4. Affl. in deciſ. 365. nu. 5. Iacob. Menoch. in d. cap. 85. nu. 7. 8. vbi poſt Bart. & alios refert rationem diuerſitatis, accedit Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 991. nu. 25. 26. vol. 2. Caualcan. in deciſ. 44. nu. 91. part. 1. poſt Anton. Gomez. de contractibus titul.

2.cap.13.in tit.de loca.ſub nu.15.fol.194.à terg.& cenſetur facta cum omnibus qualitatibus præcedentis contractus, pignoribus, & hypothecis, ſecundum Gomez in loco citato, Maſcard.in d.cõcluſ.nu 3. Menoch. in d.cap.85.nu. . Magon.in deciſ.Florent.140.nu.2.& Caualcan.in d.deciſ.44. num.78.ſed quod tempus requiritur, vt tacita reconductio inteligatur facta per conductorem, Anton.Gomez. in loco allegato nu.16. ſcribit, quod cum iura hoc non declarant Iudicis arbitrio debet relinqui, meminit Iacob.Menoch de arbitr.Iudic. caſ.506.nu.2. & conueniunt ſcripta per Maſcard. in d.concluſ.nu.21. & Caualcan.vbi ſupra nu.77. & quid debet facere conductor nollens remanere in tacita reconductione, vide Gomez. & Menoch. in locis paulo ante citatis, an tacita reconductio requirat ſcripturam, vel poſſit per teſtes probari, vide Affl.in deciſ.365.nu.10. omninó D.Vincent. de Franch.in deciſ.278. & Magon.in deciſ. Lucæ 47.cum addition.reliqua in materia vide Gomez. Menoch.Maſcard.& Caualcan.in locis ſupra allegatis, aliqua per Mart.in voto 35. & Stephan.Gratian.in deciſ.119.D.de Ponte in conſil.23.& omninó D. Rouit.in pragm.1.num.11. cum ſeq.in tit. de locat.

Refutatio feudi cum reſeruatione vſusfructus an valeat D Fab.Ann.in conſil.46. tres in medium refert opiniones, & tenet, quod nõ valet, & vtrumque corruit, quia reſeruatio vſusfructus non eſt totalis refutatio, & reſerua eget aſſenſu, ac ipſa refutatio ex indiuiduo voluntatis poſt Loffred. in conſil. 3.& iſta opinio communiter ſolet amplecti, & vt ipſe teſtatur refert vidiſſe pro illa conſultum á peritis Regni, ibi nu.6.vbi ad alias infert quæſtiones, & à nu.24.cum ſeqq. declarat, an refutatio feudi facta cum clauſula ex nunc, prout ex tunc, ſit valida, & dicatur conditionalis, vide eundem D. Fabium in conſil.39 quæ debet eſſe puta, & ſimplex abſque vlla requiſitione, D de Pont.in conſ.12.Anna in loco citat. & in conſ.41. hinc refutatio ſimplex inter matrem, & filium valet ſine aſſenſu: cætera verò pacta nõ, vt poſt Iſer. Loffred. Frecc. & alios tenet D.Vinc. de Franch. in deciſ.591.nu.2.& vide nu.3.4. Mart. in vot.hic allegato nu.3.& D.de Ponte infra allegat.de poteſtate Proreg fol.368. & in deciſ.71.nu. . & vide in pulchro caſu D. de Ponte in d. conſil. 12. quæ debet regiſtrari in Regia Camera infra quindecim dies, idem D.Vincent.in deciſ.663. num.4.5. videlicet à tempore, quo facta eſt, alias eſt nulla, & inualida, vt ibi, & D.Conſiliarius Georg.in alleg. 17.nu.47. vbi nu.44. 45.declarat, ſed quando in refutatione aliquid hinc inde promictitur, requiritur pro eius validitate aſſenſus, vt per D. Vincent. vbi ſupra nu.7. & ad principalem concluſionem addo videndum D.Regentem de Ponte in tractat. de poteſtat.Proreg. in tit. de refutat. feud. fol. . Anna in ſing.569. D.Maſtrill in deciſ.1.nu. 11. & bene Intrigl.in deciſ.43. & in materia refutationis vide D.Vincent. de Franch. in deciſ.3.in fin.vbi addo, & D.Georg.in d.alleg.17.vbi multa, & Mart.in voto 189.nu.3. vbi an procedat in feudo hæreditario, vel ex pacto vide ibi, & D.Conſiliarium Rouit.in pragm.4. & 7.in tit.de feudis.

Regis eſt electio ſi vult ſeruitium à vaſſallo perſonaliter, vel in pecunia, aut adhoam, ſecundum Affl. in conſtit.errores nu.4.omninò Campan.in capit. Regni 208.à nu.11.vſque ad finem, vbi tamen dicit in Regno poſſe Regem compellere eius feudatarios ad ſeruiendum perſonaliter, niſi ex cauſa, quia feudatarius eſt ſenex, vel infirmus, aut alia iuſta cauſa impeditus, vt ibi poſt Iſern. Capyc.& alios, quos allegat, ſequitur addit.ad Napodan.in prohemio conſuetud. Caroli fol.30. licet aliud ſit de iure communi, ſecundum Campan. & addit. vbi ſupra, & Iacob.Menoch. in tract.de arbitr.Iudic.caſ.231. in additionibus nouis num.5.6.& 68. hinc pro quibuſlibet viginti vntijs quibus vendit feudum vaſſallus, ſiue feudatarius perſonaliter ſeruire debet cum tribus equis, & tribus menſibus á die monſtrę.vt per Iſern.in conſt Hoſtici in fine, de quo meminit Freccia de ſubfeud. libr.3. fol.422.num.25.in nouis, & iterum libr.2.in auth. 5.ante n.15.fol.335. & vide Capyc.in inueſt.feud. in verb. feuda adhoant verſic. & quando Dominus fol.28.Camerar.in cap.imperialem in §.firmiter col.1.& Frecc.in d.5.auth.num.8.14. Adhoa enim eſt ſeruitium, quod à feudo præſtatur directo Domino in pecunia, & per Regiam Curiam taxatur iuxta redditus in feudis nouis, D. Rouit. in pragm.19. de offic.procur.cæſar. ad principalẽ concluſionem addo videndum D.Minad. in conſtit. in aliquib.in verb.filiorum nu.17.fol.19.Iacobut.de Franch. in prælud.feud.fol.1.nu.11. & ſeq. & benè Petr. de Greg.de conceſſ feud.part.8 q.2.

Regnum Neapolitanũ ſemper fuit deuotũ, & obſequioſum Sereniſſimis Regibus ipſius Regni, prout in preſentiarum eſt, & dicitur prætioſa hæreditas, quia in eo adeſt abundantia victualium, & fructuum, ſecundum Affl.in prohemio conſt.6.cum igitur, hinc Rex Federicus appellat hæreditatem paternam, & præclaram hoc Regnum, *vt in conſtit.* vt hæreditatem, & in cap.Regni 110.*dicitur*, quod non ſolum hoc Regnum eſt peculiare, prædilectum, & hæreditarium, ſed etiam eſt pomeriũ, & iardenum amenißimum, & Sereniſſimi Reges multum dilexerunt illud, & grauamina ſubſtulerunt, vt ibi per Campan.num 6.& totum præſens Regnum pro vna Prouincia reputatur, ſecundum Campan. poſt Andr. in prohemio cap. Regni ſub nu.33.& D.Vincent.de Franch.in deciſ.622.nu.2.

Regulam habens pro ſe dicitur habere rem certam, Bart. in l.2.col.1.ff.ſi quis ius dice non obtemper. alias ſi quis in ius voca.Surd. in deciſ.75. numer.8. & qui ipſam habet dicitur habere intentionem fundatam, idem Surd.in deciſ.126.nu.3.& in tract. de aliment.tit.1.q.24.nu.5. illique inhęrendum eſt, & pro ea pronunciandum, Cacher.in deciſ.12. nu.2. Didac.Couarr.libr.2.variar.reſolut.cap.12. nu.4. Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſ.89.num.9. Roland. in conſil.81.nu.4 vol.1. & in conſil.5.nu. 6.vol.4.Pinell.in l.1.part.3.nu.23.C. de bonis matern.Caualcan.in deciſ.3.nu.18.part.1.Ioſeph.Ludouic. in ſuis commun. opinion.concluſ.14.verſ. infertur 189. Surd.in deciſ.104.nu.8. addit.ad Iaſ. in l.cæter. litera B. ff.de leg.1. Machel. in patrocinio 27.col.1. & latè Viu.in deciſ.135. & qui habet regulam pro ſe transfert onus probãdi, adeo quod probare debet limitationem, Surd.in d.tract.tit.9. q.27.nu.11. 12. & in deciſ.3.nu.4.deciſ.255. nu.2. ad principalem concluſionem adde Syluam nupt. libr.6.nu.21.& Mart.in voto 71.nu.20.

Rega-

**Regalia comprehendunt** gabbellas, & pedaggia cap. 1. quæ ſint regalia, verum regalibus conceſſis ſimpliciter, & indefinitè, numquam conceſſa intelligitur facultas imponendi nouas gabbellas, & noua vectigalia, vt poſt Lucam de Penna, Imol. Cuma. & Rotam tenet Mart. in voto 160. num. 6. quia gabbellæ. & noua vectigalia ſunt de reſeruatis Principis, Cacher. in deciſ. 29. ſub nu. 5. & deciſ. 101. nu. 12. meminit Mart. in d. voto, & nu. in fin. & quid ex obſeruantia ſubſequuta, vide Roman. in conſ. 271. nu. 4. quem referr, & ſequitur Ioſeph. Ludouic. in ſuis opinion. concluſ. 38. verſ. , hinc regalia non poſſunt haberi abſque conceſſione Principis, Mart. in voto 185. ſub nu. 6. nec poſſideri abſque titulo, ſed non eſt neceſſarium docere de ipſo, vt ibi nu. 17. vide tamen eundem in voto 31. nu. 6. & ibi de materia, & ſupra in concluſione feudatarius, & ad concluſionem iſtam D. Rouit. in pragmat. de vectigalib.

Relegatus, ſiuè exulatus vſque ad certum tempus, poteſt eo finito recedere, & ad patriam reuerti abſque licentia, & decreto Superioris, quia dies licentiat ipſum relegatum, ſiuè exulatum, vt oſtendit Dec. in conſil. 61. nu. 4. Crem. in ſing. 47. Campan. in cap. Regni 82. num. 14. vbi clarius loquitur Cumia de ſyndic. cap. 24. nu. 56. fol. 110. in parus, Surd. in deciſ. 75. nu. 3. & deciſ. 244. Petr. Caball. in caſu 249. & Maur. Burg. in tract. de laudem. part. 2. inſpectione . Ricc. in deciſ. 62. & 130. part. 2. an Iudex poſſit relegare, vel exulare eius ſubditũ extra prouinciam, aut locum non ſubiectum ſuæ iuriſdictioni, vide Clar. in q. 71. vbi Baiard. maximè num. 12. & omninò Farinac. in 6. vol. in fragmentis part. 1. num. 69. & 70 fol 30. D. Rouit. in pragm. de contumacib. & Ricc. in deciſ. 28. in fin. part. 2. de pæna frangentis relegationem, ſiue exilium de iure communi vltra Clar. & Baiard. in d. q. 71. vide Anton. Gomez. variar. reſolut. in tit de delictis capit. 8. Petr. Caball. in caſu 8. & Farinac. omninò in loco ſupra allegato nu 84. 85. & ſeq. an non obſeruans relegationem, ſiuè exilium, ſed illã, ſeù illud frangens, vt teneatur ad pænam, ſufficiat, vt ſit conuictus, vel requiritur apprehenſio, in M. C. V. obſeruatur, quod requiritur apprehenſio, & ita pluries audiui à peritiſſimis viris Neap. & tenet Viu. in deciſ. 505. licet in Regio Conſilio Catalonıæ ſeruetur aliter, vt teſtatur Ludou. Peguer. in deciſ. 90.

Relatum eſt in referente cum qualitatibus ſuis Bart. in l. 1. ff de receptator. & in l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit. Surd. in deciſ. 291. nu. 18. poſt Dec. in conſil. 647. num. 3. qui allegando Bald. in conſil. 338. vol. 2. dicit, quod vulgaris eſt doctrina, vt quicquid continetur in termino ad quem facta eſt relatio, continetur in termino referente ſaltim implicitè, & qui explicat nihil noui facit, & alia multa, vt ibi hinc relatum ſemper actendi debet ex allegatis per Surdum in d. deciſ. nu. 17. vide tamen Magon. in deciſ. 96. & Rotam nouiſſimam Lucenſem in deciſ. 59. fol. 78. & in deciſ. 94. fol. 145. vbi omninò aliqua per Martam in voto 13. nu. 11.

Releuium eſt medietas fructuum illius anni, quo feudatarius moritur, vel vnius anni, vt poſt Iſern. Campan. & alios tenet D. Vincent. de Franch. in deciſ. 121. nu. 2. 3. vbi addo, & debetur paucis, vel nullis fructibus in illo anno perceptis ab hærede petente inueſtituram, vt ibi nu. 9. vbi multa in d. deciſ. ponit poſt Frecc. in tract. de ſubfeud. libr. 2. in author. . & ſoluitur ab hærede, non autem ab emptore, Paul. Fuſc. in ſing. 16. litera R. & eſt de mente D. Vincent. in d. deciſ nu. 4. Maur Burg. in tract. de laudem. par. 1. inſpe. 1. nu. 18. & inſpect. 6. nu. 12. & part. 2. inſpect. 1. D. Rouit. in pragm. 4. nu. 50. 91. de feud. & Thor. in compend. deciſ. fol. 451. & ſeq.

Remedium l. 2. C. de reſcind. vendit. competit, & datur læſo, etiam finita locatione, & conductione, ſecũndum Anton. Gamma in deciſ. 109. & in deciſ. 204. qui pluries ita iudicatum refert, & iterum in deciſ. 251. nu. 2. Viu. in opin. 1047. Gratian. libr. 1. diſcept. forenſ. cap. 185. col. 1. & Thor. in compend. deciſ. fol. 326. an remedium l. prædictæ competat, quando contractus in quo aderat læſio vltra dimidiam fuit geminatus, vide Dominum Vincentium de Franch. in deciſ. 243. vbi addo, & an competat contra tertium poſſeſſorem, vide eundem D. Vincent. in deciſ. 665. & Franciſc. Viu. in deciſ. 430.

Remedium l. fin. C. de edicto diui Adr. tollendo cõpetit ex teſtamento ſcripto heredi, dummodo teſtamentum non ſit abolitum, nec cancellatum, aut in aliqua parte vitiatum, vt ibi cõmuniter Docto. & teſtatur Michael Graſſ. in tract. de ſucceſſ. libr. 2. §. tranſmiſſio q. 13. fol. 97. poſt Viu. in deciſ. 407. nu. 13. & in opinione 353. par. 1. Molin. de primogenit. hiſp. libr. 3. cap. 13. nu 43. Gratian. libr. 2. diſcept. forenſ. cap. 268 quod quidem teſtamentum debet eſſe authenticum, & reaſſumptum in pergameno, ſeù in forma probante, & ſubſcriptum à Iudice ad contractus, & teſtibus ſaltim tribus, & alias dixi, iuxta conſtit. Regni, quæ habet etiam locum in teſtamentis, ſecundum Gloſ. & Doctor. ibi, & D. Rouit. in pragmat. 11. nu. 74. de feud. & in ſpecie hoc tenet Marc. Anton. Peregr. in tract. de fideicomm. artic. 48. num. 60. & eſt de mente Mangrell. ad Bart. in d. l. fin. & ita vidi practicari in M. C. V. & in Sacr. Conſil. poſt Molinam vbi ſupra nu. 4. ita vt non ſufficiat copia in bambacina, ſiuè exemplum manu eiuſdem Notarij exemplata, qui teſtamentum ſcripſit, ſecundum D. Rouit. vbi ſupra, qui refert ita deciſum, nec aliqua citatio requiritur, ſed ſummariè proceditur ſi poſſeſſio eſt vacans, ſecus ſi alius poſſidet, quia eſt citandus, ſecundum D. Regentem de Ponte in conſil. 20. nu 1. 2. & Peregrin. in loco ſupra citato nu. 18. & debet hæres ſcriptus agens dicto remedio docere ante omnia, ſe eſſe hæredem teſtatoris veluti per præamboli decretum, alias obtinere nõ poteſt in remedio, vt per D. de Ponte in d. conſil. nu. 22. & ita vidi obſeruari in d. M. C. & obſeruatur, An remedium d. l. habet locum in teſtamento nuncupatiuo coram ſeptem teſtibus factoſ, & rogatis, ſed non apparet inſtrumentum publicum dicti teſtamenti, vide omninò Annam Sen. in allegat. 90. An remedium d. l. locum habeat in feudis, ſcripſi late ſupra in concluſione feudum, & competit contra illum, qui poſſidet rem cum titulo, & poſſeſſionem acquiſitam poſt mortem defuncti, vt conſuluit Hyeron. Gabriel. in conſ. 46. in 1. dub. vol. 1. ſed non competit in bonis, quæ non erant teſtatoris tempore mortis ipſius, vt poſt Menoch. ſcribit Mart. in voto 202. nu. 1. & ibi multa ponit,

an

an remediũ d.l.cõpetat ab inteſtato, & dicendum eſt, quod non. ſecundum Doctor. ibi, & Cardin. Pariſ.in conſ.60 nu.1.vol.3 Fab.Turrett.in tract. de virtute, & effect. clauſulæ codicillar.q.120 nu. 6.7.Viu.in d.deciſ.407.nu.13 & Craſſ.in d.§.tranſmiſſio q.14. nu.1.ſol. 100. ſed competit officium Iudicis ad poſſeſſionem adipiſcendam, ſecundum Cardin. Pariſ. in conſil. ſupra citato, Plot. in l. ſi quando §.3 nu.46 ſol.27.C.vnde vi, Peregrin in deciſ.26. imò vtile remedium d.l.poteſt intentari à legatario pro re ſibi legata Iudicis officium implorando, ſecundum Guid. Pap.in deciſ.362.de quo meminit Thob. Nonius in conſ.19.n.19. vide multa in mater.d l. per Marc. Anton. Peregrin.in d.artic. 48. poſt Iacob. Menoch. quem allegat D. de Ponte in d. conſil. ſupra citato, & in conſil. 21. Craſſ.in d.§ tranſmiſſio q.14. cum pluribus ſeqq. & D.Conſiliarium Georg in alleg.12.ſub nu.27. 28.36.40.& ſeq.vbi exornat, & in allegatione 21. & quis dicatur legis contradictor in terminis d.l. fin.vide Doctores, quos addo ad D. Vincent.de Franch.in deciſ.204.

Remiſſoria quando pro examinandis teſtibus concedenda ſit in cauſa criminali, vide Iul. Clar. in §. fin.q 26. Camill.Borrell.in conſil.21. Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 250. vbi latiſſimè in addit.Carauit.in ritu 156. & 158. in primo notabili vbi ponit regulam cum fallentijs, & Foller.in conſtit.inquiſitiones ſol.167. & Gratian.lib.1.diſcept. forenſ.capit.199.

Remiſſio, ſiuè pax an poſſit fieri ab offenſo, vel ſi eſt mortuus à conſanguineis ipſius, quod offendens, & inquiſitus non accedat ad patriam, nec in ea habitet infra tantum tempus, vel in perpetuum ſit valida, atque attendi debet, Ancharan. in conſ.75.num.3. verſic. quantum ergo, & num. 4. reſpondet negatiuè, & duas refert rationes. Prima; quia priuare homines ſua Ciuitate non pertinet ad priuatas perſonas, ſed habẽtes merum Imperium l. non diſtinguemus §. deliberari ff. de arbitr. Secunda, quia pacta, quæ publicam vtilitatem non reſpiciunt ſunt inualida l. iuriſgentium §.ſi paciſcar ff.de pact.refert, & ſequitur, ac comprobat Franciſc. Viu. in opin.574.per totam part. 2. ſecundum nouiſſimam impreſſionem Aquilanam, vbi pluribus alijs authoritatibus, & rationibus hanc opinionem probat, & refert ita fuiſſe in Sacr.Conſil.deciſum, atque in Regiá Aprutina Audientia, & ſic ego de anno 1580. in penultimo anno ſtudij mei de menſe Aprilis vidi iudicatum in Regia Audientia Principatus Citra, & pariter deciſum in Sacr. Conſil. refert, in promiſſione, & pacto perpetuo Dominus, & bene eruditus D.Scipio Rouitus nunc Regius Conſiliarius nemini ſecundus in pragm.fin.in titul.de compoſit.& nouiſſimè Farinac.qui fuſius loquitur in 3.vol.q.107. num.262.cum ſeq.ſol.691. vbi multis modis ampliat, corroboratur concluſio iſta ex dictis per Carauit. in ritu 275. in 3.q. vbi ſi in inſtrumento remiſſionis inquiſitus, ſiuè accuſatus promiſit offenſo aliquid ratione expenſarũ, & intereſſe, aut per annum non accedere ad patriam, vel non tranſire per ante eius domos, ſi fuit facta compoſitio delicti, & offendens poſtea promiſſa non ſeruauit, nõ poterit offenſus iterum, & de nouo accuſare, quia per remiſſionem fuit extinctum ius accuſandi, & accuſatorem ab accuſatione deſtitiſſe ad text.quẽ dicit ipſe eſſe in terminis in l.quamuis, vbi Bald.& Salyc. C. ad Turpill. refert, & ſatis commendat Farinac.in tit.de inquiſit.quæſt.5.ante num.12. & per has doctrinas Carauit.& Farinac.obtinui in facto, & in terminis de anno 1602. prouiſiones deciſiuas á M.C.V. parte audita exiſtente tunc in eadem Iudice in criminalibus Domino Pomponio Saluo.nunc autem meritiſſimo Regio Conſiliario, cui voce prædictos allegaui, quibus accedit Baiard.ad Clar.in q.77.in fin. Vrſill.in deciſ. Aff. 350. num.5. ad finem, vbi ita iudicatum refert, & Thor. in compend. deciſ ſol.417. ſcribit tamen quo ad cõcluſionem principalem Octau. Vulpel. in tract. de pact. q. 55. quod condictio appoſita in remiſſione, vel pace breui tpe duratura non eſt per Principem aſpernenda, ne offenſus, qui alias pacem prædictam non feciſſet ad vindictam prouocetur, atque in foro honoris remiſſionem recipientem non poſſe ſe excuſari dum à promiſſione diſcedat, verum in deciſiuis non eſt recedendum à ſupradicta communi, & practicata opinione, quam etiam ipſe Vulpell. ſequitur in loco prædicto nu.1.& D.Maſtrill.in deciſ.38. & latè in tract. de indultu q.24.á num.34. cum ſeqq ſol.216.vbi omninò; an pars offenſa poſſit aliquid recipere ab offendente pro remiſſione facienda, dummodo non ſit exceſſiuum, vide Anton. Theſaur.in dec.21.col.2. & colligitur ex Carauit. in loco allegato, & D.Maſtrill in d.cap.24.nu.26.cum ſeq. & D.Vincent. de Franch. in deciſ.535.num.1. & D. Rouit. in pragm.fin.nu.15. de compoſit. & Gratian.libr.3.diſcept.forenſ.cap.518.verum compoſitio, ſiuè tranſactio, quæ idem ſunt l.accuſatur ff. ad Turpill. nõ poteſt fieri abſque partis remiſſione per ritũ M.C.V.272. vbi Carauit. & pragm.4. in titul.de compoſit. D.de Ponte de poteſtat. Proreg.ſol.25.& remiſſionis forma eſt, vt remittatur omnis iniuria, D.Rouit.in pragm.7.eod.tit.omnis dolus, culpa, vindicta, odium, rancor, damna, expenſæ, & intereſſe, D.Rouit.in d.pragm.fin.

Remiſſio mercedis debet fieri cenſuario, qui fructus percipere non potuit ob ſterilitatẽ, vel aliud impedimentum caſus fortuiti, ſecundum Viu.in deciſ.369.nu.10.vbi nihil allegat, quem cum alijs refert, & ſequitur D.Theſaur.Iun.in addit.ad dec. ſui genitoris 20. per dicta, ibi nu.4. & ſeq. vbi etiã allegat l.formam §.illam ff.de cenſib.& debet fieri pro tanto, quantum fuit damnum, veluti pro rata temporis iuxta text. in l.ſi fundus ff. loca. per quem, & alia iura, ſic tenet Bart. in l.ſi vno §.item cum quidam nu. 3 ff.locat. clarius Cotta in verb. conductor, verſic. 4. ſol. 125. in paruis, & dicit ita ter obtinuiſſe, & relato Cotta, ſic in terminis conſuluit Iacob.Menoch.in conſ 672.in 2. dubio vol.7. addo Soccin.Sen.in conſil.88.nu.4. in fine vol.1. & Surd.in tract.de aliment.tit.1.q.33.num. 33. & Marc.Anton.Eugen. in conſil.30. in fine, & conferunt ſcripta per Viu. in deciſ.264. nu.7.per l.ſi fundus in fin. ff. locat. ſupra citatam, vide in notabili caſu Bald. in conſil.395.nu.1.volum.2.& conſil.390. vol.5. Aym. conſil.232. & Vrſill.in deciſ.Aff.55. quid autem ſi fuit renunciatum ſterilitati, caſui fortuito, incogitato, & inſolito an remiſſio mercedis facienda ſit, Iacob.Menoch.in conſil.27. per totum reſpondit, remiſſionem prædictam

dictam faciendam eſſe, vbi num.37.ſcribit, quod huiuſmodi clauſulæ, & renunciationes videntur appoſitæ ex capite Notarij, non autem de partium voluntate, & nu.52. tenet iſtas renunciationes caſuum inſolitorum, & incogitatorum eſſe nullas, poſt Corn. Ripam, & Alciat. quos allegat, meminit Magon. in deciſ. Florent. 67. num. 18. in fin. & idem Menoch. proſequitur in conſ.55. nu. 11. eod. vol. & in d. conſil. 672 vbi remictit ſe ad d. conſiliũ 27. quibus accedunt Franciſc. Burſat. in conſil 81. nu.8.11. & 12. qui allegat plures deciſ. Rotales, & Magon. in d. deciſ. Florent. 67. vbi ſatis pulchrè loquitur, vide ad materiam Surd. in deciſ. vltima, & qualiter debet fieri renunciatio caſuum fortuitorum, vide Ancharan. Iun. in q 37. part. 3. vide omninò Pariſ in conſil. 105. nu. 12. cum ſeq. vol. 4. vbi de intellectu l. fiſtulas §. frumenta ff. de contrah. empt. an in renunciatione caſus fortuiti veniat caſus inſolitus, vide omninò Ar. Pinell. in l. 2. part. 1. cap. 3 num. 23. cum ſeq. C. de reſcind. vend. fol. 216. Vrſill. in deciſ. Afſl. 150. nu. 2. Anton Gabriel. in tit. de regul. iur. concluſ. 4. num. 17. & ſeq. Ioſeph. Ludouic. in ſuis opinion. concluſ. 12. verſ. ampliatur primo fol. 24 & quisnam dicatur caſus fortuitus, vide Vrſil in loc. alleg it. nu. 27. & Ioſeph. Ludouic. vbi ſupra fol. 25. Iacob. M nn h in dd. conſ. Anton. Gamma in deciſ. 349. an renunciatio caſus fortuiti valeat in iudicialibus & prætorijs ſtipulationibus, vide Marc. Anton Natt in conſ. 153. nu. 11. & Ant. Gamma in d. deciſ. 349. hinc quando quis promictit, & teneri vult de caſu fortuito, intelligitur de ſolito, & ita de anno 1573. fuit deciſum in Sacr. Conſil. refert D. de Boctis ad Bart. in l. ſed, & ſi quis §. quæſitum ff. ſi quis cautio. per doctrin. eiuſdem Bart. ibi ante nu. 4. & Thor. in compend. deciſ. fol. 462. & ſeq. & vide in materia iſtius concluſionis Mart. in voto 1. vbi eleganter loquitur, & benè Gratian. libr. 1. diſcept. forenſ. cap. 195. & libr 3 cap. 557. à nu. 63. cum ſeqq. vbi videndum eſt, & remiſſio mercedis quando fieri non debet, vide Vrſill. ad Afſl. in deciſ. 258.

Renunciatio, quam facit filia patri, vel ſoror fratri, dum nuptui traditur eſt ſtricti iuris, & odioſa, quę non porrigitur, nec extenditur vltra contenta in ea, vt poſt Decium pluribus conſilijs ſcribit Cagnol. in l. fin. nu. 165. C. de pactis, Aym. Crauet. in conſil 42. nu. 2. conſil. 242. & 251. vtrobique col. fi. Gabriel. in conſ. 60. nu. 6. vol. 1. Marc. Anton Eug. in conſil. 13. nu. 39 & conſil. 88. nu. 82. & ſeq. Viu. latè in deciſ. 225. nu. 53. & deciſ. 319 nu. 19. & ibi de materia Surd. in dec. 2. nu. 16. & omninò Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 1262. poſt Cardin Pariſ. in conſil. 7. nu. 73. vol. 2. vbi nu. 71. ſcribit, quod non debet extendi ad ius de nouo renuncianti ſuperueniens, Surd. in deciſ. 289. nu. 13. & Thor. in compend. deciſ. fol. 469. poſt Viuium quem allegat, hinc ſi ſoror renunciauit fratribus cum pacto, vt in caſu mortis fratruum abſque hæredibus liceat ſibi reddire ad bona ſua, mortuo vno ex fratribus ſine filijs poſſet portionem, ſeù ratam in illius hæreditate prætēdere de iure, vide Theſaur. in deciſ. 189. & Coſta de port. rati q. 166. & quid ſi ſoror renunciauit fratri in forma cum pacto, quod ipſo decedente ſine hærede, tàm maſculini, quàm fœminini ſexus renunciatio prædicta ſit nulla, & ſibi non præiudicet, ſi frater fecit teſtamentum inſtituto extraneo hærede, Iacob. Menoch. in conſil. 562. in 1. dubio conſuluit pro opinione negatiua, vt eſt videre apud eum, infertur etiam, quod renunciatio interpetrari debet, vt minus noceat renuncianti, ſecundum Surd. in d. dec. 2. nu. 16. poſt Gratum, & Becc. quos allegat, & pariter renuncians non poteſt ad ius renunciatum habere regreſſum, Afſl. in deciſ. 220. in fin. allegat text. in l. item quæritur § ſi venditor ff. de ędil. edicto Card. Pariſ. in conſil. 26. in principio, & in conſil. 69. nu. 20. vol. 3. Roland. in conſil. 26. num. 37. vol. 3. conſil. 28. nu. 41. conſil. 52 nu 24. & conſ. 100. nu. 24. vol. 4. Cacher. in deciſ. 144. num. 6. D. Vinc. de Franch. in deciſ. 119. nu. . & deciſ. 239. nu. 4. Surd. in deciſ. 51. nu. 11. & Dec. conſ. 106. nu. 19. & vide multa apud Viuium in deciſ. 316. hinc renunciatio ad finem excludendi renunciantem quando dicatur realis, vel perſonalis, vide omninò D. Vincent. de Franch. in dec. 375. nu. . vbi addo alios poſt Paul. Fuſc. in ſing. 24. litera R. Paſchal. de virib. patr. poteſt part. 3. cap. 7. nu. 48. 57. item infertur, quod ſi filia renunciauit patri, vel fratribus bonis maternis, quæ nihil de bonis p̄dictis maternis habuit, vel pro minimo dato dictā renūciationem fecit, aut eam ſine cauſa fecit dicta renunciatio ipſi renuncianti non nocet, ſecundum Dec. in conſil 379 nu. . de quo memini, & ſequitur Vrſill. ad Afſl. in deciſ. 161. nu 6. & in deciſ. 179. nu. 4. & deciſ. 185. nu. 10. in fin. addo videndum in notabili caſu Marc. Anton. Eugen. in conſil. 12. in 1. dubio, & in materia vide Anna in alleg 88. & Anton Gamma in deciſ. 155. & Paul. Fuſc. in ſing. 19. litera R. Theſaur. Iun. in q. 76. part. 4 an renunciatio generaliſſima comprehendat ius futurum, Anna in ſingul 439. fol. 296. poſt infinitos Doctores, quos allegat, & ſequitur, tenet, quod non, etiam ſi eſſet dictum cum omnibus iuribus, quę habere ſperat, vt ibi, quia de iure futuro cogitare non potuit, Boer. in deciſ. 147. nu. 13. maximè, quia illi iuri de futuro nō poteſt renunciari, ſecundum gloſ. in l. 1. C. de pactis, & Surd. qui concordantes citat in deciſ. 317. nu. 11. 12. niſi renuncians expreſsè dixiſſet, etiam quod habeo ex cauſa de futuro, vt per Boer. in loco, & nu. citato, vel eſſet dictum, quod habere ſperat, vel poterat quouis modo, Anchar. Iun. in q. 44. nu. 23. & 24. part. 3. neque iuramentū operatur, vt renunciatum intelligatur iuri de futuro, niſi de iure prædicto facta eſſet expreſſa mentio, ſecundum eundem Anchar. Iun. in q. 8. in fin. par. 2. vide ad prædicta omninò Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 1264. vol 3. & Magon. in deciſ. Lucæ 7. nu. 42. 43. cum apoſtill. ibi, & Coſta in d. q. 166. & Intrigliol. in deciſ. 28. & Ancharan. Iun. in q. 19 par. 3. an renunciatio generalis verbis ampliſſimis facta comprehendat ne dum ſpecificata, verum etiam extēdatur ad incogitata, & incognita, eſto, quod ſit firmata iuramento cum renunciatione omni legū auxilio, vide omninò Ludouic. Peguer. in deciſ. 146. vbi negatiuè tenet, quia renunciatio eſt ſtricti iuris, & alijs rationibus hoc firmat, vt ibi, an text. in cap. quamuis de pact. in ſexto, habeat locum in renunciatione facta per mulierem 25. annorum de iure communi, & 18. annorum de iure Regni, vide omninò Franciſc. Burſat. in conſil. 75. ſub nu. 1. vbi diſtinguit, verum renunciatio facta per filiam patri, ſeu ſororem

fratri

fratri, nitelligitur in fauorem omnium fratruum vtrinque coniunctorum, & conſanguineorum, vt colligitur ex Loffredo in conſil. 32. nu. . quem cum alijs refert Anna Sen. in conſil. 440. vide tamen Campan. in cap. Regni 165. nu. 56. qui aliter tenet, & diſtinguit, hinc ſi ſoror renūciauit fratribus cum pacto, quod in caſu mortis ipſorum abſque hærede, liceat ſibi reddire ad bona, an mortuo vno ex fratribus ſine filijs poſſit ratam in illius hæredi ate prætendere, vide Theſaur. in deciſ. 189. & Coſta de port. rati q. 166. & quid ſi ſoror renūciat fratri in forma cum pacto, quod ipſo decedente ſine herede, tàm maſculini, quàm feminini ſexus renunciatio prædicta ſit nulla, & ſibi non præiudicet, ſi frater fecit teſtamentum, & inſtituit hæredem extraneum, vide Menoch. in conſil. 562. in 1. dubio.

Re empta de pecunia mea etiam non nomine meo competit mihi in ſubſidium vtilis actio ad illam rem l. mater, vbi Bald nu 15. & Paul. de Caſtro nu. 9. C. de rei vendicatio. Roman. in ſingul. 612. Vrſill. ad Affl. in deciſ. 336. nu. 2. vbi infert ad rem emptam ex pecunia dotali, quod in ſubſidium dicatur dotalis, Farinac in deciſ. 886. in fin. omninò D. Maſtrill. in deciſ. 36. nu. 2. 3. 4. Mart. in voto 127. nu 5. D. Lanar. in conſil. 26. nu 13. & 17. Molina de primogenit. hiſpan. libr. 4. cap. 5. & Giurb. in dec. 111. n 1. 15. 16. declara vt per Roman. in conſ. 201. nu 1. videatur Rip. in l. ex Senatuſconſulto nu. 21. ff. in quib. cauſ. pign. vel hypo. & Tiraquell. de retr. conſang. 6. 32. gloſ. 1. Maranta in ſuis ſing. in verb. res empta fol. 90. & Alphan. Peruſ in collect. 1000. hinc Bald. ſcribit in l. ex pecunia num. 3. verſic. item regula prædicta C. de iure dot. quod ſi mulier de cuius pecunia empta fuit domus, vel fundus eſt minor, ſiuore minoris ætatis domus, vel fundus efficitur dotalis, item ſi ex pecunia dotali emitur fundus, & maritus eſt effectus non ſoluendo ſimiliter efficitur dotalis, ſecundum Bald. in d. loco, & nu. verſic. item fallit, ſi vir, refert, & ſequitur Marcell Calà de modo articul. nu. 967. & ſeq. fol . 189. & res dotalis permutata cum alia re an efficiatur dotalis, vide Affl. in d. dec. 336 vbi, quod ſic, maximè ſi fundus datus in excābium ſit pretioſior, & vtilior mulieri, vt ibi num. 3. & clarius Maranta in tract. de multiplici alienatione nu. 43. Morot. in conſil. 41. in principio, & vide eundem in conſil. 20. à nu. 6. cum ſeq. & eſt text. in l. ſi ita conſtante §. fin. ff. de iur. dot. ſed hodie in hac permutatione facienda, eſto quod ſit vtilior, vt ſupra requiritur licentia Regia, vide ſi conſerunt ſcripta ſupra in concluſione pretium peruentum, & ad principalem concluſionem vide Morot. in conſil. 54. num. 1. Ioann. Gutter. pract. qq. libr. 2. q. 117. & Menoch in conſil. 217. poſt Ludouic. Molin. de primogenit. hiſpan libr. 4. cap. 5. & Giurb. in dec. 111. num. 15. 16. Honded. conſil. 14. col. pen. vol. 1. conſil. 19. vol. 2. & Nonium conſil. 28. col. fin.

Res inter alios acta non nocet, nec alij præiudicat toto tit. C. res inter alios acta, D. Vinc. de Franch. in deciſ. 345. num. 1. vbi addo, & vltra Marc. Anton. Natt in conſil. 94. nu. 7. quia ſolum præſumptionem facit gloſ. in l. ſi duo patroni in principio ff. de iureiurand. Maſcard. qui concordantes citat in tract. de probat. concluſ. 1267. col. 1. vol. 3. quem audidi ad D. Vincent. vbi ſupra, & vide ad intelligentiam iſtius concluſionis Rotam Lucæ in dec. 28. col. pen. verſic. nec obſtat fol. 128. in nouis.

Res prohibita alienari, vel obligari non venit in vniuerſali, vel generali obligatione, vt inquit Bart. in l. codicillis §. inſtituto ff. de leg. & Alex. qui ita reſpondit in conſil. 168. nu. 6. vol. 1. ſequitur Dec. in conſil. 422. nu. 7. conſil. 645. num. 9. Neguſant. in tract. de pignorib. part. 2. nu. 2. nu. 29. Marſil. in ſingul. 314. verſic. item ad prædicta, & Gutter. in tract. pract. qq. libr. 2. cap. 115. & pro opinione Alex. in d. conſil. in pulchro caſu iudicatum refert Anton. Theſaur. in deciſ. 193. accedit prædictis Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 1236. num. 108. vol. 3. Surd. in deciſ. 292. nu. 19. Maranta in in tract. de multipl. alien. nu. 64. vbi loquitur de marito prohibito alienari rem dotalem, & iterum nu. 300. poſt Alex. in conſil. 16. num. 4. vol. 2. addo eundem Alex. in conſ. 10. nu. 5 vol. 7. & Tiraquell. in tract. delle morte part. 4. declaratione 5. fol. 65. à tergo in paruis.

Reſtitutio in integrum licet debeat peti, & pariter terminari infra quadriennium poſt perfectam ætatem per l. fin. vbi Doctor. C. de tempor. in integr. reſtitutio. quæ etiam maioribus competit, & datur, vt ibi, quod tempus à principio eſt vtile, ſed continuum in proſecutione, Villalob. in ſuis opin. litera A. nu. 3. & ſeq. fol. 3. in paruis, Ioſeph Ludou. in deciſ. Lucæ 52. nu. 16. Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 1276. nu. 1. vol. 3. & ſatis pulchre Iacob. Menoch. in tract. de praſumpt. libr. 1. cap. 71. nu. 1. & D. Fab. Anna in conſil. 29 & iſtud tempus eſt vniforme Affl. in deciſ. 175. nu. 5. & latè Surd. in deciſ. 136. nu. 2. vide tamen Odd. Sfort. in tract. de reſtitut. in integr. part. 1. q. 19. artic. 4. à num. 34. com ſeqq. fol 159. adeo quod ſi reſtitutio in integrum elapſo quadriennio fuerit conceſſa erit nulla, ſecundum Maſcard. in loco ſupra allegato, tamen non currit, niſi à die ſcientiæ, etiam ſi eſſent decorſi centum anni, ſecundum Alex. in conſ. 71 nu. 7. vol. 1. conſil. 89. nu. 10. conſil. 169. nu. 16. vol. 2. conſil. 81. col. fin. & conſil. 116. nu. 3. vol. 5. Plot. in l. ſi quando §. 15. in fin. C. vnde vi, Cotta in verb. tempus quadriennij fol. 673. in paruis, Caualcan. de tutor. & curator. nu. 142. verſic. adeo fol. 86. Ioſeph. Ludouic. in d. deciſ. 52. num. 17. 18. Maxill. in conſuetud. Bari fol 301. num. 3. in nouis, Honded. in conſil. 83. num. 67. vbi etiam declarat volum. 1. & conſil. 80. colum. final. volum. 2. Viu. in deciſ. 233. num. 9. Rota Auenion. in deciſ. 97. nu. 3. in fin. Theſaur. in deciſ. 133. num. 4. poſt Iacob. Menoch. in d. capit. 71. num. 2. vbi in fine recenſet Doctores, qui contrarium tenent, vide etiam Rotam Lucent. in deciſ. 33. verſic. non obſtat fol. 43. in nouis, & latiſſimè omnium Sfort. Odd. in d. tract. par. 1. q. 20. artic. 4. qui per integram columnam, Doctores hanc opinionem tenentes refert, & in fine 1. col. d. artic. dicit, quod temerarium eſſet velle in iudicando, & conſulendo actentare & bona ratione confirmat, & à num. 38. cum ſeq. multifariā limitat, quæ reſtitutio ex capite ignorantiæ, & ex clauſula generali ſi qua mihi &c. cōpetit tàm minoribus, quàm maioribus, Alex. in d. conſil. 71. vol. 1. & latè Magon. in deciſ. Lucæ 77. nu. 13. Vio. in opin. 690 part. 2. Cacher. in deciſ. 69. nu. 16. & Theſaur. in d. deciſ. 134. nu 2. etiam elapſo quadriennio, ſecundum Theſaur. in d. dec. 133.

vbi

Digitized by Google

vbi ita iudicatum refert, quæ reſtitutio ex capite ignorantiæ, vt poſſit concedi debet in actis allegari, Honded. vbi ſupra nu.68.item cōceditur etiam elapſo quadriennio ex rationabili cauſa, puta ex cauſa enormiſſimæ læſionis, vt conſuluit Roman. in conſil. 123 nu.5. vbi Mandoſ. litera M.ſequitur Suarez in ſuis opinion litera R.nu.80. Sfort.Odd. in d.q.19.artic.7.conuenit Mart.in voto 25.nu.16. 21. vide Giurb. in deciſ.106.nu.9. læſioque prædicta debet ex actis fundari,& ſit talis, vt non requirat altiorem indaginem, D. Rouit. in pragmat. 1. nu.25.de minor. & in pulchro caſu Theſaur. Iun. in q.49.part.4. & in notabili caſu Afflict. in conſt. quadragenalem col.fin.an autem huiuſmodi reſtitutio debeat concedi aduerſus præſcriptionem quadraginta annorum ex capite ignorantiæ, Affl. in deciſ. 37. & 329. poſt longam diſcuſſionem refert per Sacr. Conſil. deciſum pro opinione affirmatiua,ſequitur Petr.de Beninte nd. in deciſ.69. & 71.Magon.in d.dec.Lucæ 77.nu.13. vbi de magis communi opinione teſtatur Maxilla in conſuet. Bari fol.138.nu.9.Mandoſ.in d.conſil.Roman.litera N. qui ſimiliter de magis communi teſtatur, & ita iudicatum per Rotam, de quo meminit Franc. Burſat.in conſil.26.nu.34.& ſecundum iſtam opinionem latiſſime conſuluit Roland. à Valle conſ. 68.vol.3 & alij multi ſequūtur, quos refert Theſ. in d.deciſ.134.nu.3. & Honded. in d.conſil.83.nu. 19.20.66.& Thor.in compend.dec.fol.480.Pinell. autem in auth.niſi triennale nu.58.C.de bon.matern. poſt infinitos Doctores, quos allegat tenet hanc reſtitutionem nō dari aduerſus dictam præſcriptionem 40. annorum, & alij infiniti ſequuntur,quos citat,& ſequitur Theſaur.in d.deciſ.134. nu.5.& ſeq.vbi ſecundum opinionem iſtam negatiuam in fin. refert per Senatum iudicatum, & latiſſimè Surd.in dec.4. & ſeq. & pariter ſic de anno 1573. iudicatum refert, Viu. in opinione 632. poſt nu.6.verſic.in contrarium, vide Rotam Lucæ in deciſ.81.col.2.in nouis, ſed primam opinionem affirmatiuam dicit magis communem Anna Iun. poſt Rimmald.in addit.ad ſing.452.ſui genitoris, & Viu. in d. opinione 632. Henric. in ſuis comm. opinion.concluſ.37.libr.1.ſol.8.in paruis,& Honded,vbi ſupra, & Sfort.Odd.in alleg.tract.part.2. q.90.artic.5.à nu.17.cum ſeq.poſt innumeros pro vtraque parte relatos inquit hāc opinionem affirmatiuam frequentius moderniores amplecti, & in praxi à Iudicibus ſeruari, & illam tenentes numero plures eſſe illorum,qui cōtrarium ſectātur, & pro hac opininne nouiſſimè iudicatum refert in Senatu Pedemontan. D.Theſaur.Iun. in addit. ad dictam deciſ.134. ſui genitoris, & ſequitur D. de Ponte in conſil. 48. nu.6. & vide etiam D.Fab. Annam in conſil.68. à nu. 14. & Honded. in loco ſupra citato,poſt Roman.in conſ.123.417.& 477. in fin. item reſtitutio in integrum datur, & competit poſt quadriennium ob mutationem prælatorum in Eccleſia, Sfort.Odd. in d.q.19.artic.9.à nu. 77.cum ſeq. & D.Fab.Anna in conſil.113. nu.46. addo Robert.Marant.in tract.Iudic.par.6.in verb. appellatio verſic. reſtitutio num. . Honded.in d. conſil.80. col.fin. competit etiam vniuerſitati aduerſus ſententiam tranſactam in rem iudicatam, ſecundum Afflict.in d.deciſ.175. etiam ſi vniuerſitas eſſet parua, puta triginta focul ariorum, Affl. in prælud. conſt. q.5. in fine, & Maranta vbi ſupra nu. 97. ad finem,conferunt ſcripta per Oddum in ſæpius citato tractat part.1.q 3.artic.9. cum ſeqq. quæ reſtitutio plenius prouidet minori læſo quàm lex,2. C. de reſcind. vend. vt poſt Didac. Couarr. quem ſumme laudat, & extollit, & merito tenet Anton.Gamma in deciſ.212. & poteſt pluries peti Magon.in deciſ.Lucæ 68.nu.15.16.24.cui autem competit onus probandi tempus quadriennij ad petendum reſtitutionem in integrum non eſſe decurſum,vide omninò Maſcard.in d.concluſione 1276.ad quem ſe remictit Theſaur.in d.deciſ.133. in fine, & ex quibus cauſis denegari debet, vide Surd.in d.deciſ.4. Rota Lucæ in deciſ.81.in nouis, & omnium latiſſimè Odd. in ſepius alleg. tractat. part.1.q.15.cum ſeqq.vſque ad 21. vbi refert cauſas ex quibus reſtitutio in integrum petita concedi non debet, an retrotrahatur in præiudicium aliorum,vide Coſta in tract.de retrotract.ſol.133. à nu. 1. & an detur aduerſus ſententiam tranſactā in rem iudicatam, & num impediat ipſius exequutionem, & quando vide D. Vincentium de Franch. in deciſ.86.nu.8. vbi addo. & Odd.Sfort. in d.tract.part.1.q.43.& nouiſſimè Mart. in voto 1.nu.1.voto 61.ad fin. & in voto 147. nu.4. Thor. in d.compend.fol.480. & Honded. in conſ.27.vol. 2.an reſtitutio in integrum competat ad appellandum,vide eundem Mart.in voto 100.& an competat mulieri aduerſus lapſum fatalium,vide D.Vincent.de Franch.in deciſ.284. vbi addo D.Rouit.in pragm.1. nu.29. de appell. & ad ornatum l.fin. in principio huius concluſionis allegatæ vide Tiraq. de retr.conſang.§.35.gloſ.2.num.16. D.Fab.Ann. in d.conſil.29.nu.21. poſt Affl. in conſt.minorum iura nu.2.4. D.Vincent.de Franch. in dec.650.D. Geurg.in allegat.16. & Mar Giurba in d.dec.106. col.1.D.Rouit.in d.pragm.1. & Thor.in d.comp. ful.439.470.& ſeq. an Iudex delegatus poſſit hanc reſtitutionē concedere,vide Honded. in d.conſ.27.

Reus, qui onus probandi ſuſcepit non amictit prærogatiuam regulæ l. qui accuſare C. de edendo, vt ſcribit Magon.in deciſ.Florent.81.nu.2. & omninò in deciſ. Lucæ 11. num.13. & Verall. in deciſ. 11. part. .

Rex ſolus poteſt dare licentiam exuli condemnato redeundi ad Ciuitatem,quando in exilium perpetuum condemnatus eſt,ſecus ſi ad tempus, quia etiam inferior talem licentiam concedere poteſt, ſecundum Campan. poſt Bald. quem allegat in cap.Regni 82.nu.15. vide tamen text. in l.relegati in fin.ff.de pæn. qui videtur dicere contrarium, & eundem Nigrum Campan.in cap. Regni 221.nu. 42.& in cap.252.num.52.in quibus locis tenet ſolum Principem relegatis, ſeù in exilium miſſis poſſe dare licentiam redeundi,accedit Afflict.in conſtit.cordi nobis ante nu.9. & Farinac.poſt Carauitam, quem citat in tit. de inquiſit.quæſt.5.nu. 9.in fin.an inferior Iudex, qui merum,& mixtum Imperium habet,poſſit bānitum aſſecurare, & illi abolitionem, ſeù ſaluumconductū concedere,vide Affl. vbi ſupra nu 8.per illum text. & D.Vincent.de Franch.in dec.370.nu.4.vbi addo, & Rex ſolum facit gratiam condemnatis lata ſententia, & non Baro, Anna in ſingul.458. Carauita in ritu 272.nu.11.videatur D.Vincent. in d.dec.370. Farinac. in tit. de inquiſit.q.6.nu.10. & in tit.de car-

ceribus

ccribus, & carcer.q.29.nu.80. & Iacob.Sbrozz.de offic.Vicar.libr.2.q.155.

Rex donans feudum alicui vaſſallo ex cauſa ſeruitiorum, ſi ab alio euincitur, Fiſcus Regius de euictione non tenetur, quia ad ſeruitia vaſſallus prædictus, cui donatio fuit facta ex neceſſitate officij, & obligationis tenebatur Vrſill.ad Affl.in deciſ.307. ante nu.9. Anton. Gamma in deciſ.29. poſt num. 1.verſic.neque ſeruitia, Aym. in conſil.93.nu.11. & ſeq. & ita alias fuit in fauorem Fiſci deciſum contra Illuſtr.Ducem Sueſſę, refert D.de Ponte in quibuſdam allegationibus ad pennam in fauorem Illuſtr Principis Squillacij contra Illuſtr.Ducem Summæ, vide tamen Mangrell. ad Bart.in l. Aquilius ff.de donat. an ſaltim teneatur ad pretiũ, vide Camill.Borrell.ad Bellug. in ſpeculo Princip. fol.28. litera P. in nouis, vbi opinionem affirmatiuam tenet, & vide ſi conferunt ſcripta ſupra in concluſione euictio la grande.

Rex poteſt facere caſtrum feudale non feudale, Luc. de Penn.in l.poſſeſſores col.1.verſic.item nota C. de fund.patrim.libr.11. allegat Iſern.in §.præterea ducatus de prohib.feud.alien. per Federic. quid ſi conceſſit Caſtrum in feudum alicui aſſerens ad ſe rationabiliter deuolutum, deinde illud idem caſtrum alteri donat, eumque inueſtiuit, quis ipſorũ erit potior, vide eundem Lucam de Penna omninò in l.prædia in princ.C. de locat.præd.ciuil.libr. 11.vbi per octo columnas diſputat ad partes, & in 3.col.verſic.nono, multa refert in materia l.quoties C.de rei vendic.hinc etiam poteſt inferri, quod ſi Rex concedat terram, in qua eſt feudum ſibi apertum, cenſetur, & ipſum feudum concedere, ſecũdum Affl.in conſt.feù in prælud.conſt.Regn. q.25.nu.3. verum feudum ad Regem deuolutum non poteſt dici amplius feudum, quia eſt quędam ſeruitus, adeo quod ipſi vti Domino ſeruitus non debetur idem Affl.in d.q.nu.6.& D.Georg.in alleg. . . . niſi alicui per Regem cõcedatur, vt p Affl. ibi, an Rex poſſit eſſe feudatarius alterius Regis, vide Paul.Fuſc.in ſing.59.litera R. an ſtetur dicto Regis, & ei credatur ſi dicat ſuum Baronem eſſe ſibi infidelem, & proditorem, vide Iſern. in capit. ſancimus lo ſecundo ante nu.4. quo tempore miles Socc.Sen.in cõſ.87.vol.3.Gramm.in deciſ.19. Campan.in cap.Regni 15.nu. .Paul.Fuſc.remiſſiuè in ſingul. 52. litera R. Ioſeph.Luduic. in ſuis commun.opinion.concluſ.14.fol.28.Decian.benè in conſil.75.in 1.dubio vol.2.& Maſcard.in tract. de probat.concluſ. .latiſſimè Alex.Trentacinq. in conſil.1.num.3.vol.1.poſt Crauett.in conſil.48. nu.1.& 248.& vide Alex.Raudenſ. de analog.cap. 34.nu.94 100.& ſeq.& nu.112.

Rex debet habere notitiam virorum bonæ opinionis, maximè literatorum, vt benè ipſius Regnum regatur, ſecundum Affl.in conſt cordi nobis nu.3. per illum text. & an poſſit ſuo Iudici mandare, vt ſic pronunciet Affl.ibi nu.14. poſt Bald. quem allegat tenet quod ſic, ſequitur Campan.in cap. Regni 35. nu.10. addo Marc.Anton. Natta in conſil. 625 qui in pulchro caſu reſpondit, & vide Grammat.in voto 32.

Rixantibus duobus, ſi vnus in fine rixæ reperiatur vulneratus præſumitur à corrixante vulneratus, ſecundum Foller. in verb.Iudex capiat informat. num.35. Mageu. in deciſ.Lucæ 39. nu.11. Vulp. in conſil.125.nu.3. Baiard. ad Clar. in q.66.nu.21. Farinac.in tit.de indic.& tortur.q.37.nu.50. & vide in nu.ſeq. & in 3.vol. q.107.nu.456. vbi nu.ſeq. declarat, & quis dicatur rixæ author. vide Marſil. in ſing.403. & eundem Farinac. in d.3.vol.q 96. á nu.63.cum ſeqq.fol.270. qui infinitos Doctores antiquos, & modern.allegat; eſt benè verum, quod in rixa aliquis potius caſu fortuito, quam ex propoſito interueniſſe præſumitur, vt per Iacob. Menoch.in tract.de arbitr.Iudic.caſu 349.nu.6.& caſu ſeq.nu.3.& Maſcard.in tract. de probat. concl. 1283. vol.3. & dixi ſupra in concluſ. auxilium, & rixa dicitur quando nullus adfuit tractatus, nec præambolum prępoſitum, vt per Maſcard. vbi ſupra, & vide Petr.Caball. in caſu 192. ſecus in inſultu dicitur motus corporis de loco ad locum cum impetu, Bald.in conſil.287.nu.2.vol.3.

Rubrica, quæ orationem perfectam habet poteſt in deciſione cauſarum allegari, & probat. vt notant gloſ. & cæteri Doctores in l.1.vbi D. meus Alph. nu.37.ff.ſi cert. petat. latiſſimè Maſcard. in tract. de probat. concluſ.1284. nu.1. vol.3. vbi concluſionem iſtam extendit ad rubricas ſtatutorum, & ita communiter receptum teſtatur, & multa ponit Viuius in opinion.745.part.2.rubricam autem habẽtem orationem perfectam exiſtimant, Bald. in rubr. C. an ſeru. exter. Alex. & alij in d. l. 1. & Felyn. in rubr. vt lite non conteſt. quos D. meus refert in loco, & nu.citato eam eſſe, quæ incipit à dictione, vt, C. vt nemo inuitus, vel á dictione ne C. ne fideiuſſ. dotium dentur C. ne liceat tertio prouoca, licet dicat ipſe, quod non poteſt quid certum ſtatui, & vide in materia huius concluſionis D. Maſtrill. in deciſ.66. & Euerard. in loco à rubro fol.561. & ſeq.

## S

SAcerdos operas ſuas pro ſeruiendo Eccleſiæ, vel cappellæ licitè locare poteſt, ſecundum Luc. de Penn.in l.2.col.fin.C.de proxim. ſacrorum ſcrin. libr. 12. allegat text.in cap.ſignificatum de præbend. vbi aliqui Doctores ſcribunt teſtatorem poſſe relinquere, quod eius hæres det omni anno ducatos decem Presbyteris talis Eccleſiæ pro Miſſis celebrandis, & hos ſequitur Ripa in l.nemo poteſt num.125.ff. de legat. 1. dummodò Presbyteri, ſeù Sacerdotes ad tale onus celebrandi non obligentur, quia ceſſante pacto ex parte teſtatoris nõ ſubeſt ſimonia, nàm nihil Sacerdotibus dat, ſed onus trãsfert cum re ſua in Eccleſia, vt ibi nu.126. licet in d.nu.125. referat Doctores, & rationes ipſorum, qui contrarium tenent, videlicet relictum non valere, tanquam ſimoniam ſapiens, & ſequi videtur Mangr. ad Bart. in l. turpia ff.de legat. 1. vbi etiam infert ad legatum ſactum monialibus talis monaſterij, vt recipiant in eo talem monialem, quod non valeat, allegat Campeg. in tractat. de dote q.42. ego autem ſequor primam opinionem à Rip. relatam valere nempè relictum factum Eccleſiæ pro Miſſis celebrandis per rationes, quas ipſe refert in d. nu.126. quæ confirmari poteſt ex Capycio in dec. 23.nu.2.4.& ita poſt hæc ſcripta reperi iudicaſſe Senat.

Digitized by Google

Senat. Pedemont. vt refert Theſaur. Iun. in quæſt. 86. libr. 1.

Salarium Aduocato datur pro honore, non autem pro labore, ſecundum Bart. in l. 1. §. diuus nu. 5. ff. de var. & extraord. cognit. de quo meminit Surd. in deciſ. 219 num. 5. Gratian libr. 1. diſcept. forenſ. cap. 56. col. 1. vbi declarat, & licet in prouerbijs dicatur noli vendere ſapientiam, tamen non gratis, ſed ſalario conſtituto, vt notatur in l. 1. §. prætor ait ff. de poſtul. latiſſimè Luc. de Penn. in l. 2. col. 3. C. de proxim. ſacr. ſcrin. libr. 12. vbi etiam in fine dictę col. dicit, quod ſalarium Conſultori, ſeù Doctori debet ſolui antequam conſilium præbeat allegat in argumentum l. fin. C. de erogat. milit. annon. eod. libro, ſalariumque Aduocati in cauſis ciuilibus non poteſt excedere centum aureos d. l. 1. §. penult. ff. de var. & extraord. cognit. ſecus in cauſis capitalibus, & vbi de infamia agitur, quia tunc Aduocatus poteſt petere vl racētum aureos, Viu. in opin. 28 col. 1. part. 1. vbi Bart. Tiraquell. Ioann. de Amic. & alios allegat, ſequitur Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. caſ. 512. nu. 17. & fuſius in caſ. ſeq. nu. 3. 4. vbi meminit de Ioanne de Amic. Viu. & alijs, qui nu. 5. ſcribit, quod promictens in cauſis ciuilibus ſuo iuramento vltra ſummam centum aureorum tenetur, atque ſuam promiſſionem obſeruare debet, allegat Guid. Pap. in deciſ. 190. col. fin. vbi ſic tenet, & vbi Aduocato non eſt promiſſum, ſeú conſtitutum, nihilominus eſt ei præſtandum Iudicis officio d. l. 1. §. in honorarijs, & Iacob. Menoch. in d. caſ. 513. nu. 6. vbi infinitos ad id citat, adde videndum Thor. in compend. deciſ. fol. 509. & ſeq. & debetur etiam cauſa finita per concordiam, Gratian. in d. libr. 1. cap. 5. nu. 16. pro quo poteſt agi exequutiuè, idem Gratian. in d. cap. 56. nu. 7. in fin. quantum autem ſalarium debeat conſtitui ſeruitori, vel famulo, qui operas ſuas locare conſueuit, vide Iaſ. in l. in ſumma §. frumento nu. 2. ff. de condit. indeb. & Iacob. Menoch. in d. caſu 512. in fine, vbi multa ſcribit de ſalario Tutoris, Curatoris, Procuratoris, & aliorum, Iudicíſque arbitrio debet relinqui, quod ſalarium debet conſtitui famulo ſolito operas ſuas locare, tamen ſi Dominus ſimpliciter accepit famulum nullo ſalario conſtituto, ad veſtiendum tantum tenetur, ſecundum Alex. in l. pen. §. ſeruus ff. ſolut. matrim. in fine, & conſuluit Marc. Anton. Natta in conſil. 376 nu. 4. quia ſalarium non conuentum non debetur d. l. 1. cum alijs allegatis per Mart. in voto 99. num. . Seraphin. in deciſ. 65. & in deciſ. 74. qui loquitur in famulis, & alijs vilibus perſonis, quæ ſæpenumero pro expenſis, & ſine ſalario inſeruiunt, Farinac. in deciſ. 124. & 126. imó ſi ſalarium ei eſſet promiſſum incertum, non poſſet famulus petere taxari, vt ibi nu. 2. niſi famulus eſſet ſolitus, & conſuetus operas ſuas locare, & Dominus conducere, vt ibi per Mart. ſed contra opinionem Alex. & Nattæ iudicauit Rot. Genuæ in deciſ. 115. quia mercennarius eſt dignus mercede ſua, nam labor non debet eſſe ſine mercede, vt ibi poſt Soccin. quem allegat in cóſ. 196. in fin. vol. 2. Menoch. in conſil. 570. maximè num. 9. Coſta in tractat. de port. rati quæſt. 13. num. 1. Mangrell. ad Bart. in d. l. in ſumma, vbi etiam allegat Alex. in conſil. 109. vol. 6. qui loquitur in Procuratore, cui ſalarium non fuit promiſſum, non deberi niſi eſſet conſuetudo, vide Ricc. in deciſ. 85. part. 1. vt per eum, ibi ſequitur Mart. in d. voto 99. num. 5. & nouiſſimè iſtam opinionem ſequitur Marcell. Calà in tract. de modo articul. nu. 1291. fol. 226. ſed Marant. in ſuis ſingul. in verb. aliquis ſtetit fol. 143. poſt Bald. & Paul. Caſtr. videtur tenere opinionem Alex. & Natt. quod nullum ſalarium debeatur, quia ſeruitia debent cum alimentis á Domino receptis compenſari, vide adhuc Anton. Gamma in deciſ. 216. num. 2. Paſchal. de virib. patr. poteſtat. part. 4. cap. 6. num. 39. ego autem non recedo ab opinione Rot. Genuæ, & ſequacium, quia ſi promiſſio ipſius non apparet, Iudex conſtituere debet ſecundum ſolitum, & conſuetudinem Regionis, & perſonæ, ſecundum Marant. qui multos allegat in conſil. 34 num. 16. Iacob. Menoch in caſ. 515. num. 3. latè Rebuff. ſuper conſuetudinibus Francorum in tit. de ſalar. famuli fol. 239. vbi ſic iudicari vidiſſe teſtatur, Cauſa tamen prædicta ſalarij eſt ſummaria, & in ea proceditur leuato velo, & ſine ſcriptura, vt ibidem per Marant. num. 2. & dixi ſupra in concluſiune, operarius; addo nunc Burg. in tractat. de modo proced. ex abrupto quæſt. 5. num. 126. vbi num. ſeq. enumerat 12. priuilegia, quæ habet cauſa conſequutionis ſalarij, an famulus, cui ſalarium à Domino debetur ſi capit tantum quátum ſibi à Domino debetur, teneatur pæna furti, vide Alexandr. in conſil. 135. volum. 1. Campan. in capit. Regni adhoc in 27. limitatione, Couarr. libr. 1. variar. reſolut. cap. 2. num. 15. Vrſill. ad Affict. in deciſ. 395. num. 6. Viu. in opinione 346. num. 5. & in dec. 136. nu. 21. 22. & dec. 223. D. meum Alph. in l. 1. num. 282. 284. ff. de offic. eius, Menoch. in caſu 516. & Paſchal. vbi ſupra num. 34. & an teneatur reuelare, ſi excommunicatio publicetur, vide Paſchal. qui ſupra nu. 39. poſt Baiard. ad Clar. §. furtum num. 87. an autem ſalarium debeatur famulo infirmo durante infirmitate, & licet text. in l. cú hæres §. ſticchus ff. de ſtatu liber. dicat, quod ſeruire nobis dicuntur, quos ęgros curamus, & ponit Gloſ. in l. arboribus §. de illo ff. de vſufruct. tamen Bart. in l. ſi vno §. item cum quidam in fine ff. locat. tenet non deberi, & opinionem Bart. veriorem de iure affirmat Viu. in opin. 275. part. 1. vbi etiam millies teſtatur eam vidiſſe obſeruari, quam etiam ſequitur Marant. in ſuis ſing. in verb. famulus fol. 42. & Actius de infirm. in verb. famulus fol. 180. licet ex quadam pietate, & æquitate poſſet contraria opinio ſubſtineri, vt ipſe fatetur, vide Peguer. in deciſ. 149. & Paſchal. vbi ſupra nu. 38. & de ſalario, quod Magiſtratibus, Iudicibus, & alijs officialibus conſtitui debet, vide eundem Iacob. Menoch. in caſ. 514. per totum, & in Regno extat pragm. 6. in tit. de commiſſ. non deſtin. vbi taxatur ſalarium hoc modo videlicèt Regijs Conſiliarijs, & Pręſident. Reg. Camer. ducatorum decem pro qualibet die ad inſtantiá partis, ad inſtantiam Fiſci ducatorú ſex, & idem ſalarium debetur Fiſci Patrono M.C.V. vt ibi animaduertit D. Rouit. ob rationes, quas allegat num. 6. 7. Iudicibus d. M.C. ducatorum ſex ad inſtantiam partis, & ducatorum quatuor ad inſtantiam Fiſci, vt notat ibi D. Rouit. Auditoribus Prouinciarum ſcutorum quatuor ad partis inſtantiam, & ducatorum trium ad inſtantiam Fiſci, & ſic alijs Doctoribus, qui pro Commiſſarijs deſtinantur quando negotium,

quod commictitur neceſſariò requirit miniſterium Doctoris, vt ibi num. 11. alias fectis, & notatur caſus in facto, ſed ſalarium Cõſiliarijs Status, Regẽtibus Regiam Cancellariam, Præſident. S.C. & Locumtenenti Regiæ Cameræ taſſatur ad rationem ducatorum 20. ad inſtantiam partis, & ducatorum 12. ad inſtantiam Fiſci pro qualibet die, quæ conſtat ex viginti miliaribus l. 1. ff. ſi quis caut & l. 3. ff. de verb. ſignific. & ſi acceſſus excedit vnum miliare, vltima viginti, duæ dietæ computatur non vna, D. Rouit. vbi ſupra nu. 9. & ſi Commiſſarius vna die expleuit tantum itineris, quantum erat expediendum in duobus, debetur ei ſalarium duplicatum ibi num. 10. & an pro qualibet ſeptimana detrahatur vna dies quietis, vide Alciat. in d. l. 3. num. 5. & quando ſalarium debet augeri ſi labor augeatur, vide ibi num. 20. 21. & in caſu ſeq. ad finem, quod ſalarium ſi non fuit intra triennium petitum, eo elapſo actio præſcribitur, ſecundum Stephanum Gratian. in deciſ. 53. nu. 6. & Rebuff. vbi ſupra gloſ. 10. fol. 243. qui dicit, quod famulus de iure Regni Franciæ debet infra annum ſalarium petere à die, quo Dominum reliquit, conueniunt ſcripta per Carroc. in deciſ. 104. maximè num. 6. vide tamen Menoch. in dicto conſilio 570. in fin. quibus perſonis ſalarium debetur, vide Coſta in dicta quæſt. 13. & ad principalem concluſionem adde videndum Montanar. in pragmatic. prim. num. 20. in titul. de adminiſtrat. vniuerſitat. & multa in materia per Conſt. in quæſt. 93.

Saluuſconductus non extenditur ad debita contracta poſt conceſſionem, ſeù impetrationem ipſius, ſecundum Guid. Papam in deciſ. 109. ſequitur Anna in ſingul. 463. ad finem, Moderni in praxi rerum ciuilium capit. 1. num. 175. Surd. in deciſ. 307. num. 14. D. Tap. in 4. tomo iur. reg. fol. 103. & D. Maſtrill. in tractat. de indult. capit. 6. an extendatur ad debita iurata, Alex. in conſil. 205. nu. 6. volum. 2. tenet quod non, & Afflict. qui alia eiuſdem Alex. conſilia allegat in deciſ. 5. poſt num. 3. vbi Vrſill. in principio, Dec. in l. 1. in tertia lectura num. 95. in fine, & ibi etiam D. meus Alphan. nu. . ff. ſi cert. petat. Anna in d. ſingul. in princ. Viu. in opin. 176. num. 8. part. 1. Anton. Gabriel. in tit. de iureiurand. concluſ. 5. num. 21. & in tit. de ſtatut. concluſ. 11. num. 5. Maxill. in conſuct. Bari fol. 275. num. 44. Brun. in tractat. de ceſſio. bonor. quæſt. 27. num. 5. decis. Peruſ. 90. num. 14. Anton. Theſaur. in deciſ. 186. num. 4. Farinac. in titul. de carceribus quæſt. 29. num. 24. & Carauit. quem nullus allegat in rit. 287. in 1. quæſt. tamen concluſio iſta procedit in ſaluoconductu, ſeù moratoria ex gratia Principis, vt prædicti DD. loquuntur in illo verò, ſeù illa, quæ ex iuſtitia conceditur, vt quando à maiori parte creditorum conceditur, tunc etiam debita iurata comprehendit, vt Carauit. in loco ſupra allegato fatetur, & in dies ſic obſeruatur, imò etiã vidimus in anno 1591. & ſeqq. per Excellentiſſimum Proregem, eiuſque Collaterale Conſilium fuiſſe conceſſas moratorias, & ſaluoſconductus maſſarijs debitoribus vigore inſtrumentorum, & obligationum penes acta ſtipulatarum, & iuramento firmatorum, firmatarumque, vt non poſſent per annum, ſiuè plus, ſiuè minus moleſtari ab eorum creditoribus, vt Carauit. in allegato ritu nu. 10. teſtatur, & habetur in pragmat. 1. in tit. de Senatuſconſ. Maced. & in pragm. 1. in tit. de Senatuſcõnſ. Velleian. & refert Carauit. ante d. nu. 10. & poſt nu. 19. vidiſſe pluries concedi has moratorias debitoribus obligatis ex inſtrumentis, & obligationibus iuratis, vide D. Bilott. in tract. de abſolut. á iuramento libr. 2. cap. 1. fol. 74. & Aluar. Valaſc. in conſultat. 99. item vbi adeſt conſuetudo concedendi has moratorias, ſiuè inducias aduerſus inſtrumentum iuratum, prout extare in Senatu Pedemont. teſtatur Theſaur. in d. deciſ. nu. 6. & in fine ipſius ſcribit, quod ex cauſa miſerationis ſolent concedi, vt ibi, vide multa per Viu. in d. opin. 176. an autem vſuræ, ſiuè intereſſe interim à debitore cui fuit conceſſus ſaluuſconductus debeantur creditori, vide Vrſill. in d. deciſ. Affl. nu. 4 Marc. Anton Natt. in conſil. 591. nu. 11. & Maxill. in d. conſuct. ſol. 274. nu. 35. an pro debito ex cauſa dotis poſſit moratoria, ſiue ſaluuſcõductus concedi, vide Carauit. in d. rit. & D. Vinc. de Franch. in deciſ. 219. vbi addo, qui ſaluuſconductus etiam pro criminalibus cauſis ſolet delinquẽti concedi, qui alio nomine in Regno appellatur guidaticum, ſiuè ſecuritas, debet tamen delinquens ipſe narrare omnes qualitates, alias non tenet, vt poſt Bertazz. ſcribit Baiard. ad Clar. in quæſt. 32. nu. 38. & conceſſus in eundo, cenſetur etiam in redeundo conceſſus, Baiard. in loco citato nu. 30. Vrſill. in deciſ. Affl. 4. nu. 7. Carauit. in d. rit. nu. 15. & Brun. in d. tract. in 11. quæſt. 4. quæſt. prinripalis nu. 34. debetque concedenti ſeruari, maximè quãdo conceſſum eſt ſub verbo, & fide, quia nemo ſub clipeo Principis debet decipi l. 1. C. de his, qui veniam ætat. adeo quod ſecuritate, ſiuè ſaluoconductu pendente nihil debet innouari, nam conceſſus intelligitur, vt aſſecuratus nullam vim directè, nec indirectè patiatur cum armis, & ſine armis, nec cum authoritate iudiciali, nec extraiudiciali, vt poſt Angel. Plat. Aretin. & Iaſ. tenet D. Vinc. de Franch. in deciſ. 673. nu. 2. vbi nu. 3. refert contumaciam accuſatam, ſentẽtiamque foriudicationis prolatam ſecuritate pendente fuiſſe de anno 1599. declaratam nullam, & ibi refert nu. ſeq. rationes, & iterum in deciſ. 590. nu. 6. hodie tamen iſta quęſtio eſt ſopita per Reg. Pragm. D. Comitis de Lemos, per quam prouiſum eſt, vt etiam ſecuritate pendente non impediatur ſententiæ foriudicationis prolatio. Item ſi aſſecuratus ipſe fuerit interim captus debet reponi in priſtinam libertatem, vt per eundem D. de Franch. in deciſ. 258. vbi alios addo, quod tamen limita, & intellige, vt ibi, à quibus poteſt concedi, vide Farinac. in dicta quæſt. 29. num. 81. & ſeq. & Baiard. in d. q. 32. num. 29. & infra, conceſſus tamen alicui per dies quindecim à die datæ, ſeù conceſſionis currere incipit, vt probat latiſſimè Pet. Caball. in caſ. 249. ſequitur Coſta de portio. rati quæſt. 139. in fine, malè tamen iudicio meo ſcribit Surd. poſt infinitos, quos allegat in tractat. de aliment. titul. 9. quæſt. 28. num. 6. quod quando agitur de periculo vitæ nemo credere tenetur ſaluoconductui; nam fides eſt ſeruanda etiam hoſti, adeo quod nullus debet decipi ſub clipeo Principis, vt ſupra dixi, & reſpondit Iacob. Menoch. in conſil. 100. numer. 223. & ſeq. volum. 1. ſaluoſconductus ſemper debere ſeruari, reprehenditque illos, qui contrarium fecerunt,

vide

Digitized by Google

vide eum, qui eleganter loquitur, & ad principalem concluſionem adde Rebuff. ſuper conſtit. Franc. in tit. de literar. dilat. nu. 18. fol. 68. vbi enumerat multos caſus, qui non comprehenduntur in dicto ſaluoconductu, addo ad Dominum de Franch. in deciſ. 151. ad materiam ſaluiconductus, vide Farinac. & Baiard. in allegatis locis, & Coſta vbi ſupra in materia huius concluſionis.

Satiſdatio non poteſt remicti vſufructuario omnium bonorum, quando in vltima voluntate vſusfructus eſt conſtitutus, ſecus ſi in contractu inter viuos, ſecundum Anton. Gomez. in tractat. variar. reſolution. libr. 2. cap. 15. ante nu. 4. fol. 301. à terg. qui dicit ita probare text. in l. 1. vbi Bald. & alij C. de vſuſr. ſequitur Clar. in §. teſtamentum q. 64. Viu. in opin. 871. nu. 4. 5. & in opinione 1045. nu. 5. part. 3. Surd. in deciſ. 109. nu. 3. & Stephan. Gratian. in deciſ. 147. nu. 9. quia cum vſusfructuarius teneatur præſtare cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de reſtituendo bona finito vſufructu iuxta tit. ff. vſusfruct. quemadmod. cau. Aym. Crauet. in conſil. 187. nu. 7. & in conſil. 300. & in cautione præſtanda debet notari rerum qualitas, & earum extimatio, vt ibi poſt Alex. in conſ. 58. num. 6. vol. 3. quem ipſe allegat, hocquè intelligitur pro rebus, quæ vſu non conſumuntur, pro illis verò, quæ vſu conſumuntur, vt eſt vinum, oleum, frumentum, lana, & ſimilia debet præſtari cautio de vtendo, fruendo, & finito vſufructu de reſtituendo extimationem, ſecundum Alex. loco, & nu. citatis, Vrſill. in deciſ. Affl. 342. nu. 2. Pinell. in l. 1. part. 2. poſt nu. 80. verſic. in modo autem fol. 293. C. de bon. matern. Caualcan. in tract. de vſufruct. mul. relicto nu. 89. & ſeq. Gabriel. in tit. de vſufruct. concluſ. 1. Viu. in d. opin. 1045. Maxill. in conſuet. Bari fol. 191. nu. 82. Rot. Peruſ. in deciſ. 61. nu. 13. & ſeq. Theſaur. in deciſ. 80. Surd. in deciſ. 67. & D. Vincent. de Franch. in deciſ. 641. vbi latè ſequeretur, quòd ex tali remiſſione, & non præſtatione cautionis daretur vſufructuario materia delinquendi, atque occaſio malè vtendi vſufructu, & quòd non poſſit remicti eſt communis opinio, vt Clarus teſtatur in d. quæſt. 64. in principio poſt Pinell. loco ſupra allegato nu. 75. in fin. Caualc. in d. tract. nu. 146. Viu. & Gabriel. in locis ſupra allegatis maxime num. 28. quid autem ſi vſufructuarius eſt pauper, & non habet fideiuſſorem an ſit admictendus ad iuratoriam cautionem videndus eſt omninò doctiſſimus Surd. in deciſ. 141. vbi ex profeſſo diſputat, & refert iudicatum, quod ſic, magna profectò eſt deciſio, nam Viu. in loco ſupra citato nu. 8. & Rot. Peruſ. in deciſ. 67. nu. 16. tenent contrarium, alijque multi quos Surd. refert in d. dec. an autem fideiuſſio pro rebus, quæ vſu conſumuntur debeat præſtari, prout de rebus ſoli, legatur quæſo idem D. Vincent. de Franch. in d. deciſ. 641. quando verò ob fideiuſſionem non præſtitam vſuſructuarius faciat fructus ſuos, vide Surd. in deciſ. 281. poſt Gabriel. in d. concluſ. 1. nu. 49. & Viu. in opin. 142. part. 3. & dicam infra in concluſ. vſufructuarius.

Scriptura publica Notarij ſufficit, vt ſit reperta in ſceda, vel inter eius notas, & abbreuiaturas, vt poſſit reaſſumi, licet non ſit reperta in libro prothocolli, & ita fuit deciſum in Regia Camera Summariæ reluctante etiam fiſco in cauſa Camillæ Curialis, ex dictis per Alex. in conſil. 14. vol. 6. & vide Grammatic. in deciſ. 106. & Iacob. Menoch. in tractat. de præſumpt. libr. 2. capit. 81. & refer D. Vincentius de Franchis in deciſ. 485. in fine fuiſſe deciſum, quod inſtrumentum reaſſumeretur cum caſſaturis, & interlineaturis, prout iacebat, vbi addo limita vt per Cagnol. in l. ſi librarius num. 36. ff. de regul. iur. & Ricc. in reſolutio. 420. num. 3.

Scriptura Dohanæ publicæ, ſeù eius libri eſt publica, ſiuè publici, eiſque fides adhibetur, ſecundum Rot. Genu. in deciſ. 122. nu. 22. etiam de iure communi, poſt Felyn. ibidem per eandem Rot. allegatum, Milanenſ. in deciſ. 11. num. 4. 5. part. , vbi etiam allegat Salycet. in l. exemplo C. de probat.

Scriptura priuata ſcripta à Notario publico tanquam amico, & viro priuato an probet gloſ. in l. 1. in verb. inſerenti in fine C. de apoc. public. libr. 10. tenet quod non, & habetur in l. ſcipturas C. qui pot. in pign. habea. vide tamen Luc. de Penna in l. fin. C. de conuenie. fiſci debitor. libr. 10. Cepoll. in caute. 89. Alexand. in conſil. 48. volum. 5. & Stephan. Gratian. in deciſ. 104. ex quorum dictis, & diſtinctione veritas colligi poteſt, ſcriptura autem priuata ſubſcripta à tribus teſtibus iuxta terminos dictæ l. ſcripturas, an præferatur publico inſtrumento poſt illam facto, & ſtipulato, & ſic creditori poſteriori, vide omninò D. Vincent. de Franch. in deciſ. 644. tenentem, quod ſic, verificatis tamen qualitatibus, & requiſitis contentis in d. l. & ita debet intelligi Paul. Fuſc. in ſingul. 13. litera S. ſequitur Marta, quem vidi dum hanc concluſionem reſcriberem in voto 53. vbi omninò concordat cum Domino Vincentio in d. deciſ. & vide Villalob. in ſuis opinion litera S. nu. . & addita per me ad eundem D. Vincentium in deciſ. 95. num. 6. & in materia Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 1294. volum. 3. verum ea non recognita, nec probata non probat, neque fidem facit, ſecundum Afflict. in deciſ. 85. ad finem, ſequitur Foller. in praxi cenſuali fol. . num. . & Mart. in voto 182. num. 2. vbi num. 3. dicit, quod aſſecuratio iudicij non debet impediri per debitorem ex ſcriptura priuata recognoſcenda, allegat Afflict. in deciſ. 109. vide ſupra in concluſione debitor. de fuga, & licet ſcriptura prædicta nihil probet, Mart. in voto 45. nu. 6. & ſupra dixi, ſi tamen eſt, vt decet recognita habet exequutionem paratam, vt poſt Boer. ſcribit Vrſill. in dicta deciſ. Afflict. 85. num. 4. ſequitur Magon. in deciſ. Lucæ 25. num. 19. & 31. Capiblanc. in tractat. de Baron. fol. 299. nu. 65. conuenit Surd. in conſil. 80. nu. 8. & 82. num. 20. qualiter autem ſcriptura, ſiuè apocha priuata debeat verificari, & recognoſci per teſtes, vide Afflict. in deciſ. 181. Grammat. in deciſ. 84. & 93. in fine, & 106. num. 34. poſt Dec. in conſil. 615. Roland. in conſil. 26. in principio vol. 1. Viu. in opin. 889. num. 4. volum. 3. ſecundum impreſſionem Aquilæ de anno 1582. Iacob. Menoch. in tractat. de arbitr. Iudic. caſu . & nouiſſimè Marta in voto 45. & 53. & addo ad D. Vincent. de Franchis in deciſ. 95. in additionibus nouiſſimis an ſcriptura priuata ſine die, & conſule probat ſaltim in fauorem Eccleſiæ, Bald. conſuluit affirmatiue in conſil. 331. volum. 2. per l. qui tabernam §. idem quæſiji ff. de pignor.

Scriptura patris inter filios facta ſine teſtibus an probet, & fidem faciat iuxta diſpoſitionem auth. quod ſine C. de teſtament. Iul. Clar. omninò in §. teſtamentum q. 14. in principio, & poſt eum Michael Craſſ. in tractat. de ſucceſſ. §. teſtament. q. 16. plures caſus conſiderant, & tenent valere etiam, quod careat teſtibus, ſufficit enim, vt illa ſit ſcripta à patre, & in eius domo, vel arca, aut ciſta reperta, ſequitur Stephan. Gratian. in deciſ. 207. à num. 1. cum ſeqq. Aluar. Valaſc. in conſultat. 67. num. 6. & Gutter. libr. 2. practicar. qq. capit. 41. à num. 3. idemque dicendum eſt de ſcriptura prædicta facta ad pias cauſas, quæ abſque teſtibus valet, & probat piæ cauſæ fauore, vt poſt Ruin. Tiraquell. Couarr. Rot. Roman. & alios concludit Stephan. Gratian. in d. deciſ. 207. num. 5. vbi de magis communi opinione teſtatur Valaſc. vbi ſupra, & Morot. in conſil. 6. colum. 1. vide Ricc. in reſolutione 420. & 461. maximè num. 6. dummodò in d. ſcriptura ſit dies, tempus, & conſul, vt per Clarum, & Craſſ. in locis ſupra allegatis, quos ſequitur Gratian in d. deciſ. num. 6. quid autem de ſcriptura, ſiuè ſchedula, quæ in domo teſtatoris reperitur, vel apud Guardianum Sancti Franciſci ſcripta manu ipſius teſtatoris, & in ea eſt nominatus, & ſcriptus hæres, an valeat, & probet, vide Iul. Clar. in d. §. teſtamentum quæſt. 36 & Michael Craſſ. in §. inſtitutio quæſt. 16. concludentes ſecundum communem opinionem, quod ſic, licet in puncto iuris non modicam patiatur difficultatem, ſecundum Clarum vbi ſupra, dummodò conſtet illam ſcripturam, ſiuè ſchedulam eſſe manu teſtatoris ſcriptam, vt per Clar. loco prædicto in fine, & Craſſ. in d. quæſt. 16. num. 4 qui infinitos citat, quæ etiam poteſt probari, & iuſtificari per literarum comparationem, vt conſuluit Alex. in conſil. 114. num. 5. volum. 7. vbi de communi teſtatur, refert, & ſequitur alios allegando, idem Craſſ. in d. quæſt. 16. num. 6. & num 7. ſatis pulchrè comprobat, & de Alexand. meminit Mart. poſt hanc concluſionem habitus in voto 60. num. 5. & omninò Alex. Raudenſ. de analogis cap. 28. num. 142. & ſeq. ad principalem concluſionem vide Ioſeph. Ludouic. in ſuis opinion. concluſ. 66. verſic. limita primo fol. 146. Maſcard. in tractat. de probat. concluſ. 1352. à num. 6. cum ſeqq. volum. 3 Mart. in dicto voto 60. Iacob. Menoch. in conſil. 244. in 1. dubio, & 563. nu. 14. 15. & 224. in 1. dubio, & iterum nu. 67. & omninò Gratian. libr. 2. diſcept. forenſ. cap. 235.

Scriptura reperta in Archiuo Regio, probat, & fidem facit, vt eſt text. in conſtitut. Regni cordi nobis in fine, vbi Afflict. notat ante num. 13. quando verò ſcriptura inuenta in alio publico Archiuo, & ab eo ſumpta probet iuxta capitulum ad audientiam de præſcript. vide latiſſimè Felyn. ibidem, qui plures concluſiones colligit, Bald. in conſil. 352. volum. 4. Afflict. in dicta conſtitut. in 11. notab. numer. 12. Cacheran. omninò in deciſ. Pedemontan. 69. Antonium Gabriel. in titul. de probat. concluſ. 5. D. meum Alphanum in l. 1. num. 126. ff. ſi cert. petat. Maſcard. in tractat. de probat. concluſ. 162. num. 10. volum. 1. Caualcan. in deciſ. 45. num. 95. part. 1. & in repertor. deciſ. in verb. ſcriptura f. 188 poſt Vrſill in deciſ. Afflict. 303. num. 6. & Paul. Fuſc. in ſingul. 16. litera S. & deciſ. Peruſin. 115. num. 21. & ſeq. limita tamen, vt per Alexand. in conſil. 138 numer. 5. volum. 1. quem ſequitur Cacheran. in d. deciſ num. 7. an autem ſi fuerit inuenta in Archiuo priuato probet, vide Seraphin. in deciſ. 320. quæ verò requirantur, vide Farinac. in deciſ. 549. ſed quid ſi fuerit reperta in muro an ſit ei credendum, ponit Afflict. in prælud. conſtitut. Regni quæſt. 19. in fine, & Maxill. in conſuet Bari fol. 35. num. 23. quid de chronicis, Afflict. ibidem num. 7. ad iſtam concluſionem vide Verall. in deciſ. 41. 42. part. 1. omninò D. Maſtrill. in deciſ. 44. & Morot. in conſil. 34. nu. 7. Roland. in conſil. 75. vol. 4. & Genua in tractat. de ſcript. priuat. fol. 263.

Scientia ius ſuum durare, eius taciturnitas, ſiuè patientia, aut præſentia non præiudicat ad text. in l. ſicut §. non videtur ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſoluit, Tiraquell. latiſſimè de retract. conſangu. §. 1. gloſ. 9. num. 115. Franciſc. Burſat. in conſil. 66. num. 26. Paul. Fuſc. in ſingul. . litera Q. Magon. in deciſ. Florent. 95. num. 12. Anton. de Gamma in deciſ. 321. in fine, Surd. in deciſ. 62. num. 36. & in deciſ. 301. num. 13. & in tractat. de aliment. tit. 6. quæſt. 3. num. 3.

Senes decrepiti, & infirmi atque morbo vexati licet connumerentur inter perſonas miſerabiles, ſecundum Afflict. in deciſ 257. num. 1. poſt Azon. quem allegat, de quo meminit Foller. in conſtit. lege præſenti num. 10. fol. 108. Scaglion. in ritu 230. Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 66. in additionibus nouis, & aliquos nouiſſimè allegit D. Vincent. de Franchis in deciſ. 608. num. 3. nihilominus eis beneficia non competunt, vt plenè diſcuſſo articulo fuit per Sacrum Conſilium deciſum, vt refert idem D. Vincent. in d. deciſ. quod tamen declara, vt ibi nu 6. & in fine, & ſi beneficia ipſis non dantur, nec competunt, ſequitur, quod nec ipſis electio fori competat per dicta ibidem, quicquid Viuius dixit in deciſ. 64. num. 4. vide Carauitam in ritu 233. vbi etiam ponit, quæ dicantur perſonæ miſerabiles, & Scaglion. in loco citato, Vrſill. ad Afflict. vbi ſupra, D. Vincent. in d. deciſ. num. 7. omninò Foller. in d. conſt. Cauenſ. in pragmat. curſu dilationum, & latè Menoch. in d. caſu 66. in additionibus nouis, an ſenes decrepiti, vt ſupra poſſint carcerari pro debito in vinculis, vide Cacheran. in dec. 123. Thor. in compend. deciſ. fol. 497. Gratian. libr. 2. diſceptat. forenſ. cap. 326. & Capiblanc. in pragmat. fin. num. 19. 23. de Baron. in nouis.

Sententia licet non poſſit impugnari ex eiſdem actis quãdo in rem iudicatam tranſiuit, Curt. Iun. in conſil. 9 num. 6. tamen ſi ex dictis actis apparet euidenter iniqua, nunquam tranſit in rem iudicatam, vt per eundem Curt. in conſil. 124. num. 14. & eſt ipſo iure nulla, ſecundum Villalob. in ſuis comm. opinion. litera S. num. 24. 25 ſequitur alter Hiſpanus in eadem litera S. nu. 45. Caualc. in deciſ. 10. nu. 2. 3. par. 1. & in eius repert. in verb ſententia fol. 90. notoria enim iniquitas, ſeù iniuſtitia nullitati æquiparatur c. inter cæteras de re iudic. D. Vincent. de Franch. in deciſ. 148. num. 7. & Mart. in voto 46. nu. 5. vbi nu. 6. declarat quando ſententia dicitur iniqua, vel iniuſta, & multa cumulat D. Scipio Rouit. in pragm. 2. de appellat. & addo ad D. Vincent. vbi ſupra, iniuſtitia enim, atque grauamen nullum maius, quam nullitas, Intrigliola

in

Digitized by Google

in deciſ.46. num.6. maximè quando eſſet euidens ex eiſdem actis, vt ſupra, & Vrſilſ ad Aff.in deciſ. 28.nu.4. & ſatis pulchrè Loffr.ed. in conſil.32. col. pen.& fin. vel poſſit peti, vt retractetur per viam reſtitutionis in integrum ex clauſula generali, eſto, quod ſit lata contra ius litigatoris, ſecundum Ioann. de Amicis in conſil.33.num 21. hinc ſi eſt lata contra ius litigatoris, qui eſt minor, etiam ipſo iure eſt nulla ad text. in l. ſcire §. conſequens, vbi Bart. dicit eſſe ſingularem ſicut aliquem de mundo ff. de excuſat. tutor. meminit, & ſequitur alios allegando Anton. de Gamma in deciſ. 110. nu.41. & multis alijs modis, & caſibus ſententia efficitur nulla, quos congerit Suarez in d. litera S. à nu.50. cum infinitis ſeqq & aliquos etiam ponit Viuius in opinione 700.716.& ſeq.part.2. item ſi eſt lata contra pupillum, aut minorem indefenſum, aut contra curatorem, vel tutorem non legitimum, quia ſollemnia non fecit, vel in proceſſu non exiſtentia, idem Viuius in opinone 718. à nu. 1. poſt Carauitam in ritu 294.nu.5.& Cauenſem ibi num.3. & D. Maſtrell.in deciſ.101. item dicitur nulla ſi in ſententia deficit lecta lata, vt per Carauitam in rit.37.nu.8. Viu in opinione 720.nu.9.par. 2. Ang.Sen.in ſingul.473.& nouiſſimè D. Anna filius in conſil 61 à nu.61.vſque ad 66. vide tamen Alexan. in conſil 90.num 4.vol.1.& omninò Muſcatell. in praxi Sac.Conſil. part.1.gloſ.fin. nu.19. & ſeq. fol.124. Intrigl.in d.deciſ.nu.41. enumerat alios caſus, & iterum deciſ.10.nu.6. inſuper ſententia dicitur nulla ſi eſt lata non expectata relatione nuntij, qui partem citauit ad ſententiam, Iaſ. in l. 1.nu.72. vbi tamen limitat ff.de officio eius, & in l. nec quicquam §. vbi decretum nu. ff.de officio proconſulis, Marant.in ſuis ſingul.in verb.ſententia fol.108. & Muſcatell.in praxi Sacr. Conſil.in gloſ. allegata nu.9. & alium caſum ponit Anna in ſingul.478. cui addendi ſunt Iaſ.nu.15. & Rip. nu. 8.in l.4.§.1.ff.de re iudic.& Gabriel.videndus in titul.de ſentent.concluſ.9. Afflict. in conſtit. pacis cultum nu.46 ad finem, Pinell.in l 2.in fine commenti C.de reſcin. vend. de quo meminit D. Vincent.de Franch.in deciſ.221. item ſententia non probat ſine actis, & proceſſu, quia appellans, ſiuè alius intereſſe prætendens conuentus poteſt dicere ſe non fuiſſe citatum, & conſequenter ſit nulla, vt poſt Verall.& Rot.Roman. in nouiſſimis tenet Marta in voto 163.nu.3. & voto 120.nu.7. Ricc.in deciſ. 26. part. 2. & quid ſi eſſet ſententia de antiquo lata, an pro ea præſumatur abſque actis, & quando dicatur tempus antiquum, vide Gramm. in deciſ.24.nu.7.8.& in conſil.ciuili 15.nu.5.in fin. & ſeq.Cacheran.in deciſ.13. ad finem, Iacob.Menoch.in tract.de arbitr.Iudic.libr.2.caſ.4. Viu.in opin.699.num.2.part.2. Anton.Gabriel.in rit.de ſenten.r.concluſ.4 num.39. & ſeq.deciſ. Peruſ.26. num.14. Maſcard.de probat.concluſ.5. in fine 32. nu.13.& concluſ.35.nu.22.cum ſeq.vol.1. quid ſi reperiatur inſerta in literis executorialibus, & eſt antiqua, an valeat, & probet abſque proceſſu, & actis, Loffred. in conſil.14. nu.70. ad finem tenet, quod ſic, ſubdens, quod ita fuit iudicatum in Sacro Conſilio, item ſententia dicitur nulla, quando lata fuit abſque citatione ad dicendum, Capyc. in deciſ.1. Vrſill.ad Afflict. in deciſ.283.num.12.13. vbi etiam alios caſus refert, & Mart.in d.voto 120. num. 8. quando tamen continet notoriam iniuſtitiam non debet exequi, immò debet reuocari, vt poſt Rot. Roman. in voto 179 in principio, an autem ſententia nulla poſſit per Iudicem appellationis confirmari, vide ſupra in concluſione nullitas, Ricc. in deciſ. 132.part. 2. & ibi citatis adde Mart.in voto 149.in principio, & omninò Grammat. in conſil. 14. inſuper ſententia lata perempta inſtantia eſt nulla, D. Vincent. de Franch. in deciſ. 643.num.1.2.poſt Afflict.& Vrſill.in d.deciſ.283. denique ſententia dicitur nulla ſi eſt lata non citato Procuratore, cum quo fuit lis conteſtata, ſecundum Grammat.ſatis pulchrè in conſil.ciuili 9. vbi etiam reſpondit ad capitulum Regni deteſtantes, & ita fuit deciſum per M. C. V. & Sacr. Conſil.in cauſa illorum de Tangho Terræ Montis Auri in Banca de Ferrarijs, ſeu Vertozza, quia videtur nullitas inſanabilis Magon. in deciſ. Lucæ 29.num 30.

Sententia Iudicis, quæ continet plura capita ſeparata poteſt, vel per actorem, aut reum in aliquibus capitibus approbari, & in aliquibus ab ea appellari l.etiam §.1.ff.de minor. Boer.qui concordantes allegat in deciſ.73. & D. Vincent. de Franch. in deciſ. 173. in principio, hinc ſententia prædicta continens capita ſeparara, & diuidua poteſt inter aliquos proferri, & inter aliquos ſuperſederi per text.in l.non idcirco ff.de iudic.Boer.in deciſ 310 in fine, Didacus Couarr.pract.qq.cap.14.ad finem, Anna, qui de prædictis non meminit in ſing. 465. Rot.Genuæ in deciſ.a.ante num.43. & Caualcan. in deciſ.28 .num.47. part. 2. poteſtquè ferri contra vnum ex reis, qui comparuit, & litem eſt conteſtatus, quamuis lis fuerit incepta contra plures, & ita per d. l. non idcirco ſcribit Dec. in conſil. 294.num.1. idem eſt in citatione, quæ poteſt contra plures expediri, & tamen procedi contra vnũ, & quoad alios ſuperſederi, ſecundum ritum M. C. V. 207. vbi Carauit. quæ tamen concluſio non procedit in laudo, quod non poteſt proferri in aliquibus capitibus ſeparatis, & in aliquibus non, ſiue pro parte approbari, ſiuè non ratione voluntatis indiuiduæ compromittentium, ſecundum D. Vincent.in d.deciſ.133.

Sententia tranſacta in rem iudicatam de iure communi non poteſt retractari prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum l.ſi ſub ſpecie C. de re iudic. l. Imperatores ff. de re iudicata. & cap. ſuborta extra eodem: tamen per viam reſtitutionis in integrum ex capite ignorantiæ poteſt retractari ex particulari deciſ. Cyni in l.1. C. de cond. indebit. quem referẽdo ſequitur Io. Andr.ad Specul.in tit.de exequut.ſent.§.ſi.verſ.illud aũt, Alex. in conſ.84.nu.4.vol.1.conſ.69.nu.5.vol.3. DD.in d.cap.ſuborta, Iaſ.in l.admonendi in repet. nu.48. verſ.prima difficultas ff.de iureiur. Aff.in conſtit. obſcuritatem nu.4 Marſil. in ſing.229. Boer.in deciſ.307. colum.2. Vrſill.ad Afflict.in deciſ.356. num.3. & dicit Soccin. nepos in conſil. 128. num. 58. volum.1. hanc eſſe communem opinionem, vide tamen Sfort.Odd.de reſtitut.in integr.quæſt. 73. part.2. fol. 133. & hoc infra quadriennium, vt ſcribit Petr. de Gregor. in tractat. de Iudice cauſ. feud. quæſtion. 30. in principio allegat inter alios Afflict. hic per me allegatum verſiculo, & iuxta hoc. Quæ concluſio procedit etiam

in teſtibus poſt ſententiam de nouo repertis, & examinatis cum parem vim habeant l. in exercendis C. de fide inſtrument. nam teſtes dicuntur inſtrumenta, quia inſtruunt cauſam l. 1. de fide inſtrument.& eſt Gloſ.in cap. 1.in verb.   . de except. in ſexto, quam alibi allegaui, & per iſtas, & alias rationes tenet in terminis Iaſ. in d.l. Imperatores nu.10. & Villalob.in ſuis opinion. fol.332.in paruis,& ſatis pulchrè Sfort Odd. in d.tract.part. 2. q.76. artic.3. fol. 151. & ita pluries conſului, & obtinui, poteſtquè ſententia prædicta retractari ab eodem Iudice, qui eam tulit, Magon. in deciſ. Lucæ 67.nu.9. & Sfort.Odd. in tract.de in integr. reſtit.part.1,q.1.artic.6. & in q.32.num.17. & del Caſtillo in dec.100. an autem executio ipſius ſententiæ in rem iudicatam tranſactæ poſſit per inſtrumenta de nouo reperta impediri, vide Felyn. in cap.dilectus nu.16.de fide inſtrument.& omninò Ann.Sen.in cap.1. num.237. & ſequ.de vaſſall. decrep.ęta.vbi reperies quid fuit deciſum, & quid per reſtitutionem in integrum verum per eam impediatur ipſius exequutio ibidem nu. 239. 240. & dixi ſupra in cõcluſione reſtitutio in integrum, ad principalem concluſionem vide Antonium Gabriel.in tit.de reſtit.in integr.concluſ.2. Afflict. in conſt. cordi nobis ad finem, Caualcan. in deciſ. 14.nu.31.part. 1. Villalob.vbi ſupra, Myſinger. in obſeru.61.centuria 4.& omninò Honded.in conſ. 61.nu.13. & ſequentibus vol.1.

Sententia lata per officiales Eccleſiæ, vel Epiſcopi in hoc Regno ſi contingat appellari ab ea, debet appellari ad Regem, ſeu eius Tribunalia, à quo feudum,& iuriſdictionem habuit,& tenet,ita concludit Capyc. in ſua inueſtitura in verb. feudales appellationes,verſ.Epiſcopus fol.74.ſequitur Frecc. de ſubfeud.fol.323. & ſeq.nu.34. ad finem, & ſeq. in nouis, & ante eos Paris de Puteo de ſyndic. in verb.clericus nu.1.fol.101.in paruis,Foller.in conſtit.de quæſtionibus nu.2.9.ad finem,vbi etiam ſubdit, quod cum Eccleſia Metropolitana Salernitana Beati Matthæi habeat iuriſdictionem in tres familias in Foria Salerni,videlicèt de Vicinantio,de Sapere, & de Iacobo à ſententia Vicarij appellabatur ad Papam, & cum eſſet appellatum á quadam ſententia lata per dictum Vicarium ad Curiam Romanam Sacrum Collaterale Conſilium noluit concedere Regium exequatur, ſed voluit, quod cauſa auocaretur ad proximum Superiorem Regium, eſto quod à nemine recognoſcatur conceſſio facta dictæ Eccleſię,eandem opinionem ſequitur Didac. Couarr. libr. pract. qq. cap 4.nu.   .& in Regno eſt rit.M.C.V.52.vbi latius Carauit.nu.6.& D.de Ponte in deciſ.2.& vide Marc.Anton.Eugen. in conſil.30. & ita obſeruatur quando appellatur à ſententia Vicarij in temporalibus Ciuitatis Cauæ,& in alijs Eccleſijs,ſiuè Epiſcopis in feudum iuriſdictionem à Rege tenentibus,hinc dicti officiales Epiſcopi, vel Eccleſiæ,quæ tenet feudum à Rege,vt ſupra,debēt ſyndicari ſecundum leges Regni, prout ſyndicantur omnes alij officiales Regni prædicti,prout ita in Sacr.Conſil. deciſum refert Anna in ſingul. 460. Epiſcopi autem tenentes,& habentes feuda in Regno à Rege,qui ſint refert Capyc.in loco citato,& Frecc.in d.tract.lib.1.fol.25.nu.24.in nouis,de quo meminit Carauit. in d.rit.nu.4. nempè Eccleſia Metropolitana Salernitana, ſecundum Foller.in loco citato, Eccleſia Diuæ Mariæ Annunciatæ de Neapoli, & aliæ, de quibus per Annam in ſingul. 207.verſic.ego,Monaſterium Sancti Stephani de Nemore in Prouincia Calabrię vltra,& Epiſcopus Tropianus in quibuſdā caſalibus dictæ Ciuitatis ex conceſſione Regia habet quoſdam vaſſallos,quos conceſſio prædicta vocat villanos,de quibus mentio fit in conſt.Regni errores,vbi Foller.nu.2.poſt Cayc.in deciſ.118.nu.11.

Sententia condemnatoria contra plures lata, intelligitur contra quemlibet pro virili, & quilibet pro rata condemnatus per l.vnic. C.ſi plures vna ſententia cond. fuer. per quem text.ita alias iudicauit Sacr.Conſil. vt refert Afflict.in deciſ.215. ſequitur Boer.in deciſ.59.nu.8. in deciſ.310.num.4.6. Rot. Genuæ in deciſ.28.nu 11.Caualc.in deciſ.38.num. 2.in fine,& ſeq.part.1.Flamin.Cartar.in deciſ.28. nu.3. Surd.in tract.de aliment. tit.9.quæſt.14.nu. 19.& ibi de materia Intrigl.in ſing.51. & Coſta de ratione rati q.33.& 40.nu.1.vbi etiam ad intereſſe & damna extendit, quæ concluſio procedit etiam ſi in libello eſſet petita condemnatio contra plures inſolidum, & eſt facta ſimpliciter, vt per DD. vbi ſupra,idem eſt ſi plures eſſent condemnati ad expenſas,quia quilibet tenetur pro rata,Caualcan. in repertorio deciſ.primæ part in verb.expēſæ fol. 27.à tergo,& in deciſ.30.nu.114.part.2.Milanenſ. in deciſ.14.nu.86.part.1. Rot.Auen. in deciſ.112. nu.5.& Verall.in deciſ.343.par.1.& Flamin.Cartar. in deciſ. 28. idem etiam procedit ſi eſt facta condemnatio ſupra plures poſſeſſores ad fructus, nam quilibet tenetur pro rata ex rationibus allegatis per ſupradictos Doctores citatos,& adeó eſt vera ſupradicta concluſio,quod ſi plures ſint condemnati inſolidum,ad huc quilibet in exequutione poteſt opponere exceptionem diuiſionis, ſecundum Boer.in d.deciſ.59.nu.9.qui ita iudicatum refert, conuenit Alex. in conſil 37. poſt nu.9.verſic. tertio principaliter, & ſeq. vol.2. an concluſio iſta procedat in criminalibus,vt ſi ſunt plures cõdemnati ad pęnam pecuniariam, vide Clar. in §.fin. q. 84.in fin. Rot.Auenion. in deciſ.alleg. in 1.dubio, Coſta in d. q.40. ad ornatum d.l.vnicæ vide Ann. in ſing. 139. & nouiſſimè D.Vincent. de Franch. in dec.683.qui loquitur in notabili caſu, an diſpoſitio d.l.procedat in pręcepto facto per Iudicem contra plures, vide D. Vincent. vbi ſupra, & ad principalem concluſionem adde videndum Surd. in d.tractat. & tit.9. q.14.num.19. ſupra citatam, & Intrigl. in deciſ. 10. & 13. vtrobique in fin. & quid de pluribus condemnatis ad faciendum quietationem debitori ipſorum, an quilibet teneatur pro rata,vide Decian.in conſil.3.vol.3.

Sequeſtrum fieri non debet niſi prius receptis probationibus ſuper negotio, Lucas de Penna in l.per hanc col.2. de erog. militar. anno libr.12. allegat text.in clementina 1.de ſequeſtr. poſſ. & fruct. & ſic cum cauſæ cognitione, Alex.Raudenſ. de analog. cap.39. nu.126. regulariter enim ſequeſtrum prohibitum eſt, quia reus debet condemnari, & non eius bona ſequeſtrari l.1.C.de prohib.ſequeſtr. fallit tamen in decem caſibus, quos congerit poſt Gloſ. in d. l. 1. & in cap. dilectus de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Pract.Papienſ. in forma ſequeſtri in gloſ.ſapiens vir col.1. Alex. & alij in l.ſi fidei iuſ-

ſor.

Digitized by Google

for. §. fin. ff. qui ſatiſd. cogant. Marantam in ſingul. in verb. ſequeſtratio fol. 100. Foller. in praxi cenſuali fol. 232. num. 2. cum ſeqq. & Viu. in opinione 722. nu. 3. part. 2. Guid. Pap. in deciſ. 246. & Pariſ. in conſil. 44. nu. 15. & ſeq. vol. 1. vide Maur. Burg. in tractat. de laudemio part. 3. inſpect. . & inter alios caſus eſt quando ſubeſt timor, aut ſuſpitio dilapidationis, & barattariæ rei, quæ petitur tunc lite pendente poteſt fieri ſequeſtratio rei, & fructuũ l. Imperatores in fin. ff. de appellat. Pract. Papienſ. vbi ſupra verſic. primus caſus Cappell. Tholoſ. in deciſ. 477. Marc. Anton. Natta in conſ. 584. Ann. in ſing. 417. Caualcan. in deciſ. 23. in addit. part. 1. Seraphin. in deciſ. 1127. Muſcatell. de fideiuſſo. modo 17. Surd. in tract. de aliment. tit. 1. q. 111. nu. 21. & tit. 8. priuilegio 80. nu. 2. & Steph. Gratian. in deciſ. 63. à nu. 2. cum ſeq. item quando eſt aduena, & ſuſpectus tunc poſſunt eius bona ſequeſtrari in loco vbi reperiuntur, eſto, quod non ſint in eius domicilio, vt concludit Milanenſis in deciſ. 11. part. 1. verum ſi ille, cui bona ſequeſtrata fuerunt non habet bona vnde aliunde viuat, Iudex debet tantum ſibi relaxare de bonis ſequeſtratis, quantum pro alimentis, & expenſis litis ſufficiat ad text. in l. fin. §. quod ſi ei C. de ord. cognitio. vbi Salyc. num. 4. dicit illum text. eſſe valdè notandum, quia vix ſimilis inuenitur, & alios citat Surdus in d. priuilegio 80. nu. 4 & in d. tit. 1. q. 123. licet enim ſequeſtratio fructuum, vbi eſt timor dilapidationis fiat, vt ſupra, tamen quando poſſeſſor eſt pauper fieri non debet ne fame pereat, vt per additiones ad d. deciſ. Tholoſ. 477. quẽ cum alijs ſequitur Surd. in d. q. 111. nu. 22. & in d. priuilegio 80. poſt nu. 4. Caualcan. in d. repertorio eius deciſ. in verb. ſequeſtrum fol. 92. & Villalob. in ſuis opinion. litera S. inſuper ſequeſtrum fit in Regno vigore cap. ipſius Regni, quod incipit ex præſumptioſę, quando feudatarius decedit legitima prole, ſeù legitimis hæredibus non relictis, ſecundum Lucam de Penna in l. facultas col. pen. verſic. in Regno C. de iure fiſci libr. 10. & dixi ſupra in concluſione feudatarius in Regno, & ſequeſtratio fructuum ſtante timore dilapidationis, vt ſupra, poteſt etiam fieri appellatione pendente, ſecundum Marant. in verb. appellatio nu. 188. an is, qui ſequeſtrare fecit per Iudicem ſecularem fructus clerici penes laicum exiſtentes incidat in excommunicationem bullæ, vide Nauarr. in conſ. 38. in tit. de ſentent. excomm. in 2. tomo fol. 535. qui cõſuluit pro negatiua, per rationes per ipſum allegatas, vide tamen Caualcan. in deciſ. 3. nu. 26. part. 1. vbi videtur contradicere, tollitur ſequeſtrũ per ſatiſdationem de reſtituendo per d. l. fin. C. de ord. cognit. Viu. qui de commun. opinione teſtatur in loco ſupra citato nu. 2. Villalob. in d. liter. S. nu. 51. Caualcan. vbi ſupra nu. 22. in fin. & ſeq. par. 2. Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Lucæ 51. col. 1. quia fideiuſſio, ſiuè ſatiſdatio eſt medicina ſequeſtri, ſecundum Ioſeph. Ludouic. & alios Doctores citatos, an per ſequeſtrum poſſeſſor priuetur ſua poſſeſſione, vide omninò Pract. Papienſ. in loco allegato in gloſ. audeat nu. 1. & multa in materia apud Maſcard. in tract. de probat. concluſione 1298. vol. 3. & Caualcan. in d. repertorio in verb. ſequeſtrum fol. 92. & multis alijs modis ſequeſtrum tollitur, quos congerit Magon. in deciſ. Florent. 115. & quando fieri poteſt, vel non, Alex. Raudenſ. in loco ſupra citato nu. 127. & ſeq.

Seruitia indebita, & inſolita præſumuntur per metũ à vaſſallis extorta per eorum Dominos, ſecũdum Affl. in conſt. quia frequenter nu. . & in conſt. proſequentes num. . poſt Bald. quem allegat ſequitur Campan. in cap. Regni grauamina nu. . Marc. Anton. Natta in conſil. 408. nu. 12. Didac. Couarr. in regula poſſeſſor. § 5. nu. 2. de reg. iur. in ſexto, Roland. conſil. 18 nu. 9. vol. 3. Anna in ſing. 556. & Maſcard. in tract. de probat. in concluſ. 1301. vol. 3. niſi Dominus probauerit voluntariam præſtationem, vt poſt Alex. & Couarr. in loco citato, dicit communem Villalob. in ſuis comm. opinion litera D. nu. 113. vide ad principalem concluſionem Nauarr. in conſ. 4. nu. 3. & ſeq. & nu. 8. & 9. in tit. de præſcript. in 1. tomo.

Seruitia inter virum, & vxorem debent eſſe talia, ad quę vxor, vel maritus non teneatur ex debito officij gloſ. 1. cap. ſi quis 12. q. 2. Ioann. de Amicis in conſil. 31. nu. 10. in fin. multa cumulat Lup. in cap. per veſtras nu. 32. de donat. inter virum, & vxor. & Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 30. num. 18. volum. 1. ſed debent eſſe talia, vt pro eis detur actio, vel officium Iudicis, vt voluit Decius in l. ſi donatione num. 36. C. de collat. refert, & ſequitur Loffred. in §. Titius col fin. ſi de feudo fuerit controuerſ. D. de Ponte in conſil. 59. nu. 15. & in tractat. de poteſt. Proregis fol. 233. & vide gloſ. in l. Aquilius in verb. mercede ff. de donat. vide ad principalem cõcluſionem D. Vincent. de Franch. in deciſ. 429. vbi addo.

Seruitor conductus ab aliquo poteſt ex eius ordine alij ſeruire pro conuento tempore, ſecũdum Bart. in l. ſi non ſortem §. libertus nu. . ff. de cond. ind. quia eius operę non ſunt obſequiales, ſed fabriles, aut artificiales, ſequitur Alex. & alij, ibi niſi ſecundum eundem Alex. nu. 10. conditio dicti ſeruitoris efficeretur deterior, quia alij non teneretur eius operas præſtare, & hanc concluſionem nouiſſimè ſequitur Surdus in tractat. de aliment. tit. 4. q. vltima num. 61. vbi ad alias infert quæſtiones eſt benè verum, quod commodatarius, ſiuè alius, cui ſeruitor operas præſtat, tenetur alimenta ei dare, ſecundum eundem Surdum in d. tract. tit. 1. q. 66. in fine, & ſeruitor, ſiuè famulus qui per annum operas ſuas locauit tenetur ſingulis diebus laborare, Lucas de Penna in l. 1. col. 1. verſic. quæro C. de agricol. & cenſitis lib. 11. & adde ad principalem concluſionem eundem Lucam in d. l. 1. col. 3. qui ex profeſſo diſputat ipſam.

Syndicatores electi ad ſyndicandum officialem dicuntur officiales Regij, Petr. Foller. in conſtit. ſtatuimus num. 129. Camill. Borrell. qui multos allegat ad Bellug. in ſpec. Princip. fol. . à tergo in nouis, & habent merum, & mixtum Imperium Montanar. in pragm. 3. num. 200. in tit. de admin. vniuerſ. fol. 14. ſed ſententia per ipſos lata abſque cõſilio Conſultoris iuxta R. pragm. 1. in tit. de ſyndic. official. eſt nulla, vt Alex. reſpondit in conſil. 59. nu. 3. vol. 4. ſequitur Affl. in conſt. vt vniuerſis nu. 16. 29. & in terminis Vrſill. ad Affl. in deciſ. 1. nu. 6. addo ad principalem concluſionem Camill. Borrell. in conſil. 84. nu. 4. vbi nu. 5. ſcribit, quod à ſententia ſyndicatorum appellatur ad Regias prouinciales Audientias, vel ad Magnam Curiam

Vica-

Vicariæ, poſt Carauitam, quem allegat, addo D. Vincentium de Franchis in deciſ. 511. num. 2. vbi addo, licet referat alias fuiſſe tentatum appellari ad Iudices Baronis, ſed non fuit obtentum.

Teſtes varij non probant, nec ad concordiam reduci poſſunt quando modo negant, & aliud modo affirmant, & ſic ſunt in manifeſta contrarietate, gloſ. in cap. in noſtra de teſtib. Stephan. Gratian. in deciſ. 77. nu. 8. 9. & in deciſ. 160. nu. 1. nec teſtibus prædictis credi debet, Roland. conſil. 95. nu. 17. & conſil. 98. nu. 29. vol. 4. & qui dicantur teſtes varij, vel vacillantes, vide Foller. in praxi crimin. in verb. Iudex capiat informat. nu. 62. in nouis, & Farinac. de teſtib. concluſ. 66. benè Ricc. in deciſ. 148. part. 1. deciſ. 125. & 196. part. 2. & dixi ſupra in concluſione teſtis ſi vnus in fin. & quid ſi teſtes ſunt varij, vel contrarij in quantitate, vide Affl. in deciſ. 240. nu. 4. quem allegat Gratianus in d. deciſ. 160. nu. 2. & vide, quæ dixi ſupra in concluſione maior hinc inferius, quod ſi pars principalis confitetur vno modo, & teſtes deponunt cõtrarium dictæ depoſitioni, & confeſſioni non ſolum non probant, ſed nec ad concordiam reduci poſſunt, qui plus dictæ depoſitioni, & confeſſioni principalis creditur, quam mille teſtibus in contrarium deponentibus, vt poſt Innoc. & Bart. reſpondit Roman. in conſil. 391. nu. 8. ſequitur Grammat. in deciſ. 103. nu. 6. & in conſil. 1. in crim. nu. 7. Aym. in conſil. 171. nu. 10. Ioann. de Amicis in conſil. 16. ad finem conſil. 33. nu. 3. conſil. 101. nu. 1. & conſil. 119. nu. 17. Maranta in conſil. 129. nu. 10. Roland. à Valle conſil. 48. nu. 10. vol. 4. Vrſill. in deciſ. Affl. 364. nu. 6. Viu. in opinione 921. in fin. part. 3. & in deciſ. 400. nu. 38. Stephan. Gratian. in deciſ. 193. nu. 4. & Farinac. in d. tractat. q. 65. nu. 100 & ſeq. & in conſ. 16. num. 14. & conſil. 29. in fine, ſed quando teſtes contrarij inter ſe ipſos poſſint, vel non ad concordiam reduci, vide Alex. in conſil. 133. num. 2. vol. 1. conſil. 80. poſt nu. 5. conſil. 105. poſt nu. 4. verſic. & non videtur vol. 2. conſil. 43. nu. 15. vol. 4. Roman. in conſil. 301. poſt Bart. conſil. 19. vol. 1. Alciat. remiſſiuè de præſumpt. regula 2. præſumptione 28. nu. 10. Cagnol. in l. 2. nu. 124. ff. de origine iuris, vbi ſimiliter remiſſiuè loquitur Viu. in d. opinione 921. Mangrell. ad Bart. in l. inter ſtipulantem §. ſacram ff. de verb. obligat. Camill. Borrell. in conſil. 6. nu. 32. & ſeq. Maranta in conſil. 12. num. 1. 2. & Dec. in l. vbi repugnantia nu. 4. ff. de regul. iur. an dictum vnius teſtis contrarij ſibi ipſi poſſit ad cõcordiam reduci, vide Alex. in dd. conſil. 80. 105. & iterum in conſil. 190. vol. 7. & conſil. 20. nu. 3. vol. 4. Grammat. in conſil. 33. nu. 8. poſt Soccin. in conſil. 56. num. 17. vol. 4. Suarez in ſuis commun. opin. litera T. num. . & omninò Loffred. in conſil. 49. & teſtis quando diuerſimodè deponit in pluribus depoſitionibus, cui dicto, & depoſitioni debet ſtari, vide Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 108. nu. 10. Surd. in deciſ. 507. nu. 2. & deciſ. 135. nu. 12. hinc ſi teſtis examinatus prima vice dixit nihil ſcire ſi in ſecunda depoſitione ſcire teſtificatus fuerit an credatur, vide Foller. in d. verb. Iudex nu. 60. Octau. Vulpell. in conſil. 29. nu. 3. conſil. 68. nu. 3. conſil. 71. nu. 1. conſil. 76. nu. 1. & Paul. Fuſc. in ſingul. 35. litera T. poſt Alex. in conſil. 191. in fin. vol. 2. & Affl. in conſtit. inſtrumentorum num. 15. & quid ſi ambæ depoſitiones contrariæ ſunt iuratæ, cui ex ipſis ſtari, & credi debet, vide Aym. Crauet. in conſil. 6 nu. 45. Anton. Gabriel. in tit. de maleficijs concluſione 26. nu. 9. 10. omninò Vulpell. in conſil. 7. ſub nu. 4. conſil. 19. nu. 2. conſil. 76. nu. 5. & conſil. 83. vide Capyc. in deciſ. 142. num. & Iacob. Menoch. in d. caſu 108. omninò Honded. in conſil. 106. maximè 58. 59. 60. vol. 1. & quid ſi ſecunda depoſitio eſt confirmata in tortura, vide ibi, qui pulchrè loquitur, & vide eundem in conſ. 100. nu. 2. 37. 38. & conſil. 107. nu. 26. eod. vol.

Teſtes deponentes, qui viderunt de nocte delictum committere, & non deponunt, quod luna lucebat, vel in loco delicti erat lumen naturaliter reprobantur, & nullam fidem faciunt, ſecundum gloſ. in l. ſi cum exceptione §. in hac verſic. ignorat ff. quod met. cauſ. vbi Bald. & alij Doctores ibi ſequuntur, & referunt per Oldrad. de Laude fuiſſe deſenſum quemdam accuſatum de homicidio commiſſo de nocte, & teſtes, qui contra eum depoſuerant non dixerãt, quod luna lucebat illa nocte fuerunt reprobati ex quo propter obſcuritatem non poterant, & conſequenter non probauerant, nam ea, quæ de nocte fiunt difficilis ſunt probationis, hanc opinionem ſequitur etiam Alex. in conſil. 24. nu. 8. 9. vol. 2. vbi allegat gloſ. in d. verb. ignorat, Roland. à Valle in conſil. 7. nu. 29. 30. & ſeq. vol. 1. Marc. Anton. Natta in conſil. 18. nu. 17. Cotta in verb. teſtis deponens, Viu. latiſſimè in opinione 950. à nu. 1. part. 3. & in deciſ. 169. in fin. Plot. in l. ſi quando §. 51. num. 16. in medio C. vnde vi fol. 273. Iul. Clar. in §. fin. q. 21. verſic. ſed quid ſi teſtis ibi cæterum teſtes, Rota Genuæ in deciſ. 3. nu. 25. Franciſc. Burſat. in conſil. 34. nu. 5. in fin. & ſeq. Maſcard. in tractat. de probat. concluſ. 1109. nu. 1. cum ſeq. vol. 2. latè Iacob. Menoch. in tractat. de arbitr. Iudic. caſu 525. nu. 12. Marcell. Calá de modo articul. nu. 1257. fol. 222. ſatis pulchrè Rota Lucæ in deciſ. 36. col. 2. in nouis, & Farinac. de teſtib. concluſ. ſeu quæſt. 62. nu. 37. & ſeq. Ricc. in deciſ. 63. part. 2. ſecus ſi deponunt vidiſſe Titium de nocte committere delictum, eumque cognouiſſe,

uiſſe, quia luna tunc temporis lucebat, vel in loco delicti erat ignis, aut lumen accenſum, vt per Plot. in loco ſupra allegato nu. 17. poſt infinitos, quos allegat, & Farinac. vbi ſupra loco, & nu. prædicto, & ſeq. Viu. in d. opinione nu. 6. & Iacob. Menoch. vbi ſupra nu. 15. vel teſtes, qui deponunt committentem delictum cognouiſſe ad vocem, quia illam notam habebant veriſimiliter tunc contra ipſum faciunt indicium ad torturam, Alex. in d. conſil. 24. nu. 10. Aym. conſil. 2. nu. 4. Viu. in d. opinione nu. 5. Iul. Clar. vbi ſupra verſic. ſed quid ſi teſtis, Menoch. in d. caſu in fine, Maſcard. in concluſ. 22. vol. 1. & in d. concluſ. 1109. col. 2. vbi omninó; reliqua vide apud Viuium in d. opinione, & Baiard. ad Clarum in d. q. 21. nu. 21. & ad principalem concluſionem Farinac. in d. tract. de teſtib. q. 69. nu. cum infinitis ſeqq.

Teſtes parte non citata examinati licet regulariter non probant l. ſi quando C. de teſtib. cap. in nomine Domini extra de teſtib. Viuius in opinione 956. part. 3. D. Vincent. de Franchis in deciſ. 60. nu. 11. & deciſ. 462. nu. 1. Foller. in verb. & repetantur teſtes Curiæ nu. 1. & in verb. & ſi confitebuntur fol. 322. in nouis, Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 5. vol. 1. & concluſ. 682. vol. 2. Paul. Fuſc. in ſingul. 32. litera T. poſt Gabriel. in tit. de citat. concluſ. 2. Muſcatell. in prax. Sacr. Conſil. in gloſ. iuramenta nu. 1. cum ſeq. qui allegat plures ritus M.C.V. Petr. Caball. in caſu 269. Honded. in conſil. 56. nu. 21. & ſeq. vol. 2. Stephan. Gratian. in dec. 231. nu. 1. cum ſeq. Flamin. Cartar. in deciſ. 21. D. Vincent. de Franchis in deciſ. 668. nu. 5. & latiſſimè Farinac. de teſtib. q. 72. à num. 1. cum ſeqq. vbi ſunt ampliationes, & limitationes, tamen ſi parte præſente cum iuramento fuerint recepti probant, quia plus operatur præſentia, quam partis citatio, ſecundum Affl. in conſtit. ſi damna nu. 36. in fin. & in conſtit. humanitate nu. 15. Cauenſ. in pragmat. inoleuit nu. 26. Roland. in conſil. 12. nu. 36. vol. 3. Paul. Fuſc. in ſingul. ſupra allegato in medio, vel parte citata repetantur, quia ſimiliter probant, clementina 2. de teſt. Paul. Fuſc. in loco citato in fin. & Farin. in d. q. 72. nu. . ſed vſque ad quod tempus poſſint teſtes in cauſa recepi, & examinati parte non citata repeti, Grammat. in deciſ. 28. nu. 6. poſt Capyc. quem allegat dicit repetitionem poſſe fieri vſque ad concluſionem cauſæ poſt verò concluſionem, vel citationem ad dicendum factam in cauſa repetitio ipſa fieri non poteſt, ſequitur Foller. in dd. locis Cauenſ. in pragm. reſpõſionibus nu. 2. in fin. Carauita in rit. 75. nu. . Roland. in conſil. 52. vol. 4. Baiard. ad Clar. in q. 45. nu. 21. & D. Vincent. de Franch. in deciſ. 668 num. 1. ſupra alleg. quod ſolum Capyc. allegat, ſed de veritate videndus eſt idem D. Vincent. in deciſ. 716. & quid ſi teſtes ante repetitionē ſunt mortui an probant poſtquam ſunt examinati parte non citata, Baiard. in loco ſupra allegato num. 22. poſt Foller. quem allegat in d. verb. & repetantur nu. 6. tenet, quod ſic per text. in l. ſi. vbi Paul. Caſtrenſ. C. de teſtib. fuſius Farinac. in d. q. 72. nu. 129. quia mors vim iuramenti habet, iuramentum autem, & citatio equiperantur, vt ibi nu. 130. 131. & 132. vbi refert ita per Rotam iudicatum, ſequitur Caball. in d. caſu 269. contrariam opinionem, quod teſtes examinati abſque partis citatione, & mortui antequam repeterentur non probant, ſequitur, & tenet Marc. Anton. Natta in conſil. 395. num. 21. ſequitur Foller. in d. nu 6. in fin. maximè in criminalibus, vt per eum ibi Honded. in conſil. 101. nu. 22. & Farinac. in loco ſupra citato nu. 133. per iura, & rationes, quas allegat; prima opinio eſt verior, tàm in cauſis ciuilibus, ſecundum Baiard. in loco allegato, & ita practicatur, & vidi obſeruari in M. C. V. & hodie opinio iſta confirmata eſt per pragmat. editam de menſe Maij 1616. delli 89. capi 6. & quid ſi teſtes ſunt examinati, & recepti ſine partis citatione pro informatione Curiæ ſi cũ reo delinquente confrontati eorum depoſitiones confirmant an fidem faciant abſque alia eorum repetitione parte citata, vide Clar. in d. q. 45. verſ. ſed in hoc propoſito, vbi Baiard. à nu. 60. vſque ad finem, & Farinac. in d. q. 72. nu. 139. cum ſeqq. & ſatis pulchrè Honded. in d. conſil. 101. nu. 29. 30. vbi tenet debere deferri iuramento reſti in confrontatione facienda in præſentia rei inquiſiti, & legi in ſui præſentia depoſitiones de verbo ad verbum, allegat Foller. in d. loco citato num. 4. qui loquitur de repetitione facienda iuxta communem practicam, vide omninó d. conſil. Honded. quod eſt valde in hac materia elegans, & latiſſime Caball. in d. caſu 269. Ricc. in deciſ. 84. & 243. part. 2. poteſt tamen conſuetudine induci, vt tollatur citatio, in qua defenſio non conſiſtit, Alex. conſil. 65. num. 5. verſic. ſtatutum vol. 1. Grammat. in deciſ. 34. nu. 32. & Caball. in loco citato nu. 1. ſunt enim multi caſus, in quibus teſtes non repetiti probant, quos Foller. congerit in d. verb. & ſi confitebuntur nu. 42. & ſeq. & in verb. & repetantur, Baiard. ad Clar. in d. q. 45. Ioann. Grand. de bello exul. fol. 94. 212. & Farinac. in d. q. 72. & ad principalem concluſionem adde videndum Ricc. in deciſ. 210. part. 1.

Teſtes, qui ab aliquo producuntur pro ſe, ipſis examinandis tenetur neceſſaria pro eorum victu ſubminiſtrare l. quoniam liberi C. de teſtib. c. ſtatutum §. pen. de reſcript. in ſexto, Carauit. in ritu 140. nu. 2. & Surd. in tractat. de aliment. tit. 1. q. 62. in principio, & debentur teſtibus neceſſaria ſubminiſtrari veluti expenſæ pro veniendo, ſtando, & redeundo d. c. ſtatutum §. pen. Carauit. & Surd. in locis ſupra allegatis ille nu. 7. & iſte nu. 9. quæ præſtari debent quando à domo diſcedunt, prout ſic fuit per Sacrum Conſilium iudicatum refert Vrſill. in deciſ. Affl. 137. ad finem, ſequitur Surdus vbi ſupra num. 10. & ſi á proprijs eorum negotijs auocantur poſſunt aliquid à producente exigere vltra alimenta, ſiuè expenſas, Bald. & Felyn. in capit. 1. num. 2. de teſtib. Surd. in loco prædicto, & quid in tutore dic vt in l. 1. §. pupilli ff. de tutel. & ratio. diſtrah. & quid ſi tutor eſt talis, qui paſcet ſe ex operibus ſuis debet ipſi reſtitui id, quod expedit non habita ratione eius, quod domi expendiſſet, Pacian. lib. 2. de probat. cap. 26. nu. 134. 135. verum ſi in itinere incidunt in latrones non recuperant damnũ, quod paſſi ſunt, ſecundum Felyn. vbi ſupra, quem ſequitur Surd. in ſæpius citato loco nu. 6. vide deciſ. Pedemont. 45. ſed ſi in itinere infirmantur debent curari expenſis producentis, Surd. ibidem num. 12. & in iſtis, quæ teſtibus dantur, vt ſupra non debent deduci illę, quas ipſi in eorum domibus eſſent facturi, Carauita in d. ritu nu. 2.

nu.7.& an teſtes debent ire equeſter, vel pedeſter, vide ibi per Carauitam in d.nu. & Surd.in d.tract. tit.4. q.21. & aliqua per Vrſill. in loco citato, Pacian.vbi ſupra nu.132.133.hinc in cauſis magnis & arduis poteſt Iudex mandare teſtibus, vt veniant coram ipſo ad deponendum,& ſe examinandum, Affl.in conſtit.in pecuniarijs num.5.in fin. Grammat.in conſil.41.nu.12. Capyc.in deciſ.90.num.5. Benintend. in deciſ. Bonon.74. Carauita in ritu 342.num.2. & Vrſill. vbi ſupra nu.6. vbi expenſis petentis debent venire, & ita refert deciſum Ann. in ſingul.519. ſequitur D.Tapia in ſecundo tomo iuris Regni ſuper d. conſtit. in pecuniarijs ſol. & Ricc. in deciſ.109. part.2. & teſtes citati ab vna parte poſſunt ab altera parte aduerſaria examinari etiam ſi ad eius inſtantiam non fuerunt citati, ſecundum ritum M.C.V. 155. vbi Carauit. Anna in ſingul.510. & Muſcatell.in praxi Sacr.Conſil.in gloſ. citati in fine, poſſuntquè vltima die termini examinari,& recipi abſque citatione, ſecundum Affl.in deciſ.47.in fin.ſequitur Marant.in tract.de multiplici alienatione nu. 257. & Anna in ſingul. 518.videatur Muſcatellus in d.praxi in gloſa iuramenta nu.12. & ſeq. fol.83. à tergo, an ille, qui citare, & iurare fecit teſtes poſſit pœnitere, atque examini ipſorum renunciare, vide omninò Flam. Cartar. in deciſ.106. & teſtes deponentes per eundem præmeditatum ſermonem ſunt ſuſpecti, Bart.in l.3.§.1.ff.de teſtib. Curt.in tract. de teſtib. nu.29.Dec.in conſil.105.col.pen.verſic.3. & conſ. 622.nu.3.Cardin. Pariſ.in conſil.88.nu.74.volum. 3.Roland.in conſil.33.nu.12.vol.2.Cacheran.in deciſ.128.nu.10. Anna in ſingul.509. Caualcan.in deciſ.9.num.60.part.2.Franciſc.Viu.in deciſ.164. imò præſumuntur ſubornati, ſecũdum Maſcard. in tract.de probat.concluſ.1340.vol.3.& ex cauſa poſſe Iudicem non adhibere fidem teſtibus iuxta deciſionem Bart.in l.Lucius ff. de infam.ſequitur Gramm.qui concordantes allegat in deciſ.34.nu. & 46.dec.92.nu.24.& ſeq. poſt Dec.in conſ.448. nu.29.Aym.Crauet.in tract.de antiq.temp.par.1. §.4.nu.40.Vrſill.ad Affl.in dec.13.nu.36. Pinell.in l.2.part.3.cap.vltimo nu.44. C.de reſcind. vendit. Anton.Gabriel. in tit.de teſtib.concluſ.2.num.62. verum tenetur cauſam ob quam mouetur exprimere, vt per Bart. vbi ſupra, quem Doctor. citati ſequuntur, & è contra licet teſtes ſingulares regulariter non probent, tamen Iudex ſi ipſi videbitur poteſt ipſis teſtibus ſingularibus fidem adhibere, Marſil. in ſing.114. Arnon.ſoliloq.59. Silua nupt. libr.5. quomodo iudic.num.122.in fin. & ſeq. fol. 639.in paruis, Aym.Crauet. in conſil.78.nu.7. & in d.tract.part.1.§.octaua nu.10, & Vrſill. in deciſ. Affl.343. ad finem; hinc inferri poteſt, quod ſi teſtes ſingulares deponunt, videlicèt vnus de vna confeſſione, alter de altera confeſſione, diuerſis tamen locis factis plenè probant, Aym.Crauetta in d.tractat.part.4. §.ſed enim ſub nu.9.verſic.ſed in contrarium, Roland.à Valle in conſil.82. num. 48.vol.2. Ioſeph.Ludouic. in deciſ. Peruſ.9.nu.15. poſt Anton.Gabriel. in tit. de teſtib.concluſ.2.nu. 53. Maſcard.in tract.de probat.concluſ.379.vol.1. & alij, quos refert, & ſequitur Farinac. de teſtib. q.64. nu.131. & 133. vbi dicit opinionem iſtam eſſe magis communem, quam intelligit procedere in teſtibus ſingularibus deponentibus de pluribus confeſſionibus factis præſente parte, licet diuerſis loco, & tempore, allegat Aym. vbi ſupra nu.24.ad finem, & Vrſill. ad Affl. in deciſ.364.nu. 2.& quid ſi teſtes prædicti ſingulares deponunt de diuerſis confeſſionibus factis parte abſente in diuerſis temporibus, & locis an probent, vide Menoch. in tract. de præſumpt. libr.1.cap.41.nu.6.7. Roland. in d.conſil.82. nu.45. Marc.Anton.Eug. in conſil.27 nu.30. poſt Aym. vbi ſupra num.25. Viu.in opin.138.part.1. Vrſill.vbi ſupra,& Farin. in d.q.64.nu.136.& ſeq. & teſtes deponentes de tenore alicuius ſcripturæ, puta priuilegij, aut inſtrumenti debent eſſe periti,& experti, veluti,Doctores, Notarij, vel ſimiles,ſecundum Alexand.in conſil.196. nu.9. vbi Doctores in apoſtillis vol. 2. ſequitur Dec.in conſil.82.nu.3.& in l.1.in 3.lectura nu.89.vbi Ripa nu.84.ff ſi cert.petat.idem Dec. in auth. ſi quis in aliquo num.28. vbi Bolognett.à nu.35.cum ſeq.& ibi D.meus Alphan.nu. .C.de edendo, Vrſill.ad Affl. in deciſ.274.nu.1.Anna in ſing. 507. qui Angel. & Ripam tantum allegat Viu. in opin.892.nu.4.part.3.& in deciſ.165. Maſcard. de probat.concluſ.245. vol.1. & in concluſ. 845.nu.27.& 908.nu.6.vol.2.vbi etiam refert modum probandi, & Marcell.Calà in tract.de modo articul.nu.253.

Teſtium effrenatus numerus quando venit; vel non refrenandus de iure communi, vide text. in l.1.§. fin.ff.de teſtib.Iacob.Menoch.in tractat.de arbitr. Iudic. caſu 249. & poſt ipſum latiſſimè Maſcard. in tract. de probat. concluſ.1077.vol.2. in Regno autem adeſt pragm. in tit. de teſt.refren.vbi Scribentes, & in tit.de offic. Sacr.Conſil. pragmat.§1. vbi D.Rouit. & ſi teſtes fuerint examinati vltra numerũ ſeptem ſuper quolibet articulo, & ſic cõtra formam dictæ Regiæ Pragmaticæ quales ipſorum debent reijci, vide Cauenſ. & Rouit. in d. pragmat.1. & Palomb.in tract. de regim.Official. regula 12.nu.15.apud quos reperitur quid fuit decitum in Sacro Conſilio, & quid ſi fuit petitum beneficium per perſonam priuilegiatam, eidemque conceſſum, & in primo termino fuerunt teſtes examinati ad eius inſtantiam iuxta numerum taxatum in d.pragmat. 1. an ſuper termino beneficij poſſit examinare ſeptem alios teſtes ſuper quolibet alio articulo ſeruata forma dictæ pragmaticæ,Palomba in d.loco citato refert,quod de hoc dubio fuit conſultus Eccellentiſſimus Prorex per Sacrum Conſilium Neapolitanum,& ordinatum, atque deciſum,quod ſuper quolibet articulo in termino beneficij examinentur ſeptem teſtes vt ſupra.

Teſtis inhabilitas ſuppletur per habilitatem alterius teſtis, adeo quod ratione adiuncti dicta inhabilitas purgatur, ſecundum Iaſ.in auth.ſi vero contingerit nu. , C. de Iudic. & in l.ſi quis ex argentarijs §.cogentur ff.de edendo,Cacheran.in deciſ.15.nu. 2. Roland. in conſil.98.nu.5.volum.4. & latiſſimè Anton.Gabriel. in tit.de teſtib. concluſ.5. num.1. Ioſeph. Ludouic. in ſuis commun. opinion. concluſ.70.col.1. verſic. iſte tamen teſtis fol.148. poſt Aym.qui pulchrè loquitur in conſ.281.poſt nu.6. verſic. & quod requiratur, & D. Conſiliarius Georg. in alleg.42.num.34. verum iſta concluſio non procedit, quando teſtis prædictus eſt omninò inhabilis, tunc eius depoſitio non ſuppletur per

habi-

Digitized by Google

habilitatem alterius, ſecundum Aym. in conſil. 9. nu. 10. ſequitur Roland. in d. conſil. nu. 34. & ſeq. Gabriel. vbi ſupra nu. 5. & Ioſeph. Ludouic. in loco citato verſic. iſta tamen, & Campan. in cap. Regni 260. col. fin. & quando numerus teſtium ſupplet eorum defectum, ponit latiſſimè Gabriel. in d. tit. de teſtib. concluſ. 6. & alij, quos allegat, & ſequitur, licet remiſſiuè, idem D. Georgius in d. allegat. nu. 35. maximè in his, quæ ſunt difficilis probationis, & ab alijs veriſimiliter ſciri non poſſunt, vt ibi nu. 36.

Teſtium conflictus quomodo à Iudice ſit conſiderandus, vide Myſinger. in obſeruat. 38. centur. 4. Magon. in deciſ. Florent. 17. nu. 8. & ſeq. & in dec. Lucæ 65. nu. 14. vbi addit. Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. caſu 526. nu. 19. cum infinitis ſeqq. Roland. in conſil. 93. vol. 4. & Robert. Marant. in tract. de remed. poſſeſſor. nu. 172. & ſeq. Ioann. de Amicis in conſil. 52. & Grammat. in conſil. ciuili 30. hinc in paritate, & dubietate probatio debet pro reo poſſeſſore iudicari cap. ex literis de probat. & ita reſpondit Tiber. Decian. in conſil. 52. nu. 25. in 2. vol. vbi exornat d. cap. ex literis, addo Alex. in conſil. 52. in fin. vol. 1. conſil. 156. in fin. volum. e. Roman. in conſil. 156. nu. 2. vbi apoſtilla, Dec. conſil. 109. nu. 1 & alibi ſæpe Robert. Marant. in conſ. 131. nu. 6. Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 98. & Maſcard. de probat. concluſ. 36. nu. 26. vol. 1. ſed ſi teſtis obſcura depoſitio eſt, vel incerta, an probat, quod non, Maſcard. in d. tract. concluſ. 1363. nu. 6. vol. 3. & latiſſimè Farinac. de teſtib. quæſt. 68. à nu. 1. cum ſeqq. quia depoſitio teſtis, ſiuè teſtium debet de neceſſitate concludere, Maſcard. & Farinac. in locis allegatis, hinc ſi teſtis deponit per verbum dubito non probat, quia dubitans, & ignorans æquiperantur l. fin. C. de cond indeb. Aym. in conſil. 60. nu. . & Farinac. vbi ſupra nu. 8. idem ſi deponit per verbum forſitan, vel prima fronte, ſecundum Iaſon. in l. 1. nu. 27. 28. ff. de iuſt. & iure Farinac. in loco citato nu. 10. idem etiam ſi deponat per verbum ni fallor, Iaſ. in d. l. 1. nu. 13. Viu. in opin. 955. nu. 5. & Farinac. vbi ſupra num. 14. 15. idem ſi deponit alternatiuè, Viuius in opin. 963. & Farinac. loco citato nu. 19. vbi declarat, & quid in teſte deponente per verbum videtur, vide Alex. in conſil. 15. nu. 5. vol. 1. & Viuium in opin. 965. ſupra citata, & Farinac. in loco allegato num. 25. & nu. 26. ſcribit de teſte deponente ſuo videre, Cacheran. deciſ. 122. nu. 27. & de teſtibus deponentibus de alijs ſimilibus verbis, vide Farinac. latiſſimè in loco ſæpius allegato, & quid de teſte deponente de credulitate, aut de auditu alieno, vide Farinac. in d. q. 68. & quid ſi teſtis deponat de auditu proprio an probat, quod ſic, Bart. in l. 2. §. item habeo verſic. de auditu ſuo, vbi etiam Caſtrenſ. & alij ff. de aqua pluuia arcenda, Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 475. nu. 15. & Farinac. in loco ſupra allegato nu. 147. & 148. vbi ampliat, & limitat, & vide Menoch. qui ſupra nu. 16. & Farinac. num. 165. & ſeqq.

Titulum poſſeſſor beneficij non tenetur probare, ſi pacificè illud poſſideat, vt probat text. in l. cogi C. de petit. hæred. Maſcard. qui multa alia iura, & Doctorum authoritates allegat in tract. de probat. concluſ. 1372. num. 1. vol. 3. maximè quando poſſeſſio eſſet antiqua, tunc pro titulo ipſo præſumitur, nec probatione indiget, vt ibidem per Maſcard. nu. 2. 3. & in concluſ. 1371. col. 1. Aff. in dec. 368. nu. 10. & deciſ. 239. multa apud Viuium in deciſ. 139. & quid ſi titulus eſt coloratus, vide eundem in concluſione 1374. cum ſeq. verum tituli duo in eadem perſona concurrere non poſſunt, vt poſt Alberic. tenet Surd. in deciſion. 51. numer. 10.

Tortura reo illata, ſi in negatione perſiſtit quando indicia contra eum exiſtentia purgat, Proſper Farinac. exuberantiſſimus Doctor in tit. de indic. & tortur. q. 40 multum confuſè loquutus fuit in hac quæſtione, vt eſt videre apud eum; doctiſſimus verò Iacob. Menoch in tractat. de arbitr. Iudic. caſu 273. in additionibus nouis clarius loquutus fuit plures caſus diſtinguendo, primus quando contra reum tortum, qui in tortura negando ſtetit extant ſola indicia, ſed non multum vrgentia, iſto caſu abſque controuerſia dicendum eſt indicia fuiſſe purgata, & reum liberandum, & dicit opinionem iſtam probari ex Bart. in l. vnius §. 1. num. 2. ff. de quæſt. vbi dicit, quod quando indicia apparent leuia contra reum quęſtio non debet repeti, & ex Aff. in conſtit. humanitate poſt num. 28. verſic. ſi autem, Grammat. & Boer. per ipſum alleg. nu. 1. 2. & ita poteſt intelligi Farinac. in loco ſupra citato nu. 2. & ita pariter intelligi debet Viuius in opin. 1000. nu. 3. 4 part. 3. qui obſcurè loquitur. Secundus eſt caſus, quando indicia contra reum ſunt vrgentia, & Menoch. vbi ſuprà tres in medium refert opiniones, prima fuit Alberic. in l. edictum num. 2. ff. de quæſt. & in rubrica C. eod. nu. 9. affirmantis reum tortum, & negantem liberandum fore, quem infiniti Doctores ſequuntur, quos refert Farinac. vbi ſupra, & Menoch. in addit. nu. 4. in d. addit. altera fuit opinio Bart. in d. §. 1. num. 2. verſic. quandoque contra reum, tenentis indicia vrgentia non fuiſſe purgata, & conſequēter reum tortum, qui negauit iterum debere torqueri, quē multi ſequuntur, quos idem Menoch. loco citato nu. 5. allegat, accedunt Viuius in d. opin. num. 5. & Iul. Clar. in q. 64. in verſ. illata tortura, ibi apud nos, & verſic. hęc autem omnia, de quo meminit D. Vincentius de Franchis in deciſ. 577. in fine, & ſubdit in deciſ. 538. num. 16. quod tortura illata in valde indiciato grauiſſimis indicijs, etiam reo bis torto non purgat illa, quin poſſit reus pæna extraordinaria puniri, & condemnari, vt ibi in fine, Ricc. in deciſ. 73. part. 1. & Capiblanc. in pragmat. 6. num. 100. & ſeqq. de Baron. in nouis. Tertia eſt opinio, hoc totum debere relinqui Iudicis arbitrio, vt poſt Roman. Cępoll. Grammat. Aretin. & Clar. oſtendit Menoch. in ſæpius alleg. loco nu. 6. vbi refert Senatum Mediolanenſem conſueuiſſe condemnare reum tortum, qui negando perſeuerauit ad pænam temporalem extraordinariam, nempe triremium, vel exilij, addo Aff. in conſtit. ſi damna nu. 56. verſic. aut malefactor; tertius eſt caſus, quando indicia nō ſolum vrgentia ſunt, ſed etiam indubitata, de quibus loquitur Bald. in l. fin. nu. 2. C. de probat. Clar. in §. fin. q. 21. verſic. ſi aliquis, vbi Baiard. in addit. num. 158. & optimè Bart. in tract. de quæſt. col. pen. verſic. ſed quid ſi, Rota Lucæ in deciſ. 63. fol. 91. deciſ. 135. fol. 205. & in deciſ. 149. Mangrell. ad Bart. in l. 2. ff. de furtis, Magon. in deciſ. Lucæ 39. num. 11. & 12.

Petr.

Petr.Caball. in caſu 288. & D. Vincent. de Franchis in d.deciſ.538.nu.15. & in caſu iſto per torturam non purgantur, ſed poteſt ad condemnationem deueniri, ſecundum Affl.in d.conſtit. humanitate nu.28. & Menoch.qui eum refert in d.caſu, & addit.vbi num.9. tenet etiam de condemnatione pænæ ordinarię,quam opinionem non puto veram quoad condemnationem pænæ ordinariæ,vt dicebat Menoch. ſed tantum quoad pænam extraordinariam, ſecundum Iul. Clar. in q.20 verſ. ſcias tamen,ibi alij verò dicunt, & ita tenent multi Doctores, quos refert Farinac. in d.q.40.nu.7.11. 15.& Baiard.in d.q.64.num.121. & iſtam opinionem tenere videtur D. Vinc.de Franch. in deciſ. 372.vbi addo,& poteſt confirmari ex allegatis, & dictis in proximo pręcedēti caſu. Alius, & quartus caſus eſt, ſecundum Iacob.Menoch. vbi ſuprà quando contra reum extant plenæ probationes ſi fuit tortus,& negando perſeuerauit, an per torturam purgatæ, & extinctæ ſunt, & refert ſimiliter tres extare opiniones, verum ſecundam dicit eſſe probabiliorē,& veriorem nempè probationes plenas non cenſeri extinctas,ſed poſſe Iudicem reum ad pęnam ordinariam delicti condemnare, allegat Bald. in cap.ad noſtram nu 3.de probat. Affl.in d. conſt.humanitate, & nu. .ibi ſi verò ipſe captus, & inſuper Rom.Parid. de Put. Gramm.Couarr. Gomez, & alios,vt ibi per text. in l. qui ſententiā C.de pænis, accedit Baiard. ad Clar. in d.q.64.nu. 119.& 123. quicquid dixit Alber.in d.l.edictum, & alij ipſum ſequentes allegati per Menoch. in d. nu.12. & per Farinac.in d.q.40.num.6. & 8.& vide Petr. Caball. in caſu 39. ſed tota vis ſtat in interrogando ipſum reum conuictum in torturam pendentem,iuxta text.in l.1.§. qui quæſtionem cū ibi notatis per Bart.ff.de quæſt. quid ſi reus habet plura indicia contra ſe, an Iudex poſſit ſuper vno indicio ipſum torquere tacitis alijs,vide Baiard. in loco citato nu.100.vbi poſt Bertazzol.tenet,quod non, & vide apud eundem multa à nu.120. cum ſeqq. ſed tortura nunquam imponitur pro pæna in ſententia diffinitiua, ſecundum Mart. in voto 70.nu.7. nec tortura irrogatur ex proceſſu informatiuo,vbi pęna delicti arbitraria eſt,ſecundum Intrigliol. deciſ.19. ad fin. ſequitur D.Rouit. in pragmat.1.nu.11.in fin. de cuſtod. reo. & in prag. 1.nu.16.de immunit. Neapol. Capiblanc.in prag. 8.part.2.nu.258.de Baron.in nouis,& ad iſtam concluſionem Ricc.in d.dec.& in dec.101.103.part.1.

Tranſactio non reſcinditur quando aliquid, quod eſt aſſignatum in tranſactione euincitur abſque culpa dimictentis, & conſequenter quando poſſeſſori dimictitur res ex cauſa tranſactionis de euictione agi nō poteſt ad text.ſemper legendum in l.ſi pro fundo ibi ſi tamen res ipſas,vbi Bart.in 3.notab.& alij ſequuntur ibi C.de tranſact. Franc. Crem.in ſing.131 latè Fab.Ann.qui alios refert in conſil.51 nu.29.& ſeq. & ita iudicauit Rot.Peruſ. vt refert Ioſeph Ludou. in deciſ.101. ſequitur etiā Alphan.Peruſin. in collect.646. vide Simoncell.in tract. de decret.ſol.99.à terg. ſed an dimictens teneatur ad pretij reſtitutionem, vide Fab. Ann. in d.conſ. nu.32. 34. ſcribit tamen Ioſeph Ludou. in in loco citato nu.16.quod ſtante euictione ici non datur ad primęuam actionem regreſſus,ſed poteſt agi pro euictione ad intereſſe,quam opinionem credo non procedere quando res poſſeſſori dimictitur ex cauſa prædicta, vt fatetur Crem. in d. ſing.per d.l.ſi pro fundo, Fab.Ann.& allegati per ipſum in d.conſil.num 29. accedunt Viu. in opin. 1003.nu.5.part.3.& Alphan.qui ita diſtinguit in d. collect.quæ nota,vt ſcias cōſulere Clientulum, licet regulariter quando quis vult agere aduerſus tranſactionem tenetur prius accepta reſtituere, ſecundum Affl.in deciſ.220.nu.4. vbi refert ſic iudicatum in Sacr.Conſil. ſequitur Anton. Gamma in deciſ.66. nu.22. & Vrſill. ibidem ad Affl. nu.2. quibus accedunt Marc. Anton. Natta in conſ.42. nu.11.in addit.ad Alex.vol.1. Viu.in d.opin.nu.4. vbi refert ita conſuluiſſe de anno 1576. & omninò Ludou. Peguer. in deciſ. 203. in fin. quia contractus tranſactionis eſt vltro citroque obligatorius l.ſiuè apud acta, vbi Bart. & alij C.de tranſact.fuſius Maſcard. de probat.in concluſ.1387. in principio vol.3. & reo non obſeruante actori ſubuenitur per conditionem ob cauſam Ioſeph Ludouic. vbi ſupra num. 2. & vide ſi conferunt ſcripta per Roland.in conſil.7.col.1.vol.3. & per Maſcard.in loco prædicto á nu.4. cum ſeqq. verum Ann.Sen. in ſing.540.relatis Affl.Gramm. & alijs refert deciſum in Sacr.Conſil.fuiſſe proceſſum ad vlteriora non facta reſtitutione pecuniæ habitę pro tranſactione. ſequitur nouiſſimè D.Conſiliar. Georg. in alleg.34. per totam maximè nu.24.25. vbi reſpondit ad Affl.& Gramm.videatur Honded.in conſil.34.num.34.35.vol.1.& Ricc. in deciſ.1171 par.1. hinc tranſactio facta cum vno alij non pręiudicat l.1.C.de tranſact. & l.Imperator in principio,vbi Bald.ff.eod.tit.& Surd.qui alia ſimilia allegat in tract.de aliment,tit.1.q.38.nu.33.hinc etiam trāſactio ſuper alimentis etiam diuiti debitis facta non valet abſque decreto Prætoris l. cum hi, vbi Bart. & alij ff.de tranſact.latè Surd.in d.tract.tit.8. priuileg.56.nu.4.cum ſeqq. & quid ſi in trāſactione adeſt læſio vltra dimidiam conſiderato dubio futuro litis euentu habeat locum remedium l. 2. C.de reſcind.vend. vide eūdem Conſiliar.Georg. poſt Doctores Modernos, quos refert in d. alleg. nu.16.& vltra Anton.Gamm.in deciſ.110.nu.15. Muſcatell.in prax.Sacr.Conſil.in gloſ.tranſactionis, & omninò Ludouic. Peguer. in deciſ.201. & addo ad D.Vincent.de Franchis in deciſ.159.

Trebellianica poteſt per patrem prohiberi etiam filijs primi gradus,prout per vtrumque Conſilium Neapolitanū fuit deciſum refert inſignis D. Vincentius de Franchis memoriæ recolendæ in deciſ. 11. maximè nu. 19. vbi addo Doctores ſequentes deciſ. prædictam, & tenentes contra illam, vt ibi videri poteſt,& poſtmodum pro opinione S.C.reperi iudicatum per Rotam Anconitanam, vt refert Marc.Anton.de Amatis in deciſ.11. & maxima cum ratione comprobatur concluſio, & opinio iſta, quia pater non tenetur filijs relinquere, niſi bonorum ſubſidium,nempè legitimam refert idem D.Vincent. in deciſ.612. nu.1. vbi teſtatur, quod Sacr. Conſil. ab eo tempore ſemper pro iſta opinione iudicauit, maximè ſi filius teſtamentum patris approbauit, Honded. in conſil.59.num.40. volum. 1. quia legitima eſt proprium patrimonium filij,ſecundum Seraphin.in deciſ.451.num. 7. poſt Roman. quem allegat in conſil. 232. in 1. dubio,& ſubdit D.Vincent.in d.deciſ.612.num.2.

& ſeq. Trebellianicam poſſe prohiberi etiam tacitè per verba æquipollentia, & refert ita deciſum per Sacr. Conſil. vbi alios Ego addo, licet aliter teneat Mart. & malè in voto 115. in 1. dubio, multiſque alijs modis trebellianica prohibita cenſetur, quos congerit Anton. Gabr. in tit. ad trebell. concl. 3. cum ſeqq. Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 1389. vol. 3. & Surd. in tract. de aliment. tit. 2. q. 15. num. 231. & tit. 9. q. 25. num. 88. 90. & 94. an per clauſulam codicillarem appoſitam in teſtamento cenſeatur prohibita trebellianica, quod ſic ſecundum Gabriel. in d. tit. ad trebell. concluſ. 9. num. 4. vbi ad id citat Guid. Pap. Ruin. & Caſſan. & videtur ſequi Turreti. de effectu, & virt. clauſulæ codicill. q. 133. nu. 1. licet nu. 3. dicat contrariam opinionem veriorem, & receptiorem, & num. 5. 6. reſpondit ad Ruin Caſſan. & ſequaces, qui loquuntur de clauſula, omni meliori modo, prout verè Ruinus in conſ. allegato per Gabrielem loquitur, ſecundum Thobiam Nonium in conſil. 1. nu. 17. & conſil. 20. nu. 12. & Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. libr. 4. cap. 198. nu. 31. & alios, quos allegat Turrett. vbi ſupra num. 6. vide Marc. Anton. Eugen. in conſil. 6. nu. 28. 29. 60. & 61. Honded. in conſil. 45. nu. .vol. 2. an per prohibitionem trebellianicæ bona teſtatoris cenſeantur ſuppoſita fideicommiſſo, vide Guid. Pap. in deciſ. 531. verſic. nam teſtator col. fin. de quo meminit, & ſequitur Menoch. in conſil. 277. num. 5. & conſil. 334. nu. 3. an tribellianica amictatur ob non confectionem inuentarij ab hærede facti, idem D. Vincent. in d. deciſ. 11. nu. 22. refert deciſum, quod non, vbi nu. 23. reddit rationem, quo loco alios addo, & nouiſſimè iſtam opinionẽ latiſſimè proſequitur Marta in voto 112. vbi ad contraria reſpondit, & refert infinitos Doctores varios in hoc articulo, an trebellianica poſſit per deſcendentes aſcendentibus prohiberi, quod ſic ſecundum Aym. Crauettam in conſil. 110 in 1. dubio.

Turbatæ poſſeſſionis cauſa quando criminaliter agitur cum querela datur actio iniuriarum, quæ criminalis eſt l. qui pendentem ff. de actio. empt. l. iniuriarum §. fin. ff. de iniur. & ita poſt infinitos, quos allegat, ſcribit Iacob. Menoch. in tract. de retinenda poſſeſſ. in 3. remedio num. 549. vbi reprehendit Boſſ. in tit. de plurib. violentijs num. 48. ſequitur Ioſeph Ludou. in ſuis comm. concluſ. concluſ. 71. fol. 151. vbi tamen declarat, & nouiſſimè Farinac. in 3. vol. q. 100. nu. 38. & 40. vbi teſtatur opinionem iſtam eſſe magis communiter receptam, & vidiſſe pro turbata poſſeſſione criminaliter, & per viam querelæ coram criminalibus Iudicibus agitari, vbi etiam ampliat, & limitat, addo videndum Marc. Ant. Eug. in conſ. 60. & vide in materia Rot. Luc. in deciſ. 25. in nouis, turbare autem in poſſeſſione aliquem dicitur pluribus modis, quos poſt Iacob. Menoch. vbi ſupra congerit Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 1390. vol. 3. & Surd. enumerat aliquos in tract. de alim. tit. 9. q. 26. à nu. 76. cum ſeq. & Viu. in deciſ. 226. in fin. & turbans ex quibus cauſis à turbatione excuſatur, vide Ioſeph. Ludou. in d. concluſ. fol. 151. à tergo verſ. deducendo tamen cum alijs verſ. ſeqq. an per venationem in fundo, vel nemore alieno dicatur quis turbari, vide eundẽ Ludou. in d. fol. 151. verſ. & nota vnum, qui negatiuè tenet, videatur D. de Pont. in tractat. de poteſtat. Proreg. fol. 525. numer. 18.

Turpitudinem propriam allegans audiri non debet l. 1. §. 1. vbi Doctores ff. de eo per quem factum erit, & in l. cum profiteris C. de reuoc. donat. Surd. in deciſ. 196. nu. 6. in deciſ. 182. nu. 10. & in tract. de aliment. tit. 7. q. 37. nu. 37. & iterum in deciſ. 309. nu. 16. & Mart. in voto 136. num. 6. hinc infertur, quod principalis contrahens non poteſt allegare contractum fuiſſe ſimulatum, quia videtur particeps fraudis, ſuamque turpitudinem allegat, ſecũdum Bald. in l. emptione num. 1. verſ. qualiter C. plus valere, quod agitur Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 439. nu. 31. & 32. vol. 1. vbi ſatis pulchrè loquitur, videatur Pariſ. in conſ. 53. nu. 16. 31. & ſeq. vol. 1. verùm poſt detectam turpitudinem poteſt principalis illam allegare, ſecundum eundẽ Surd. in deciſ. 280. nu. 7. ac etiam per viam exceptionis, & replicationis idem Surd. in d. q. 37. ſupra alleg. nu. 50. vide Mart. vot. 54. ad fin. & in vot. 140. poſt nu. .ſimulatio enim quæ dicatur, & quę ſint eius cõiecturæ, vide omnino Becc. in conſ. 52. poſt DD. Antiquos, & Modernos, quos allegat, & Farin. in 5. vol. q. 162. n. 5. & ſeqq. & pro principali noſtra concluſione videatur Viu. in opin. 882. nu. 53.

Tutor ominus legitimè cõſtituto geſta per ipſum non præiudicant pupillo l. ſi tutor tuus C. in quib. cauſ. reſt. non eſt neceſſa. per quem ita tenet D. Vincent. de Franchis in deciſ. 206. num. 9. & dicitur quando ipſe ommiſit ſatiſdationem dare, vel inuentarij confectionem, vt ſentiunt Bart. & alij in d. l. ſi tutor in 1. notab. quos refert D. Vinc. in d. deciſ. & num. in fine, quia vt tutor legitimè adminiſtrare poſſit, requiritur, quod ſatiſdet, & inuentarium conficiat, & ante nihil facere debet, vt dicit text. in l. tutor, qui repertorium in princ. iuncta gloſa ibi ff. de adminiſtrat. tutor. alias geſta per eum ſunt nulla, ſecundum D. Vincentium in d. deciſ. nu. 10. cum quo concordat Carauita in rit. 294. ſub num. 4. & Farinac. in titul. de accuſatio. quæſt. 15. num. 59. poſt Cappell. Tholoſ. in deciſ. 288. & ibi addition. vide tamen Gratian. libr. 2. diſceptat. forenſ. cap. 360. col. fin. limita, vt per Surd. in tract. de aliment. tit. 8. priuileg. 56. num. 101. & ſi multa alia tutor antequam adminiſtrat teneatur adimplere, vt per Roman. in conſil. 425. Capyc. in deciſ. 50. Carauit. vbi ſupra, & Caualcan. in tract. de tutor. & curator. nu. .tamen inuentarij cõfectio, & ſatiſdatio magis in practica frequentantur ad finem legitimandi perſonam tutoris, vel curatoris, ſecundum Carauitam in loco ſupra citato nu. 5. in fin. vnde ſi tutor inuentarium non fecit, nec ſollemnia adimpleuit, & adminiſtrat, ſed ab omnibus, vt tutor reputatur ſi poſtea apparet non feciſſe inuentarium, nec ſollemnia adimpleuiſſe omnia geſta per ipſum irritantur, & non habet locũ diſpoſitio l. Barbarius ff. de offic. præt. ſecundum Marant. in ſuis ſing. in verb. error cõmunis fol. 32. allegat Bald. in l. non omnis §. 1. ff. ſi cert. pet. & conueniunt ſcripta per D. Vincent. in d. deciſ. nu. 10. vide interim Vrſill. ad Affl. in dec. 146. an proceſſus factus cum matre tutrice ante confectionem inuentarij valet, vide Gratian. lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 28. an ſufficiat ſi mater tutrix admictatur ad iuratoriam cautionem abſque fideiuſſore, vide Theſaur. Iun. in q. 21. part. 1. imò ſi

tutor

tutor inuentarium non confecit, incurrit doloſam ſuſpitionem d.l.tutor, qui repertorium, atque in ſuſpitionem furti rerum pupillarium, & hæc eſt iuris præſumptio, quæ eſt liquidiſſima probatio, vt notabiliter reſpondit Roman.in conſil.118.ſub nu.3. ſequitur Robert.Marant. in conſil.143.nu.5. & adeo eſt vehemens contra tutorem iſta iuris prçſumptio non conficientem inuentarium, quod ſi res hæreditariæ pupillorum non reperiuntur poteſt tutor ipſe torturæ ſubijci, ſecundum Roman. in loco paulo ante citato, & Maranta in d. conſil & num. hæc opinio poſſet de iure communi procedere, non autem in Regno, vbi tortura non infertur niſi in delictis pænam infligentibus vltra relegationem per cap. ipſius Regni, quod incipit tormenta 144. in ordine, atque tutorem in carceribus cauſam dicere debere, Roman. in ſæpius alleg. to conſil. & num. verſic. ſecunda verò pæna, & Maranta in loco ſupra citato, qui ambo pænas referunt contra tutorem inuentarium, & librum rationum non conficientem, vbi recurrendum eſt, hinc tutor faciendo alienationem inualidam ob defectum ſollemnitatis cenſetur eſſe in dolo, & tenetur de euictione, & ad reſtitutionẽ niſi doceat pretium eſſe verſum in commodum, & vtilitatem pupilli l.prædiorum C.de præd.min. Boer. in deciſ.80. num.3. & 6.quem refert, & ſequitur Stephan.Gratian. in dec.182.num.8.9. nec tutor poſſeſſionem transfert tutorio nomine per actum fictum, vt dixi ſupra in concluſione poſſeſſio per retentionem, addo Marant. in ſingul. .in verb.tutor.ſol.116. & 134. & in tract. de multipl. alienat.num.270. vbi notandum reputat, an tutor poſſit dari ventri, vel poſthumo, & qualiter procedat, vide omninò Aſcan. Clem. in tractat. de patr.poteſt.effectu 14.hinc etiam finita tutela non ſolum tutor debet reddere rationem adminiſtrationis ipſius l.1.§.officio ff.de tutel.& ratio.diſtrah. verum etiam, & hæres ipſius tutoris, Roman. in conſil.413.ſub num.2. ibi certum eſt, Maxill. in conſuetud. Bari fol. 215.num. 154.late Franciſc. Burſat.in conſil.105.num.1. Stephan.Gratian. in deciſ.46.num.1.& ſeq. & Flamin.Cartar.in deciſ. 50. num.1. 2. Paſchal.de virib.patr.poteſt. part.3. cap.9.à nu.1.quid autem venit in redditione rationum, & compoti, & quid continere debet, vide Roman.in d.conſil.col.1.verſic.in redditione autẽ Folier.in conſtit.Regni peruenit nu.50.& ſeq. Caualcan.in deciſ.38.nu.13.part.1.& Flamin.Cartar. in deciſ.ſupra allegata nu.6. & ſeq. Hieron.Gabr. in conſil.148.col.1.vol.1. Maranta in d.conſ.143. nu.3. & Montanar. in pragmat.5.§.12.nu.2.in tit. de adminiſtrat. Vniuerſit. fol. 34. & quæ perſonæ teneantur reddere rationem, vide Foller. Marant. & Montanar. in locis ſupra allegatis ille num.51. iſte num.2.& hic à nu.3. & ſeq. addo Cephal. in conſil.40.& ad quid tenentur tutores, vide Anton. Piagg. in tract. de tutore q.19. an tutor, quantum ad reddẽdum rationem ſuæ adminiſtrationis, qui fuit abſolutus á tutela prædicta per dicta verba, an cenſeatur abſolutus ab adminiſtratione, & omni ratione redenda, Bald.in conſil.516.vol.5.reſpõdit affirmatiuè, hinc etiam quando tutor adimpleuit ſollemnia de iure requiſita, vt dixi ſupra ex Roman. Capyc. Carauita, & alijs poteſt facere pacem, ac querelam remittere de morte patris pupilli vna cum ipſo pupillo quando eſt maior infante dummodo ſit hæres patris, & ita declaratus mediante decreto præamboli, cauſa iuſta ſubſiſtente, & quod pupillo expediat, ſecundum Doctores in l.pactum curatoris C.de pactis, Carauit. in ritu 275.in 5.q.nu.19. & ſeq. Iul.Clar.in §.fin. q.58.verſic.quæro, an tutor Farinac.in d.q.15.poſt nu.8. verſ.quarto facit, & latè nu.63. poſt Vulpell. in tract.de pace q.18.nu.4. Viu. in opin.564.part. 2. & nouiſſimè D.Vincent.de Franchis olim Sacr. Conſil.Præſes meritiſſimus in deciſ.535.quæ enim dicatur iuſta cauſa, & pupillo expediens faciendi pacem, & remiſſionem prædictam ponunt ſupradicti Doctores, & inſuper Farinac. in d.nu.63. & D.Vincentius in d.dec. veluti quando inimici pupilli ſunt potentes, & inimicitia eſt ipſi valde periculoſa, & vltra prædictos addo Ioann.de Amicis videndum in conſil. 89. ad quem in facti contingentia ſoleo recurrere, ſed difficultas eſt, ſi in remiſſione facienda modo, quo ſupra per tutorem, & pupilium requiratur Iudicis decretum Iul. Clar.in loco ſupra allegato tenet non requiri, & conſequẽter admitti pacem, ſiue remiſſionem per Senatum, per pupillum, & eius tutorem factã abſque decreto, & iſtam opinionem latiſſimè proſequitur Farinac.in d.q.15.num.5.vbi num.9. teſtatur de communi, veriori, & ſaluti animæ, ac reipublicæ magis amica, & ad Doctores, qui contrarium tenent reſpondit, videatur D. Maſtrill. in tract. de indultu cap.24.nu.63.64. & Gratian. in 3.libr.diſcept.forenſ.cap.518.in 3.concluſ. Carauita autem in d. ritu. & q.5. ſupra allegat. tenet de neceſſitate decretum requiri, & ſecundum opinionem Carauitæ, refert in Sacr.Conſil.deciſum de anno 1594. idem inſignis D. Vincentius in d. deciſ.535.nu.4.quos Baiard.ſequitur ad Clar.in d. q.58. num.46. quid ſi tutor non facto inuentario, nec alijs ſollemnitatibus per ipſum adimpletis remiſſionem prædictam fecerit an valeat, vide omninò Farinac.in loco ſupra allegato nu.59.60. poſt Carauitam, quem allegat in d.ritu num.23.& Baiard. loco citato nu.47. an tutori ſalarium debeatur, vide D.Vincentium de Franchis in deciſ.123. vbi addo, & vltra vide Surd.in tract.de alimẽt.tit. 6.q.14.nu.16.& 17.& tit.1.q.47.nu.8.9.hinc tutor datur principaliter perſonæ, & ſecundarió rebus, ſecundum Gloſ.in §.1.in verb.data inſt. de tutelis, meminit, & ſequitur D.Vinc.de Franch.in deciſ. 584.nu.1.licet curator detur principaliter rebus, & ſecundariò perſonæ, vt per eundem ibi, an tutor cenſetur datus quando teſtator reliquit filium ſuũ ſub alicuius regimine, & gubernio, vel in manu alterius viuum, & mortuum, vide eundẽ D.Vinc. ibidem poſt Iacob.Menoch.in tract.de prçſumpt. lib.3.cap. .nec poteſt ſponte onus tutelæ recuſare, quia in eius poteſtate non eſt Marta in voto 8. nu.35. ſed ſi nõ patitur contutorem adminiſtrare redditur ſuſpectus, ſecũdum Affl.in dec.207.verſ. ſecunda cauta, & quot modis dicatur ſuſpectus, vide ibi, & late Anton.Piagg.in d.tract q.vltim.& an pendente cauſa ſuſpitionis debet tutori interdici adminiſtratio, vide Affl.in dec.ſupra citata, Iacob. Menoch.in conſ.345.n 4.D.de Boct.ad Bart.in l ſi tutor ff.de ſuſpect.tutor.& omninó D.Vincent.de Franchis in deciſ.8. numer.8. 9. vbi an debet dari adiunctus, vide per eoſdem Doctores, tutorque

emens nomine pupilli poteſt facere pactum de retrouendendo in beneficium venditoris in ipſo contractu, adeo quod pupillus legatur pacto prædicto, atque obligatus eſt, ſecundum Angel. & alios in l. contra iuris ff. de pact. Caualc. in tract. de tutore, & curatore nu. . Surd. in deciſ. 157. in fin. deciſ. 173. nu. 23. & in tract. de aliment. tit. 1. quęſt. 48. vbi etiam in Prælato idem affirmat, vide pulchram diſtinctionem, quam Carauita in terminis facit in pragm. per excellẽtem §. 11. nu. 27. in tit. de Senatuſconſ. Maced. Gratian. lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 26. & libr. 2. cap. 242. ſicut etiam tutor poteſt retrouendere abſque decreto ex promiſſione patris pupilli, ſecundum D. Vincent. in d. deciſ. 206. nu. 24. an tutor poſſit emere bona pupilli vrgente ære alieno iuſto, & interueniennbus ſollemnitatibus à iure requiſitis, & an per interpoſitam perſonam, & palàm, vide Bald. in conſ. 347. vol. 4. vide tamen D. Maſtrill. ad Petr. de Gregor. de cẽſibus q. 5. à nu. 292. & ſeq. fol. 120. tutor finita tutela non poteſt vendere rem pupilli in præiudicium ipſius pupilli, quia nõ eſt tutor, ſecundum D. Vincent. de Franchis, qui in pulchro caſu loquitur in deciſ. 580. qui autem prohibentur eſſe tutores, vide eundem Anton. Piagg. in d. tract. q. 3. & an Sacerdos, vel clericus prohibentur eſſe tutores, vide ibi, & omninò Caſtill. in dec. 82. an plures tutores, qui tutelam adminiſtrauerunt quilibet teneatur inſolidum, vel pro rata circa redditionem computi, vide Coſt. in tract. de portione rati q. 57. omninò Marant. in conſ. 110. nu. 5. D. Maſtrill. in deciſ. 42. & quid ſi vnus ex tutoribus adminiſtrauit, & quomodo fiat diuiſio tutelæ, & qualiter teneantur, vide omninò Marc. Anton. Eug. in conſil. 19. an pluribus tutoribus in teſtamento relictis cenſeatur vnicuique poteſtas inſolidum attributa, vide Dec. in conſil. 297. nu. 6. de quo meminit Vrſill. ad Affl. in deciſ. 285. nu. 20 in fin. & D. Maſtrill. in d. deciſ. 42. Marc. Anton. Natta in conſil. 428. Montanar. in pragm. 2. nu. 135. de adminiſtrat. Vniuerſit. vbi nu. 136. loquitur de pluribus exequutoribus in teſtamento datis, & D. Vincent. de Franchis in deciſ. 626. omninò Gratian. lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 201. & Magon. in dec. Luc. 1. nu. 15. & adde, quod pluribus tutoribus datis in teſtamento, ita quod vnus ſine altero non poſſit adminiſtrare, ſeù tutelam gerere, vno ex tutoribus mortuo ceſſat in omnibus tutela, ſecundum Coſt. in d. q. 57. nu. 8. & finaliter tutela defertur ſecundum ordinem ſucceſſionis §. fin. inſt. de capit. diminut. & Surd. latiſſimè in d. tract. tit. 9. q. 10. nu. 4. 5. addo Gloſ. in §. 1. verb. neceſſarium inſt. de gradib. Anton. Piagg. in d. tract. q. 9. nu. 4. & conuenit Theſaur. in deciſ. 5. nu. 3. & quid ſi ſunt duo tutores in teſtamento dati, & vnus ex eis excuſatur, an alius in locum eius dandus eſt, vide D. Vincent. de Franch. in dec. 214.

## V

VAgabundi dicũtur vagi homines, qui nullum certum domicilium, & mãſionem habent, ſed per Mũdum vagantur, & oberrant quotidie, ſecundum Gloſ. in l. eius, qui manumiſit §. fi. ff. ad municip. Bart in l. 4. § prætor ait nu. 24. ff. de damno infc. Boſſ. in tit. de foro cõpet. num. 70. Didac. Couarr. pract. qq. cap. 10. nu. 7. Clar. in §. fin. q. 39. verſ. ſed hic quæro, Maſcard. concluſ. 1395. nu. 2. vol. 3. Suarez in ſuis opin. litera V. nu. 2. Ludou. Peguer. in dec. 3. nu. 10. Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 531. à nu. 1. cum ſeqq. Petr. Caball. in caſu 178. nu. 4. & ibi de materia hinc infertur, quod vbicũque inueniũtur accuſari, & puniri poſſunt, ſecundum Didac. Couarr. in loco, & nu. citato Clar. in d. q. 39. verſic. cæterum, & Suar. vbi ſupra, nec remiſſio datur, vel competit, ſecundum Peguer. in d. deciſ. 3. nu. 10. Foller. & alios, quos remiſſiuè refert D. Rouit. in pragm. 1. in tit. de vagabund. Borrell. ad Bellug. in ſpeculo Princip. fol. 47. in 5. limitat. qualiter autem vagabundi puniri debeant, vide pragmaticas poſitas in d. tit. de vagabund. & Peguer. vbi ſupra nu. 12. vbi refert in eo Regno eſſe impoſitam pænam triremium temporalẽ, & fuſtigationis, Caball. in loco ſupra citato; addo ad quæſtionem principalem, ſiuè concluſionem, Farin. in tit. de inquiſit. q. 7. nu. 13. 14. & Iacob. Menoch. in loco ſupra allegato, & adde, quod iſtę pragmaticæ, & banna ſunt iuſta, quia ſumpta ex l. 1. C. de mendic. valid. libr. 11. vt animaduertit D. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. fol. 150. nu. 56.

Vacillatio, titubatio, tremor, pallor, trepidatio, & declinatio oculorum verſus terram, an faciant indicium ad torturam, vide omninò Farinac. in tit. de indic. & tortura q. 52. num. 10. 41. vbi infinitos allegat cum alijs enim ſeqq. & quid in variante in eius depoſitione, an ex variatione ipſa oriatur indicium ad torturam, vide Paul. Fuſc. in ſingul. 2. litera V. qui diſtinguit inter principalem, & teſtes Marc. Anton. Natta in conſil. 499. num. 7. videatur omninò Farinac. in d. q. 52. nu. 19. cum ſeqq. variatio enim in vltimis voluntatibus non eſt regulariter licita, vt per Doctores in l. 2. §. 1. ff. de optio. leg. & Surd. in tractat. de aliment. tit. 4. quæſt. 4. numer. 9.

Valor rei, ſiuè mobilis, ſiuè ſoli debet attendi tempore contractus, non ille qui ſuperuenit l. ſi voluntate C. de reſcind. vendit. cap. cum dilecti, ibi tunc valentem de emptio. & vendit. Arius Pinell. poſt infinitos, quos citat in l. 2. part. 3. cap. 4. num. 15. & ſeq. C. de reſcind. vendit. Surd. in tractat. de aliment. tit. 9. quæſt. 11. num. 9. & in quæſt. 41. num. 20. Maſcardus in tractat. de probat. concluſ. 1396. num. 26. volum. 3. omninò Valaſc. in conſultatione 44. Marcell. Calà de modo articulandi num. .& Honded. in conſil. 31. num. 48. vol. 1. vide ad hanc concluſionem Farinac. in deciſ. 825. Marc. Anton. de Amatis in deciſ. 24. num. 3. & Iacob. Menoch. in conſil. 358. num. 13. & num. 15. dicit, quod valor fundi iudicatur ex valore aliorum fundorum, qui vicini ſunt, valorque attendi debet ſecundum redditus, & non ſecundum fabricam, vt per D. de Bottis ad Bart. in l. ſi quos C. de reſcind. vendit. vbi ita in Sacro Conſilio iudicatum refert, hinc poteſt inferri an contractus ſit vtilis Eccleſiæ, vel damnoſus inſpici debet tẽpus celebrationis ipſius cap. ad aures, vbi gloſ. fin. de rebus Eccleſ. non alienand. & Surd. qui alios allegat in d. q. 11. num. 10. vbi ad alias infert quæſtiones, probaturque, & colligitur quantum capiunt fructus ex ipſa re collecti per ſpatium 20. annorum, ſecundum Gloſ. in auth. perpetua in verb. iuſta C. de ſacroſant. eccleſ.

vbi

vbi Doctores ſequuntur, & inſuper Roman. in conſil. 369. ſub nu. 9. vbi Mandoſ. in addit. Foller. in praxi cenſuali ſol. 187. nu. 1. Didac. Couarr. lib. 3. variar. reſolut. cap. 9. nu. 5. Pinell. in d. l. 2. part. 3. cap. vltimo nu. 29. Alphan. Peruſin. in collect. 741. Franciſc. Burſat. in conſil. 84. nu. 19. & in conſil. 99. nu. 10. Caualcan. in deciſ. 35. nu. 34. part. 1. Lupus de vſuris ſol. 70. Surd. in d. q. 41. nu. 1. & Rota Lucæ in deciſ. 26. col. 2. in nouis, hinc etiam qualiter valor fundi emphyteotici extimari, & conſiderari debet, Alphanus in d. collect. referendo Reſtaur. Caſtaldum ſuum præceptorem dicit eſſe tertiam partem iuſti pretij, poſt Ripam, quem allegat, & ita vidiſſe ſeruari Peruſij affirmat, & valor rei donatæ conſideratur, & computatur ex fructibus quindecim annorum l. ſi quis argentum §. ſi quis donator, vbi Bald. notat in principio C. de donat. & latiſſimè Surd in d. q. 41. nu. 2. 3. vbi de veritate, & de valore cuiuſquè rei, atque beneficij, vide omninò Maſcard. in tractat. de probat. concluſ. 1396. ſupra allegat. & Viu. in deciſ. 70. poteſt etiam valor rei probari per librum extimi, ſaltim præſumptiuè Marta in voto 48. nu. 20. vide Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 665. vol. 2. & Genua in tract. de ſcriptura priuata libr. 5. ſol. 278. & ſeq. & pretium commune attenditur tempore contractus, Mart. qui ſupra nu. 19. & dixi ſupra in principio, nam pretia rerum, tám mobilium, quàm immobilium tractu temporis variantur l. pretia rerum §. fin. ff. ad leg. ſalcid. hinc teſtes deponentes de communi pretio, ſiuè valore, aut extimatione rei probant etiam ſi non concludunt, ſecundum Anton. Gamma in deciſ. 205. & 291. & Valaſcum vbi ſupra, & an valor frumenti in genere debiti debeatur vna cum intereſſe quanti plurimi à die moræ, etiam vltra triennium, legatur omninó Surdus in deciſ. 81. & quid ſi debetur in ſpecie, an etiam debeatur vltra triennium, vide Plot. in l. ſi quando §. 4. nu. 64. C. vnde vi, Caualcan. de tutor. & curator. nu. 226. 227. 233. & 240. Marc. Anton. Natta in conſil. 599. & Surd. vbi ſupra, & in deciſ. 212. nu. 6. vide etiam in materia fructuum debitorum Aret. in §. ſi quis à non Domino col. fin. inſt. de rer. diuiſio. de quo meminit Rota Genuæ in deciſ. 144. & valor melioramentorum qualiter extimari debet, vide Magon. in deciſ. Florent. 49. col. fin. & Marta in voto 8. in fin. & voto 61. nu. 4. & vide ſupra in concluſ. melioramenta, & de valore rei in dotem aſſignatæ, quod tempus debet attendi, & ſi creſcit valor ad quem ſpectat, vide Seraphin. in deciſ. 931. nu. 3. & vide in notabili caſu eundem in deciſ. 1030. qui loquitur de valore, & extimatione caſtrorum, & fructuum, & in hoc Regno mictuntur Tabularij ad appretiandum, vt vidi fieri ordine Sacr. Conſil. in venditione Ciuitatis Monderbini.

Vaſa pro ſeruanda aqua, vel vino, vt ſunt amphoræ cadi, & ſimilia tradenda ſunt ei, cui alimenta debentur, ſecundum Surd. de aliment. tit. 4. q. 3. nu. 4.

Vaſſallus in eius teſtamento non poteſt mutare naturam feudi, & inueſtituræ, Affl. in deciſ. 240. in 3. dubio, & Viu. ſiuè alius in deciſ. 225. nu. 39. vide in materia Annam Sen. in ſingul. 563. verum poteſt de fructibus feudi diſponere, illosquè locare etiam toto tempore ſuæ vitæ abſque aſſenſu Domini, idem Anna Sen. in conſt. conſtitutionem Diuæ Memoriæ nu. 245. quem refert, & ſequitur alios allegando D. Fab. eius filius in conſil. 27. nu. 1. conſil. 39. nu. 12. conſil. 46. nu. 11. conſil. 51. num. 16. & conſil. 115. nu. 1. & ſeq. vbi declarat, vide tamen Affl. in d. conſtit. nu. 18. & Borrell. ad Bellug. in ſpeculo Princip. ſol. 100. à tergo, ſed mortuo vaſſallo corruit diſpoſitio prædicta. Surd. in tractat. de aliment. tit. 4. q. 10. nu. 8. nam fructus feudi non ſunt feudales, Surd. in loco citato nu. 26. & dixi ſupra in concluſione exequutio, vide tamen Cumiam in prælud. ad cap. ſi aliquem num. 228. 229. Camerar. in cap. Imperialem ſol. 17. & ſeq. & D. de Ponte de feudis in 14. lectione num. 32. 33. vbi refert pulchrum caſum deciſum, an vaſſallus poſſit relinquere alicui alimenta ſuper bonis feudalibus, vide omninó Surd. in loco citato col. 1. vbi ad partes diſputat, hinc non poteſt vaſſallus ſuper re feudali ſeruitutem imponere, & conſtituere, Alex. conſ. 18. volum. 5. Surd. vbi ſupra nu. 6. & infinitos ad hoc allegat vterque Ann. in ſing. 565. verum vaſſallus poteſt omne pactum facere in feudalibus abſque aſſenſu cũ proximè ſucceſſuro, ſecundũ coſdẽ DD. Ann. in ſing. 569. & iterum D. Fabius in conſil. 8. num. 16. & conſil. 41. nu. 13. in quibus autem caſibus vaſſallus de iure eſt Domino obligatus, & è contra Dominus eſt obligatus vaſſallo, vide Affl. in ſua ſollemni deciſ. 265. vbi ponit regulam cum fallentijs, & quando vaſſallus ſpoliatus de feudo debet ante omnia reſtitui, vide Mart. in voto 166.

Vendere quando quis cogitur intelligitur pro iuſto pretio, & non aliter l. ſi quis ſepulchro in principio ff. de relig. & ſump. fune. l. ſi fideiuſſor §. 1. vbi Bart. & alij ff. de leg. 1. ſed vbi eſt neceſſitas, aut penuria in Ciuitate, Prouincia, vel Regno, veluti quando eſt penuria annonæ, non ſolum ciues, & omnes vendere coguntur ob publicam vtilitatem, quæ in hoc verſatur, ne fame moriatur, ſed etiam poteſt Princeps tempore prædicto ex iuris communis diſpoſitione pretium frumenti, & aliarum frugum etiam viliori pretio ſtatuere, & moderare, prout factum fuit per Eccellentiſſimum huius Regni Proregem in anno 1569. vt refert D. Vincent. de Franchis in deciſ. 9. col. 1. vbi more ſuo hanc opinionem multis rationibus, & authoritatibus comprobat, vbi alios addo in apoſtillis meis, & poſtmodum per alios Eccellentiſſimos Proreges fuit tẽpore careſtiæ ſic obſeruatũ, & maxime in annis præteritis 1606. & 1607. quibus fuit maxima penuria à ſeculo non audita, accedit nouiſſimè Surdus in deciſ. 275. num. 4. & in tract. de aliment. tit. 1. q. 77. nu. 6. & ſeq. & tit. 8. priuilegio 94. nu. 4. & infra, hinc vendens frumentum, & alia victualia vltra pretium taxatum à Superiore peccat mortaliter, ſecundum D. Vincentium in d. deciſ. nu. 6. vbi addo, & ſequitur Surd. in d. priuilegio 94. num. 7. imò in taxa prædicta tempore careſtiæ facta comprehenduntur etiam frumenta clericorum, qui ſi vendunt vltra illam cariori pretio ſimiliter peccant mortaliter D. Vincentius vbi ſupra & huic concluſioni eſt addendus Niger Campan. in cap. Regni 238. poſt nu. 8. verſic. & pluries, poſt Affl. in prælud. conſtit. Regni in 3. q. col. pen. imò per hasmet authoritates, ſcribit Montanar. in pragmat. 2. nu. 59. de adminiſtr. vniuerſitat. quod Syndici, & Electi vniuerſitatum puſſunt cogere

tempore penuriæ ciues ad vendendum frumentum viliori pretio ipſoſque prohibere ne blada ante tempus emant, vt ibi nu. 61. ac banna ad eorum inſtantiam emanari facere, vt nemo extrahat victualia de Ciuitate ſub pæna ibi nu. 63. poſt Bart. Aret. Guid. Pap. & Ripam quos allegat; verum tempore dictæ careſtiæ in emptione frumenti, & aliorum victualium ciues exteris præferuntur, vt poſt Didac. Couarr. libr. 3. variar. reſolut. cap. 14. firmat idem Montanar. in loco ſupra citato ante num. 69. hinc ruſtici poſſunt compelli ad portandum victualia in Ciuitate, & illa venalia iuſto pretio exponendum, & vendendum, Cappell. Tholoſ. in dec. 446. & hoc ratione boni publici, Ludouic. Peguer. in deciſ. 88. num. 3. & ad principium huius concluſionis vide Theſaur. Iun. in q 64. part. 1. D. Rouit. in pragmat. 1. vbi Capiblanc. nu. 168. & ſeq. de Baron. & Thor. in compend. deciſ. fol. 569.

Venditio rei à Domino duobus facta, ille præfertur, cui primo res prædicta tradita ſit, ex regula l. quoties C. de rei vendic. Anton. Gabriel. qui regulam prædictam reaſſumit cum ampliationibus, & limitationibus in tit. de empt. & vendit. concluſ. 2. Didac. Couarr. libr. 2 variar. reſolut. cap. 19. Viu. in opin. 1028. part. 3. Paul. Fuſc. in ſingul. 6. litera V. Caualcan. in deciſ. 42. nu. 22. part. 1. Robert. Maranta in tract. de remed. poſſeſſor. nu. 68. & in pulchro caſu Vrſill. ad Affl. in deciſ. 116. in fin. vide Grammat. in conſil. 166. in ciuilibus, Ancharan. Iun. in q. 2. part. 2. Honded. in conſil. 52. col. 1. vol. 1. & Coſta de port. rati q. 190. Theſaur. Iun. in q. 64. part. 4. & ad ornatum d. l. quoties, vide Alphan, Peruſ. in collect. 189. & D. Fab. Anna in alia collectanea, & in materia Alex. in conſil. 86. volum. 6. Roland. à Valle in conſil. 57. nu. 13. vol. 3. Caualc. in deciſ. 27. nu. 48. part. 2. & in notabili quæſtione Frecc. in tract. de ſubſeud. libr. 2. in prima author. num. 17. fol. 145. Magon. in deciſ. Lucæ 21. 31. & in deciſ. Florent. 135. & 134. nu. 14. & ſeq. qui loquitur in donatinne poſt Thob. Nonium in conſ. 56. quid autem ſi res emphyteotica eſt vendita, vel donata vni cum clauſula conſtituti, ſine conſenſu Domini, & poſtca alteri cum Domini conſenſu quis eorum præferri debet Anton. Gamma in deciſ. 116. col. 1. concludere videtur præferendum eſſe ſecundum emptorem, vel donatarium, cui cum conſenſu Domini res fuit tranſlata, vt ibi per eum, qui multa alia ſimilia refert, vide ſi conferũt ſcripta per Flamin. Cartar. in deciſ. 87. nu. 7. cum ſeq. hinc d. l. quoties procedit quando Dominus vendit rem duobus, vt ex ea legitur, & Doctores citati loquuntur, & Cartar. in d. deciſ. nu. 14. ſed quid ſi venditur eadem res duobus á Procuratore habente ſpeciale mandatum ad vendendum, conſtituitque ſe, & Dominum ſuum nomine emptoris poſſidere, & deinde dominus alteri vendidit, quis venit præferendus Tiraquell. in tract. de conſtit. part. 3. limitat. 13. nu. 5. tenet præferendum eſſe ſecundum emptorem, qui à Domino emit tanquam habentem cauſam ab eo, verum contra Tiraquell. fuit in Sacro Conſilio iudicatum refert Paul. Fuſc. in d. ſing. verſic. in quo aduerte vnum hinc inferri poteſt, quod vendens eandem rem duobus ſcienter tenetur pæna falſi l. qui duobus vbi Marſil. ff. de falſ. Paul. Fuſc. in loco citato ad finem, Plot. in l. ſi quando §. 4. nu. 60. vbi limitat C vnde vi, Farinac. in 5. volum. in tit. de falſ. poſt Menoch. in caſu 381. q. 150. num. 219. ſcribit tamen Pract. Papienſ. in forma libell. in act. hypothec. in gloſ. ſub eadem in fine, quod de conſuetudine d. l. qui duobus derogatum eſt, de quo meminit, & ſequitur Clar. in §. falſum verſic. vendens eamdem, Franciſc. Burſat. in conſil. 100. nu. 31. & Suarez in ſuis opinion. litera V. nu. 47. & Farinac. loco citato nu. 235. & ſeq. licet dicat hoc Papienſ. non dicere, ſed loqui ſecundum ſtatuta, & capitula particularia, vide multa apud Menoch. in d. caſu 381. qui ſimiliter poſt Plotum in loco citato limitationes refert ad d. l. qui duobus cum ibi de nouo additis, Marcell. Calà de modo articulandi num. 961. & Surd. in deciſ. 220. num. 16. & de pignorante, ſeù obligante eandem rem duobus, vide Paul. Fuſc. in d. ſing. in fi. & Menoch. vbi ſupra, Baiard. ad Clar. in d. §. falſum nu. 229. & Farinac. in d. loco citato, vbi de obligante, pignorante, & donante rem duobus loquitur, & dixi ſupra in concluſione debitor. an l. quoties ſupra citata habet locum in locatione, vide Vrſill. ad Affl. deciſ. 238. nu. 7. Caualcan. in deciſ. 25. nu. 19. part. 2. Burrell. in conſil. 72. nu. 9. 10. Gamma in deciſ. 130. omninò Paſchal. de virib. patr. poteſt. part. 4. cap. 6. nu. 35.

Venditio facta à duobus, vel tribus ſocijs ex quatuor non facit præiudicium alteri ſocio, ita vt teneatur ſequi factum aliorum maiorem partem habentium, vt poſt Oldrad. in conſil. 34. tenet Felyn. in cap. cum omnes num. 15. de conſt. & ita reſpondit Minad. in conſil. 16. nu. 4. & ſatis notabiliter Stephan. Gratian. qui alios citat in dec. 169. per totam vbi refert iudicatum locum eſſe diuiſioni, nec poſſe cogi alterum ſocium ad accipiendum extimationem ſuæ portionis, & ibi vide multa in terminis poſt Minadnum in d. conſil. & ſecundum prędicta Ego iudicaui de mẽſe Iulij 1606. vide ſi conferunt ſcripta per Pegueram in deciſ. 248. vendenſquè creditor rem ſibi obligatam ſi ab emptore enincitur non competit contra vendentem actio, ſed agi debet cõtra debitorem l. 1. & 2. C. de euiction. pignor, Pract. Papienſ. in forma libelli in action. hypothec. in verb. ſatisfacere, Stephan. Gratian. in deciſ. 175. num. 1. & Caualcan. in deciſ. 37. nu. 38. part. 1. Viu. in deciſ. 24. col. pen. nu. 4. 5. & omninò Anna Sen. in allegat. 78. & Duenna in regula 169. niſi eſſet promiſſa euictio per ipſum creditorem, hoc enim caſu tenetur, vt per Caualcan. Viuium, Duenam, & Gratian. in locis ſupra citatis, imò idem Gratian. in d. deciſ. nu. 4. ſcribit, quod creditor obligans ſecum iuramento habetur, ac ſi de euictione ſe obligaſſet omni meliori modo allegat Galiul. in l. 1. §. ſi quis ita nu. 12. ff. de verbor. obligat. vel quando creditor facit vendere rem ſui debitoris ſubhaſta, nam ſi pretium vult opus eſt promictere ſe anteriorem, & potiorem, vt poſt Bald. oſtendit Anna in d. allegat. num. 1. an poteſt vendi res magni valoris pro vili, ſeú paruo debito, vide omninò Anton. Gamma in deciſ. 40. num. 2. 4. cum ſeq. & in deciſ. 77. & an ad inſtantiam vnius creditoris poteſt vendi vna res debitoris ex melioribus in præiudicium aliorum creditorum intereſſe habentium ſuper illa, vide Anna Sen. in allegat. 141. Minadoum in deciſ. 13. & in conſtit. in aliquibus in verb. comitum num. 42. 43. Mart. in voto 16. & 130. omninò D. de Ponte in

tract.

Digitized by Google

tract.de poteſtat. Proreg. fol.251.num.37.38. vbi multa de intellectu l. creditoris arbitrio ff. de diſtraction.pignor.

Venditio, ſeù conſtitutio annui cenſus ſuper certa re iuxta terminos pragmaticæ primæ de cenſib. vel pluribus rebus,& bonis debitoris,ſeù venditoris aliquod dominium non transfert, nec acquiritur, ſed ius ſpeciale, & quodammodo hypotheca tantum, ſecundum Didac.Couarr. libr.3. variar. reſolut.cap.7.poſt num.4.verſic.quarto ſi contractum,quia venditor remanet dominus, & poſſeſſor loci cenſuati, fructuſque percipit, & non emptor, & conſequenter venditor ipſe tenetur ad onera, & collectas, nam cenſus conſtituitur ſuper re,ſiuè prædio,ſed res ipſa,ſiuè prædium nō traditur, vt ſibi ſoluatur, quid annuatim, ſequitur Stephanus Gratian. in deciſ.20. & Ioann.Gutter.in tract.pract.qq.vol.1.cap 82.

Venditio rei alienæ facta etiam à non domino, valet Aff.in deciſ.40.num.3. allegat text. in l.rem alienam ff.de contrah.empt.Roland.à Valle, qui citat alios in conſil.60. nu.56.vol.4. & D.Vincentius de Franchis in deciſ. 665. nu.3. ſed hoc intelligitur in præiudicium vendentis, qui tenetur ad intereſſe non autem in præiudicium eius,cuius res eſt,quia alienatio non valet, quoad dominum l.ſi alienam, vbi Bald. C.de furtis, D.Vincent. in d.deciſ.nu.4. nec dominium transfertur, vt per Aff. in d.deciſ. & idem proſequitur in deciſ.369.nu.3. Roland.in conſil.ſupra citato nu.57.& Flamin.Cartar.in deciſ.75.num.5.& poteſt à Domino vendicari,vt per Doctores poſt Gloſ. in d.l.rem alienam, & Mart. in voto 187.ſub nu.7.hinc vendens rem,quæ vendi poteſt tenetur ad intereſſe,ſecundum Alex.in conſ.63.nu.11.vol.6.de quo meminit idem Marta in vot.61.nu.14. item donatio rei alienæ non tenet Io.Cephal. in conſil.431. nu. . per text.in l.in ædibus §.fin. ff.de donat. vbi gloſ. & ſequitur Flamin.Cartar.in d.deciſ.nu.4. ſed quid ſi venditor, aut donator rei alienę ex poſt efficiatur Dominus illius,puta ex ſucceſſione,vel alia cauſa,an vēditio ſiuè donatio confirmetur, Paul. Fuſc. Epiſcopus Rauell.& poſtea Sarn.in ſingul.5. litera V. ad partes diſputat, & tandem concludit venditionem confirmari ex iuribus, & rationibus, quas allegat, addo Aym.Crauet.in tract. de indend.mulier.nu. 11.13.14.24.28.& Ioſeph.Ludouic.in ſuis comm. opinion.concluſ.16.fol.47.à tergo,ratio eſt,quia ius ſuperueniens venditori, ſiuè donatori ex poſt facto confirmat alienationem, ſecundum prædictos, licet eius tempore non fuerit Dominus ex diſpoſitione text.in l.cum vir.ff.de vſucapio, & ita in notabili caſu fuit iudicatum apud Conſilium Luſitanum refert Anton. Gama in deciſ. 67. vbi ornat d.l. cum vir, licet non allegat Aym. & de Gamma, meminit, & ſequitur D.Fab.Anna in conſil.39.nu.66.quē refert D.Conſiliarius Georg. in allegat.3.nu.3.4. & ſi nu.7. adducat iura in contrarium, & ita per has authoritates his diebus in notabili caſu conſului,verùm iſti Domini limitant hanc opinionem iuris ſuperuenientis non procedere in feudis, quia ex eo venditio feudi facta abſque aſſenſu non conualidatur, vt eſt videre apud D. Georgium vbi ſupra poſt Annam in d. conſil. & nu. quibus addo D. Vincentium de Francbis in deciſ.540.num.14.& latè D.de Ponte in tract.de poteſtat.Proregis fol.209.& ſeq.

Venditor,qui in re per ipſum vendita reſeruauit dominium pendente ſolutione pretij non dicitur creditor, ſed Dominus, adeo quod omnibus creditoribus emptoris in d. re vendita præfertur iuxta cautelam Cæpoll.124.& latè Brun.de ceſſio.bonor. in quæſt. principali . . . . nec in concurſu creditorum graduari debet, quia venditio ipſa ſumit vires à ſolutione pretij non à traditione, & ita iuribus, authoritatibus, & rationibus probat hanc opinionem Mart.in voto 43. per totum, & vide ſi conferunt ſcripta ſupra in concluſione creditor. hinc venditor in venditione rei ſuæ poteſt apponere pactum ad fauorem emptoris poſterioris in tempore etiam in præiudicium anteriorum creditorum,ſecundum eundem Mart.in voto 48.num. 17. allegat Neguſant. in tract. de pignor.in 4.part. nu.34.addo D.de Ponte de feud.in 3. & 4 lection.

Venditio facta bonorum conſiſtentium in pondere numero, & menſura licet ante menſurationem dicatur perfecta, etiam quoad pœnitentiam, tamen quoad periculum dicatur imperfecta,vt poſt longam diſcuſſionem refert ita deciſum per Sacrum Conſilium Aff. in deciſ.280.vbi Vrſill.in addit. ſequitur Didac.Couarr. in tract. pract. qq. cap.3.nu.6.verſic.octauo, Arius Pinell. in l.2.part. 3.cap.2.nu. .C.de reſcin.vendit. Nonius in conſ. 8.nu.14 Alphan. Peruſin.licet remiſſiuè in collect. 344.Anna,qui ita intelligi debet in ſingul.573.vbi addit.& nouiſſimè Surd.qui alios citat in deciſ.64. num.13. proceditque concluſio iſta, tàm in rebus mobilibus, vt in caſu Afflict.in d.deciſ. & iterum in deciſ.399 quam in rebus immobilibus, ſecundum Couarr.in loco ſupra allegato, verum quando fuit tradita poſſeſſio rerum venditarum actualiter ad menſuram, vel per conſtitutum in inſtrumento appoſitum,venditio prędicta dicitur perfecta, etiam quoad periculum reſpectu emptoris non obſtante menſuratione non facta, vt per Couarr.d.cap.3. addit. ad Annã in d.ſingul.573. in principio. & Nonium vbi ſupra num.15. videatur Magon.in deciſ.Lucæ 21.nu.12. & Stephan.Gratian. in deciſ.191. nu.3. ſed quando venditio dicatur facta ad corpus,vel ad menſuram,vide Capyc. in deciſ.14.Couarr.in d cap.3.nu.3.Vrſill.ad Aff. in deciſ.68.nu.4. & in d.deciſ.280.nu.4. poſt Aff. in d.deciſ. 399.Pinell in d.cap.2,à nu.3.cum ſeqq. Caualcan.in deciſ.6.num.8.& ſeq.part.2.addit.ad Annam vbi ſupra,Viu.in opin.1018.part.3.omninò Surd.in d.deciſ.64.col.1.2.& ad principalem concluſionem adde videndum Steph. Gratian. in d.deciſ.191.vbi nu.5.ſcribit,quod ingrediens poſſeſſionem ante menſurationem dicitur prædo, & aduerſus eum competit remedium reintegrandæ, allegat Alex. & Natt. ad eum in conſil. 33. vol.6. vide in pulchro caſu Ancharan.Iun. in q.18. part. 1.an attendi debet menſuratio loci contractus,vel loci, vbi res ſita eſt, vide Aff.in deciſ.363.num.5. Cacheran.deciſ.114. Roland.conſil.vltimo vol.3. Raudenſ. de analog. in appendice part.2. addit.ad Pract.Papienſ.fol.17.in nouis.

Venditor author laudatus coniunctus in gradu, an poſſit petere compromiſſum iuxta Reg. pragmatic.odia, Maranta in tractat. Iudic. part.6. actu 2. nu.7.tenet,quod ſic poſt Bart.quem allegat ſequitur Vrſill.in deciſ.Aff.15.doſt nu.4. ſed Arnon.in

ſing. 70. tenet contrarium, quem refert D. Scipio Rouitus meritiſſimus Conſiliarius in d. pragmat. odia nu. 5. videatur Aretin. in rub. inſt. de except. nu. 16. Cagnol. in l. venditor num. 20. & ſeq. ff. de iudic. D. de Boct. ad Bart. in loco allegato per Marant. vbi reperitur quid fuit deciſum in Sacr. Conſil. & omninò Muſcatell. in praxi Sacr. Conſil. in gloſa nominet à nu. 17. & ſeq. fol. 58. & dixi ſupra in concluſione compromiſſum, hinc venditor emptore victo habente cauſam ab eo, & non appellante poteſt pro ſuo intereſſe appellare, & appellationem proſequi per text. in l. ab exequutore §. 1. ff. de appell. Didac. Couarr. in tract. pract. qq. cap. 15. in princ. Vrſill. ad Afflict. in deciſ. ſupra allegata nu. 2. etiam, quod ſententia feciſſet tranſitum in rem iudicatam, quia per appellationem debet ea pendente ſuperſederi, vt per Vrſill. vbi ſupra ad finem, vbi refert ſic iudicatum, refert, & ſequitur Muſcatell. in d. gloſ. nominet num. 15. vide Marc. Anton. Natt. in conſil. 203. omninò Stephan. Gratian. in deciſ. 149. à nu. 3. & ſeq. poſt Hondedeum in conſil. 25. vol. 1. & de his omnibus D. de Ponte in conſ. 6. nu. 33. & ſeq. & nu. 43. & in conſ. ſeq.

Venter matris prægnantis debet ali ex bonis mariti eſto, quod mater ſit diues, nec alimenta cum fructibus ſuarum dotium compenſat, Surd. latiſſimè in tract. de aliment. tit. 1. quæſt. 5. vbi infinitos citat, tùm quando certum eſt matrem eſſe prægnantem, tùm etiam quando eſt dubium l. 1. §. ſed, & ſi incertum ff. de ventre in poſſeſſio mitten. Surd. vbi ſupra nu. 1.

Verba contractus ſemper inſpici debent ad cauſæ deciſionem, Anton. Gamma in deciſ. 38. numer. 9. deciſ. 42. poſt num. 6. & in deciſ. 301. & 302. num. 9. & quæ important illa verba appoſita in donatione, vel venditione, aut renunciatione omnium bonorum, quæ habeo, vel habere ſpero, vide Bald. in l. ſpem in modo C. de donation. de quo meminit Maranta in ſuis ſingular. in verb. quidam vendidit fol. 137. hinc verba aliquo modo poſita in aliquo actu ſunt vniuerſalia, & compræhendunt caſus, perſonas, & res, quæ alias non includuntur Surd. qui infinitos ad id citat in deciſ. 254. nu. 33. & in dubio intelliguntur, atque interpetrantur, ſecundum ſubiectam materiam, rei naturam, & contractus, qui geritur latè Viu. in opin. 1030. par. 3. Surd. in tract. de aliment. tit. 1. q. 42. nu. 24. tit. 5. q. 1. nu. 26. q. 8. nu. 8. deciſ. 272. num. 1. & in deciſ. 279. num. 9. hinc etiam verba omnia, & quæcumque eſſe generalia, non autem vniuerſalia, vt poſt Bart. in l. ſi ita ſcripſiſſent num. 4. ff. de leg. 2. tenet Marta in voto 9. nu. 4. quæ interpetrari debent vt ſonant, & ſine vlla reſtrictione Decius in conſil. 113. nu. 5. & ſeq. & Mart. in voto 159. nu. 4. habentque verba iſta generalia vim ſpecialis expreſſionis, vbi mentio ſpecialis, & indiuidua requiritur, & comprehendũt omnia, quæ excogitari poſſunt, Aym. Crauet. in conſil. 294. nu. 1. 5. refert, & ſequitur Mart. in voto citato 159. nu. 9. infertur etiam, quod verba poſita in exequutiuis non alterant diſpoſitionem iuxta regulam clementinæ primæ de præbend. D. Vincentius de Franchis in deciſ. 6. nu. 6. vbi alios allego in additionibus meis, quibus nouiſſimè addendus eſt Mart. in voto 77. num. 17. verbaque non aliter, nec alio modo inducunt formam, Maxill. in conſuetud. Bari fol. 150. nu. 36. & Paul. Fuſc. in ſing. 10. litera V. & infinitos cumulat Mart. in voto 48. à nu. 11. cum ſeq. & conueniunt addita per me ad D. Vincentium de Franchis in deciſ. 267.

Verbum diſponere ex propria ſignificatione trahitur ad vltimas voluntates non ad actus inter viuos §. diſponat in auth. de nupt. Alex. & alij in rub. ff. ſolut. matrim. Napodan. in conſuetud. & ſi teſtator fol. 135. in nouis, Affl. in deciſ. 370. nu. 12. Cardin. Pariſ. in conſil. 33. vol. 3. Gozadin. in conſil. vltimo nu. 6. Roland. conſil. 62. nu. 15. vol. 1. Menoch. in conſil. 210. col. 1. Viu. in opin. 1040. part. 3. addit. ad Iaſ. in d. rub. in 2. lectura, Surd. in deciſ. 272. nu. 12. & omninò deciſ. 279. nu. 7. Marc. Anton. Peregr. in tract. de fideicommiſſ. artic. 40. num. 58. & D. Vincent. de Franch. in deciſ. 607. eſt bene verum, quod ſecũdum ſubiectam materiam hoc verbum diſponere poteſt importare actum inter viuos, vt ſatis pulchrè conſiderat Surd. in d. deciſ. 279. nu. 9. & Peregrin. in loco, & nu. citato in fin. hinc infertur, quod vbi alicui reſeruata eſt facultas diſponendi in vita intelligitur per contractum inter viuos non per vltimam voluntatem, Marc. Anton. Natta in conſi. 118. in fin. & conſil. 270. nu. 6. Card. Pariſ. in d. conſil. nu. 60. 61. & 62. & maximè quando iunctum eſt verbum liberè, vel pro libito, ibi n. 63. & Roland. in d. conſi. 62. nu. 16. & aliquando verbum prædictum importat donationem cauſa mortis, ſecundum Ann. in ſingul. 581. poſt Alex. quem allegat, qui aliter non hoc dicit, & ad principalem concluſionem adde videndum Molfeſ. ad Napodan. in 3. part. q. 1. fol. 198. & ſeq. qui ad multa infert, & Peregrin. in deciſ. 109.

Verbum poteſt quando neceſſitatem importat, vel non, vide Maxillam in conſuetudine Bari fol. 150. num. 35. & 44. in nouis, & fol. 141. nu. 48. & fol. 92. nu. 8. omninò Aſcan. Clement. in tract. de patr. poteſtat. fol. 2. in principio. Paul. Fuſc. in ſingul .litera P. Magon. in deciſ. 36. nu. 9. & deciſ. 46. & 66. nu. 11. & idem dicendum de verbo debet, quod de ſua propria natura neceſſitatem importat, ſecundum D. Vincentium de Franch. in deciſ. 639. nu. 6.

Veſtes lugubres, & viduales poſt mortem mariti, an vxori viduæ dari debent ab hæredibus ipſius mariti, D. Vinc. de Franch. dec. 417. nu. 1. dicit, quod de hoc fuit alias dubitatum, tandem dicit poſt Angel. Alex. addit. ad Capp. Thol. Capyc. & alios in hoc ſeruandam eſſe conſuetudinem, quæ ab vxore non debet aliter probari, ſed ſolum probari, quod viduæ ita in eo loco veſtitæ ire conſueuerunt, vbi ad d. dec. alios addo, quibus accedit Surd. in tract. de aliment. tit. 4. q. 2. nu. 13. 14. vbi etiam poſt Angel. Aret. ſcribit, quod velum viduale viduis infra annum luctus dari debet, & ideo idem Dominus Vincentius refert in d. deciſ. in fin. quod in Ciuitate Neapol. indiſtinctè vxoribus viduis dantur etiam panni lugubres pro parandis cameris, ac lectum viduale, & ſi hæredes renuunt dare coguntur per Sacrum Conſilium, immò veſtes prædictæ dantur etiam famulis magnorum Dominorum, ſecundum Maſcard. & Surd. quos allego ad d. deciſ. hinc Surdus in d. q. 2. nu. 13. ſcribit veſtes lugubres viduales etiam prætioſas dari debere, ſecundum perſonarum, & mariti dignitatem poſt Angel. quem allegat, verum ſi vidua luctum depoſuerit, vel ſecundo nupſerit tenetur veſtes

lugu-

Digitized by Google

lugubres, quas habuit reſtituere, ſecundum Bald. in conſil.478. nu.3. in fin. vol.5. per text.in l.in his §.1. ff. ſoluto matrimonio, de quo meminit Surd. in d.q.2. nu.20. & conſuluit Nonius in conſil. 91. in 3.dubio, vide tamen Gutter. in tract.pract.qq. vol.2.q 95. ſubdit tamen Surd. vbi ſupra, opinionem Angeli procedere in veſtibus quotidianis, & vilibus, non autem in feſtiuis, & prætioſis, quia ille videntur conceſſæ ab hæredibus, vt magis ornatæ.& honoratior incedat ad honorem mariti,& conſequenter donatæ non cenſentur ibi n.21. vbi nu.22.ampliat in veſtibus lugubribus feſtiuis ſtante cõſuetudine Regionis,quia vxori dimictuntur, prout in ſimili ſeruatur in veſtibus, quas maritus facit vxori,ſi enim illæ ſunt viles,& quotidianæ illę cẽſentur donatæ,& ab hæredibus non repetuntur, ſi verò ſunt feſtiuæ, & prætioſæ ad vſum tantum conceſſæ cenſentur, & marito defuncto eius hæredes poſſunt illas repetere vt poſt Barr. Nicol. de Neapol. Alber. Angel.Salycet. Fulgoſ. Paul.de Caſtro, Imol.Pract.Papienſ. Afſl. Gramm.Soccin. Iun.Cagnol.& alios concludit, & ſic tenet Surd.in ſæpius allegato loco num. 23. & latiſſimè in deciſ. 366.nu.4. & infra, vbi ſatis notabiliter loquitur,& extendit etiam ad iocalia, & ornamenta feſtiua, & Gutter.in d.tract.q.19.vol.2. Honded.in conſ.30, vol.2. & omninò Sancez de matrimonio tit.1.lib. 6.de donat.diſput 25.à nu.20.cum ſequ. & Thor. in compend.deciſ.fol. .& ita de anno 1597.conſului,& obtinui, & conſilio meo ſe ſubſcripſit D. Anton.Faſanus magnus Doctor de Ciuitate Santi Angeli Lombardorum mediãtibus tribus ſententijs conformibus non viſo aliter Surd. forſan non impreſſo.& in d.conſil.allegaui alios non allegatos à Surdo in locis prædictis, vide D.de Ponte in tractat.de poteſt.Proregis fol.473.nu.11. ſed quæ dicantur veſtes feſtiuæ, & quæ quotidianæ Iudicis arbitrio relinqui debet,ſecundum Iacob.Menoch. in tract.de arbitrar.Iudic.caſu .& Surd.in d.q.2. in fine, & veſtis appellatione quid veniat Surdus ibi nu.8. & nu.10. ſcribit, quod includitur etiam cammiſia poſt Bellon.quem allegat,& an tempore diuiſionis inter fratres debent veſtes per vxoratum conferri cum fratribus,& quod tempus actẽdi debet circa eorum valorem, vide Gutter. in d. tract.q.20. vol.2.poſt Pract.Papienſ.in forma libelli ad dotem fol.127.& ſupra in concluſione Sociorum familia

Via publica dicitur de regalibus, quam Rex tenere debet ſecuram prædonibus, & latronibus, prout facit Sereniſſimus Rex noſter,Afflict.in conſtitut. pacis cultum num.62. verum via non dicitur publica, ex quo per eam, per omnes itum eſt longo tempore, ſecundum Mattheſil. in ſingul. 92. vbi addition.ſequitur Arnon.in problem 91.Ioann.de Amicis in conſil. 1. nu.27. Ioſeph.Ludouic. in ſuis opinion. concluſione vltima verſic. & ad probandum fol. 156.Surd. in deciſ.42.nu.3.verſic. & non ſufficit,& nu.4.ſatis pulchrè Marcell.Calà de modo articuland.nu.1218.;fol.219. & Rota Lucæ in deciſ.101.fol 156.in nouis,& dicit Ripa in l.quominus nu.92.ff.de flumin.quod ſi quis ita diceret,& teneret viam vt ſupra eſſe publicam longe aberraret, & meminit de Mattheſil.in d.ſingul.& ſubdit ipſe, vt via dicatur publica, tria requiruntur; Primum, quod per eam publicè iter fiat, Secundum, quod ſolum publicum ſit, Tertium, quod nos ducat in Ciuitatem, Villam, aut Coloniam l.2. §.viam ff.ne quid in loco publico, & infert nu.93. quod via, quæ nos ducit ad rura dicatur publica ita, quod contra obturantem illam detur interdictum de via publica, & refert ipſe in facti contingentia reſpondiſſe negatiuè per iura, & rationes, quæ, & quas ibi allegat, vide Grammat. in conſil. ciuili 132. quia via publica dicitur, quæ exit de vna publica,& in aliam publicam ducit Surd.in d. deciſ. nu.3. in principio, qui concordantes allegat, vide in pulchro caſu Ioſeph.Ludouic.in ſuis commun. opinion. concluſ.38. verſic. infertur 10.fol. 85. hinc occupans viam, quæ eſt publica vt ſupra punitur, ſecundum Afſl.in conſtit.ſancimus §.fin. nu.9.fol.81. & Capyc. in inueſt.feud.fol.113.verſ. vijs, nec poteſt abſque iuſſu principis alienari, cũ ſolum eſt ipſius licet vſus ſit publicus, vt poſt Bald. Aluar.& Præpoſitum, ſcribit Surd.in d.dec. nu. 5. ſed an per populum Ciuitatis poſſit via pulica vendi, vide Lucam de Penna in l.1. in 4.q. C. de diuerſ.præd.libr.10. Cæpoll. in tit. de ſeruitut. ruſtic.præd. in tit. de via nu. .& latiſſimè Surd. in allegata deciſ.nu.5.& 6.poſt Afflict.vbi ſupra num.7.fol.80. & Capyc. in loco ſupra citato, hinc infertur, quod quilibet viam publicam ante eius domum, & poſſeſſionem tenetur reficere, ſecundum Afflict. in loco allegato numer.6.& latè Coſta de portione rati quæſt.15.item, qui habet prædium prope eam ſuo ſumptu ſimiliter reficere tenetur, & debet l.ædiles ff.de via publica,Ripa in dicta l.quominus num.66.ff.de flumin.Capyc. vbi ſupra, & Coſta de portione rati quæſtione 15. ſed ſi eſt deſtructa,vel rupta, aut aliquo modo deuaſtata licitum eſt vnicuique tranſire per agrum vicini, ſecundum Bald. & Salycet. in l.per agrum C.de ſeruit.& aqua Boer.in deciſ.322. Marc.Anton.Natt.in conſil.642.& in addit.ad Alex.in conſil. 194.in fin.vol.2. Arnon.in epitomæ 56. Ioſeph. Ludouic. in d.concluſ.fol.157. Paul.Fuſc. in ſing. 25.litera V. Anna in ſingul.582. Anton.de Padill. in d.l. per agrum nu. 18. & Honded. in conſil.81. nu.41. vbi nu. 42. dicit debere domino ſolui extimationem poſt Boer. quem allegat vbi ſupra nu. 11. intellige prædicta procedere in via publica ſecus in via priuata, vt concludit Ioann.de Amicis in conſil.81.num.9.11.& qui habet viam eundi ad eius fundum per locum,ſeu prædium vicini ſi fuit ſemel via in vno loco ipſi deſignata non poteſt variare, ſed debet tranſire, & reddire per locum deſignatum, ciuili tamen modo per text. in l. ſi cui ff. de ſeruitur. vide Coſta de portione rati q. 132. nu.8.12.poſt Pariſ.in conſil.115.num.9.vol.1.Paul. Merenda in conſil.ciuili 4. verum debens ſeruitutem viæ prædictæ licet ſemel viam deſignauerit in vno loco poteſt illam tollere,& variare. & in alium locum æque commodum deſignare text. eſt in l.2.§.pen ff. de religioſis & ſump. funer. per quem ita tenet gloſ. in d.l.ſi cui, quam Bart. dicit notandam, & alij ſequuntur, quos citat, & ſequitur Surd. in tract. de aliment.tit.4.q.4.nu.11.12. & in d.deciſ. ad finem, hinc etiam, qui tenetur viam præſtare non tenetur illam purgare, ſed ſufficit præſtare vſum, & pacientiam, ſecundum Maxill. in conſuetudine Bari fol. 168. nu. 80. an venditor fundi tenetur præſtare viam ad illum ſi de ea nihil

dictum

Digitized by Google

dictum ſit, vide Bart. in l. 1. in fin. ff. de ſeruit. leg. Dec. in l. 2. nu. 33. ff. de iuriſdict. omn. Iudic. & alios infinitos, quos Surd. allegat, & ſequitur in conſil. 17. nu. 7. qui omnes tenent, quod non, poſt Iaſ. in l. ſeruum filij §. ſtatum liberum num. 4. & ſeq. vbi ad alia inſert ff. de legat. 1. & Ancharan. Iun. in q. 65. part. 1. vide tamen Afflict. in deciſ. 265. nu. . vbi Vrſill. num. 113. ſed an ille, cui ſeruitus viæ debetur per eius ſundum poſſit ad alia eius bona, ſiuè prædia accedere per ſundum prædictum, vide Pract. Papienſ. in forma libell. quo agitur conſeſſo in verb. ſeruitus nu. 5. Capoll. de ſeruit. ruſtic. pręd. in tit. de aquæductu verſic. item quid ſi, & Boer. in d. deciſ. 322. nu. 11. in fin. Anton. Padill. in l. non modus C de ſeruit. & aqua omninò Surd in conſ. 41. qui etiam allegat text. in l. 1. §. illud labeo ff. de aqua quotid. & Paul. Caſtrenſ. in l. ex meo ff. de ſeruitut. ruſtic. Theſaur. Iun. in quæſt. 81. part. 1. & in materia viarum, vide Surd. in dicta deciſione Paul. Fuſc. in d. ſingul. 25. Maſcard. in tractat. de probat. concl. 1404. volum. 3. & Robert. Marant. in conſil. 32. num. 2. vbi ſcribit, quod via vicinalis publica, de qua in l. 2. §. vicinales ne quid in loco public. non poteſt claudi ſine conſenſu Principis, allegat Capoll. in d. tit de ſeruit. viæ in 14. q. & in cap. 75. in tit. de ingreſſu, & vnicuique licitum eſt impunè viam publicam ingredi etiam ſi per mille annos itum non ſuerit, ſecundum Anton. Padill. in d. l. per agrum per illum text nu. 23. verum Iudex poteſt ex iuſta cauſa vſum viæ publicæ alicui interdicere, ſecundum Padill. loco citato num. 25. qui infinitos allegat, & exemplum adducit, an teſtes de vniuerſitate deponētes viam eſſe publicam, quia per illam ſemper itum eſt ſint idonei, & probent, quod non ſecundum Rotam Lucenſ. in dec. ſupra allegata 101. poſt Arnon. quem allegat in d. problem. 91. in medio, quia deponunt de eorum commodo, & intereſſe habent, vt ibi per eos, & qualiter probetur ſeruitus itineris, vel viæ priuatæ, vide Iacob. Menoch. de retin. poſſeſſ. in quinto remedio á nu. 13. cum ſeqq. Camill. Borrell. in conſil. 47. col. pen. poſt Grammat. in conſil. ſupra citato, Mènoch. in conſil. 448. num. 8. & ſequ. & quomodo probetur poſſeſſio, ſeù quaſi ſeruitutis, ſeú itineris eundi, & quod ſit probandum per illum, qui vult in ea manuteneri, vide Bart. in l. ſicuti §. ſed, & ſi quæratur ff. ſi ſeruit. vendic. & in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itin. actuque priu. omninò Ancharan. Iun. in q. 35. part. 3. & ad principalem concluſionem vide Franc. Becc. in conſil. 15. & Menoch. in d. conſil.

Vicarius Epiſcopi de iure communi non habet poteſtatem conferendi beneficia cap. in generali, vbi Gemin. & alij de offic. Vicar. in ſexto, Dec. in conſil. 128. nu. 3. & conſil. 149. nu. 6. Maranta in conſil. 48. nu. 6. & latè Iacob. Sbrozz. in tract. de offic. Vicar. libr. 2. q. 31. & 110. & libr. 1. q. 7. nu. 11. habet tamen poteſtatem ipſo iure abſque ſpeciali mandato aliquem inſtituendi cap. ex frequentibus de inſtitut. Ancharan. Iun. in q. 36. nu. 8. part. 1. & in quæſt. 77. nu. 5. part. 2. & Iacob. Sbrozz. qui ſupra q. 111. vide tamen pulchram limitationem poſitam ad d. capit. in generali per Camerar. in capit. Imperialem fol. 79. in magnis, an legatus de latere poſſit conferre beneficia, vide Dec. in dd. conſilijs, & an Vicarius commando alicui excommunicationem latæ ſententiæ incurrat in pænam cap. ſacro de ſentent. excommun. quod non ſecundum Mart. in voto 78. per totum, an Vicarius Epiſcopi poſſit alium Vicarium ſubſtituere, vide ſupra in concluſione Locumtenens, & Maranta in tractat. Iudic. part. 4. diſtinct. 5. nu. 22. & Iacob. Sbrozz. in d. libr. 2. q. . & de Vicario ſede vacante electo multa ſcribit Stephan. Quaranta in ſua ſumma ſol. 130. cum ſeq. & ſol. 147. & Iacob. Sbrozz. in d. tract. hinc Vicarius debet habere alimenta ex fructibus beneficij eius, cuius vices ſupplet c. de monachis de præbend. cum concordant. allegatis per Surd. in tract. de aliment. tit. 1. q. 60. ſub num. 10. quia perſonam illius repreſentat, cuius eſt Vicarius, eique debetur idem honor, Affl. in conſtit. obſeruent nu. 3. & Iacob. Sbrozz. in d. tract. q. . & Vicarius Epiſcopi, qui eſt Presbyter debet in Eccleſia ſedere in primo loco Presbyterorum poſt primam dignitatem, atque alios Presbyteros præcedere, latè Marta in voto 101. vbi alijs ſimilibus comprobat, an Vicarius Epiſcopi præcedat Archidiaconum, ipſiq; anteferri debeat in Eccleſia in proceſſionibus, & alijs, vide omninò Iacob. Sbrozz. in d. tract. libr. 2. q. 26. vbi latiſſimè diſputat, & pro Vicario tenet contra Archidiaconum, qui Vicarius per mortem Archiepiſcopi, ſiuè Epiſcopi eligentis deſinit eſſe Vicarius, & quicquid poſtea ab eo fit, vt nullum habetur, ſecundum Gloſam in clementina fin. ad finem de procurat. in ſexto, Marant. in d. diſtinct. 5. nu. 62. in fin. & Sbrozz. in d. tract. q. . & Paul. Fuſc. in ſingul. 26. litera V. an Vicarius Regis poſſit præſtare licentiam, ſeù aſſenſum ſuper alienatione feudi, vide Affl. in d. conſtit. obſeruent ſub nu. 3. & iterum in conſtit. vtilitati poſt nu. 5. Capyc. in cap. Imperialem fol. . vbi latè Camerar. à fol. 76. cum ſeqq. D. Vincent. de Franchis in deciſ. 540. num. 2. & deciſ. 639. nu. 1. 5. D. de Ponte, tàm in conſil. 1. quàm in tractat. de poteſtat. Proregis fol. . vbi melius loquitur, an Vicarius Regis poſſit facere legem, vide Campan. in cap. Regni 90. reliqua in materia vide Marantam in loco citato, Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 1045. vol. 3. & latiſſimè Iacob. Sbrozz. in d. tractat.

Victus victori quando debet in expenſis condemnari vltra Afflict. in conſtit. diuorum Principum, vide Carauitam in ritu 298. deciſ. Peruſin. 101. Iacob. Menoch. in tractat. de arbitr. Iudic. caſu 177. Anton. Gamma in deciſ. 38. D. Conſiliarium Rouit. in pragmat. 1. in tit. de expen. Flamin. Cartar. in deciſ. 1. & omninò Oliuam, & Campanilem ad eum in ritu Curiæ Archiepiſcop. Neapolit. 4. & Surd. in tract. de aliment. tit. 6. q. 3. nu. 25. & Gutt. in tract. pract. qq. vol. 1. q. 135. vide tamen Afflict. in d. conſtit. poſt num. 2. verſic. ſed in Sacro Conſilio, qui dicit, quod malè hoc obſeruatur in Sacro Conſilio, quia ſemper victum ex cauſa iuſta abſoluit ab expenſis, & ideo conſtitutio prædicta ligat omnes Iudices, ſed non ipſum Regem, aut eius Sacrum Conſilium, vt ibi, & multa per D. Tapiam in 3. tomo iuris Regni fol. 229. & ſeq. & Viuium in deciſ. 47.

Viduę infra annum datum à lege reſtituendi dotes ſi non habet vnde ſe alat, debēt ab hæredibus mariti alimēta præſtari, vt ſcribit Surd. poſt infinitos Doctores, quos citat in tract. de alimentis tit. 1. q. 43. nu. 12.

nu.12.vbi pluries de communi opinione teſtatur, & ad contraria reſpondit, vbi nu. 29. intelligit, & nu.32. cum ſeq. pluribus modis ampliat, & num. 48. & ſeq. limitat concluſionem iſtam, vt ibi per eum,ad quem recurrendum eſt, vide eundem Surdum in d.tract.tit.7.q.22. & D.Vincentium de Franchis in deciſ. 489. & quid de iure conſuetudinario Neapol. ibidem, & iterum in dec. 562. nu. 1. & ſeq. quid ſi vidua fuit á marito in eius teſtamento relicta vſufructuaria, ſi lectum viduale ſeruare voluerit, quod idem importat, ac ſi dixiſſet ne nubat, vel ſi non nupſerit,ſi poſtea nubat,an teneatur fructus perceptos reſtituere hæredibus mariti, D.Vincentius de Franchis memoriæ recolendæ in dec.231.refert iudicatum, quod ſic,quia conditio viduitatis in vidua debet obſeruari, vt ibi quo loco alios addo, quibus nunc addo Mart. in voto 50.nu.9. & ſi nubit infra annum luctus, an perdat legatum ſibi relictum, ac etiam legatum alimentorum,vide ſupra in concluſione mulier,& quæ propriè dicatur vidua, vide Iacob. Menoch. de arbitrar.Iudic.caſu 66.nu.11.13.& Campan.in cap.Regni 150.

Vinum ſi alicui eſt legatum, an comprehendatur acetum, ſiué aquaticum, vel acinaticum, vide Iacob.Menoch. in tract.de præſumpt.lib.4.cap.152. nu.16. 18. & omninò Steph.Gratian.in deciſ.184. à num. 18.vſque ad 23.& an comprehendatur dolium, vbi vinum legatum reperitur, Gratian. ibidem nu. 12. & quid ſi eſt legatum frumentum, an venit ordeum,vel farina ſub legato, vide Gratian. vbi ſupra à nu.1. cum ſeq.

Virginitas probari non poteſt, niſi ex aſpectu corporis, & cum difficultate recognoſci poteſt, quia oculus,& manus Obſtetricis ſæpe fallitur,& qualiter probabitur, videndus eſt omninó Franciſc. Viuius in opin.491.nu.10.& ſeq.part.2.ſecundum impreſſionem Aquilæ de anno 1582. ad quem ſoleo ſemper recurrere, vide etiam Maſcard. de probat. concluſ. 1410. vol. 3. probatur etiam per aſpectum matronarum, & eſt ſufficiens probatio, ſecundum Mart.in voto 64.num.18.an virginitas præſumatur,vel debet à muliere,quæ prætendit ſe eſſe virginem allegari, vide Doctores, quos addo ad D Vincentium de Franchis in deciſ. 333.ad principalem concluſionem adde videndum Fulu. Pacian.de probat.libr.2.cap.2.

Viſitator deputatus ab Epiſcopo debet ali ab illis, quos viſitat cap. ſopitæ, & cap.cum nuper de cenſib. in ſexto, Surd.in tractat. de aliment.tit.1.q.64. num. 13. atque victus neceſſarius præſtari debet, Surdus ibi nu.15. vbi multa in materia,verum debet moderata alimenta recipere, ſecundum facultates Eccleſiæ,& non grauare ipſius Rectorem cap conquerente de offic.ordin. idem Surd.in eo. tract.tit.4.q.22.nu.4. & quando Rector Eccleſiæ, ſiué ipſa Eccleſia eſt pauper, & indiget, Epiſcopus viſitando tenetur de proprio impendere, Surd. ibi nu.6.& nu.10.ſcribit,quod Viſitatori Apoſtolico, ſiué Nuntio eſt ipſi prouidendum de equis, & eorum vectura, verum viſitator non debet morari in vno loco vltra vnum diem ſine iuſta cauſa cap.inter cætera 10.q.3.& Surd.in d.q.22.nu.8. & ibi multa in materia; ad principalem concluſionem vide Iacob. Sbrozz. de offic. Vicar. libr.2.q. 122.& ſeq.

Vitricus non tenetur alere priuignos, ſcilicet filios vxoris,ſiuè ex alio matrimonio natos l.ſi paterno, vbi Bald. notat de negot.geſtis cum concordantibus allegatis per Surd. in tract. de aliment.tit.1.q. 41.à num. 1.nec tenetur in eius domum illos recipere, ſecundum Bald. in d. l. ſi paterno, quem alij ſequuntur teſte Surdo in loco citato nu.5. & iterum tit.4.q.12.nu.4. & ſi aliquid impédit pro alimentis priuigni non repetit, ſi in eius ſeruitio fuit idem Surdus in d.tit. 1.q.83.nu.8. verum in dubio præſumitur alimenta præſtitiſſe priuigno animo repetendi, ſecundum eundem Surd.in d.tract.tit. 6.quæſt. 11.num.4.vbi ad alia infert,ſed an vitricus probatæ vitæ poteſt eſſe tutor.pupilli ſui priuigni, Surd. in d.quæſt. 42. num. 8. poſt Menoch. tenet, quod ſic, conueniunt verba D.Vincentij de Franchis in deciſ.350. ad finem, vide Rubeum Alexan. in conſil. 66. qualiter autem probetur aliquem habuiſſe animum repetendi alimenta, ſiuè impenſas, vide Bart. in d.l.ſi paterno num.1. verſic. quidam dicunt, Marcell. Calà de modo articulandi, num.857.cum ſeqq. & ex quibus coniecturis colligitur,quod non animo repetendi,ſed potius animo donandi alimenta fuiſſe præſtita,legatur quæſo Surdus in d.tit.6. q.11.nu.45. vſque ad finem, Caualcan.in deciſ.8.nu.67.& ſeq.part.3.

Vniuerſitas debitrix ſi nihil poſſidet omnes ciues tenentur ad contribuendum,& cogitur imponere collectam, ſecundum Bart. & alios in l.4.§. actor. ff. de re iudic. Afflict. in conſtit. dubitationem 1. colum. & latè Stephan. Gratian. in deciſ. 217. 1. colum. qui multos allegat, vide Lucam de Penna in l.1.C. vt ex Vicar. quæſtion.4. libr. 11. & Marc. Anton.Natta. in conſil.150. hinc dubitatur ſi creditor vniuerſitatis poſſit in poſſeſſionem pontiũ, aut fluminum immitti, vel theatrorum, vide Gratian. vbi ſupra num.7. quomodo autem vniuerſitas debet citari, vt in contumacia poſſit conſtitui,vide Cagnol.in l.non poteſt dolo ff.de regul. iur.poſt Afflict. in loco citato num.3. cum ſeq. & Maranta in tract. Iudic.part.6. in verb. citatio nu. 94. & Scaglion.in ritu 38.num.5. hinc vniuerſitas defendere debet,ſeù qui illá repreſentat, prout eſt Conſiliũ, iuxta gloſ.in rubr.C.quæ ſit longa conſuet. & latè D. Vincentius de Franchis in deciſ. 608. num. 4. ſuos ciues l.ſicut ff. quod cuiuſque vniuerſ. qui per vnum, nempè per Syndicum loqui videntur, quia ſingulorum cauſas agit Camill. Borrell. ad Bellugam in ſpeculo Princip. fol. 19.à tergo,nam injuria facta vni de vniuerſitate poteſt ipſa, ſeù eius Syndicus agere, ſecundum Camill Borrell.ad Bellugam in d.tract.fol.57.vide Guid.Papam in deciſ. 464. omninò Crauettam in conſil.45.& Montanar.in pragmat.2.num.1.de adminiſtrat. Vniuerſitat. & antequam Vniuerſitas collectet eius ciues particulares debet excutere redditus eorum, ſecundum Gloſ. in l. 1. §. quod ſi nemo in verb.proconſ. ff. quod cuiuſque vniuerſ. Surd. in tractat. de aliment. tit.7. quæſt.22. num. 7.& aliud eſt Vniuerſitas,& aliud ſunt ſinguli homines de Vniuerſitate, Gloſ. in d.l.ſicut §. ſi quid, & Surd. qui citat concordantes in d. tit. 7. quæſt. 32.num.22.vbi ad alia infert,an Vniuerſitas poſſit prohibere eius ciues ne vadant ad molendum extra territorium in molendinum alterius, vide D. Vincentium de Franchis in deciſ. 380. vbi addo

alios

Digitized by Google

alios,& vltra Marta in voto 183.

Vſum nemoris ſi Dominus conceſſit lignandi, vel paſcendi vni, vel pluribus poteſt nihilominus alijs concedere ſi ligna, aut paſcua omnibus ſufficiant, ſecundum Capoll.in tit.de ſeruit.ruſtic.cap. 22.in tit.de montibus num.15.quem refert,& ſequitur Ripa in l.quominus num.54.ff. de flumin. vbi refert, Dominum, qui conceſſit ius paſcendi ſubditis ſuis non poſſe prohiberi vendere paſcua extraneis, ſaluo vſu neceſſario pro ſubditis ſuis, vide ſi conferunt ſcripta per me ſupra in concluſione paſcua, hinc vſum habens in Silua æquiperatur vſufructuario, adeo quod poſſit ligna vendere, Villalobos in ſuis opinion. lit. V. nu.51. allegat l. diuus ff.de vſu.& habitat. & qui habet ius lignandi, & herbagij quomodo vti debet, vide Campan. in cap.Regni 271.nu.8.9. & qui habet ius paſcendi non habet ius aquandi l. 4. ff. de ſeruit. ruſtic. præd.& ad principalem concluſionem, vide Capiblancum in tractat. de Baron. ſuper pragmat.8. à num. .cum ſeqq. D.Vincentium de Franchis in deciſ. 489. in fin. & multa in materia Dominus Conſiliarius Rouit. ſuper rubr. & pragmat. de paſcuis, & foreſtis, & qualiter vſus intelligatur, & quid importet, vide text. in l.plenum autem ff.de vſu.& habitat.& in §.1.inſt.cod.tit. Alex.Trentacinqu.in conſil.6.volum.1.

Vſufructuarius omnium bonorum non tenetur ad ſolutionem æris alieni à teſtatore debiti, ſed hæres vniuerſalis ad illud ſoluendum conueniendus eſt Didac.Couarr.libr.2.variar.reſolut.cap.2.ſub nu. 4.qui infinitos citat, & de communi teſtatur contra Bart. in l.fin. num.5.ff. de vſufruct. legato, ſequitur Roland.à Valle in conſil.8. in primo dubio volum. 2. Caualcan. de vſufruct. mulieri relicto ſub num.211.ſol.415.in paruis, Viuius in opinion. 1046. part. 3. Surd. in tractat. de aliment. titul. 1. quæſt.30. titul.2.quæſt.15. numer.249.& tit..... quæſt. 16. num.12.Marc.Anton. de Amatis in deciſ.39. & D.Maſtrill. in deciſ. 146. numer.2.Sempron.Aſcia in determinat.88.vide in pulchro caſu Mart. in voto 176.numer.1. cum ſeqq. verum de bonis hæreditarijs ſuper quibus vſusfructus conſtitutus eſt debet ſatisfieri creditoribus hæreditarijs, ſecundum Roland.à Valle in d.conſil.nu. 13.in fin. Viuium, & Caualcan. in locis citatis, & Surd. in d.quæſt.30. & titul.2.quæſt.15.num.146. ſed hæres tenetur ad ſolutionem legatorum, non autem vſusfructus, vt Roland.conſuluit in d.conſil. in dubio, ſequitur Caualcan. in loco citato nu. 220. ſol. 417. vbi dicit, quod licet hæres teneatur vt ſupra, tamen intelligitur cum diminutione vſusfructus, quia vſufructuarius debet pati, quod hæres vendat tot de bonis hæreditarijs, quæ ſufficiãt ad ſolutionem legatorum, ſallit quando legata ſunt annua, nàm ad eorum ſolutionem tenetur vſufructuarius, Roland.in d.conſil num.27.& nu. 28. quia illa recipiunt dilationem de anno in annum, vt ibi ſequitur Caualcan. in loco allegato, ſol.419.Surd.in d.quæſt.30.in fin.& D. Maſtrill.in deciſ. ſupra allegata num.4. & ſeq. vbi multa in materia, & late Stephan.Gratian. libr.2. diſceptat. forenſ.capit.296.[u]bi etiam loquitur de ſolutione annui cenſus, impenſam autem funeris, qui tenetur ſoluere, hæres, an vſufructuarius, vide Roland. vbi ſupra num. 13. ad finem, & Caualcan. in loco citato poſt num.217.verſic. ſecundo caſu ſol.425. Sed vſufructuarius omnium bonorum tenetur alere eos, quos teſtator alere tenebatur, vt ſatis pulchrè ſcribit Surd. in d. quæſt. 30. hinc etiam vſufructuarius omnium bonorum poſſidens illa cogẽdus eſt ad ſolutionem onerum, vt poſt Couarr. & Villalobos tenet Mart. in voto ſupra allegato num. 4. & poteſt cogi ab hærede ad vendendum pro ſolutione æris alieni ibi num. 11.& ideo collectas ſoluere tenetur, quia eſt onus fructuum l. quæro, vbi Bart.ff.de vſufruct.lega. Afflict.in dec. 252.num.4.Paul.Fuſc.in ſingul.53.litera V.Pinell. in l.1.part.2.num.72.C.de bon.matern.Surd.in d.quæſt.15.num.250. & iterum tit.4.quæſt.16.nu. 12.& Seraphin.in deciſ.514.num.2.qui etiam ſubdit, quod tenetur ſoluere tributa, ſalaria, & ſarcire tecta ex l.hactenus ff.de vſufruct.quia vſufructuarius ciuiliter poſſidet l. naturaliter ff. de acquir. poſſeſſ. Ripa in l.1.num.34.ff.eo.tit. tamen quando legatum vſusfructus efficeretur inutile, quia collectæ abſorberent, & excederẽt valorem vſusfructus tunc onus ſoluendi eas ſpectat ad proprietarium, vt uoluit gloſ.in l.qui concubinam §. qui hæres ff.de leg.3. Pinell.in loco citato in 7.limitatione, Surd. in d.quæſt.15.num. 251. & latè in d.q. 16. num. 13. hinc etiam vſufructuarium teneri ad expenſas temporales ſecus in concernentibus perpetuam vtilitatem, Paul.Fuſc.in d.ſingul.in fine, & Caualcan.in d.tract.num.160.& 161. item vſufructuarius omnium bonorum concurrit cum legatarijs, vt conſuluit Roland.in d.conſil.in vltimo dubio, & Caualcan.in d.tractat. num.221,ſol. 428. an concurrat in vſufructu domus, vel feudi particulariter alicui legato, Mart. in d. voto 175. num.10.tenet, quod non, poſt Doctores, quos allegat, uide interim Caualcan. in d.tract.num.53. & num. 64. ſed quid tenetur uſufructuarius adimplere ex parte ſua dicas, quod tenetur facere inuẽtarium omnium bonorum, ſecundum Ancharan. Iun. in quæſt. 30. colum.1. part.3. & in quæſt.22. eadem parte, nec poteſt à teſtatore remitti, ut ibi, uide ſupra in concl.ſatiſdatio, & Ann.in ſing.309. nec non tenetur cauere de utendo, fruendo arbitrio boni uiri, & de reſtituendo finito uſufructu, ut dixi ſupra in d.concluſione, & Ancharan. ubi ſupra, dummodo à proprietario petatur, quia non præſtans cautionem petitam cadit ab uſufructu, Pinell.in d.l.1.part.2.num.79. & Mart.in uoto 12. num. 15. adeo quod ſi non eſt in mora præſtandi cautionem prædictam facit fructus ſuos ſi bona fide eos percipit, ſecundum Surd. qui infinitos ad id citat in d.tract.tit.7.quæſt.19. num.17. & uide in d. concluſione citata in fine, & ad quid tenetur uſufructuarius certarum rerum, & bonorum, uide Didac.Couarr.in d.cap.2.à num.1. & ſeq.hinc etiam uſufructuarius omnium bonorum, licet ſit Dominus Suarez in d. litera V. num. 92. ubi de communi opinione teſtatur, & Marc.Anton.de Amatis in deciſ. 45. tamen ex dicto uſufructu falcidiam ſoluere non tenetur, Stephan.Gratian.in deciſ.48.niſi dodrantem excedat, ut ibi, & Marc. Anton.de Amatis in d.deciſ.45. an uſufructuarius omnium bonorum poſſit alienare, uel cedere uſumfructum, uide Caualcan. in d.tract. num.66. & ſeq. poſt Pinell.in d.l.1.part.2.à num.37. & ſeq. & Surd.in d.tract.de aliment.tit.8.priuileg.43.nu.



Digitized by Google

6. & tit.9.quæſt.22. num.2.9. & an poſſit vendere, & alienare commoditatem, vide ibidem poſt gloſ. in l.ſi vſusfructus ff.de iure dot.& in l.arboribus §. ſi vſufructuarius ff.de vſufruct.quemadmod.quis vta. & an poſſit commoditas cedi, & quando, vide Alex.Trentacinq.in conſil.61.vol.1.& Ricc.in deciſ.118.part.1.

Vſura vera non commictitur, niſi in contractu mutui, quia eſt lucrum ex mutuo facto debitum, vel exactum, vt colligitur ex Roman.in conſ.423. num. 5. quem ſic refert, & ſequitur Maranta in conſil.113.num.3.quibus accedunt Afflict.in conſtit.vſurariorum nu.12.Bellug.in ſpeculo Princip. rubr.41.§. leges Regni num.8.fol.179. Aym.in conſil.145.nu.6. Viu.in opin.1051.part.3. Baiard. ad Clar.in §.vſura num.2.Ludouic.Peguer.in deciſ.32.33. & D.Maſtrill.in deciſ.106. vbi etiam in contractu emptionis, & venditionis, ſocietatis, & locationis vſuram commicti affirmat poſt Doctores, quos allegat D.Rouit.in pragm. hic alleg. col.1. in nouis, & licet in contractu mutui, & alijs conſiſtentibus in pondere, numero, & menſura commictitur, tamen commicti poteſt etiam in ſpeciebus, veluti ſi quis vult mutuare, & dat partem pecuniæ,& pro reſiduo dat equum, veſtes, vel quid ſimile, vt ſcribit Vincent.Maxill. in conſuet. Bari §. in permutationibus nu.89. fol.153. ſecundum nouiſſimam impreſſionem Venetam, & cõfirmatur ex pragmat. 2. de empt. & vendit. hinc poteſt inferri ſi conſtitutio Regni, quę incipit vſurariorum loquens de vſura commiſſa in mutuo extendatur ad alios contractus, pro qua opinione videndus eſt ibidem Afflict. num. 12. 13. 14. vbi affirmatiuè concludit, nàm quicquid ſorti accedit vſura eſt l.rogaſti §. ſi tibi ff.ſi cert. petat. c.ſuper eo de vſur.cum ſimilibus, quæ eſt omni iure prohibita, ſecundum Gloſ.in cap.quia in omnibus in verb. ſtulti de vſur. Roland. in conſil.35. num. 26.volum.1. Surd.in tract.de aliment.tit.1. quæſt. 42.num.37. & tit.9.q.40.num.34. Lupus in tract. de vſur. in 1.compendio §.3.num.20. cum ſeq. & Baiard. ad Clar. in d.§.vſura numer.12.delinquit enim vſurarius in legem diuinam, profeticam, euangelicam, canonicam, ciuilem, & politicam, Mart.in voto 70. ſub num.12. nam vſuram commictens, dicitur rapinam, & furtum commictere, & pluſquam fur vſurarius puniri debet, ſecundum Mart. in d.voto num.4.5. & Ludou.Peguer. in deciſ.30.colum.1. vnde actento iure communi in crimine vſuræ habet locum tortura, vt poſt Soccin.Corn.Foller.Clar.Peguer.& Farinac.oſtẽdit Marta vbi ſupra num.2.& conſequenter puniri debet extraordinariè ibidem num. 10. poſt D. Vincentium de Francbis, & alios infinitos, quos allegat, & ſequitur in loco, & num.allegato, ſed in hoc Regno contra vſurarios impoſita eſt pæna publicationis bonorum mobilium, & ſtabilium per d.conſtit. Regni vſurariorum, & ideo tortura locum non babet contra vſurarios, iuxta cap.Regni 144. nec poteſt contra ipſos in crimine vſuræ procedi, niſi præcedat accuſatio formiter facta via ordinaria per ritum M.C.V.237. Campan. in cap.Regni 270.col.2.Carauita in ritu 196. & Marania in conſil.113.num.1. vbi col.fin. dicit, adhoc, vt vſurarius poſſit puniri, requiritur, quod actus, ſiuè delictum ſit conſumatum, & Foller. in praxi crim.canon. fol. 226. & ſeq. & D. Rouit. vbi ſupra, Camp.in loco citato num.13., & interueniẽte in accuſatione, ſeù querela ſollemnitate legis libellorum ff.de accuſat. ſecundum Cauenſem in ritu 199.num.11. & in pragmatica Ludouicus, & Ioanna in fin.quæ eſt 1.in tit. de vſur. & Campan. in cap.,Regni 270. alias quicquid in contrarium ſequeretur eſt nullum, vt in terminis ſatis pulchrè ſcribit Camill. Borrell. in conſil. 12. col. 2. niſi ſit vſurarius manifeſtus, vt in pragmat.4. eod.tit. ſed quis dicatur manifeſtus vſurarius, vide omninò D. Regentem de Ponte in conſil. 89. & ibi multa in materia, requiritur etiam, vt contra accuſatum de vſura fama publica concurrat, vt legitur in d. pragmat. 1. ibi fama publica concurrit, vbi Cauenſ. notat num. 2. & in terminis Viuius in deciſ. 504. num.1. ad cuius famæ publicæ probationem multa neceſſaria requiruntur, quæ congerit Iul. Clar.in §.fin.q.6. Camill.Borrell. in conſil.45.nu. 53. & ſeqq.Maſcard.in tract. de prob.concluſ. vol.2. & omnium latiſſimè, & cumulatiſſimè Farinac.in tit.de indic. & tortur.q.47. quibus accedit Rota Lucæ in deciſ.22.quæ ſatis pulchrè loquitur deciſ. 101. col. fin. deciſ.105. verſic. ſed ex abundanti fol.165.dec.127.col.pen. & dec.147. col. fin. in nouis, & teſtes omni exceptione maiores, ſecũdum Rot. Lucæ vbi ſupra, & Alex.Trentacinqu. in conſil.12.num.15.volum.2. item requiritur per d.pragmat.primam, vt teſtes deponentes contra querelatum, ſeù accuſatum de vſura ſint fidedigni ibi tres teſtes fidedigni, & ibi Cauenſ.num.5.Maxill. qui de d. pragmat. meminit in loco ſupra citato num.10. ad finem, & eſt de mente Borrelli in d.conſ.12.num.36. qui autem dicantur teſtes fidedigni, & omni exceptione maiores, vide ſupra in concluſione teſtes, & declara per Afflict. in conſt. corruptelæ in tertio notabili, & iſta qualitas, quod teſtes ſint fidedigni, ſiuè omni exceptione maiores debet per Fiſcum, ſiuè Curiæ Coadiutorem producentem probari, vt in terminis d. pragmat. ſcribit Arnon. in epitomæ 14. quem refert, & ſequitur Niger Campan. in d.cap.Regni 270.num. 16.& Foller.in fragment.ſub num.52.fol.397.in nouis, & ſcripſi late ſupra in concluſione teſtes, & non ſine magno miniſterio d. pragmat. requirit qualitates prædictas, quæ ante omnia probari debent per fundantem in eam, poſtquam probatio quæ ſit per teſtes ſingulares, ſecundũ diſpoſitionẽ d.pragmaticæ eſt probatio ſingularis, ſecundum Iaſon. in repet.l.admonendi nu.298. ff. de iureiur. quem refert, & ſequitur Marſil.in ſingul.539.qui in terminis ſtatuti loquitur, & quod quando teſtes ſingulares probarent debent eſſe omni exceptione maiores, vt poſt infinitos, quos citat, tenet Marta in voto 45.num.9. nam regulariter teſtes ſingulares non probant, nec iunguntur ad faciendum vnam plenam probationem, quotcumque ſint, vt inquit Alex. in conſil.13. num.19. in fin. vol.1. ſequitur Roland.à Valle in conſil.33.nu.19.vol.2. vbi alios citat, & ideo tantum probat vnus teſtis quantum valet probatio multorum teſtium ſingularium, vt poſt Bald. ſcribit Alex. vbi ſupra nu. 20. & conſil. 82. volum. 4. Iaſ. in d.l. admonendi num.265. Roland.in d.conſil.33.num.18. & conſ. 50.num.6. volum.4. Viuius, qui multa ponit in opin.909.num.1.& ſeq.part.3. & Anton.Gabriel.

in tit.

in tit. de teſtib. concluſ. 2. col. 1. & quando dicantur teſtes ſingulares, & quomodo cognoſcuntur, vide Viuium omninò vbi ſupra num 7. poſt Pract. Papienſ. in forma libelli contra teſtes verſic. ſunt etiã ſingulares, de quo meminit Maſcard. in tract. de probat. in concluſ. 856. nu. 2. vol. 2. poſt Cagnol. in prohemio ff. nu. 202. Aym. Crauett. in conſil. 78. num. 1. & conſil. 151. á nu. 12. & quod teſtes ſingulares regulariter non probant tenet Alex. in conſ. 72. nu. 2. vol. 1. Affl. in conſtit. ſi quis in poſterum in 2. notab. verum quando tractatur de probando aliquod in genere, puta Titium eſſe vſurarium, vel eſſe blasſematorem, aut hereticum, in iſto caſu probant in genere Titium eſſe vſurarium, aut blasſematorem, vt idem Alex. concludit in d. conſ. 72. nu. 2. vbi Doctor. in Apoſtill. ſequitur Affl. in d. conſtit. nu. 19. Aym. Crauet. in conſil. 73. nu. 34. Gabriel. in d. concluſ. nu. 29. cum ſeqq. Viuius in opin. 908. Lupus de vſuris fol. 145. nu. 27. Maſcard. in d. tract. concluſ. 856. & in concluſ. 1417. nu. cum ſeqq. vol. 3. poſt Clar. in §. fin. q. 53. verſic. dixi etiam, vbi declarat, hinc de anno 1598. audiui à doctiſſimoi, & integerrimo Domino Ioanne Thoma Salamanca tunc temporis Regio Conſiliario nemini ſecundo, deindè autem meritiſſimo Regente apud Sacr. Reg. & Capt. Maieſt. quod in Sacr. Reg. Conſil. non fit magna vis de d. pragm. 1. quia raro qualitates requiſitæ per illam verificari poſſunt, & vbi verba legis, vel ſtatuti deficiunt, deficit etiam eius diſpoſitio l. 4. §. toties ff. de damno infect. & vltra probationem requiſitam per d. pragm. vide de iure communi apud Baiard. ad Clar. in d. §. vſura num. 22. & ſeq. hinc etiam teſtes deponentes contra vſurarium, qui vſuram commiſit in eorum perſonis, vt probent debent eorum proprio commodo renunciare, nempè repetitioni vſurarum ſolutarum, ſecũdum Foller. in loco ſupra citato num. 52. ad finem, vbi teſtatur ita ſemper practicaſſe, Campan. in d. cap. num. 5 Marc. Anton. Natta in conſil. 369. col. fin. Vrſill. in deciſ. Affl. 369. nu. 15. Roland. in conſil. 95. nu. 14. conſil. 97. nu. 31. vol. 4. Maſcard. in d. concluſ. 1417. nu. 15. & Baiard. ad Clar. in d. §. vſura num. 23. qui tamen refert Burſat. in conſil. 320. nu. 89. & 90. tenere contrarium poſt Didac. Couarr. lib. 3. variar. reſolut. cap. 3. ante nu. 5. quia prædicti teſtes non ſunt omni exceptione maiores, & conſequenter non probant, & ſine dicta renunciatione, & proteſtatione non ſunt idonei, vide Foller. in d. pract. crimin. canonic. fol. 229. nu. 18. ſcribit etiam num. 24. quod teſtes, qui vſuras ſoluerunt faciunt fidem quando deponunt in fauorem tertij, non autem in fauorem ipſorum, allegat Bald. & Crauett. & quid ſi teſtes, qui deponunt ſunt debitores ex inſtrumento iurato ipſi accuſato de vſura an contra eundem accuſatum probent, legatur omninò optimum conſilium Rolandi à Valle 98. volum. 4. & Maxill. in loco ſupra allegato nu. 13. & 14. fol. 154. puniturque vſurarius in Regno pæna publicationis bonorum mobilium, & immobilium per d. conſtit. Regni vt dixi ſupra, quorum appellatione non veniunt nomina debitorum, quæ conſtituunt tertiam ſpeciem vt dixi ſupra in concluſione nomina debitorum, vbi in terminis noſtris allegaui Alex. & Pinell. verum de iure communi vſurarius punitur pæna arbitraria extraordinaria, vt dixi ſupra in hac cõcluſione, addo nunc Iacob. Menoch. & alios allegatos per Baiard. in d. §. vſura nu. 27. & vide Ludouic. Peguer. in deciſ. 30. quibus autem pænis clericus vſurarius de iure canonico puniatur, vide Couarr. in d. capit. 3. num. 3. de quo meminit remiſſiuè Baiard. loco citato nu. 29. in fin. & Peguer. in d. deciſ. 30 nu. 3. 15. an mulier vſuram committens teneatur, & puniri poſſit pæna d. conſtit. vide Arnon. in ſing. 46. & eſt notandum, quod ex mutuo poteſt recipi certum quid poſt retardatam ſolutionem, & moram debitoris pro intereſſe, ſecundum D. Rouit. in d. pragmat. 1. nu. 32. & in nouis n. 45. vbi ita docere Bertrazzol. affirmat, imò ſecundum eum num. 49. poteſt inter contrahentes ab initio taſſari intereſſe lucri ceſſantis data mora ad certam rationem abſque labe vſuræ, & ita ipſo referente fuit iudicatum in Sacro Conſilio, vt in d. nu. 45. meminit Thorus in compend. dec. & cum ipſo conuenire videtur Nauarr. in manuali confeſſo. cap. 17. nu. 212. & in conſil. 3. in tit. de vſuris, vide d. conſilium, quia eſt notabile, & iterum in conſil. 12. in fine eod. titul. vide tamen Mart. in voto 165. à nu. 1. & quæ ſcripſi ſupra in concluſione pactum, & deciſ. Rot. Roman. 5. poſt conſil. Farinac. & D. Maſtrill. in deciſ. ſupra allegata num. 37. 38. hinc vſura non committitur quando pactio inter creditorem, & debitorem nõ procedit, nec etiam quando ſponte aliquid á debitore datur, creditori, & pro mutuo recipitur licitè, & abſque labe vſuræ capitur, ſecundum Surd. in tract. de aliment. tit. 9. q. 18. num. 11. & 12. allegat capit. ſicut Epiſcopum prima q. 2. vbi gloſa dicit quod vitium hoc modo imputatur, & ſatis pulchrè Affl. in d. conſtit. nu. 33. qui notabiliter loquitur, & Campan. in cap. Regni 236. nu. 34. & infert ex prædictis Surd. in d. q. à nu. 1. cum ſeqq. & per totam illam quæſtionem, quod ſi teſtator legat certam quantitatem Titio non poteſt ordinare, quod donec ſoluatur hæres det ſingulo anno tot ipſi legatario, quia diſpoſitio prædicta vſuram continet, allegat Aym. in conſil. 89. & Rolandum à Valle in conſil. 55. nu. 21. vol. 2. & infinitos alios ipſe tamen ex rationibus paulo ante allegatis, & ex alijs tenet contrarium á nu. 10. cum ſeqq. & ita conſuluit, vt patet in conſil. 23. videatur Raudenſ. de analugis capit. 12. num. 21. cum ſeq. & cap. 30. num. 254. Gratian. libr. 1. diſcept. forenſ. capit. 35. col. fin. & de vendente rem carius ad tempus ratione dilationis datæ, quod committat vſuram, reſpondit Nauarr. in conſil. 17. nu. 1. & ſeq. in tit. de vſuris per capit. in Ciuitate de vſur. ſequitur Campan. in d. loco citato num 35. vide tamen Didac. Couarr. libr. 2. variar. reſolut. cap. 3. nu. 6. Lup. de vſur. in 3. compendio §. 5. fol. 128. à tergo cum ſeq. & D. meum Alphanum in l. 1. nu 98. & ſeqq. C. de edendo, vbi diſtinguunt, & limitant, & vide Carol. Tap. in 4. tomo iuris Regni fol. 2. & Marant. in conſil. ſupra citato. vſura in multis caſibus eſt permiſſa, vt remiſſiuè refert Baiard. in d. §. vſura num. 18. 19. & de vſura centeſima ſcribit D. Vincentius de Franchis in deciſ. 21. vbi alios addo, an conſuetudo excuſat ab vſura, vide D. Maſtrillum in deciſ. ſupra allegat. ad finem, an contractus ad gaudimentum, vulgo dicto *à godere* ſit permiſſus, vide Theſaur. in deciſ. 78. qui loquitur de iure canonico, D. Rouit. vbi ſupra nu. 11. in

nouis,

Digitized by Google

nouis, & Alex. quem ipſi non allegant in conſ. 141. num. 12. vol. 5. & Andr. Gail. in obſeruat. 3. libr. 1. Ricc. in reſolut. 48. & 307. & Gratian. libr. 1. diſcept. forenſ. cap. 14. num. 10. 11.

Vtile per inutile in contractibus, an vitietur, & quando vide Tiraquell. de retractu conuent. in fin. nu. 143. & ſeq. Mangrell. ad Bart. in l. 1. §. ſed ſi mihi ff. de verbor. obligat. Couarr. libr. 2. variar. reſolut. cap. 16. num. 5. Cagnol. in l. fin. nu. 49. & ſeq. ff. de iuriſdict. omn. Iudic. D. Lanar. in conſil. 33. nu. 8. conſil. 47. nu. 5. D. Fab. Anna in conſil. 41. nu. 3. 6. 7. Simoncell. in tract. de decret. libr. 2. fol. 92. nu. 59. Anton. Gamma in deciſ. 323. Surd. in deciſ. 7. nu. 35. & in tract. de aliment. tit. 7. q. 17. nu. 27. Flam. Cartar. in deciſ. 39. nu. 11. 23. & Gratian. libr. 1. diſcept. forenſ. cap. 162. & aliqua per Carauit. in ritu 167. in 5. q. Loffred. in conſ. 3. Mart. in voto 46. nu. 25. 26. & quid in feudalibus vide eundem Mart. in voto 81. nu. 12. 16. poſt Camerar. in cap. Imperialem fol. 32. à tergo, qui dicit, quod perpetuo vitiatur, & fol. ſeq. in magnis.

Vxor à viro relicta donna, domina, patrona, & vſufructuaria omnium bonorum, filijs, ſeù liberis exiſtentibus, & hæredibus vniuerſalibus inſtitutis ex conſuetudine Bulgari, de qua in auth. hoc lucum C. ſi ſecundo mulier. nupſe. per generalem totius Orbis conſuetudinem receptam ex dicto legato ſolum conſequitur alimenta, ſecundum Bart. & alios, ac Repetẽtes in l. Titia §. Titia cum nuberet ff. de leg. 2. & D. Vincent. de Franchis in deciſ. 58. nu. 1. vbi infinitos addo, & vltra, nunc addo Iacob. Menoch. in tractat. de præſumpt. libr. 4. cap. 139. Myſinger. in obſeruat. 37. nu. 1. 2. 3. centur. 5. Paſchal. de virib. patr. poteſt. part. 3. cap. 8. Craſſ. de ſucceſſ. §. legatum q. 24. vbi ſunt ampliationes, & limitationes, & Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſ. 46. nu. 1. qui in vltimo dubio iudicatum refert ab alimentis prædictis debere prius detrahi alimenta, quæ filijs debentur, quia ob alimenta matri debita non tenetur arctare victum ſuum, poſt Bald. & Natt. quos allegat, ſequitur Surd. in tractat. de aliment. tit. 1. q. 97. tit. 7. q. 8. nu. 9. q. 14. nu. 9. & q. 28. nu. 6. Alex. Trentacinq. in conſil. 30. nu. 2. 3. vol. 1. vbi etiam tenet, quod deduci debet æs alienum, & legitima filiorum, & poteſt vxor petere dotes, & legatum vſusfructus, ſeù alimentorum, ſecundum Vrſill. qui ad id multos citat in deciſ. 44. num. 19. vbi ita deciſum refert in Sacro Conſilio, accedit Roland. à Valle in conſil. 74. nu. 26. volum. 2. poſt Capram in conſil. 72. colum. pen. verſic. quarto, & Surd. latiſſimè in d. tract. tit. 9. q. 15. & tit. 5. q. 3. col. 1. & Stephan. Gratian. in deciſ. 47. nu. 3. & ſatis pulchrè idem Gratian. libr. 1. diſcept. forenſ. cap. 134. & quando legatum ad commodum ipſius vxoris factum, an ipſa mortua extinguatur, vide omninò D. Vincent. in d. deciſ. 58. nu. 3. cum ſeq. vbi addo, & quid ſi vxori eſt factum legatum à viro vſusfructus alicuius rei particularis, an debeatur integer vſusfructus, eſto, quod ſint filij inſtituti hæredes vniuerſales, vide Anton. Gabriel. in tit. de vſufruct. concluſ. 2. num. 30. & alios, quos addo ad D. Vincent. vbi ſupra Iacob. Menoch. & Craſſ. in locis allegatis, & Myſinger. in d. obſeruat. 37. nu. 4. & quid ſi teſtator vni legauit fundum, & alteri legauit vſumfructum ipſius fundi quilibet habet dimidiam vſusfructus l. ſi alij ff. de vſufruct. lega. Roman. in ſingul. 18. vbi addition. videatur omninò Anton. Gomez. in ſecundo tomo variar. reſolut. cap. 15. nu. 5. fol. 300. Cagnol. in l. in toto iure ff. de regul. iur. nu. 13. poſt Pract. Papienſ. in form. libelli ..... Sempron. Aſcia in determin. 20. in fin. & omninò Gratian. libr. 2. diſcept. forenſ. cap. 350 & quid ſi filius, vel filij inſtituti hæredes vniuerſales vt ſupra moriuntur matre ipſorum ſuperſtite, quæ fuit relicta domina, donna, & patrona, an debeat habere integrum vſumfructum, quod ſic, ſecundum Gozad. in conſil. 99. nu. 9. & alios allegat. de communi teſtatur Anton. Gabriel. in loco citato ad finem, & Honded. in conſil. 63. in fin. vol. 1. & quid in nouerca, quæ fuit relicta donna, domina, patrona, & vſufructuaria, filijs ex primo matrimonio extantibus, ac hæredibus vniuerſalibus hæredibus inſtitutis, an debeat habere integrũ vſumfructum, vide Crem. in ſingul. 8. & Ancharan. Iun. in q. 1. part. 2. qui affirmatiuè concludunt deducta legitima filiorum, vt ibi per Ancharan. vide tamen Menoch. de præſumpt. libr. 4. cap. 123. nu. 66. vbi omninò, & Thor. in compend. deciſ. fol. 314. & quid ſi ſunt inſtituti hæredes vniuerſales extranei, vxore relicta domina, patrona, & vſufructuaria, an plenum vſumfructum habere debet, vide Anton. Gabriel. in d. tit. de vſufruct. in 3. concluſione, & omnes Doctores per me additos ad D. Vincent. de Franchis in d. deciſ. 16. & quando vxori eſt factum legatum, vel donatio ab aliquo, an dicatur contemplatione mariti, vide omninò Mart. in voto 39. & Iacob. Menoch. in ſimili in conſil. 40. num. 20. & 21. & quæ veniant in legato vſusfructus omnium bonorum, vide Machel. in patrocinio 5. an vſufructuarius poſſit conſtituere, & vendere cenſum ſuper vſufructu, vide D. Maſtrill. in deciſ. 92.

Vxor ſecunda habens expreſſam hypothecam in bonis viri, filijs primæ vxoris tacitam hypothecam habentibus in eiſdem bonis ad text. in l. aſſiduis §. exceptis, vbi Bart. in verb. tertio nota. C. qui potior. in pign. habeant. & ita conſuluit Robert. Marant. in conſil. 91. nu. 3. vbi etiam allegat Bald. Nouell. & conueniunt ſcripta per Ripam in l. priuilegia num. ff. de priuileg. credit. & Neguſant. in tract. de pignor. in 5. par. membro 2. nu. verum dicta ſecunda vxor filijs prædictis primæ vxoris præfertur in bonis poſtea quæſitis, vt per Marant. vbi ſupra nu. 4. poſt Bald. & Soccin. quos allegat, & hoc vltimum ſequitur etiam Maxill. in conſuetudine Bari fol. 184. nu. 4. in nouis, vide tamen Capyc. in deciſ. 129. nu. 12. & Ripam in d. l. Priuilegia nu. 16. quid autem ſi pater legauit filiæ centum pro dote, ex quo legato oritur etiam tacita hypotheca in bonis teſtatoris iuxta text. in l. 1. C. com. de lega. §. ſed noſtra inſt. de leg. & Afft. in deciſ. 162. in fin. mortuo patre relictis pluribus creditoribus ſimiliter tacitam hypothecam anteriorem habentibus, an filia pro dicto legato pro eius dote relicto præferatur dictis creditoribus hanc quæſtionem poſuit Maxill. in loco, & fol. citato nu. 3. vbi ex profeſſo diſputat, & tandem cõtra filiam concludit, quæ dictis creditoribus anterioribus præferri non debet, vide Alex. Raudenſ. de analogis cap. 33. num. 25.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google